---

inprobus ille puer; crudelis tu quoque, mater 50

TESTIMONIA.

47 sq. schol. Hor. carm. I [illegible]1 'saevus . . . manus' Pompeius p. 25 L. 55 sq. Isidorus orig. I 35,7 55 'certent . . . ululae' Nonius 254,26 56 Charisius 17 P. eiusdem exc. p. 542 K. 58 'omnia . . . . mare' Donatus in Ter. Andr. IV 2,12 adelph. V 3,4 Priscianus 857 P. 'vivite s.' Servius Aen. III 493

VARIA LECTIO.

48 COMMACULARE *Myabc* commaculare manus: puer, ah puer improbus ille: Improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater. *G. Hermannus: contra quem disputavit Gebauer l. l. p.* 43 49 MAGIS-ANPVER *M* MAGIS AN PVER· *P* magif an puer *abc* magif puer *γ*: [illegible]*nii annal.* LXXV 78 *conl. Tibullo* III 6,55 ISPROBVS *P* INPR[illegible] improb: *γ* 50 *in marginem reieci.* IMPROB· *My* *'multi sic distinguunt, quia et intentio loquentis ab initio sic fuit, ut a saevitia amoris incideret, in secundo loco accusaret matrem, ita tamen, ut criminis eius invidiam crudelitati amoris adscriberet, et ideo geminandum* ille, improbus ille puer, crudelis, *et distinguendum ita est:* crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis an puer improbus? *et distingue et subiunge:* tu quoque mater' *Servius. Itaque sic illi distinxerunt:* crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis an puer inprobus? ille, Improbus ille puer crudelis: tu quoque, mater. 51 MENALIOS *P* 52 ouef *b*1*c* ultra *γ*1 53 QUAERCUS *M* FLORESET *P* 54 PINGUIA *M* Pingua *γ* CORTIBVS *P* CORTIB· *M* ELECTA *P* 55 CERTET *M* CYGNIS *My* cignif c[illegible] tytiruf *γ* 56 ORION *M* 57 MENALIOS *Pc* 58 mediũ. *b* FIAT *MP* fiat *b* fiant *γ* fiant *ac Sententia haec est:* mare mihi instar omnium fiat. fiat *et similia in Catonis Diris* 46 *et apud Ovi-*

praeceps aërii specula de montis in undas
deferar; extremum hoc munus morientis habeto.
desine Maenalios, iam desine, tibia, versus.'
Haec Damon: vos, quae responderit Alphesiboeus,
dicite, Pierides; non omnia possumus omnes.
'Effer aquam, et molli cinge haec altaria vitta,
verbenasque adole pinguis et mascula tura,
coniugis ut magicis sanos avertere sacris
experiar sensus; nihil hic nisi carmina desunt.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Carmina vel caelo possunt deducere Lunam;

TESTIMONIA.

59 sq. Servius Aen. IV 436 61 Arusianus 222 L. 'desine M.' Marius Victorinus 2557 P. Terentianus Maurus 1730 sqq. 63 Macrobius VI 1, 35 'non omnia . . . omnes' idem [illegible]16, 7 Servius ecl. VII 23 64 sq. Appuleius apol. 454 65 Nonius 58, 30. 247,27 schol. Hor. carm. I 19, 13 66 sq. 'coniugis . . . sensus' Charisius 212 'magicis . . . sensus' Arusianus 226 L. 69 Donatus in Ter. Andr. III 2,9. hecyr. I 1,3 Nonius 289, 11. 528, 5 schol. Lucani VI 452. 461. 499 Statii Theb. I 104 Hor. epod. V 46 Servius Aen. XI 259 'carmina vel c. p.' Probi inst. I 5, 1

VARIA LECTIO.

dium metam. I 292 '*acumini cuidam grammatico tribuendum esse*' *censet Naekius ad Catonis l. l.* fiant *Servius legisse videtur, Donati et Prisciani [illegible]pl. Excidisse hic unum versum recte coniecit G. Hermannus: pro[illegible]n Iahnii ann. l. l. talem:* vive tuo felix digno cum coniuge, Nysa. 59 *cf. Ciris* 301 aerei *b* l montef *γ* 60 *cf. Ciris* 266 deferam *ut vid. γ* l 61 MENALIOS *Pc* 62 POE *Pab* POET *My* HAECA *P* DMON *P* DAMAN *M* dammon *bc* UOSQ⁻ *M* ne ſponderit *γ* alpheſiboef *c* l 63 poſſimuſ *c* l *recte, ut videtur: cf.* VII 23 64 ALPH *Pb* ALP *a* ALF *γ* Etfer (t *corr. in* f) *γ* ALTARI *P* uita *γ* 65 pinguef *b* l *c* ETA *P* 66 MANICES (E *corr. in* I) *P* anoſ (*in mg.* al ſanoſa) *γ* insanos vertere *Schraderus* AVERTEC-E *P* avertere *testantur Charisius et Servius. Sed suspicor interiectionem* a *separandam esse a verbo* vertere *et scribendum:* coniugis ut magicis sanos a! vertere sacris e. s.: *cf.* I 15 II 60 X 47 67 nil *b* HIC *m.* 2 *sup. P* 68 *in mg. λ M* DAPHNI⁻ *M: item* 72. 76. 79. 84. 90. 93. 94. 100. 102. 104 daphnin *b* 69 *ima pag. additus, adposita in mg.* B, *M* DEDVCE *P* deduſſere (cere *in ras.*) *γ* vel lunam caelo d. possunt *schol. Statii*

carminibus Circe socios mutavit Ulixi;
frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Terna tibi haec primum triplici diversa colore
licia circumdo, terque haec altaria circum
effigiem duco; numero deus impare gaudet.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores;
necte, Amarylli, modo et 'Veneris' dic 'vincula necto'.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Limus ut hic durescit, et haec ut cera liquescit
uno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore.
sparge molam, et fragilis incende bitumine laurus.
Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Talis amor Daphnim, qualis cum fessa iuvencum

TESTIMONIA.

70 inscr. Pomp. apud Wordsworthium p. 4 71 Priscianus 811 P. Nonius 311, 7. 382, 24 Pompeius p. 275 L. Diomedes p. 333 P. schol. Lucani VI 439 Servius Aen. I 713 'cantando r. a.' Servius in art. sec. Don. 1788 P. Servius Aen. IV 413 73 sq. 'terna . . . circumdo' Donatus in Ter. Andr. V 4, 8 74 sq. 'terque . . . duco' Servius Aen. IV 508 75 'numero . . . gaudet' Priscianus 692 763 P. schol. Hor. carm. III 19, 13 Servius ecl. V 66 Aen. III 305 V 78. 639 schol. Leid. ad Lucan. I 345 77 schol. Lucani VI 460 80 Appuleius apol. 454 Priscianus 800 P. Servius Aen. IV 508. 83 Probi inst. I 4, 23 85—88 Macrobius VI 2, 20

VARIA LECTIO.

70 *in mg.* C *M* CARMINIB· *M* CIRCE *M* mutabit *γ* mutauit *b* OLYXIS *inscr. Pomp.* ulixif *γa2bc* 71 rupitur *γ* 72 DVCIT *m.* 2 *add. P* DVCITE *P* 73 PRIMVS *P* TRIPLICE *M* DIVERSAS *P* triplici circumdata filo *Donatus* 74 hanc *Longob. Pierii, quod probavit Wagnerus* 75 Effigiam *c* impari *b1* GVET *P* 76 daphni *γ* 77 TRIB· *M* 78 MARYLLI *P* NECTo *M* VENTO *P* 79 DVCITE *m.* 2 *sup. P* daphnin *b* dahni *c* 80 dure..fcit 81 *Sine interp. M* sic] f *in ras. γ* 82 SARGE *P* MOLAB *P* fragilef *abc* LAVROS *Pyabc*: *cf.* 13 83 DAPHNI *P* 84 daphnin *a1b* 85 DAPHNIN *Mb* QUALIS QUALIS *M* qualif *sup. c* qualef *γ1*

per nemora atque altos quaerendo bucula lucos
propter aquae rivom viridi procumbit in ulva,
perdita nec serae meminit decedere nocti,
talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

2′ Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
pignora cara sui: quae nunc ego limine in ipso,
terra, tibi mando; debent haec pignora Daphnim.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

3″ Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena
ipse dedit Moeris (nascuntur pluruma Ponto);
his ego saepe lupum fieri et se condere silvis
Moerim, saepe animas imis excire sepulchris
atque satas alio vidi traducere messis.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

TESTIMONIA.

87 'propter a. r.' Probi inst. I 12,2 Cledonius 1926 P. 88 'nec . . . nocti' Arusianus 224 L. 91 Servius Aen. IV 305 93 'terra t. m.' Martianus Capella III 283 Arusianus 247. 95 sq. schol. Hor. epod. V 12 95 sq. 'has . . . Moeris' schol. Hor. carm. I 27, 22 96 Marius Victorinus p. 2562 P. 97 sq. Servius ecl. IX 14

VARIA LECTIO.

86 atq: *a* QVAERENDA *P* bucula *b* BVCOLA *P* BVCVLA *Myac*

87 RIVOM (O *corr. in* V) *P* RIUUM· *Myabc* uiridi .. *a* CONCVMBIT *P* concumbit, al pcub *γ* ULLA *M* 88 *Sine interp. M* MAEMINIT *P* memin .. it *a* 89 ENEAT *P* 90 daphnin *a1b* 91 MIHI· *M*

92 P .. ignora *c* SI *P* 93 TERRI *P* hinc *ut vid. c*1 daphnin *b* 94 *om. c* daphnin *b* *Stropham* 95 — 100 *collocandam esse post* 104 *coniecit G. Hermannus, ut accuratius sibi responderent* 47 — 51 (2) 52 — 57 (3) *et* 101 — 104 (2) 95 — 100 (3) *Quod tamen sententiarum nexus dissuadere videtur.* 95 ERBAS *P* ADQ· *P* adque *a* LECTE *M*

96 MOERI·T (*punct. m.* 2) *P* PLURUMA *M* PLURIMA *Pγabc* 97 AEGO *P* FIERI· *M* 98 Merim *γ* Moerin *b* SIMIS *P* exire *b* exci .. re *c* SEPVLCHIS *P* sepulcrif *γb*2 99 alio . *b* TRADVCE *P* MESSES *P*2*γabc* 100 daphnin *b*

2″ Fer cineres, Amarylli, foras rivoque fluenti
transque caput iace, nec respexeris. his ego Daphnim
adgrediar; nihil ille deos, nil carmina curat.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
1″ Aspice: corripuit tremulis altaria flammis
sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonum sit!
nescio quid certest, et Hylas in limine latrat.
credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
parcite, ab urbe venit, iam parcite, carmina, Daphnis.

TESTIMONIA.

101 'fer . . . foras' Servius ge. I 81 Aen. I 389 102 'transque . . . respexeris' Servius Aen. X 226 105 Probus 94, 25 106 'cinis . . . sit' Nonius 198, 8 108 Donatus in Ter. Andr. V 6, 7 Beda 2370 P. 'credimus an q. a.' Maximus Vict. de rat. metr. 2, 1

VARIA LECTIO.

101 IVO *P* 102 NEC *P* ne. *a* ne *c* daphnin *b* 103 Aggrediar *b* NIHIL CARMINA *MPyalc* 104 mea ducite carmina *c* dapnin *b* 105 *sq. post* 73 *inserit Menag. pr. Admodum ingeniose G. Hermannus totam stropham sic refinxit:*

Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? 108
aspice: corripuit tremulis altaria flammis 105
sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonum fit
nescio quid. certest, et Hylax in limine latrat.
parcite, ab urbe venit; iam parcite, carmina, Daphnis. 109

106 bonuf fit *y1* bonum sit *testatur Serrius* 107 *sq. transposuit ed. Lipsiensis* quis *Schraderus* quid? — *Doeringius* CERTEST *Pa* CERTEST *(sed corr.* CERTE *in* CERTI *M* certe *ybc* et *Schraderus* HYLAS *MPyabcψ* Hylax *editores* 108 OMNIA *M* fo. nia *(o e corr.)* *b* fingunt *a* 109 PARITE *P* IAM CARMINA PARCITE *M* iam carmine parcite *corr.* carmina *c* DAPHNI *M*

IX

LYCIDAS MOERIS

L. Quo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem?
M. O Lycida, vivi pervenimus, advena nostri
(quod numquam veriti sumus) ut possessor agelli
diceret 'haec mea sunt; veteres migrate coloni.'
nunc victi tristes, quoniam Fors omnia versat,
hos illi (quod nec vertat bene) mittimus aedos.
L. Certe equidem audieram, qua se subducere colles
incipiunt mollique iugum demittere clivo,
usque ad aquam et veteres iam fracta cacumina fagos
omnia carminibus vestrum servasse Menalcan.

TESTIMONIA.

ECL. IX. 1 Probus 6, 11 K. Beda 2381 P. Priscianus 1200 Boethius p. 324. 561 ed. Bas. 'quo te . . . ducit' Charisius 192 'quo te M. p.' Maximus Vict. de rat. m. V 2 Diomedes III p. 440 G. 2 'o Lycida' Probi inst. I 4,22 'o . . . pervenimus' Servius ge. IV 252 Aen. XI 160 'advena n.' Probi inst. I 4, 4 2—4 'advena . . . coloni' Macrobius IV 6, 7 5 'nunc . . . omnia' Probi inst. I 10, 4 'quoniam . . . versat' Servius Aen. I 377 6 Donatus in Ter. Phorm. IV 3, 73 Nonius 348, 17 Servius Aen. IV 647 7—10 Quintilianus VIII 6, 46 7 sq. 'qua . . . clivo' Nonius 347, 6 'qua . . . incipiunt' idem 400, 3. 9 comm. Cruq. Hor. epist. II 2, 170. 10 'carminibus v. s. M.' Probus 71, 1 K.

VARIA LECTIO.

ECL. IX. *Cf. Iahnii ann. l. l. 73 sq.* LYCIDAS MOERIS *P* LYCIDA MOERIS *Mb* LYCIDAS-MOERIS-DE AGRIS *c* quest' *ẽ γ* DE QVESTIONE POETAE DE AMISSO AGRO LICIDA MOERIS *ac* 1 timori *a*1 ORBEM (*O corr. in* V) *P* 3 QVOD *MPabc*, *Servii et Macrobii excempl.*, *tuetur Lachmannus in Lucr.* 367 Qđ (đ *in ras.*), *in mg.* aℓ qua *γ* quo *χ* POSSESOR *P* aggilli *c* 5 uic. ti *b* tristis *ad* Fors *relatum Probi inst. cod.* fors *om. Probi inst. cod.* fors *χ*, *Servii excempl.* (*sed cf. ad Aen.* I 377) 6 QVOT *P* QUOD *M* VERTAT BENE *P* bene uertat *γ* bene uertat *m*, *Servii*, *Donati*, *Nonii excempl.* aedos *Nonii excempl.* HAEDOS *MPyab* hedof *c* 7 Certe quidem *ab* QUAE *M* 8 INCIPIANT *P* dimittere *χ* *Nonii excempl.* 9 VETERIS *Pyabc* FAGI *Pabem Quintiliani excempl.*, *comm. Cruq.*: *cf.* II 3 fagi, *in mg.*: aℓ fagof *γ* 10 carnibuf *c* SERVASE *P* MENALCA *M*

b carmina quae voltis cognoscite; carmina vobis,
huic aliut mercedis erit.' simul incipit ipse.
b tum vero in numerum faunosque ferasque videres
ludere, tum rigidas motare cacumina quercus;
b nec tantum Phoebo gaudet Parnasia rupes,
nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea
c Namque canebat, uti magnum per inane coacta
semina terrarumque animaeque marisque fuissent
et liquidi simul ignis; ut his exordia primis
omnia et ipse tener mundi concreverit orbis;
c tum durare solum et discludere Nerea ponto
coeperit, et rerum paulatim sumere formas;
iamque novom terrae stupeant lucescere solem,
altius atque cadant summotis nubibus imbres;
c incipiant silvae cum primum surgere, cumque
rara per ignaros errent animalia montis.

TESTIMONIA.

27 'tum . . . numerum' Servius Aen. XI 599 27 sq. 'tunc . . . ludere' Servius Aen. VIII 452 28 'tunc . . . quercus' Nonius 380,23 29 'Phoebo . . . rupes' Arusianus 232 L. 30 Iulius Rufinianus 228 R. 31—37 Macrobius VI 2,22 33 'et liquidi s. i.' Probus 11,14 K. Macrobius VI 5,4 35 sq. 'tum . . . coeperit' Macrobius VI 4, 11

VARIA LECTIO.

25 Q VAE *P* VOLTIS (O *corr. in* V) *P* uultif *ybc* 26 hic *c* ALIVD *Rybc* INCIT *P* 27 tunc *Servius Aen.* VIII 452 VIDERIS *Pc* 28 LVDERET *P* tunc *Nonii exempl.* REGIDAS (rigedas?) *Ra* 29 PERNASIA (Parnesia?) *P* pnafia *c* 30 rodaepe *y* rodophe *b* rodopae *c* MIRANTVR *Ralm, testatur Iul. Rufinianus* hifmaruf *y* ifmarif *c*l Orphea] *cf. Lachmannus in Lucr.* 122 32 TERRVM *P* terram *c* ANIME *P* que] q; *sup. c* FVISSET *P* 33 ET *P* LIQVID *P* ignis] I *post. m.* 2 *corr. in* E *P* EXOMNIA *P* exordia *Servius* 34 OMNISA (S *eras.*) *P* omnia *Servius* et] ut *m* VRBIS (V *corr. in* O) *P* 35 DISCLVDERENT EREA *R* 37 NOVVM *PRybc* 38 altius *cum superioribus coniungit Wagnerus* VTQVE *R* at.q; *y* cadunt *c* submotif *b* SIGNIBVS *R* nubib: *in ras. a* 39 SILVE *P* filue *y* PRIMVS *P* 40 IGNOTOS *Pya2bc* errant *b*l MONTES *Py*

M. Immo haec, quae Varo necdum perfecta canebat:
b 'Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae,
cantantes sublime ferent ad sidera cycni.'
c *L.* Sic tua Cyrneas fugiant exagmina taxos, 30
sic cytiso pastae distendant ubera vaccae:
incipe, siquid habes. et me fecere poetam
Pierides, sunt et mihi carmina, me quoque dicunt
vatem pastores; sed non ego credulus illis.
nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna 35
digna, sed argutos inter strepere anser olores.
d *M.* Id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto,
si valeam meminisse; nequest ignobile carmen.

TESTIMONIA.

27—29 Iulius Rufinianus 235 R. 28 Macrobius IV 6, 18 Servius Aen. II 311 Servii vita 30 Priscianus 1020. 1023. 1242. 1247 P. Alcuinus gramm. 2124 P. Servius ge. IV 47 'Cyrneas taxos' Isidorus orig. XIV 6, 42 34 'sed ... illis' Arusianus p. 229 L. 35 sq. 'nam ... digna' Acron ad Hor. carm. ♂ 6, 8 37 Nonius 246, 20. 420, 23

VARIA LECTIO.

26 *Sine personae nota M* IMMOTERQ·BARO *M* ua. ro *c* necdū (ec *in ras.*) *b* PERFACTA *P* perfecta *b*1 CANEBAM *P* canebāt *γ* 27 VERE *P* BARE *M* CYPLANT SUPERENT *M* superent *a*1 MODV (V *corr. in* O) *P* MANTEA (E *eras.*) *P* MANUA NOBIS · || NOBIS *M*: *cf. Lachmannus in Lucr.* 181 28 UE *Mya* MISERE *P* MISERE *M* CREMONE *MP* 29 SVBIME *P* fublimine *γ*1 fublim..e *γ*2: *cf. Iahnii annal.* LXXVII 186 FERENT *P* ferant *γ* ferunt *Iul. Rufin. exempl.* cieni (cu *in ras.*) *b* cignic 30 sua *Alcuinus* cyrnaeaf (yr *in ras.*) *b* cyrineaf *a*1, *Mentel. pr.* CY..NEAS (*eras.* R *vel* B *vel* C) *M* grineaf *c* GRYNAEAS *P* gryneaf *γm* grynaeaf, grineaf *et similia Prisciani φ* Cyrneas *Servius* EXAGMINA *M* EXAMINA *Pyabc* 31 CYTHISO *Pyb* cythifo (y *in ras.*) *c* parte *c* DESTENDANT *P*1*b*1 diftanti *a*1 32 QVIT (T *corr. in* D) *P* QUIT *Ma* 34 VATEN *P* SED *Mγabc* CREDVLVLVSILIS *P* 35 uario *om. γ*1 VARO *Ma*2*bcm* *'non nulli sane Alfenum Varum volunt.' Servius* Vario *testatur schol. Hor.* 36 SED *Pyabc* 37 IT *P* LYCLYDACVM (LYC *eras.*) *P* LYCIDAMMECUM *M* 38 NEQ·EST *MPbc* neqeſt *a*2 nec eſt *a*1

Dictaeae numphae, nemorum iam claudite saltus,
f siqua forte ferant oculis sese obvia nostris
errabunda bovis vestigia; forsitam illum
f aut herba captum viridi aut armenta secutum
perducant aliquae stabula ad Gortynia vaccae.' 60
g tum canit Hesperidum miratam mala puellam;
tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
corticis, atque solo proceras erigit alnos.
h tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montis ut duxerit una sororum, 65
utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis;
ut Linus haec illi divino carmine pastor
floribus atque apio crinis ornatus amaro
h dixerit: 'hos tibi dant calamos, en accipe, musae,

TESTIMONIA.

57 sq. 'si qua . . . vestigia' Nonius 103,13. 58 sq. 'forsitan . . . viridi' Priscianus 1016 P 61 Probus 22,23 'tum c. H.' Donatus in Ter. enn. prol. 4. 62 sq. Priscianus p. 655 P. Servius ecl. IX 10 'tum ... corticis' Priscianus 583 P. Nonius 190,32 schol. Hor. carm. II 1,17 'musco . . . corticis' Probus de nom. 18 p. 218 Endl. 'amarae corticis' Quintilianus I 5, 35 Diomedes 449 P. 66 Arusianus 214 L. Maximus Vict. de carm. her. 6 Aldhelmus de re gramm. et metr. in A. Mai auct. class. V 532 67 Asper 112,8 K. 68 Servius ge. II 86 'atque . . . amaro' schol. Hor. carm. IV 11, 3

VARIA LECTIO.

56 DICTEAE *My* DICTAE *R* NVMPHAE *P* NYMPHAE *MRbc* nimphe *γ* 57 FERANTT *P* SEEE *P* OVIA *P* 58 FORSITAM *PR* FORSITAN *Mybc* 59 HERBAM *M* herba *c* armenta *γ* fecutu *γ* 60 ALIQ VAE *P* AT *P* CORTYNIA *MR* cortinia *yb* cornia *c* 61 tunc *γc* CANI *R* CAPIT *M* h.eſperidū *γ* ſperidum *c* 62 PHAETONTIADAS *R* phetontiadaf *γ* AMARE *R* amare *c* AMARO *R: cf.* 68 63 ADQVE *R* aque *γ* eregit *Prisciani G* 64 — 73 *post* 74 — 81 *ponendos putarit Scaligero auctore Heynius* 64 pmeſ. *γ* AT *P* 65 AONIAS *Rbl* MONTES *MP* DVERIT *P* DIXERIT *MR* 66 atque *Arusianus Lindemanni* ut puero *Aldhelmus* 67 VINO *M* partor *c* 68 APO *P* CRINES *Pb* CRINIS ATQ· *M* ammaro *γ* 69 HOS *m. satis ant. sup. R* tibi *b* calamuf *γl* accepe (accepe?) *γl*

cantando puerum memini me condere soles:
nunc oblita mihi tot carmina; vox quoque Moerim
iam fugit ipsa; lupi Moerim videre priores;
set tamen ista satis referet tibi saepe Menalcas.
L. Causando nostros in longum ducis amores.
et nunc omne tibi stratum silet aequor, et omnes,
aspice, ventosi ceciderunt murmuris aurae.
hinc adeo media est nobis via; namque sepulchrum
incipit apparere Bianoris: hic, ubi densas
agricolae stringunt frondes, hic, Moeri, canamus;
hic aedos depone, tamen veniemus in urbem.
aut si, nox pluviam ne colligat ante, veremur,
cantantes licet usque (minus via laedit) camus;
cantantes ut camus, ego hoc te fasce levabo.

TESTIMONIA.

I 1, 115 comm. Cruq. Hor. epist. II 2, 55 art. poet. 175 'omnia f. a.' Maximus Vict. de carm. her. 6 Servius Aen. XII 285 schol. Lucani III 729 51 sq. 'saepe . . . soles' Beda 2345 de orthogr. 2800 schol. Lucani III 401 52 Agroetius de orthogr. 2268 P. Acron ad Hor. carm. IV 5, 29 53 'nunc . . . carmina' Arusianus 249 Servius Aen. IV 221 53 sq. 'nunc . . . fugit' Priscianus 792 P. 'vox . . . priores' Donatus in Ter. adelph. IV 1, 21 'vox . . . ipsa' Probi inst. I 17, 6 56 Probi inst. I 7, 3 57 'et nunc omne . . . aequor' Nonius 389, 13 58 Probi inst. I 4, 19 Acron ad Hor. carm. III 29, 24 59 sq. 'namque . . . Bianoris' Servius Aen. X 198 60 sq. 'hic . . . frondes' Nonius 403, 2 Servius ge. I 316 comm. Cruq. Hor. serm. I 2, 8 61 'agricolae s. f.' Servius Aen. I 552 62 Nonius 406, 7 63 Servius Aen. I 143 65 'ego . . . levabo' Nonius 312, 19. 336, 21 Servius ge. III 347 Alcuinus gramm. 2122 P.

VARIA LECTIO.

52 puerum] folitum *Agroetius* longos *Acron* ducere, *in mg.* at cdere, γ 53 oblita] A *m.2, pr. m. non liq. P* ox *c* QUOD MOUERIM *M* Moeri γ mori *b* 54 iam fugit ipsa] ipsa fugit *Prisciani exempl.* MOERIN *P* MOEREM (E *alt. corr. in* I) *M* 55 SET $P1\gamma c$ SED *MP2ab* 56 nostros] ST *in ras. P* NOSTRO *M* 58 CAECIDERUNT *M* marmoris irae *Trillerus misc. Lips. nov. T.* VII *p.* II: *cf. Oudendorpius ad Sueton. p.* 1023 59 HIC *P* MEDIAESTT *M* iam *a* SPVLCHRVM *P* SEPULCRUM $M\gamma$ 60 INCIPET (incepit?) *M* BIANORI *P* VI *P* 61 ACRICOLE *P* frondes] E *corr. ex* I *P* moere *b1* 62 HEDOS *Mc* haedof *ab* 63 collegat *c* MEREMVS *P* 64 cantantes] A *post in ras., m.* 1 E *vel* I *P* Cantef *b* laedet $\gamma 2bc$

Omnia, quae Phoebo quondam meditante beatus
audiit Eurotas iussitque ediscere lauros,
ille canit (pulsae referunt ad sidera valles)
cogere donec oves stabulis numerumque referri
iussit et invito processit Vesper Olympo.

VII

MELIBOEUS. CORYDON. THYRSIS.

M. Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,
compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum,
Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas,
ambo florentes aetatibus, Arcades ambo,
et cantare pares et respondere parati.

TESTIMONIA.

82 'omnia quae Eurotas' Probus 24,9 85 Asper 112,18 'cogere d. o. stabulis' Nonius 265,2 85 sq. 'cogere . . . iussit' Nonius 381,17 Arusianus 218 L. 86 'et . . . Olympo' Servius ecl. VI 30

ECL. VII. 1 schol. Hor. epod. II 23 Priscianus 1006. 1016 Nonius 239,12 Marius Victorinus p. 2563 P. Alcuini gramm. 2123 P. Cledonius 1924 P. Servius Aen. VII 14 ecl. VIII 22 IX 36 'forte s. a.' Probi inst. 1 9, 77 4 'ambo f. a.' Diomedes 453 P. 4 'Corycium non natione, sed peritia . . . fuit: Arcades ambo' Philargyrius in ge. IV 127 5 incertus de verb. 34 p. 164 Endl. 5 'et cantare p.' Arusianus 253 L.

VARIA LECTIO.

82 omnia quae Eurotas *interpretatur Probus* Q· VAE *P* QVODAM *M* 83 AVDIT *Rc* DISCERE *P* LAVRVS *M* [*item MP cum Isidori libris ecl.* VIII 13; *M* 2, *Servii et Donati exempl. Aen.* III 360: *utroque loco* laurus *legit Charisius.* lauros *P ecl.* VIII 82: *cf. Servius ad ecl.* II 54 *Aen.* X 689] 85 *Post* stabulis *interp. M* OVS *P* OOUES *M* ouif *b* nemerũ *γ* REFERRE *M*1*P*1*Rb* *Servii et Nonii exempl., Arusianus* referr. *c*1 86 IVSSISS *P* iuſit *γ* olimpo *c* *Hinc deficit R usque ad* X 10.

ECL. VII. MELIBOEUS CORYDON THYRSIS *Mb* MELIBEOUS · CORIDON · THYRSIS *γc* 1 SVBA (A *eras.*) *P* confederad *b* dapnif *c* 2 CONPTVLERANT *P* conpulerant *γb* QUAE *M* CORYDVN (V *m.* 2 *corr. in* O) *P* coridon *b* TYRSIS *Mc* VNDAM *P* 3 OVIS *Mb*

A 1 Quae nemora aut qui vos saltus habuere, puellae
naides, indigno cum Gallus amore peri[illegible]

1′ nam neque Parnasi vobis iuga, nam n[illegible]indi
ulla moram fecere, neque Aoniae Aganippe.

2 illum etiam lauri, etiam flevere myricae,
pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Maenalus et gelidi fleverunt saxa Lycaei.
stant et oves circum (nostri nec paenitet illas:
et formonsus ovis ad flumina pavit Adonis), 18
venit et upilio, tardi venere subulci,

nec te paeniteat pecoris, divine poeta 17

TESTIMONIA.

10 'naides i.' Probi inst. I 5, 1 11 Quintilianus IX 3, 18 11 sq. 'nam . . . fecere' Macrobius VI 6, 12 schol. Lucani I 674 12 Charisius 3, 4 Marius Victorinus 2474 P. (36 G.) Beda 2376 P. Probi inst. I 15 'neque A. A.' Marius Victorinus 2471 P. (31 G.) 'Aoniae A.' Cledonius 1884 P. 13 Charisius 110 16 schol. Hor. carm. I 28, 20 'nostri . . . illas' Arusianus 251 19 Terentianus Maurus 1191 Caper 2250 P.

VARIA LECTIO.

9 mora e (ne supra) QVIOS P 10 *Hinc redit R* PERIRET *M* periret *γ2a2bc* (BA supra) 11 PHARNASII P iouis (u *corr. in* b) *γ* 12 m..orē (e *corr. in* a) *γ* AONIAE *MRγ*. *grammatici uno ore omnes excepto Servio, qui* Aonia (*vel* Aonie) Aganippe *nominativos singulares esse monet.* AOLNIE *Pb1* aonie *aeχ* AGANIPPE *R, Servius, cod. Probi* ACANIPPE (C *corr. in* G) *P* AGANIPSE (P supra) *M* Aganippae *Charisii ceterorumque grammaticorum exemplaria: unde vel* Aoniae Aganippe *vel* Aoniae Aganippae *vel* Aonie Aganippe *editiones* 13 ILLVMFLEVERE *R* illum fleuere *a* etiā fleuere (etiā *m. rec. in ras.*) *γ* illum etiam fleuere *Longob.* MYRICAE (*rubro col. sup.*) *M* muricae *b1* muricae *b2* 14 PINNIFER *Ra1b1* 15 MENALUS *M* 16—18 *transposuit post v. 8 Scaliger in Virg. ecl. X Dorice reddita: interpolati videntur Hitzigio* 16 PAENITEAT *P* PENITET *Mγ* 17 TAE *P* PENITAEAT *A pr. eras.* *P* DIVINAE *M* diuinae *γ* POETA (*rubro col. sup.*) *M* poetae *γ1* 18 formosus *γc* ouis *suprascr.* e oues *γ1* 19 et (t e *corr.*, *fort. ex* u) *γ* UPILIO *MRa1 Servius* upilio (u *corr. in* o) *A* OPILLIO (O *pr. corr. in* V, P [illegible] *tertia corr. in* P) *P* opilio (*sed* o *pr. fort. e corr.*) *γ* opilio *a2* *Caper, qui* 'opilio non upilio' *monet* opilio *c* TARDE *P*: *fortasse* tarde: *redarg.* PARI *M* bubulci

uvidus hiberna venit de glande Menalcas.
3 omnes 'unde amor iste' rogant 'tibi?' venit Apollo:
'Galle, quid insanis?' inquit, 'tua cura Lycoris
perque nives alium perque horrida castra secutast.'
4 venit et agresti capitis Silvanus honore
florentis ferulas et grandia lilia quassans.
4' Pan deus Arcadiae venit, quem vidimus ipsi
sanguineis ebuli bacis minioque rubentem.
3' 'ecquis erit modus?' inquit. 'Amor non talia curat:
nec lacrimis crudelis Amor nec gramina rivis
nec cytiso saturantur apes nec fronde capellae.'
A' 1 tristis at ille 'tamen cantabitis, Arcades' inquit
'montibus haec vostris, soli cantare periti

TESTIMONIA.

thesaurus nov. latin. L. l. 525 'nil aliud plerique callebant quam Vergilianus upilio seu bubsequa' Appuleius Florid. 1, 3 'vir ultra Vergilianos upiliones et bubsequas rusticanus' idem apologia p. 416 20 Marius Victorinus 2475 P. 38 G. schol. Hor. carm. IV 5, 40 schol. Lucani II 71 23 Probi inst. I 17, 3 24 Servius ge. I 20 26 'Pan . . . venit' Servius ecl. VIII 24 27 schol. Lucani IX 916 28 'amor . . . curat' Priscianus 1175 31 Nonius 400, 11 32 sq. 'soli . . . Arcades' Arusianus p. 252 L.

VARIA LECTIO.

fortasse Appuleius: Pierius secundum Theocritea I 80. subulci *testatur Servius* 20 HVVIDVS *P* VMIDVS *R* *item* umidus *pro* uvidus *R ge.* I 418, [illegible] iberna *γ* 21 *Post* omnes *et* tibi *distinguitur in M* 22 INIS *R* 23 PERQVAE *R* NIVE *P* PERQVAE *R* SAXA *P* SECVTAST [illegible] *R* SECVTA ST *M* SECVTAEST *Pγbc* 24 HONERE *M* 25 FLORENTES *PRa* FERVLAS *R* GREDIA *P* candida *bl* 26 archadiae [illegible] 27 rubente *schol. Lucani* 28 ETQVIS *Rγabc*, *et* T *corr. in* C *P* [illegible] *Ra1* 29 [illegible] *M* 30 CYTHISO *MP* citiso [illegible] SATVRANTVR *corr. in* V *P* 31 *Post* [illegible] *distinctionem in P*, [illegible] *tamen superioribus iungunt, sed melius, ut sic* [illegible] *tamen* [illegible] *Servius* [illegible] 32 NOSTRIS *P* [illegible] VESTRIS *MR* [illegible]

1′ Arcades. o mihi tum quam molliter ossa quiescant,
vestra meos olim si fistula dicat amores!

2 atque utinam ex vobis unus vestrique fuissem
aut custos gregis aut maturae vinitor uvae!
certe sive mihi Phyllis sive esset Amyntas
seu quicumque furor (quid tum, si fuscus Amyntas?
et nigrae violae sunt et vaccinia nigra),
mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

3 . . . . . .
hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,
hic nemus: hic ipso tecum consumerer aevo.

4 nunc insanus Amor duri me Martis in armis
tela inter media atque adversos detinet hostes:

TESTIMONIA.

34 'meos . . . amores' Nonius 357, 31 35 Probi inst. I 6, 1 'atque . . . unus' Probi inst. I 9, 6 37 'certe s. m. P.' Probi inst. I 9, 11. 10, 2 42 sq. Iulius Rufinianus 231 R 43 'tecum c. a.' Acron ad Hor. carm. III 9, 24 44 'nunc i. a.' Servius Aen. II 343

VARIA LECTIO.

33 archadef *c* TAM *P* QVISSANT *P* 35 ADQVE *Ra* VOBIS *M* nostri *Probi inst.* 36 GREGIVT *P* vinitor] V *m.2*, O *corr. ex* V, *P* 37 PHYLLIS *P* PYLLIS *M* 38 *om.*, *inter lin. add. a* QVIT *P* fuſcaſ (fuscat?) *c* 39 *sq. interpolati videntur Hitzigio* 39 NIGRE *P* VIOLE *P* SVNT *M* VACCINNIA *P* 40 SALICES *M* ſalicif *b*l uitae *γ* IACERES (S *eras.*) *Pγ* IACERES *M* 41 CERTA *P* PHYLLILLS *P* PYLLIS *Mγ*. *Post v.* 41 *talem fere versum excidisse suspicatus sum in Iahnii annal.* LXXV 70: o utinam hic potius tute esses ipsa, Lycori, *qui nescio an probabilius etiam hac forma exhibeatur:* o utinam hic esset potius mecum ipsa Lycoris. *Fieri enim potuit, ut huius exitus memoria servaretur eorum librariorum errore, qui ex alio exemplari corrigerent v.* 42: LYCORIS *MP* liquori *c* 44 AMOR *M* ERMIS (E *eras. et transf.*) *P* 45 MEDIA *M* ADQVE *Ra* HOSTIS *Rya*l*c*l

4′ tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum
. . . . . .

3′ Alpinas a[illegible]ura nives et frigora Rheni
me sine sola vides. a, te ne frigora laedant!
a, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!

B1 ibo et Calchidico quae sunt mihi condita versu
carmina pastoris Siculi modulabor avena.

2 certum est in silvis inter spelea ferarum
malle pati tenerisque meos incidere amores
arboribus: crescent illae, crescetis amores.

3 interea mixtis lustrabo Maenala nymphis,
aut acris venabor apros. non me ulla vetabunt
frigora Parthenios canibus circumdare saltus.

TESTIMONIA.

46 'nec ... tantum' Arusianus p. 229 L. 48 'me ... vides' Servius Aen. IV 82 'a te ... laedant' schol. Lucani VI 328 Pompeius p. 38 L. 49 Priscianus 1024 P. Alcuini gramm. 2083 P. 50 cf. Quintilianus X 1, 56 'ibo ... carmina' Servius ecl. VI 72 52 'spelea ferarum' Macrobius V 17, 15 52 sq. 'certum est ... pati' schol. Lucani IX 262 54 'crescent ... amores' Donatus in Ter. Andr. III 3, 7

VARIA LECTIO.

46 *Post* patria *interp. MP* nec] ne *Arusiani Gudianus* SIC *M* nec sit mihi credere tantum] '*ordo est:* tu tantum procul a civitate ... *et per parenthesin dictum est:* nec sit mihi credere.' *Servius. Immo excidisse unum versiculum putamus, qualem l. l. proposuimus:* posse nefas fieri | sine me tu sola, Lycori, 47 Alphinaf *c* 48 ah (h *in ras.*) *b* LADANT *P* RHENT (*eras.* HE) *M* 49 tibi ne] mihi non *Alcuinus* tibi *γ* NE *suprascr. m.2 P* NE TENERAS NE *M* SACET *P* fecat *b1* fecc& *γ* plantef *b* 50 CALCHIDICO *MPb2* CALCIDICO *Rab1* calcidico *γ* VERSVM *M* 51 camina *γ* medullabor *γ* 52 SILVIS- *M* fpelea (lea *in ras.*) *γ* spolia *Parisinus Macrobii* spelaea *vulgo* 53 MOB *P* incedere *γ* 54 ILLE *M* CRESCENTIS *R* cref ... centef (n *eras.*) *γ* 55 mixtuf *c* MENALA *Mγ* SILVIS *Rb* 56 AGRES *M* VLLANTE- TABVNT *P* 57 FRIGORA- *M* PARTHAENIOS *M*

iam mihi per rupes videor lucosque sonantis
ire, libet Partho torquere Cydonia cornu
B′1 spicula. tamquam haec sit nostri medicina furoris, 60
aut deus ille malis hominum mitescere discat.
2 iam neque amadryades rusum neque carmina nobis
ipsa placent; ipsae rursus concedite silvae.
non illum nostri possunt mutare labores:
3 nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus, 65
Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosae,
nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,
Aethiopum versemus ovis sub sidere cancri.
omnia vincit Amor: et nos cedamus Amori.'
a′1 Haec sat erit, divae, vestrum cecinisse poetam, 70

TESTIMONIA.

57 cf. Servius ge. I 140 59 sq. 'Partho... spicula' schol. Hor. carm. IV 9, 17 67 'alta... ulmo' Probi inst. II 1, 25 Servius Aen. XI 554 68 Servius Aen. V 628 ecl. II 11 'Aethiopum v. o.' Servius Aen. XII 664 69 Macrobius Sat. V 14, 5 Charisius 3. 5 Diomedes 424 P. Marius Victorinus 2475 P. (35 G.) Sergius 1830 P. Alcuini gramm. 2085 P. Beda 2353 P. Mallius Theodorus de syll. 530 G. Maximus Victorinus de rat. metr. 3, 1 Servius Aen. III 464 IV 697 'omnia v. a.' Macrobius Sat. V 16, 7 Probi inst. I 14, 3 Nonius 446, 6. 526, 33 Maximus Victorinus de carm. her. 6 Servius ecl. II 31

VARIA LECTIO.

58 lucuf γ1 SONANTES *M* 59 IRE LIBET· *M* cidonia *c* CY-DONEA *Ryb*1 RHODONEA *M* 60 MQVAM *P* fit *suprascr. c* SINT *M*

61 ILLE· *M* homine *b* 62 Nam *b* NEC *Rb* AMADRYADES *Ry* AMARYADVS *P* AMATDRYADES *M* Hamadryades *vulgo* DRVSVM (D *transf. hasta rubra*) *M* RURSUS *PRybc* NEQVE *P* NEC *MRybc: cf. Wagneri quaest. Verg.* XXXII 5 63 RURSUSM *M* 65 MEDIS *P* bibamus] US *col. rubro M* 66 Shitoniaf *b*1 NIVES· *M* QVOSAE *P* AQUOSAE (OS *col. rubro*) *M* 67 com γ MORIENS· *M* *Post* 67: SEMQVICVMQVEFVROR·QVIDTVMIHIFVSCVSAMYNTAS (38) *P ima pagina*

68 VERSVMVS *P* OVIS *Mb*1*c*1 OVES *PR* ouef γ cancri] CRI *col. rubro M* 69 VINCT *P* VINCET *M* VICIT *R* Amori] I *col. rubro M*

70 POETA *c* HAES *M* poetam] T *col. rubro M*

dum sedet et gracili fiscellam texit ibisco,
Pierides: vos haec facietis maxima Gallo,

2 Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
quantum vere novo viridis se subicit alnus.

3 surgamus. solet esse gravis cantantibus umbra, 75
iuniperi gravis umbra, nocent et frugibus umbrae.
ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae.

TESTIMONIA.

72 sq. Quintilianus IX 3, 44 Iulius Rufinianus 232 R 74 Nonius 169, 3. 387, 15 'vere n.' Servius Aen. III 591 76 'nocent . . . umbrae' Servius ge. I 122 77 Terentianus Maurus 1924

VARIA LECTIO.

71 ET *m. rec. sup. R* FISCELLAM (E *corr. ex* I) *P* IBISCO *P* HIBISCO *Mγbc* HIB'SCO (*corr. m. ant.*) *R* 73 AMOR· *M* HORAS (HOR *col. rubro*) *M* HORA *P* 74 SVBDVCIT *R* alnus] VS *col. rubro M*
tan
75 cantibuf *b* 76 *in aliquot cod. antiquis Pierii desideratur* VMBRAS (A *col. rubro*, S *transf. hasta rubra*) *M* 77 ESPERUS *M*
vf
hefperef *γ*

P. VERGILI MARONIS

GEORGICA

commacolare manus, crudelis! tu quoque, mater,
crudelis mater, magis at puer inprobus ille. 49
incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus. 51

3″ Nunc et ovis ultro fugiat lupus, aurea durae
mala ferant quercus, narcissus floreat alnus,
pinguia corticibus sudent electra myricae,
certent et cycnis ululae, sit Tityrus Orpheus, 55
Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.
incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

1″ Omnia vel medium fiat mare. vivite, silvae:
. . . . . .

---

inprobus ille puer; crudelis tu quoque, mater 50

TESTIMONIA.

47 sq. schol. Hor. carm. I [illegible]1 'saevus . . . manus' Pompeius p. 25 L. 55 sq. Isidorus orig. I 35,7 55 'certent . . . ululae' Nonius 254,26 56 Charisius 17 P. eiusdem exc. p. 542 K. 58 'omnia . . . . mare' Donatus in Ter. Andr. IV 2,12 adelph. V 3,4 Priscianus 857 P. 'vivite s.' Servius Aen. III 493

VARIA LECTIO.

48 COMMACULARE *Myabc* commaculare manus: puer, ah puer improbus ille: Improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater. *G. Hermannus: contra quem disputavit Gebauer l. l. p.* 43 49 MAGIS-ANPVER *M* MAGIS AN PVER· *P* magiſ an puer *abc* magiſ an puer *γ*: [illegible]*nii annal.* LXXV 78 *conl. Tibullo* III 6,55 N ISPROBVS *P* INPR[illegible] improb; *γ* 50 *in marginem reieci.* IMPROB· *Mγ* *'multi sic distinguunt, quia et intentio loquentis ab initio sic fuit, ut a saevitia amoris inciperet, in secundo loco accusaret matrem, ita tamen, ut criminis eius invidiam crudelitati amoris adscriberet, et ideo geminandum* ille, improbus ille puer, crudelis, *et distinguendum ita est:* crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis an puer improbus? *et distingue et subiunge:* tu quoque mater' *Servius. Itaque sic illi distinxerunt:* crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis an puer inprobus? ille, Inprobus ille puer crudelis: tu quoque, mater. 51 MENALIOS *P* 52 oueſ *b1c* ultra *γ1* 53 QUAERCUS *M* FLORESET *P* 54 PINGUIA *M* Pingua *γ* CI CORTIBVS *P* CI CORTIB· *M* R ELECTA *P* 55 CERTET *M* N CYGNIS *Mγ* cigniſ *c* tytiruſ *γ* 56 ORION *M* 57 MENALIOS *Pc* 58 mediū. *b* FIAT *MP* fiat *b* fiant *γ* fiant *ac Sententia haec est:* mare mihi instar omnium fiat. fiat *et similia in Catonis Diris* 46 *et apud Ovi-*

hinc canere incipiam. vos, o clarissima mundi
lumina, labentem caelo quae ducitis annum,
Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista,
poculaque inventis Acheloia miscuit uvis;
et vos, agrestum praesentia numina, fauni,
ferte simul faunique pedem dryadesque puellae:
munera vestra cano. tuque o, cui prima frementem
fudit equom magno tellus percussa tridenti,

TESTIMONIA.

5 sq. 'vos... annum' Appuleius de deo Socr. I 5–7 'vos... Ceres' Probus 26,10 K. Acron ad Hor. carm. saec. 1 6 sq. 'vos quoque, inquit, labentem... Ceres' Macrobius Sat. I 16,44 6 'labentem... annum' Probi inst. I 7,3 7–9 Macrobius Sat. V 18 7 'Liber et a. C.' Probi inst. II 1,25 Macrobius Sat. I 24,3 Terentianus Maurus 1140 'alma C.' Isidorus orig. I 36,12 'vestro si m. t.' Acron ad Hor. carm. III 18, 5 Servius Aen. V 64 7 sq. 'vestro ... arista' Probus 26, 18 K. Servius ecl. V 79 Macrobius Sat. I 18, 23 8 Servius ge. I 149 Porphyrion ad Hor. carm. I 17, 1. 29, 16 9 Probus 26, 31 K. Servius Aen. VI 659 10 Probus 27, 15 K. Acron ad Hor. carm. IV 14, 43 11 Macrobius Sat. V 17, 16 Donatus in Terent. Andr. IV 5, 13 'ferte simul dryadesque' Terentianus Maurus 1140 'dryadesque p.' Probus 27, 27 K. 12—14 'tuque ... Neptune' Probus 28, 1 K. 12 sq. Servius in Aen. I 1. 541 12 Terentianus Maurus 1141 13 'percussa t.' Terentianus Maurus 1194

VARIA LECTIO.

5 HIC (*m. 2 sup.*) *P* O *m. 2 sup. P* 6 numina *fuit, sed emendavit ipse' Servius* qui *Probi inst. cod.* 7 Liber et alma Ceres *coniungunt cum superioribus Servius Probus Macrobius Acron, fortiore interpunctione inde separant recentiores, freti maxime Varronis de r. rust.* I 1, 5 UESTRO SIT MVNERE *M* ueſtro ſimmunere *γ* vestro si munere *Servius Acron Macrobius* vestroque in munere *Probus: 'fortasse* vestro quia munere' *Keilius* 8 CHAONEM (*m. 2 sup.*) *P* Chaonia *γ* VTAVIT *P* ARISTAM *M* 9 PECVLA (E *eras.*, O *m. 2*) *P* ACHELO·I·A *M* achaeloia *γ* OVIS *M* 10 et] VT, *sed* V *corr. m. 2 in* E, *ut vid. P* 11 driuadef (u *eras.*) *γ* dria. def *c* 12 O *m. rec. sup. R* furentem *Servius Aen.* I 1 13 FVNDIT *P, Servius in Aen.* I 1 Fu.dit *b* EQVOM *γ et* O *m. 2 corr. in* V *P* EQVM *R* ECVM *M* equum *b* aequum *c* 'fudit equum *antiquissimi libri*, fudit aquam *plerique habuerunt' Servius.* '*in Cornel.* equum, *in authentico* aquam, *ipsius manu* equum' *idem.* fudit equum *Probus* mano, *corr. in* magō *γ* tridentem *γ*1

Neptune; et cultor nemorum, cui pinguia Ceae
ter centum nivei tondent dummeta iuvenci;
ipse nemus linquens patrium saltusque Lycaei
Pan, ovium custos, tua si tibi Maenala curae,
adsis, o Tegeaee, favens, oleaeque Minerva
inventrix, uncique puer mostrator aratri,
et teneram ab radice ferens, Silvane, cupressum;
dique deaeque omnes, studium quibus arva tueri,
quique novas alitis non ullo semine fruges,
quique satis largum caelo demittitis imbrem;
tuque adeo, quem mox quae sint habitura deorum
concilia incertum est, urbisne invisere, Caesar,

TESTIMONIA.

14 sq. 'et . . . iuvenci' Probus 28, 17 K. 14 'et c. n.' Arusianus p. 220 L. 15 Asper 114, 20 K. 16—18 'ipse . . . favens' Probus 29, 5 K. 16 Charisius 4 'ipse n. l. p. suaque arva Latinus' Donatus in Ter. Phorm. V 1, 31 'ipse n.' Terentianus Maurus 1144 'ipse . . . patrium' gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 17 'Pan o. c.' Arusianus p. 220 L. 18 'adsis . . . favens' Servius Aen. I 327 18 sq. 'oleaeque M. i.' Probus 29, 16 K. 19 'uncique . . . aratri' Probus 29, 22 K. 20 Probus 30, 3 K. Inscr. Neap. 6016, 11 21 'dique deaeque' Terentianus Maurus 1144 'arva t.' Terentianus Maurus 1144 22 'quique n.' Terentianus Maurus 1145 23 'quique s.' Terentianus Maurus 1145 24 sq. 'tuque . . . incertum est' Charisius 184 Donatus in Ter. hecyr. IV 1, 9 et om. 'est' in Andr. III 3, 47 25 sq. 'urbisne . . . curam' Gellius XIII 21

VARIA LECTIO.

14 cultor pecorum *Io. Schraderus* custos pecorum *Monac.*: *cf.* 17 cultor nemorum *etiam Servius Probus Arusianus* pingua *γ* ce. e *c* 15 NIVEO (*m.* 2 *sup.*) *P* DVMMETA *P* DVMETA *MRybc* iuuenci. *b* 16 linquenſ (q *in ras.*) *b* PATRIVM. QVE. *M* que *om. Probi Vatic.* licaei *γ* lycei *bc* 17 ONIVM *M* CVSTVA (*m.* 2 *sup.*) *R* tua *seu Schraderus Obss.* I 3: *cf. Theocritus* I 121 tua si *Servius Probi exempl., sed* si *om. Vatic.* 18 GEAEE (*m.* 2 *sup.*) *P* TEGEAE *γ* tegeae *γ* tegee *c* olaeae *γ* 19 MOSTRATOR *M* MONSTRATOR *PRbc* monſtratur *γ* 20 tenera *quidam apud Servium* 21 DIIQVE (I *alt. eras.*) *P* Diiq: *c* QVIQ. *M* 22 QVINQ. *M* ALITES *R* NON VLLO DE SEMINE *R* non ullo femine *b* non nullo femine *γc*, *Servius* 23 qui *γ* dimittitif *c*1 24 QVAM (*m.* 2 *sup.*) *P* quæ *b* 25 VRBESNE *Mbc* urbisne *liber manu ipsius Vergili correctus teste Gellio* XIII 21 INVISCERE *i. e.* invissere *R*

terrarumque velis curam, et te maxumus orbis
auctorem frugum tempestatumque potentem
accipiat cingens materna tempora myrto,
an deus immensi venias maris ac tua nautae
numina sola colant, tibi serviat ultima Thyle
teque sibi generum Tethys emat omnibus undis,
anne novom tardis sidus te mensibus addas,
qua locus Erigonen inter chelasque sequentis
panditur (ipse tibi iam bracchia contrahit ardens
Scorpius et caeli iusta plus parte relinquit) —
quidquid eris (nam te nec sperant Tartara regem
nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,
quamvis Elusios miretur Graecia campos

TESTIMONIA.

28 Probus 30, 18 K. 30 'tibi . . . Thyle' Servius Aen. IV 103 30 sq. 'tibi . . . undis' Probus 30, 22 K. 31 Servius Aen. IV 103 Nonius 531, 16 Probi inst. I 4, 17 'teque s.' Terentianus Maurus 1145 32—35 Probus 31, 4 K. 32 'anne n.' Terentianus Maurus 1146 34 'ipse t.' Terentianus Maurus 1146 35 'Scorpios . . . plus' Probi inst. I 4, 15 'plus p. r.' Terentianus Maurus 1146 36—39 Probus 31, 26 K. 37 Terentianus Maurus 1147 38 schol. Veron. 100, 23 K. Diomedes p. 388 P.

VARIA LECTIO.

26 MAXIMVS *PRybc* 28 cingentis *Probi Vatic. Paris.* 29 IMMENSI *M* INMENSI *PRybc* MARIS (*m.* 2 *sup.*) *P* marif (arif *in ras.*) *b* et *b* 30 sola] magna *bc* feruiet *b* THYLAE *M* 31 thethys *ut vid. m.* 1, *corr. in* tethyf *y* thetif *b* thethif *c* 32 NOVVM *MPRybc* TARDES *ut vid. P* tardeis? 33 CAELAS *R* SEQVENTES *Rc* 34 'panditur ipse tibi . . . *hic distinguitur, nisi dixeris* ipse tibi brachia' *Servius* BRACCHIA (*col. rubro sup.*) *P* brachia *bc* 35 SCORPIVS *Rc2, item* scorpius *Probi* 31, 19 *Vatic. Par.* SCORPIOSET *MRybc1, Probi inst.* scorpio sed *Probi* 31,7 *exempl.* iusta caeli *c* caeli *om. Probi inst.* RELINQVIT *Pbc, Probus, Terentianus Maurus* RELIQVIT *MRy* 36 QVIDQVID *M* quitquit *y* Quicquid *c* ERIS *m.* 2 *sup. P* NEC SPERANT (*m.* 2 *sup.*) *P* nec fperant (a *corr. in* e) *b* NE SPERANT *M* nec sperent *y*. *Probi et Servii exempl.* 37 REGNADI *M* ueniat (a *in ras.*) *b* 38 Elusios *Diomedis codd.* el. fiof *c1* ELYSIOS *MPRybc2* campuf *y* saltus *schol. Veron.* 100, 23

nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
da facilem cursum atque audacibus adnue coeptis,
ignarosque viae mecum miseratus agrestis
ingredere et votis iam nunc adsuesce vocari.

Vere novo gelidus canis cum montibus umor
liquitur et zephyro putris se glaeba resolvit,
depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
ingemere, et sulco attritus splendescere vomer.
illa seges demum votis respondet avari
agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit;
illius immensae ruperunt horrea messes.
at prius ignotum ferro quam scindimus aequor,
ventos et varium caeli praediscere morem

TESTIMONIA.

39 Servius Aen. II 714 schol. Lucani VI 700 'nec r. s.' Servius Aen. IV 402 41 'miseratus a.' diff. serm. in Rothii Suetonio p. 316, 2 43 'vere n.' Columella XI 2, 2 'vere ... canis' Terentianus Maurus 1149 43 sq. Eutychius II 12 Porphyrio ad Hor. carm. I 4, 1 'vere ... liquitur' Quintilianus IV 2, 2 Priscianus p. 800 P. 'gelidus ... liquitur' Servius Aen. IV 251 'canis ... liquitur' Servius Aen. III 28 44 'et ... resolvit' Servius ge. II 330 III 322 45 Diomedes p. 498 P. 'taurus a.' Terentianus Maurus 1149 47 sq. Probus 32, 14 K. 47 sq. 'illa ... agricolae' Servius ad ge. I 99 Isidorus orig. XV 13, 8 48 'quarto seri sulco Vergilius existimatur voluisse, cum dixit optumam esse segetem, quae bis soles, bis frigora sensisset' Plinius nat. hist. XVIII 20 49 Philargyrus ge. III 328 'illius i.' Servius Aen. I 683 50 Servius ge. I 469 Aen. II 69 51—53 Columella de r. r. I 4, 4 cf. Plinius nat. hist. XVIII 24, 56

VARIA LECTIO.

39 turet *ut vid.* γ1 // RET *reliqua chartae fissura perierunt, sed literae* C *particula servata* P 40 CVRSV[M] *M* ADQVE *Pγ* ADNVE[a] (*m.* 2 *sup.*) *P* 41 MISRATVS (E[E] *m.* 1 *ut vid.*) *P* agreſtef *c* 42 et T[E] (*m.* 2 *sup.*) *P* VOTI /// (S *periit fissura*) *P* 43 Iare γ1 com *b* VMOR H[H] (*col. rubro*) *M* humor *c* 44 zephiro *c* GLE-BA *Rγc* 45 Depraeſſo *c* tunc *c* 46 ADTRITVS *R* VOMER *M: cf. Servius* 47 VOTI *R* reſpondit *c1* 48 ſentit *b2c Probi Vat.* 49 IM-MENSAE *MR* INMENSAE *Pγbc* orrea *γ* MEISES (*corr. in* S) *P* 50 at γ AC *MPRbc* *'si autem non* immensum, *sed* ignotum *legeris, nobis ignotum significat.' Servius* SCHINDIMVS *R* 51 ET-TVRIVM T[E] *alt. eras.* A *m.* 2 *sup.*) *P* et proprium *Columellae Sangerm.* PRAEDISCERE[E] *M*

cura sit ac patrios cultusque habitusque locorum,
et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset.
hic segetes, illi veniunt felicius uvae,
arborei fetus alibi, atque iniussa virescunt
gramina. nonne vides croceos ut Molus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabaei,
at Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?
continuo has leges alternaque foedera certis
imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem,
unde homines nati, durum genus. ergo age, terrae

TESTIMONIA.

52 'et . . . locorum' Servius Aen. III 219 53—58 'et quid . . . ferrum' Seneca epist. 87, 20 53 Macrobius Sat. V 16, 7 Terentianus Maurus 1150 Columella de r. r. V 5, 7 VIII 17, 7 54 Arusianus p. 240 L. Servius Aen. V 344 'illic . . . uvae' Servius ge. II 11 54 sq. 'hic segetes . . . alibi' Quintilianus IX 3, 39 55 'arborei f. a.' Probi inst. I 9, 11 'iniussa v. gramina' Acron ad Hor. carm. I 4, 10 56—59 'nonne . . . equarum' Probus 33, 3 K. 57 'molles . . . Sabaei' Priscianus 1088 Acron ad Hor. carm. I 31, 7 58 sq. 'at . . . castorea' Servius Aen. VIII 421 59 'Eliadum . . . equarum' schol. Lucani I 294 VIII 374 60. 63 Probus 33, 27 K. 61 sq. 'quo . . . orbem' glossator Censorini de die nat. p. 10, 7 I. 62 schol. Statii Theb. III 560 63 'unde . . . genus' schol. Iuvenal. I 83 Servius ge. II 341 'homines . . . genus' Probus 79, 5 K.

VARIA LECTIO.

52 SIC (T *m.*2) *P* cultofque *γ* cultus, *om.* que, *Oblong. Pierii, Columellae Sangerm.* 53—104, *id est* 52 *versus media pag. hic om. γ: sequuntur post* v. 130 53 quid ferre recuset *Pierii* χ 54 HINC (*N eras.*) *P* illi *Arusianus: cf.* 251 III 17 ILLIC *MRyb* illic (i *post. in ras.*) *c* ILLINC (*N eras.*) *P* veniunt uvae felicius illic *Pieriani* χ 55 ARBOREI (I *add., sed cad. m. ut vid.*) *R* ADQVE *R* uereſcunt *cl* 56 CRVCEOS *R* ut femper Tmolus *Probi Vat.* TMOLVS (T *col. rubro*) *M* Moluf *gloss. in b* MOLOS *P* IMOLVS *R* molef *γ* .mo.luf *c* Tmolos χ Tmolus *Servius et Probus: cf. Fleckeiseni annales* LXXVII 195 *sq.* ut tmoluf odoref *in ras. b* 57 MITTET (E *m.*2 *corr. in* I) *P* MITTAT *Mc Seneca* mittit *Servius* *'sane* tus *modo sine aspiratione dicimus' Servius* fabei *c* 58 AD *R* chalibef *bc* 59 Epirus *Pierii* ψ Epiros *testatur Servius* 60 ALTERNA FOEDERA *(in rasura ante* F *potest fuisse* Q·) *P* AETERNAQ· FOEDERA *MRybcψ, Servius et Probus* 61 inpofuit *γc* 62 VACVVM *MPRybc* LAPIDIS *P* IACTABIT *Pγ* 63 DVRVM *eras. P*

pingue solum primis extemplo a mensibus anni
fortes invortant tauri, glaebasque iacentis
pulverulenta coquat maturis solibus aestas;
at si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum
arcturum tenui sat erit suspendere sulco:
illic, officiant laetis ne frugibus herbae,
hic, sterilem exiguus ne deserat umor harenam.

Alternis idem tonsas cessare novalis,
et segnem patiere situ durescere campum;
aut ibi flava seres mutato sidere farra,
unde prius laetum siliqua quassante legumen
aut tenuis fetus viciae tristisque lupini

TESTIMONIA.

64 'primis . . . anni' Servius ge. III 304 66 Servius Aen. IV 155 'terra in futurum proscinditur Vergilio maxume auctore, ut glaebas sol coquat' Plinius nat. hist. XVIII 26, 65 67—70 cf. Plinius nat. hist. XVIII 26, 65, 2 extr. 67 sq. Probus 34, 12 'at . . . arcturum' Priscianus 1000 68 'tenui . . . sulco' Servius ge. I 45 69 sq. Probus 33, 1 70 Probus 34, 18 K. 71 Nonius 215, 22 'Vergilius alternis cessare arva suadet' Plinius nat. hist. XVIII 21 71 sq. Servius ge. II 412 73—76 Probus 34, 24 K. cf. Plinius nat. hist. XVIII 21 extr. 74 Iulius Rufinianus 250 R. A. Mai thesaurus nov. lat. (auct. class. VIII) 532 'siliqua q. l.' Servius in Aen. I 234 75 sq. 'tristisque . . . calamos' Nonius 409, 22 'tristisque l.' Macrobius Sat. VI 5, 5 Isidorus orig. XVII 4, 7 Servius ge. II 126

VARIA LECTIO.

64 ut primis *Servius ge.* III 304 extimplo *c* a *suprascr. b*, *om. c* 65 INVORTANT *M* INVERTANT *PRγbc* glebaſ *γbc* IACENTES *MRb* iacentem *γ1* 66 PVLVE.VLENT. *'erasis* R *et* A *ut vid P* solibus] FRVGIBVS *R* *'Ipsius manu adiectum* maturis solibus' *Servius* a&aſ *c* 67 AD *R* 68 AVCTVRVM *R* TENVLLAT *R* 69 *sq. 'Ipsius manu adiecti sunt deletis duobus, quorum alter totus legi* [*non*] *potuit:* illic officiant segetes ne frugibus illis. *ex altero hoc tantum:* ne deserat humor arenam.' *Servius ad* 67 laetis] LAETI. *erasa infima literae* I *parte et extrema litera. de pr. m. non liquet P* HERBAE E *alt. eras. P* ⁺erbae *γ* 70 humor *γbc* areni *b* 71 TONSIS *M* ceſſere *γ* noualiſ *γc Nonius* 215. 22 NOVALES *MPRb* 73 SEMINE *R: cf.* 82 sidere *Servius. Probus* 75 tenueſ *b* uitiae *b* tristes *Servius ge.* II 126 triſti *c* LVPINIS *R*

sustuleris fragiles calamos silvamque sonantem.
urit enim lini campum seges, urit avenae,
urunt Lethaeo perfusa papavera somno:
set tamen alternis facilis labor, arida tantum
ne saturare fimo pingui pudeat sola neve
effetos cinerem immundum iactare per agros.
sic quoque mutatis requiescunt fetibus arva;
nec nulla interea est inaratae gratia terrae.
saepe etiam steriles incendere profuit agros,
atque levem stipulam crepitantibus urere flammis:
sive inde occultas vires et pabula terrae
pinguia concipiunt, sive illis omne per ignem
excoquitur vitium atque exudat inutilis umor,
seu plures calor ille vias et caeca relaxat

TESTIMONIA.

76 Nonius 404, 20 77 sq. Columella de r. r. II 14, 3 'Vergilius et lino segetem exuri et avena et papavere arbitratur' Plinius nat. hist. XVII 9, 7 'urit . . . seges' Servius ge. I 212 78 Probus 34, 30 K. 'Lethaeo . . . somno' Isidorus orig. XVII 9, 31 'perfusa p. s.' de gen. nom. 92 Haupt. 80 sq. 'neve . . . agros.' Nonius 198, 9 81 'cinerem . . . agros' Servius Aen. XII 611 82 schol. Statii Theb. III 182 83 Priscianus p. 1206 P. 84–93 Macrobius Sat. V 1, 14 84 Macrobius Sat. I 18, 24 schol. Lucani IX 184 'sunt qui accendant in arvo et stipulas magno Vergili praeconio. summa autem eius ratio ut herbarum semen exurant' Plinius nat. hist. XVIII 30, 72 85 Nonius 255, 9 'crepitantibus u. f.' Macrobius Sat. VI 4, 5 86—88 'sive . . . vitium' Quintilianus IX 3, 96 87 sq. 'omne . . . umor' Servius Aen. VI 287 88 'exudat i. u.' gloss. Lucani IV 643 p. XC ed. Weber 89 'seu . . . vias' Quintilianus IX 3, 96 89 sq. Priscianus 776 P. 'seu . . . spiramenta' Priscianus 748 P. Vtroque Prisciani loco tam 'plures' dici quam 'pluris' accusativo plurali comprobatur singulis exemplis Vergilii et Horatii priore, altero autem loco Vergilii Terentii Horatii Ciceronis item singulis exemplis.

VARIA LECTIO.

76 sustulerit *Nonius p.* 404, 29 FRAGILES *Pb* FRAGILIS *MRyc* SILVAM *A m.* 2 *sup* P 78 LETHEO *MRybc* 79 SED *MPRybc* 80 pudae ad *y*1 neue *in ras. c* 81 EFFECTOS *Ry*, *Wolf. Nonii* immundum *ybc* 82 *sq. post* 78 *collocari voluit Schraderus* 82 REQVIESCENT *R* 86 OCCVLTASE *P* 87 ILLIS *I m.* 2 *sup.*) *VP* 88 exquoquitur *y* AMOVE *R* EXSVDAT *PRybc* AMOR *V* humor *c* 89 PLVRES *P*, *Macrobii exemplaria*, *Prisciani* 748 *p.* 776 *a*, *ut utrum* pluris *an* plures *legerit ille*, *non liqueat*. *Sed videtur* plures *legisse Priscianus*: *cum enim tum in* es *quam in* is *exire*

'huc ades, o Galatea; quis est nam ludus in undis?
hic ver purpureum, varios hic flumina circum
fundit humus flores, hic candida populus antro
imminet, en lentae texunt umbracula vites:
huc ades; insani feriant sine litora fluctus.'
d *L.* Quid, quae te pura solum sub nocte canentem
audieram? numeros memini, si verba tenerem.
'Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
ecce Dionaei processit Caesaris astrum,
astrum, quo segetes gauderent frugibus et quo
duceret apricis in collibus uva colorem.
insere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes.'
e *M.* Omnia fert aetas, animum quoque; saepe ego longos

TESTIMONIA.

39 'huc ... Galatea' Cledonius 1924 Augustinus de gramm. 2009 P. 40 sq. 'varios circum Fundit h. f.' Probus de nom. 52 p. 222 Endl. 40 'hic..varios' Claudius Sacerdos 84 p. 26 Endl. 41 sq. 'hic candida ... vites' Macrobius VI 4, 8 42 'et lentae ... vites' Isidorus orig. XVII 7, 51 'texunt u. v.' Claudius Sacerdos 84 p. 26 Endl. 43 Nonius 465, 9 'insani ... fluctus' Servius Aen. II 776 45 'numeros ... tenerem' Iulius Rufinianus 249 R. Priscianus 1167. 1174. 1176. 1190 Quintilianus IX 4, 54 Marius Victorinus p. 2484 P. Nonius 353, 2. 524, 14 Isidorus orig. I 38, 3 Servius Aen. III 446 IV 335 VI 646 IX 776 XI 599 'numeros m.' Servius ecl. VII 69 47 Servius Aen. I 287 III 158 VI 791 Acron ad Hor. carm. I 12, 47 schol. Lucani VII 458 Augustinus de consensu evang. I 32 'ecce D. p.' Probi inst. I 9, 6 47 sq. 'ecce ... frugibus' Acron ad Hor. carm. IV 15, 5 48 sq. Nonius 284, 5 49 Servius Aen. V 128 Acron ad Hor. carm. III 18, 2 50 Nonius 252, 7 schol. Hor. epod. II 19 51—54 'omnia ... ipsa' Augustinus epist. 72 51 Marius Plotius p. 295 G. 'omnia ... quoque' Donatus in Ter. Andr.

VARIA LECTIO.

39 gelathea *b* nã. *b* lufuf *ut vid.* γ1 ludif γ2*b* 40 PVREVM *P* 42 en] E *P* ET *ceteri* LENTA *P* LENTAE (*sed* L *m. aliena*) *M* 43 HVNC *P* insani *b* incani *Bentleius ad Lucan.* II 673 insani *tuentur Servius et Nonius* FEIANT *P* 44 QVIT *P* QVE *P* 45 TENERAM (A *corr. in* E) *P* 46 *sqq. continuat Lycidae My, Moeridi tribuit cum ceteris P, quo inde a versu 30 hic stropharum ordo existat:* 7. 7. 2. 10. 10. 2 QVIT (T *corr. in* D) *P* anticof γb fufcipit (*in mg.* al fufpicif) γ1 47 DIONEI *Mybc* DIONE *P* procedit *schol. Lucani* 48 segetis *Nonii libri: cf. Lachmannus in Lucr.* 57 gauderent frugibus] TF *semieras. P* QUOD *M* 50 piruf *b*1 carpen *ya* 51 MOE *My, eidem continuat cum ceteris P* SETAS (S *pr. eras.*) *P* fers, aetas?

laetus ager; nullo tantum se Mysia cultu
iactat et ipsa suas mirentur Gargara messes.]
quid dicam, iacto qui semine comminus arva
insequitur, cumulosque ruit male pinguis harenae,
deinde satis fluvium inducit rivosque sequentis
et, cum exustus ager morientibus aestuat herbis,
ecce supercilio clivosi tramitis undam
elicit? illa cadens raucum per levia murmur
saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva.
quid qui, ne gravidis procumbat culmus aristis,
luxuriem segetum tenera depascit in herba,
cum primum sulcos aequant sata, quique paludis
collectum umorem bibula deducit harena?

TESTIMONIA.

102 sq. 'nullo . . . messes' Probus 35, 3 K. 'nullo . . . iactet' Servius in Aen. I 140 103 'et . . . messes' Philargyrus ge. III 270 104 sq. Nonius 380, 11 105 'cumulosque . . . harenae.' Nonius 164, 11 106 'deinde s. f. i.' Probi inst. I 9, 5 Cledonius 1923. 1926 P. 108 sq. 'ecce . . . elicit' Arusianus 228 L. 108 'clivosi t.' de gen. nom. 101 Haupt. 109 sq. 'elicit . . . ciet' Acron ad Hor. carm. I 17, 12 'illa . . . ciet' Nonius 206, 10 'per . . . ciet' Acron ad Hor. carm. III 13, 15 112 Servius ge. I 295 II 252 Nonius 339, 32 113 'cum . . . sata' Servius Aen. X 190 113 sq. 'quique . . . harena' Servius ge. I 272 114 Probus 34, 21 K.

VARIA LECTIO.

102 LAETVR (S *m. 2 sup.*) *P* MYSIA *MR*, *Philargyrus Macrobius Probus* (*cuius tamen vide adn.*) MYSIA (OE *m. 2 sup.*) *P* Mysia *et* Moesia *Servius* mifia *γ* Moesia *c. schol. Leid.* culto *γ* moefia cultu *in ras. b* 103 iactet *Probus. Servius in Aen.* I 140 mirentur *Probus* MIRANTVR *MPRybc* 104 conminuf *γ* cominuf *c* 105 CVMVLOS, *sed* O *m. 2 corr. in* V, *P* CVMVLOS *M* cumulof *c* PISGVIS *R* arenae *γ* areue *c* 106 sequentef *bc* FLVENTES *R* sequentis *Servius* 107 EXISTVS (I *m. 2 corr. in* V) *P* heftuat *c* herbaf *γ* 109 ELIGIT *R* etlicit, *i. e.* eclicit *γ* RAVCVMQ· *M* laeuia *γ* 110 CATERRISQVAE (S *m. 2 sup.*) *P* CATERRISQ· *M* 111 grandi (di *in ras.*) *b* 113 PRIMVLVM *P* fulcuf *γ* PALVDE (E *corr. in* IS *vel vice versa*) *P* paludef *γ* 114 COLLECTVM (N *m. 2 corr. in* L) *P* COLLECTVM *MRbc* humoru *bc* arena *c*

praesertim incertis si mensibus amnis abundans
exit et obducto late tenet omnia limo,
unde cavae tepido sudant umore lacunae.

Nec tamen, haec cum sint hominumque boumque labores
versando terram experti, nihil inprobus anser
Strymoniaeque grues et amaris intiba fibris
officiunt aut umbra nocet. pater ipse colendi
haut facilem esse viam voluit, primusque per artem
movit agros curis acuens mortalia corda,
nec torpere gravi passus sua regna veterno.
ante Iovem nulli subigebant arva coloni;
ne signare quidem aut partiri limite campum
fas erat: in medium quaerebant, ipsaque tellus
omnia liberius nullo poscente ferebat.
ille malum virus serpentibus addidit atris,
praedarique lupos iussit pontumque moveri,
mellaque decussit foliis, ignemque removit,

TESTIMONIA.

115 'praesertim . . . mensibus' Probi inst. I 10, 4 115 sq. 'praesertim . . . exit' Nonius 41, 20 Servius ad Aen. II 497 'amnis . . . limo' Nonius 412, 10 118 sq. Macrobius Sat. VI 2, 29 118 Servius in Aen. II 306 120 Acron ad Hor. carm. I 31, 16 'Strymoniaeque g.' Nonius 208, 16 schol. Hor. epod. II 35 schol. Lucani III 199 Probus 35, 9 K. 'et amaris i. f.' Charisius p. 77 124 Probus 35, 11 K. 125—128 'nulli . . . ferebat' Seneca epist. 90, 37 125 Priscianus 994 Alcuinus 2137 P. Terentianus Maurus 1185 126 sq. 'ne . . . quaerebant' Macrobius Sat. I 8, 3 Lactantius inst. V 5 127 'in medium q.' Arusianus 238 schol. Lucani I 89 Servius ge. IV 157 'in . . . tellus' Servius Aen. XI 335 131 'mellaque d. fol.' Asper 113, 16 K. Incertus de nom. 12 E. Servius ge. IV 1

VARIA LECTIO.

115 MANIS MA m. 2 corr. in AM P 116 exiit γ obducta b 117 TAEPHO M EMORE V m. 2 sup. P humore c 118 TAMENT P cum haec sint hominum deumque l. Servius in Aen. II 306 laborei om. γ 119 IMPROBVS MR 120 Strymonniae γ AMARIS A m. rec. sup. R 122 aut γ haud bc PARENTE R 123 CVRAS sup. M 125 NVLLIS M 126 Nec c nec signare solum Macrobius usurpat 127 IMMEDIVM prius M m. 2 corr. in N P 128 omnia et liberius Schroderus 130 Hinc sequitur 53—104 in γ lupi 41

et passim rivis currentia vina repressit,
ut varias usus meditando extunderet artes
paulatim et sulcis frumenti quaereret herbam.
[ut silicis venis abstrusum excuderet ignem.]
tunc alnos primum fluvii sensere cavatas;
navita tum stellis numeros et nomina fecit
pleiadas, hyadas, claramque Lycaonis arcton;
tum laqueis captare feras et fallere visco
inventum et magnos canibus circumdare saltus;
atque alius latum funda iam verberat amnem
alta petens, pelagoque alius trahit umida lina;
tum ferri rigor atque argutae lammina serrae
(nam primi cuneis scindebant fissile lignum)
tum variae venere artes. labor omnia vicit

TESTIMONIA.

132 cf. de gen. nom. 80 Haupt. 133 sq. 'ut . . . paulatim' Nonius 102, 15 134 Probi inst. I 9, 11 'et . . . herbam' Nonius 317, 13 135 Servius Aen. VI 7 136 Plotius 252 G. 137 sq. Servius in Aen. VI 64 137 'navita t. s.' Probi inst. I 18, 3 'stellis . . . fecit' Macrobius comm. in somn. Scip. I 19, 18 Seneca n. q. VII 25, 3 138 Probus 35, 14 K. 139 sq. Seneca epist. 90, 11 'tum . . . inventum' Nonius 184, 15 139 'laqueo c. f.' Seneca de vita beata 14, 3 140 'latos canibus c. s.' Seneca de vita beata 14, 3 141 Nonius 191, 30 144 Seneca epist. 90, 9 Servius Aen. VII 509 145 sq. 'labor . . . improbus' Macrobius Sat. V 16, 7 Alcuinus 2122 P.

VARIA LECTIO.

132 *bis in c* REPRAESSIT *R* 133 varios *Nonius* EXTVNDERET (R *m.*2 *sup.*) *P: cf. gc.* IV 315 extuderet *γ* excuderet *b*1 extuderet *b*2 artif *γ* 134 *in suspicionem vocavi lect. Verg.* 4 PAVLLATIM *P* exulcis *γ* et] ut *malit Wagnerus* 135 *interpolatum esse iudicavi lect. Verg.* 4 ut] et *malit Wagnerus: cf. Aen.* VI 7 136 FLVVII (I *prius m.*2 *add.*) *P* fluuiif *γ* fluuii primũ *c* 137 NAVITAN *M* tum] nunc *Servius in Aen.* VI 64 138 PLEIDAS *P* Plyadaf *c* quae *γ* lycaoni. f *b* licaonif *c* ARCTOM *M* 139 TVNC *M* tunc *c, Seneca* laqueo *Seneca de vita beata* 140 magnos] latos *Seneca de vita beata* cab: *b* canibus c. s. = *ecl.* X 57 141 tam *γ* 142 alta petens pelagoque '*nonnulli*' *apud Servium. Cum antecedentibus coniuncta* alta petens *in M* humida *c* 143 damina *γ*1 144 nam] sed *Servius Aen.* VII 509 primũ *c* SCHINDEBANT *R* 145 ALTES (*corr. m.*2 *P* ui. cit *c*

inprobus et duris urgens in rebus egestas.
prima Ceres ferro mortalis vertere terram
instituit, cum iam glandes atque arbuta sacrae
deficerent silvae et victum Dodona negaret.
mox et frumentis labor additus, ut mala culmos
esset robigo, segnisque horreret in arvis
carduos: intereunt segetes, subit aspera silva,
lappaeque tribolique, interque nitentia culta
infelix lolium et steriles dominantur avenae.
quod nisi et adsiduis herbam insectabere rastris,
et sonitu terrebis aves, et ruris opaci
falce premes umbras, votisque vocaveris imbrem,
heu magnum alterius frustra spectabis acervom,
concussaque famem in silvis solabere quercu.
Dicendum et, quae sint duris agrestibus arma,

TESTIMONIA.

148 sq. 'cum ... negaret' Probus 36, 3 K. 150 sq. 'mox ... robigo' Servius Aen. VIII 181 150 'mox ... additus' Diomedes p. 315 P. Marius Plotius p. 263 G. 'mox et f.' Marius Plotius p. 256 G. 'mala c.' de gen. nom 75. Haupt. 154 Appuleius Flor. II 11 'infelix lolium' Isidorus orig. XVII 9. 106 'infelix dictum est a Vergilio lolium' Plinius nat. hist. XXII 25, 77 156 sq. 'et ruris ... umbram' Nonius 365, 17 Servius ecl. X 76 158 Nonius 402, 12 Asper 111, 8 Seneca de benef. VII 5, 2 160 Probus 81, 1 Servius in Aen. I 119 Priscianus 1218 P. 'duris a. a.' Terentianus Maurus 1032

VARIA LECTIO.

146 IMPROBVS *MRb* SVRGENS *P* SVRGENS *M* urg. ens *b* aegestaf *b*1*c*1 147 mortalef *bc* 148 ARBVSTA *R* 149 NEGARENT *R* 150 et *om. Diomedes* frumenti *γ* culmuf *γ* 151 robigo *γ* rubigo *bc* HORRET (*corr. m.* 2) *R* 152 carduos '*antiqui aliquot*' *Servii* CARDVVS *MPRγbc* 153 lappaeque tribolique = III 385 tribuli *b* tribuli *c* INTER^q^ *om.* QVE (q; *m.* 2 *vel* 3 *sup.*) *R* 155 ASSIDVIS *Rbc* TERRAM *R, in ras. c, Servius* INSECTARE (BE *col. rubro*) *M* rafti *γ* rutris *Schraderus* 156 terraebif *γ* 157 PRAEMES *R* VMBRAS *Pbc, Philargyrus* VMBRAM *MRγ, Nonius, Servii φ* uocaueriſ *b*1 uocaberiſ *b*2 uocaberiſ *c* 158 SPECTAVIS *M* expectabif *b* heu frustra magnum alterius *Seneca* ACERVOM (*O m.* 2 *corr. in* V) *P* ACERVVM *R* ACERVVM *Myb* acerum *c* 159 SOLAVERE *R* QVAERCV *M* 160 dicendum duris quae sint *Priscianus*

quis sine nec potuere seri nec surgere messes:
vomis et inflexi primum grave robur aratri
tardaque Eleusinae matris volventia plaustra
tribulaque traheaeque et iniquo pondere rastri;
virgea praeterea Celei vilisque supellex,
arbuteae crates et mustica vannus Iacchi.
omnia quae multo ante memor provissa repones,
si te digna manet divini gloria ruris.
continuo in silvis magna vi flexa domatur
in burim et curvi formam accipit ulmus aratri.
huic a stirpe pedes temo protentus in octo,
binae aures, duplici aptantur dentalia dorso,
stivaque, quae currus a tergo torqueat imos.
caeditur et tilia ante iugo levis altaque fagus,

TESTIMONIA.

161 Nonius 397, 9 162 Nonius 314, 8 163 Probus 36, 10 K. 'Eleusinae . . . plaustra' Servius Aen. X 362 'volventia plaustra' Servius in Aen. I 234 164 Nonius 228, 30 'et . . . rastri' Donatus in Ter. Andr. I 1, 9 166 'nunc mystica vallus' de gen. nom. 103 Haupt. 167 Priscianus 1001 169 sq. Priscianus 757P. A. Mai thes. nov. lat. (auct. class. VIII) 69 'continuo . . . burim' Nonius 80, 20 171 Priscianus 961 172 'duplici . . . dorso' Servius ge. III 87 Aen. I 655 173 'caeditur . . . levis' Nonius 271, 28 'caeditur . . . iugo' de orthogr. 2780 P.

VARIA LECTIO.

161 potueri γ poture *b* MESSIS *P* 164 TRIBVLAQ (*super* Q *litera rubra erasa*) *M* TRAHEQ · *M* traheque *γc* traheaeque ***testatur*** *Servius* tribulaeque trahaeque *Nonius*, 'tribulae feminino' ***testans*** (sublimaequae trahequae *Leid.*) 165 CAELEI *My* 166 gratef *γ* ET MVSTICA *R* ET MYSTICA *MPyb* et mistica *c* nunc mystica *de gen. nom.* VALLVS *R*, *de gen. nom.* 'vannus . . . *legimus tamen et* vallus, *secundum Varronem . . . quod idem nihilominus significat*'. *Servius* 167 PROVISSA *P* PROVISA *MRybc* 168 dium *γ* 1 169 domatur (a *e corr.*) *b* 170 IMBVRIM *MPyb* inbrim *c* accepit *b* 1. *fort. recte* ulmof *γ* 171 A *M* ab *b* EN (E *m.* 2 *corr. in* I) *P* 172 et duplici *Servius ge.* III 87 174. 173 *transposuit Schraderus* 174 stivae quae *Martinus* quae] QVE (A *m.* 2 *sup.*) *P* quae *suprascr. b* CVRRVS *MRybc*, *Servius* CVRGVS (C *corr. m.* 2 *ex* I *vel* T, R *m.* 2 *sup.*) *P* cursus *Wagnerus ex Paris.* 2. 3 *auctore viro docto apud Martinum* 173 talia *γ*

et suspensa focis explorat robora fumus.
Possum multa tibi veterum praecepta referre,
ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.
area cum primis ingenti aequanda cylindro
et vertenda manu et creta solidanda tenaci,
ne subeant herbae neu pulvere victa fatiscat,
tum variae inludant pestes: saepe exiguus mus
sub terris posuitque domos atque horrea fecit,
aut oculis capti fodere cubilia talpae,
inventusque cavis bufo et quae plurima terrae
monstra ferunt, populatque ingentem farris acervom
curculio atque inopi metuens formica senectae.
contemplator item, cum se nux plurima silvis

TESTIMONIA.

175 Nonius 294. 26 176 sq. Seneca epist. 124 177 Nonius 275, 26. 411, 30 178 sq. 'aream in messem creta praeparare. Catonis sententia amurca temperatam, Vergili operosius.' Plinius nat. hist. XVIII 29, 71 'area . . . manu' Isidorus orig. XX 14, 9 178 Charisius 240 180 Nonius 403, 31 'ne s. h.' Agroetius 2271 P. 181 'saepe e. m.' Quintilianus VIII 3, 20 183 de gen. nom. 102 Haupt. Nonius 249, 23 Priscianus 642 P. Arusianus p. 243 L. 'oculis capti talpae' Quintilianus IX 3, 6 'oculis . . . talpae' Charisius 241 184 A. Mai thes. nov. lat. 80 185 sq. 'populatque . . . curculio' Nonius 471, 16 Servius in Aen. I 527 185 'populatque . . . acervum' Pompeius p. 308 L. Servius in Aen. I 4 Cledonius 1916 P. 186 'atque . . . senectae' Nonius 30, 33 comm. Cruq. Hor. serm. I 1, 33 187 Marius Plotius p. 262 G. 'contemplator i. e.' Probi inst. I 8, 2 'cum se n. p.' Servius in Aen. I 419 187 sq. 'cum . . . florem' Isidorus orig. XVII 7, 23 Arusianus 235 L. Servius ge. III 52

VARIA LECTIO. E

175 EXPLORAT (E *supra scr. col. rubro*) *M* 173 *et* 175 *fortasse secundis curis a poeta in margine adiecti.* 176 referrae *γ* 178 primũ *c* CYLINDRO *MRybc, Charisius, Isidorus* CYLINDRO EST, *sed* EST *m.2 ut vid. add., P* 179 tenace *b*1 180 FATIGAT (S *m.2 sup.*, G *m.2 corr. in* C) *P* 181 INLVDANT (V *m.2 sup.*) *P* INLVDANT *M* inludunt (u *post. in ras.*) *b* inludunt *c* 182 domuſ *γ* ADQVE *R* orrea *γc* 183 oculos *Nonii ω, sed* oculiſ *Bern.* 347 APTI *M* 185 ACERVO P ACERVVM *MRybc* 186 Curculeo *b*1 INOPE (E *radendo ut vid. corr. in* I) *P* inopei? metuensque inopi *comm. Cruq.* SENECTE *M* 187 NOX (O *m.2 corr. in* V) *P*

induet in florem et ramos curvabit olentis.
si superant fetus, pariter frumenta sequentur,
magnaque cum magno veniet tritura calore;
at si luxuria foliorum exuberat umbra,
nequiquam pinguis palea teret area culmos.
semina vidi equidem multos medicare serentes,
et nitro prius et nigra perfundere amurca,
grandior ut fetus siliquis fallacibus esset,
et quamvis igni exiguo properata maderent.
vidi lecta diu et multo spectata labore
degenerare tamen, ni vis humana quodannis
maxima quaeque manu legeret. sic omnia fatis
in peius ruere ac retro sublapsa referri,

TESTIMONIA.

188 Iulius Rufinianus 255 R. 189 Nonius 388, 28 'pariter f. s.' Charisius 191 schol. Veron. 95, 31 K. 191 Nonius 340, 3 193 Priscianus 792. 797. 1162 P. 194 A. Mai thes. nov. lat. 36 'Vergilius nitro et amurca perfundi iubet fabam. sic etiam grandescere promittit.' Plinius nat. hist. XVIII 17, 45 195 sq. Columella de r. r. II 10, 11 196 Priscianus 766 P. 197—200 Columella de r. r. II 9, 12 III 10, 18 198 Probi inst. I 4, 15 199—203 'sic omnia ... amni' Gellius X 29

VARIA LECTIO.

188 INDVET *MPRb, Servius et Philargyrus* induit *γ, Arusiani, Rufiniani et excepto Gud.* 2 *Isidori excmpl.* et *suprascr. b* ramof (a *et* o *ex corr.*) *γ* CVRVAVIT *Mb*1, *Rufinianus* OLENTES *MPc* 189 fuperat *b* FVMENTA (R *m.*2 *sup.*) *P* 191 AD *R* LVXVRIAE *i. e.* luxurie *R* FILIORVM *R* 192 NEQVICQVAM *M* PINGVES (E *m.*2 *corr. ex* I *ut vid.*) *P* pinguef *c* '*quidam legunt* pingues paleae. *sed verior lectio:* pingues palea' *Philargyrus* pinguis palea *Servius* TERET (E *alt. m.*2 *corr. ex* P) *P* TERIT *Rb* 193 *sq. in rasura b* 194 MVLOS (T *m.*2 *sup.*) *P* ferentis *γ* 194 profundere *γ*1 AMVRCA *PRb, thes. nov. lat.* AMVRGA *Mγ* 'amurca *per* c *scribitur et per* g *pronuntiatur*' *Servius* 195 laetior *Columella* 196 SIGNI *R* IGNIS *M* MADHERENT *R* aderent *b* 197 vidi ego lecta *Columellae* II 9, 12 *libri exc. Pol. Goes.* MVLTOS SPECTATA *R* multif pectata (i *eras.*) *γ* multo expectata *b* 198 V?IS *M* ui *γ* menf *Columellae Reg.* QVOTANNIS *MPbc* quotannif *γ* 199 MANVS *M* anu *b* 200 uere *γ* ac ... referri = *Aen.* II 169 ac] ET *Pbc, Columellae Reg.* SVBLABSA *MPγ*

non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
remigiis subegit, si bracchia forte remisit,
atque illum praeceps prono rapit alveus amni.

Praeterea tam sunt arcturi sidera nobis
haedorumque dies servandi et lucidus anguis,
quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis
pontus et ostriferi fauces temptantur Abydi.
libra die somnique pares ubi fecerit horas,
et medium luci atque umbris iam dividit orbem:
exercete, viri, tauros, serite hordea campis

TESTIMONIA.

201 sq. 'quam . . . subigit' Nonius 534, 9 Fulgentius 564, 7 201 'lembus' Probus 36, 18 K. 202 sq. 'si bracchia . . . amni' Nonius 530, 6 Acron ad Hor. carm. III 29, 32 203 Servius Aen. IV 424 'prono r. a. a.' Priscianus 766 204—207 Columella de r. r. XI 1, 31 204 sq. Acron Hor. carm. III 1, 24 'quippe Vergilio iubente praedisci ventos ante omnia ac siderum mores, neque aliter quam navigantibus servari' Plinius nat. hist. XVIII 24, 56 204 Servius Aen. IV 578 205 'haedorumque d.' Probus 36, 19 K. 'et l. a.' Probus 36, 22 K. 206 'ventosa . . . vectis' Servius Aen. VIII 449 208 Gellius IX 14 Charisius 101 Priscianus 780. 781. 1102 Probi inst. II 1, 1 Donatus in Ter. Andr. II 5, 19 schol. Lucani VIII 467 Probus 36, 29 K. Servius Aen. I 470 'libra die' Servius in Aen. I 156 'libra die somnique' Iucertus de nom. 1 E. schol. Persii V 47 210 Asper 113, 12 'sane reprehensus Vergilius dicitur a Bavio et Maevio hoc versu: hordea qui dixit, superest ut tritica dicat' Servius 'serite h. c.' de gen. nom. 79 Haupt. Augustinus de gramm. 1990 P. 'serit h.' Charisii exc. p. 550 K.

VARIA LECTIO.

201 qui. *c* aduorso *Nonii praeter Leid. ex.* lembun *γ* 202 remigiſ *c* SVBEGIT *P* SVBIGIT *MRybcψ* brachia *b* 203 atque: *cf. Wichert de arte stil.* 169 ILLVM PRAECEPS PRONO *P: cf. ecl.* VIII 59 *ge.* III 236 IV 29 ILLVM PRONO INCEPS (PRE *m. rec. sup.*) *R* ILLVM IN PRAECEPS PRONO *Mybc*, *Gellius*, *Nonius* TRAHIT *R* 206 VECTUS (U *m. 2 corr. in* O *et ead. m. sup.* I) *P* uectef *b1* 207 obſtriferi *γ* ſaucif *c1* abbydi *γ* 208 DIE *Py*, *Servius*, *Priscianus*, *Probi inst.*, *inc. de nom.*, *Charisii cod.*, *schol. Luc.* DIE[1] (I *suprascr. col. rubro*) *M* DIEI *R*, *Probi* 36, 29 *libri* die. *b* *'ut facile his credam, qui scripserunt idiographum librum Vergilii se inspexisse, in quo ita scriptum est:* libra dies . . . horas, *id est:* libra diei somnique.' *Gellius* 209 DIVIDET *Ryb: cf.* 188, *at contra* 450 III 303. 336 IV 401 *recte laudata a Wagnero* VRBEM *M*

usque sub extremum brumae intractabilis imbrem;
nec non et lini segetem et Cereale papaver
tempus humo tegere et iandudum incumbere aratris,
dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
vere fabis satio; tum te quoque, medica, putres
accipiunt sulci, et milio venit annua cura,
candidus auratis aperit cum cornibus annum
taurus, et averso cedens canis occidit astro.
at si triticeam in messem robustaque farra
exercebis humum, solisque instabis aristis,
ante tibi Eoae Atlantides abscondantur
Cnosiaque ardentis decedat stella coronae,

TESTIMONIA.

211 Probi inst. I 11, 2 Arusianus p. 266 L. 212 'Cereale p.' Probus 37, 1 214 Columella de r. r. II 8, 3 215 'Vergilius eam' (fabam) 'per ver seri iubet circumpadanae Italiae ritu' Plinius nat. hist. XVIII 12, 30 215 sq. Seneca epist. 86, 16 215 'vere f. s.' Charisius 21. 72 Nonius 227, 3 Asper 113, 14 K. 217 sq. Probus 37, 2 K. Macrobius comm. in somn. Scip. I 18, 15 219 sqq. 'Vergilius triticum et far a vergiliarum occasu seri iubet, hordeum inter aequinoctium et brumam (210), viciam vero, phasiolos et lentem boote occidente' (227) Plinius nat. hist. XVIII 24, 56 219—221 Columella de r. r. II 8, 1 219 Asper 113, 13 K. (om. 'at') 'robustaque f.' Probi inst. II 1, 29 221—223 'ante . . . semina' Probus 37, 13 K. 221 Marius Victorinus 2473 P. Terentianus Maurus 1188 Servius Aen. VIII 138 222 Probus 17, 13 K. Acron ad Hor. carm. II 19, 14

VARIA LECTIO.

211 VTQ· *P* imbren *γ* 212 ceriale *γ1b* 213 IAMDVDVM *PRybc* incũb. ere *c* aratrif *γ*, *Servius* ARATRIS (*sup. m. rec.*) *P* ARATRIS *M* RASTRIS *R* aratrif *in ras. b* ratris *Mentel. alter m. 1.* *Fuit cum* rutris *conicerem* 215 satio est *Seneca* fauis *Nonii ex.*, *Charisii 72 cod.* tunc *Seneca* 216 Accipiant *c* 218 AVERSO *PRybc*, *Probus* ADVERSO *M* 'averso *autem* astro *duplex lectio est*, *nam alii* adverso *legunt*' *e. q. s. Servius.* *Fluctuant Macrobii exemplaria*, *sed* auerso *praeter alia Bongars. 1* CEDENS (*T m. 2 sup.*) *P* CADENS *M* 219 AD *R* TRITICEM (*A m. 2 sup.*) TRITICIAM *M* IM (*N m. 2 sup.*) *P* IN *MRybc* menſem *γ* 220 ariſtif (*f pr. in ras.*) *b* 221 AEO *M* aeoae *γ* eoe *c* ABSCONDVNTVR (*A m. 2 sup.*) *P* abſcondentur *γ* 222 CNOSIA *P*, *Probus* GNOSIA *MRybc* procedat *Schraderus* decedat *etiam Servius*

debita quam sulcis committas semina quamque
invitae properes anni spem credere terrae.
multi ante occasum Maiae coepere; sed illos
expectata seges vanis elusit avenis.
si vero viciamque seres vilemque phaselum,
nec Pelusiacae curam aspernabere lentis,
haut obscura cadens mittet tibi signa bootes:
incipe et ad medias sementem extende pruinas.

Idcirco certis dimensum partibus orbem
per duodena regit mundi sol aureus astra.
quinque tenent caelum zonae: quarum una corusco
semper sole rubens et torrida semper ab igni;
quam circum extremae dextra laevaque trahuntur
caeruleae, glacie concretae atque imbribus atris;
has inter mediamque duae mortalibus aegris

TESTIMONIA.

224 'anni . . . terrae' Acron ad Hor. carm. I 3, 5 225 sq. Probus 37, 28 K. 'sed . . . aristis' Nonius 301, 24. 416, 25 225 'multi . . . coepere' Servius Aen. VIII 138 227—229 Probus 38, 1 K. 227 Acron ad Hor. carm. I 20, 1 'si . . . seres' Probi inst. I 9, 11 'vilemque faselum' Nonius 529, 12 Servius ge. I 274 228 Nonius 210, 4 229 sq. Beda de temp. ratione 16 233—239 Probus 38, 17 K. Hyginus gromaticus de limitibus constituendis p. 185 L. 233—238 'quinque . . . divom' Beda de temp. rat. 34 233 'quinque . . . zonae' Probus 40, 16 K. Isidorus de natura rerum 10 p. 22 ed. Becker 234 Acron ad Hor. carm. I 22, 21 III 3, 54 235 sq. 'quam . . . concretae' Isidorus de natura rer. 9 p. 22 ed. Becker 236 Acron ad Hor. carm. III 3, 56 237 sq. 'has . . . divom' Isidorus de natura rer. 10 p. 23 ed. Becker 'mortalibus . . . divom' Macrobius somn. Sc. II 5, 16 237—239 'duae

VARIA LECTIO.

223 Dabita *c*l 224 properif *γ* CAEDERE *M* 225 MALE *M* malae *γ* maie (ie *in ras.*) *b* 226 EXSPECTATA *MR* AVENIS *Pybc*, *Probus: cf. H. Keilius Philol.* II 164 *sq.* ARISTIS *ut* 220 *MR*, *Nonius* 227 uitiam *γ* fasellum *χ*, *Acronis Med.* 228 PELVSAEACAE (E *sec. m.* 2 *corr. in* I) *P* 229 Aut *γ* haud *bc* MITTIT *M* mit[tet] *b* mittat *c*l 230 INCIPI *R* EXPENDERE *R* 233 ina *γ* CORVSCE (O *m.* 2 *sup.*) *P* CORVSCHO *M* 235 LEVA *Mγ* trauntur *b* 236 CAERVLEAE *MPRybc*, *Hygini φ*, *Servius ut videtur: γλαυκοὶο κελαινοτέραι κυάνοιο Eratosthenes.* cerulee *Isidori Bamb. B* cerule *Isidori Bamb. A* caerulea *b*2, *Pierii ψ*, *Probi exempl.*, *Hygini ω* GLACIAE *MRc*l IMBVIB · *M* a. trif (t *e corr.*, *ut videatur fuisse* aegris) *γ* 237 *om.*, *add. in mg. γ* has] Af *γ* DIVAE *P* aegrif (aeg *in ras.*) b

munere concessae divom, et via secta per ambas,
oblicus qua se signorum verteret ordo.
mundus, ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces
consurgit, premitur Libyae devexus in austros.
hic vertex nobis semper sublimen; at illum
sub pedibus Styx atra videt manesque profundi.
maximus hic flexu sinuosso elabitur anguis
circum perque duas in morem fluminis arctos,
arctos Oceani metuentes aequore tingui.
illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox
semper et obtenta densentur nocte tenebrae,
aut redit a nobis Aurora diemque reducit;
nosque ubi primus equis Oriens adflavit anhelis,
illis sera rubens accendit lumina Vesper.

TESTIMONIA.

. . . ordo' Macrobius somn. Sc. II 8, 2 240 sq. Servius ge. I 324 242 sq. Macrobius comm. in somn. Scip. I 16, 5 242 Festus 306 v. sublimen 'hic . . . sublimis' Servius in Aen. I 114 ge. I 209 II 310 Acron ad Hor. carm. III 24, 38 244—246 Prohus 40, 5 K. 244 Nonius 207, 10 245 Priscianus 986 P. Macrobius somn. Scip. II 8, 6 'circum . . . morem' Marius Plotius p. 263 G. 246 Macrobius comm. in somn. Scip. I 16, 4 Probi inst. I 5, 1 Arusianus p. 247 L. 247—251 Probus 39, 27 K. 249 schol. Lucani VI 572 250 sq. Seneca epist. 122, 2 Martianus Capella VI 592 250 schol. Statii Theb. V 178

VARIA LECTIO.

238 Muner. e *b* DIVOM (O *m.* 2 *corr. in* V) *P* DIVVM *MRybc* 239 OBLIQVS *R* OBLIQVVS *Mbc* 240 et *b* AB (D *col. rubro*) *M* fcitiam *γ* fchitiam *c* RIPHEAS *MPRbc* ripheaf *γ* Riphaeas *Servius* 241 PRAEMITVR *MR* LIVIAE (I *post. m.* 2 *corr. in* V) *P* 242 semper] caeli *Servius ge.* I 209 sublimen *Verrium Flaccum legisse demonstravi in Iahnii ann.* LXXVII 184 *sq.* SVBLIMES *R* SVBLIMIS *MPybc*, *Macrobii Acronis Servii exempl. ut vid.* sub. *Festi cod.* AD *PRb*1 243 flix (i *corr. in* y) *b* flix *c* 244 MAXIMVS *PRybc* SINVOSSO *P* SINVOSO *Myc* finuofo (f *pr. corr. add.*) *b* SINVOS (O *m. rec. sup.*) *R* 245 arctuf *γ*1 246 Arctof *γ* metuentif *γ*1 *Probi inst. cod.* tingi *γ*2 tingi *c* 248 DENSENTVR *PRybχ* DENSANTVR *Mc*, *Probi exempl.* nube *Schraderus* 249 REDDIT *M Probus* redit (dit *in ras.*) *c* a *om. Probus* NOBI /// (*ult. lit. ras. evanida*) *P* 250 equis . . . anhelis = *Aen.* V 739 hanelif *γ* anhelans *Probi exempl.* 251 illis *Seneca*, *ut Lucretius* I 1065 ILLIC *MPR ybc*, *Probi exempl. An* illi? ostendit *Probi exempl.*

Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus
temporibusque parem diversis quattuor annum:
hinc tempestates dubio praedicere caelo
possumus, hinc messisque diem tempusque serendi,
et quando infidum remis impellere marmor
conveniat, quando armatas deducere classis,
aut tempestivam silvis evertere pinum.
frigidus agricolam siquando continet imber,
multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
maturare datur: durum procudit arator
vomeris obtusi dentem, cavat arbore lyntres,
aut pecori signum aut numeros impressit acervis.
exacuunt alii vallos furcasque bicornis,
atque Amerina parant lentae retinacula viti.
nunc facilis Rubea texatur fiscina virga,

TESTIMONIA.

257 Nonius 357, 20 258 Servius in Aen. I 133 255 'classes' gloss. Zitz. Petri p. 13 256 Macrobius Sat. VI 4, 16 259—261 'frigidus... datur' Gellius X 11 Nonius 51, 28 Macrobius Sat. VI 8, 11 261 sq. 'durum . . . dentem' Nonius 156, 28 'durum . . . lintres' Priscianus 891 Eutychius II 4 262 'cavat a. l.' Nonius 535, 6 264 'exacuunt a. v.' de gen. nom. 103 H. 265 Nonius 338, 7 266 schol. Hor. sat. I 5, 96

VARIA LECTIO.

257 *sq. huc transposui* 257 Ne *c* PECVLAMVR *P* fpecula *b* 258 DIVERSIT *M* 252 dubii *b*1 PRAEDICERE *R* 253 Poſſimuſ *b* tempeſtaque ferendi (ta *cras.*) *γ* 254 INPELLERE *Pγc* 255 armatoſ *γ*1 CLASSES *PRγb* deducere claſſeſ *in ras. c* 256 et *Macrobius* TEMPESSIIVAM *P* *Ante v.* 259 *desideramus quaedam in hanc sententiam: 'sunt enim suis quaeque temporibus opera adsignata, etiam eis, quae nullum omnino negotium videntur admittere.'* 259 TAIGIDVS (T *m.*2 *corr. in* F, R *m.*2 *add.*) *P* agricolas *Macrobius* 260 mox] POST *M* mox *in ras. b* properanda (da *in ras.*) *b* 261 proucit *b*1 proudit *b*2 262 obtonſi *Eutychii cod.* obtusi *bc* cauet *b* LYNTRES *MPRγb, Prisciani Bamb. Halb.* lintreſ *c* luntrem *Eutychius* 263 NVMERO *M* INPRESSIT *Pγ* INPRAESSIT *R* 264 ALI *R* BICORNES *Rc* 265 ADQVE *R* parent *c*1 LENTE *M* 266 FACILI *P* facilis *Servius* 'Rubos...hinc putant aliqui Virgilium dixisse...Rubea...virga.' *schol. Hor. Inter* Rulea *et* rubea *fluctuat Servius*

munere concessae divom, et via secta per ambas,
obliqua qua se signorum verteret ordo.
mundus, ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces
consurgit, premitur Libyae devexus in austros.
hic vertex nobis semper sublimen; at illum
sub pedibus Styx atra videt manesque profundi.
maximus hic flexu sinuosso elabitur anguis
circum perque duas in morem fluminis arctos,
arctos Oceani metuentes aequore tingui.
illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox
semper et obtenta densentur nocte tenebrae,
aut redit a nobis Aurora diemque reducit;
nosque ubi primus equis Oriens adflavit anhelis,
illis sera rubens accendit lumina Vesper.

TESTIMONIA.

. . . ordo' Macrobius somn. Sc. II 8, 2 240 sq. Servius ge. I 324 242 sq. Macrobius comm. in somn. Scip. I 16, 5 242 Festus 306 v. sublimen 'hic . . . sublimis' Servius in Aen. I 114 ge. I 209 II 310 Acron ad Hor. carm. III 24, 38 244—246 Probus 40, 5 K 244 Nonius 207, 10 245 Priscianus 986 P. Macrobius somn. Scip. II 8, 6 'circum . . . morem' Marius Plotius p. 263 G. 246 Macrobius comm. in somn. Scip. I 16, 4 Probi inst. I 5, 1 Arusianus p. 247 L. 247—251 Probus 39, 27 K. 249 schol. Lucani VI 572 250 sq. Seneca epist. 122, 2 Martianus Capella VI 592 250 schol. Statii Theb. V 178

VARIA LECTIO.

238 Muner. e *b* DIVOM (O *m.* 2 *corr. in* V) *P* DIVVM *MRybc* 239 OBLIQVS *R* OBLIQVVS *Mbc* 240 et *b* AB (D *col. rubro*) *M* fcitiam *γ* fchitiam *c* RIPHEAS *MPRbc* ripaeaf *γ* Riphaeas *Servius* 241 PRAEMITVR *MR* LIVIAE (I *post. m.* 2 *corr. in* V) *P* 242 semper] caeli *Servius ge.* I 209 sublimen *Verrium Flaccum legisse demonstravi in Iahnii ann.* LXXVII 184 *sq.* SVBLIMES *R* SVBLIMIS *MPybc*, *Macrobii Acronis Servii exempl. ut vid.* sub. *Festi cod.* AD *PRb*1 243 ſtix (i *corr. in* y) *b* ſtix *c* 244 MAXIMVS *PRybc* SINVOSSO *P* SINVOSO *Myc* ſinuoſo (ſ *pr. corr. add.*) *b* SINVOS (O *m. rec. sup.*) *R* 245 arctuſ *γ*1 246 Arctoſ *γ* metuentiſ *γ*1 *Probi inst. cod.* tingi *γ*2 tingi *c* 248 DENSENTVR *PRybχ* DENSANTVR *Mc*, *Probi exempl.* nube *Schraderus* 249 REDDIT *M Probus* redit (dit *in ras.*) *c* a *om. Probus* NOBI /// (*ult. lit. ras. evanida*) *P* 250 equis . . . anhelis = *Aen.* V 739 hanelif *γ* anhelans *Probi exempl.* 251 illis *Seneca*, *ut Lucretius* I 1065 ILLIC *MPRybc*, *Probi exempl. An* illi? ostendit *Probi exempl.*

Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus
temporibusque parem diversis quattuor annum:
hinc tempestates dubio praediscere caelo
possumus, hinc messisque diem tempusque serendi,
et quando infidum remis impellere marmor
conveniat, quando armatas deducere classis,
aut tempestivam silvis evertere pinum.
frigidus agricolam siquando continet imber,
multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
maturare datur: durum procudit arator
vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lyntres,
aut pecori signum aut numeros impressit acervis.
exacuunt alii vallos furcasque bicornis,
atque Amerina parant lentae retinacula viti.
nunc facilis Rubea texatur fiscina virga,

TESTIMONIA.

257 Nonius 357, 20 258 Servius in Aen. I 133 255 'classes' gloss. Zitz. Petri p. 13 256 Macrobius Sat. VI 4, 16 259—261 'frigidus... datur' Gellius X 11 Nonius 51, 28 Macrobius Sat. VI 8, 11 261 sq. 'durum . . . dentem' Nonius 156, 28 'durum . . . lintres' Priscianus 891 Eutychius II 4 262 'cavat a. l.' Nonius 535, 6 264 'exacuunt a. v.' de gen. nom. 103 H. 265 Nonius 338, 7 266 schol. Hor. sat. I 5, 96

VARIA LECTIO.

257 *sq. huc transposui* 257 Ne *c* PECVLAMVR *P* ſpecula *b* 258 DIVERSIT *M* 252 dubii *b*1 PRAEDICERE *R* 253 Poſſimuſ *b* tempeſtaque ferendi (ta *eras.*) *y* 254 INPELLERE *Pyc* 255 armatoſ *y*1 CLASSES *PRyb* deducere claſſeſ *in ras. c* 256 et *Macrobius* TEMPESSIIVAM *P* *Ante v.* 259 *desideramus quaedam in hanc sententiam: 'sunt enim suis quaeque temporibus opera adsignata, etiam eis, quae nullum omnino negotium videntur admittere.'* 259 TRIGIDVS (T *m.*2 *corr. in* F, R *m.*2 *add.*) *P* agricolas *Macrobius* 260 mox] POST *M* mox *in ras. b* properanda (da *in ras.*) *b* 261 proucit *b*1 proudit *b*2 262 obtonſi *Eutychii cod.* obtusi *bc* cauet *b* LYNTRES *MPRyb, Prisciani Bamb. Halb.* lintreſ *c* luntrem *Eutychius* 263 NVMERO *M* INPRESSIT *Py* INPRAESSIT *R* 264 ALI *R* BICORNES *Rc* 265 ADQVE *R* parant *c*1 LENTE *M* 266 FACILI *P* facilis *Servius* 'Rubos...hinc putant aliqui Virgilium dixisse... Rubea... virga.' *schol. Hor. Inter* Rubea *et* rubea *fluctuat Servius*

nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
quippe etiam festis quaedam exercere diebus
fas et iura sinunt: rivos deducere nulla
religio vetuit, segeti praetendere saepem,
insidias avibus moliri, incendere vepres,
balantumque gregem fluvio mersare salubri.
saepe oleo tardi costas agitator aselli
vilibus aut onerat pomis, lapidemque revertens
incussum aut atrae massam picis urbe reportat.

Ipsa dies alios alio dedit ordine luna
felicis operum. quintam fuge: pallidus Horcus

TESTIMONIA.

267 Servius in Aen. I 179 'et torrere parant flammis fruges et frangere saxo' Isidorus orig. XV 6, 4 268—272 'sunt enim, ut ait poeta, quae festis exercere . . . salubri' Columella de r. r.' II 22, 1 269 'fas . . . sinunt' schol. Lucani V 288 269 sq. 'rivos . . . vetuit' Nonius 289, 21 Macrobius sat. III 3, 10 Servius ge. I 114 'si per sacra sollemnia rivos deducere nulla religio prohibet' Macrobius Sat. I 7, 8 271 'insidias a. m.' Arusianus p. 247 L. 272 Macrobius Sat. I 16, 12 III 3, 12 Priscianus 760 'si salubri fluvio mersare oves fas et iura permittunt' Macrobius I 7, 8 'fluvio m. s.' Acron ad Hor. carm. IV 4, 65 273—275 'saepe etiam, ut celeberrimus poeta memorat, tardi costas . . . reportat' Columella de r. r. VII 1, 3 273 Nonius 410, 18 'tardi c. a. a.' Servius Aen. VII 163 274 'vilibus . . . pomis' Servius ge. I 227 Acron ad Hor. carm. I 20, 1 274 sq. 'lapidem . . . reportat' Priscianus 892 P. 276 sqq. 'namque Vergilius etiam in numeros lunae digerenda quaedam putavit Democriti secutus ostentationem.' Plinius nat. hist. XVIII 32, 75 276 sq. 'ipsa . . . operum' Arusianus p. 230 L. 277 'pallidus [Orcus]' Claudius Sacerdos I 175 E. Servius ge. I 331

VARIA LECTIO.

267 TORRENTE *R* SAXIS *R* fax? (*erasa* a) *b* 268 EXCERCERE *P* exerce[re] *b* 269 DIDVCERE *M*: *cf.* 114 270 Religio *b* relligio *Nonius* pretendere *γ* fepem *γ* 272 flouio *γ* 273 COSTA (S *m.* 2 *sup.*) *R* agitatur *γ1* afelle *γ1* 274 VILIS *M* honerat *c* 275 INCVSSVM *MPR* incufum *γbc* VBE *M* 276 IPSE (A *m.* 2 *sup.*) *P* alio] ALIOS *P* 277 FELICES *PRγbc* QVINCTAM *M* pallidof *b* HORCVS *P secundum Hesiodi opera et dies* 803 *sq.*: 'Hesiodus horcum quinta luna dicit natum. Celsus ut iurisiurandi deum pallidum dictum, quia iurantes trepidatione pallescunt' *Servius.* ORCVS *MRγbc* '*Probus* orchus *legit*, *Cornutus vetat aspirationem addendam.*' *Servius: cf. ad ge.* III 223

Eumenidesque satae; tum partu Terra nefando
Coeumque Iapetumque creat saevomque Typhoea
et coniuratos caelum rescindere fratres.
ter sunt conati imponere Pelio Ossam
scilicet, atque Ossae frondosum involvere Olympum;
ter pater extructos disiecit fulmine montis.
septuma post decumam felix et ponere vitem
et prensos domitare boves et licia telae
addere. nona fugae melior, contraria furtis.

Multa adeo gelida melius se nocte dedere,
aut cum sole novo terras inrorat eous.
nocte leves melius stipulae, nocte arida prata
tondentur noctis lentus non deficit umor.

TESTIMONIA.

279 sq. Servius Aen. VIII 103 279 Philargyrus ge. II 460 'Coeumque I. c.' Servius Aen. IV 228 280 Arusianus p. 220 L. Acron ad Hor. carm. I 3, 39 281 sq. Acron ad Hor. carm. III 4, 51 281 schol. Lucani I 389 VI 412 'Pelion et Ossan' Probus 43, 17 K. 282 Nonius 328, 15 287 'multa . . . melius s. n.' Maximi Victorini de finalibus 19 glossator 289 sq. Nonius 338, 16 'nocte leves . . . tondentur' Claudius Sacerdos I 162 E. 289 'nocte . . . stipulae' Iulius Rufinianus 231 R. 290 'noctes . . . umor' Arusianus p. 224 L. schol. Hor. a. p. 26 Servius Aen. IV 7

VARIA LECTIO.

278 HEVMENIDES *R* SATE (A) *M* partum *γ*1 278 *sq.* TVMT-PARTV TERRA NEFANDO · COEVMQ · LAPYTVMQ · CREAT · SAEVVMQ · THYPHOEA · (*suprascripta manu paulo recentiore, infra inter lin. eras.* COEVMQVE IAPETVMQVE) *M* 279 SAEVOM (O *m.*2 *corr. in* V) *P* SAEVVM *Rγb* feuum *c* THYPOEA *R* thiphoea *c* 280 coniuratuſ *γ*1 281 conati ſunt *schol. Lucani* I 389 INPONERE *Pγ* PELLIO (I *m.*2 *add.*) *P* pelion *b*1 Pelion Ossae *χ*, *schol. Lucani* I 389 Pelio Ossam *Servius* 282 ADQVE *R* INVERTERE (OL V) (*corr. m.*2) *P* 283 EXSTRVCTOS *M* ſtructoſ *γ* di.ſiecit *γ* DEIECIT *R* 'disiecit, deiecit' *Servius* MONTES *Rbc* 284 SAEPTIMA *P* SEPTIMA *Rγbc* DECIMAM *PRγbc* PONTERE *M* VITES *R* 285 praenſoſ *b* · LICEA *Pb*1 telif *c* 286 fuge *γ* 287 meliuſ gelida *c*

288 VEL *R* inrotat (r) *c* EOOS (O *m.*2 *corr. in* V) *P* 289 ſtipulae melius *Claudius Sacerdos, Rufinianus* 290 T. ONDENTVR (*eras. post* T *vel* E *vel* F *vel* I *vel* P) *M* noctif *γb*, *Nonii exempl.* 'noctis, *accusativus pluralis*' *Servius* NOCTES (E *rad. ut vid. corr. in* I) *P* NOCTES *R* NOCTE *M* humor *bc*

et quidam seros hiberni ad luminis ignes
pervigilat, ferroque faces inspicat acuto;
interea longum cantu solata laborem
arguto coniunx percurrit pectine telas,
aut dulcis musti Volcano decoquit umorem
et foliis undam trepidi despumat aheni.
at rubicunda Ceres medio succiditur aestu,
et medio tostas aestu terit area fruges.
nudus ara, sere nudus; hiemps ignava colono.
frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur,
mutuaque inter se laeti convivia curant.
invitat genialis hiemps curasque resolvit,
ceu pressae cum iam portum tetigere carinae
puppibus et laeti nautae imposuere coronas.
set tamen et quernas glandes tum stringere tempus
et lauri bacas oleamque cruentaque murta,

TESTIMONIA.

292 'ferroque inspicat a.' schol. Lucani II 687 294 'arguto pectine' Servius ge. I 143 295 'dulcis musti' Quintilianus VIII 2, 10 'Volcano d. u.' Macrobius V 14, 4 296 Gellius II 3 299 Donatus in Ter. Phorm. II 1, 11 'nudus a. s. n.' Isidorus orig. VI 8, 11 XVII 2, 6 302 Nonius 321, 9 schol. Hor. carm. III 19, 15 'invitat g. h.' schol. Hor. carm. III 17, 16 303 sq. 'ceu . . . puppibus' Nonius 364, 25 305 sq. 'sed . . . bacas' Nonius 403, 6 305 'sed . . . stringere' Servius ecl. IX 61 306 'cruentaque m.' Priscianus 640 P.

VARIA LECTIO.

291 ad *in ras. b* IGTVES *M* 292 PERVIGILANT *P* 294 *cf. Aen.* VII 14 CONIVX *R* 295 DVLCIS *M* VOLCANO (O *pr. m.* 2 *corr. in* V) *P* VVLCANO *MRybc* dequoqu . . . it *γ* dequoquit c humorē *bc* 296 et] aut *Gellius* trepidi *γ*, *Servius*, *Gellius* TEPIDI (R *m.* 2 *sup.*) *P* TREPIDIS *MR* diſpumat *b* *'in optimis libris scriptum invenimus: . . .* aheni' *Gellius* aheni *Servius* AENI *MPybc* AENIS *R* 299 *'sane quidam post hoc hemistichium dicit subsecutus:* habebis frigore febres.' *Servius* &fere *c* 300 FERVNTVR (V *suprascr. col. rubro*) *M* 303 caeu *γ* PRAESSAE *R* 304 = *Aen.* IV 418 INPOSVERE *Pybc* 305 SED *MRyc* QVENDAS (*corr. m.* 2) *P* GLANDES (GLAND *m. ant. in ras.*) *R* tunc *c*, *Nonius*, *Servius ecl.* IX 61 306 lauri .... bacaſ *c* MYRTA *MRyb*, *Prisciani exempl.*

pingue solum primis extemplo a mensibus anni
fortes invortant tauri, glaebasque iacentis
pulverulenta coquat maturis solibus aestas;
at si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum
arcturum tenui sat erit suspendere sulco:
illic, officiant laetis ne frugibus herbae,
hic, sterilem exiguus ne deserat umor harenam.

Alternis idem tonsas cessare novalis,
et segnem patiere situ durescere campum;
aut ibi flava seres mutato sidere farra,
unde prius laetum siliqua quassante legumen
aut tenuis fetus viciae tristisque lupini

TESTIMONIA.

64 'primis . . . anni' Servius ge. III 304 66 Servius Aen. IV 155 'terra in futurum proscinditur Vergilio maxume auctore, ut glaebas sol coquat' Plinius nat. hist. XVIII 26, 65 67—70 cf. Plinius nat. hist. XVIII 26, 65, 2 extr. 67 sq. Probus 34, 12 'at . . . arcturum' Priscianus 1000 68 'tenui . . . sulco' Servius ge. I 45 69 sq. Probus 33, 1 70 Probus 34, 18 K. 71 Nonius 215, 22 'Vergilius alternis cessare arva suadet' Plinius nat. hist. XVIII 21 71 sq. Servius ge. II 412 73—76 Probus 34, 24 K. cf. Plinius nat. hist. XVIII 21 extr. 74 Iulius Rufinianus 250 R. A. Mai thesaurus nov. lat. (auct. class. VIII) 532 'siliqua q. l.' Servius in Aen. I 234 75 sq. 'tristisque ... calamos' Nonius 409, 22 'tristisque l.' Macrobius Sat. VI 5, 5 Isidorus orig. XVII 4, 7 Servius ge. II 126

VARIA LECTIO.

64 ut primis *Servius ge.* III 304 extimplo *c* a *suprascr. b*, om. *c* 65 INVORTANT *M* INVERTANT *PRybc* glebaſ *ybc* IACENTES *MRb* iacentem *γ1* 66 PVLVE.VLENT. (*erasis* R *et* A *ut vid.*) *P* solibus] FRVGIBVS *R* *'Ipsius manu adiectum* maturis solibus' *Servius* a&aſ *c* 67 AD *R* 68 AVCTVRVM *R* TENVLLAT *R* 69 *sq. 'Ipsius manu adiecti sunt deletis duobus, quorum alter totus legi* [*non*] *potuit:* illic officiant segetes ne frugibus illis. *ex altero hoc tantum:* ne deserat humor arenam.' *Servius ad* 67 laetis] LAETI. (*erasa infima literae* I *parte et extrema litera, de pr. m. non liquet*) *P* HERBAE (E *alt. eras.*) *P* herbae *γ* 70 humor *ybc* arenã *b* 71 TONSIS *M* ceſſere *γ* noualiſ *γc Nonius* 215, 22 NOVALES *MPRb* 73 SEMINE *R: cf.* 82 sidere *Servius*, *Probus* 75 tenueſ *b* uitiae *b* tristes *Servius ge.* II 126 triſti *c* LVPINIS *R*

sustuleris fragiles calamos silvamque sonantem.
urit enim lini campum seges, urit avenae,
urunt Lethaeo perfusa papavera somno:
set tamen alternis facilis labor, arida tantum
ne saturare fimo pingui pudeat sola neve
effetos cinerem immundum iactare per agros.
sic quoque mutatis requiescunt fetibus arva;
nec nulla interea est inaratae gratia terrae.
saepe etiam steriles incendere profuit agros,
atque levem stipulam crepitantibus urere flammis:
sive inde occultas vires et pabula terrae
pinguia concipiunt, sive illis omne per ignem
excoquitur vitium atque exudat inutilis umor,
seu plures calor ille vias et caeca relaxat

TESTIMONIA.

76 Nonius 404, 29 77 sq. Columella de r. r. II 14, 3 'Vergilius et lino segetem exuri et avena et papavere arbitratur' Plinius nat. hist. XVII 9, 7 'urit . . . seges' Servius ge. I 212 78 Probus 34, 30 K. 'Lethaeo . . . somno' Isidorus orig. XVII 9, 31 'perfusa p. s.' de gen. nom. 92 Haupt. 80 sq. 'neve . . . agros.' Nonius 198, 9 81 'cinerem . . . agros' Servius Aen. XII 611 82 schol. Statii Theb. III 182 83 Priscianus p. 1206 P. 84—93 Macrobius Sat. V 1, 14 84 Macrobius Sat. I 18, 24 schol. Lucani IX 184 'sunt qui accendant in arvo et stipulas magno Vergili praeconio. summa autem eius ratio ut herbarum semen exurant' Plinius nat. hist. XVIII 30, 72 85 Nonius 255, 9 'crepitantibus u. f.' Macrobius Sat. VI 4, 5 86—88 'sive . . . vitium' Quintilianus IX 3, 96 87 sq. 'omne . . . umor' Servius Aen. VI 287 88 'exudat i. u.' gloss. Lucani IV 643 p. XC ed. Weber 89 'seu . . . vias' Quintilianus IX 3, 96 89 sq. Priscianus 776 P. 'seu . . . spiramenta' Priscianus 748 P. Vtroque Prisciani loco tam 'plures' dici quam 'pluris' accusativo plurali comprobatur singulis exemplis Vergilii et Horatii priore, altero autem loco Vergilii Terentii Horatii Ciceronis item singulis exemplis.

VARIA LECTIO.

76 sustulerit *Nonius p.* 404, 29 FRAGILES *Pb* FRAGILIS *MRyc* A SILVM (A *m.* 2 *sup*) *P* 78 LETHEO *MRybc* 79 SED *MPRybc* 80 pudae ad *γ* l neue *in ras. c* 81 EFFECTOS *Ry*, *Wolf. Nonii* inmundum *ybc* 82 *sq. post* 78 *collocari voluit Schraderus* 82 REQVIESCENT *R* 86 OCCVLTASE *P* 87 I LLIS (I *m.* 2 *sup.*) V *MP* 88 exquoquitur *γ* ADQVE *R* EXSVDAT *PRybc* AMOR *M* humor *c* 89 PLVRES *P*, *Macrobii exemplaria*, *Prisciani* 748 *φ*, 776 *ω*, *ut utrum* pluris *an* plures *legerit ille*, *non liqueat. Sed videtur* plures *legisse Priscianus: cum enim tam in* es *quam in* is *exire*

frigida Saturni sese quo stella receptet;
quos iguis caelo Cullenius erret in orbis.
in primis venerare deos, atque annua magnae
sacra refer Cereri laetis operatus in herbis
extremae sub casum hiemis, iam vere sereno.
tum pingues agni et tum mollissima vina,
tum somni dulces densaeque in montibus umbrae.
cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
quoi tu lacte favos et miti dilue Baccho,
terque novas circum felix eat hostia fruges,
omnis quam chorus et socii comitentur ovantes,
et Cererem clamore vocent in tecta; neque ante
falcem maturis quisquam supponat aristis,
quam Cereri torta redimitus tempora quercu
det motus incompositos et carmina dicat.

Atque haec ut certis possemus discere signis,

TESTIMONIA.

336 sq. Probus 43, 20 K. Seneca epist. 88, 14 336 Servius ecl. VIII 71 Isidorus de nat. rer. 23 schol. Iuvenal. VI 569 schol. Statii Theb. I 305 337 Arusianus p. 239 L. Servius Aen. IV 239 338 sq. 'annua . . . herbis' Donatus in Ter. adelph. II 3, 8 339 Acron ad Hor. carm. III 14, 6 'sacra r. C.' schol. Hor. serm. II 8, 79 'laetis . . . herbis' schol. Iuvenal. XII 92 Nonius 523, 17 Servius Aen. III 136 340 'extremae . . . hiemis' Servius ge. I 43 341 Acron ad Hor. carm. I 4, 11 'quamvis Vergilius vina dixerit' Charisius 22 344 Macrobius Sat. III 11, 1. 9 'cui tu favos' Terentianus Maurus 682 345 Macrobius Sat. III 5, 7 Servius ecl. III 77 351 sqq. cf. Macrobius V 16, 5

TESTIMONIA.

336 cum stella receptat *schol. Iuvenal.* 337 CAELO *M*, *Probus* CAELI *Rybc*, *Servius*, *Seneca*, *Arusiani Gu.* CYLLENIVS *Mybc* errat *Arusiani Gu.* ORBES *Rbc* 339 referrer *γ*1 CAERERI *R* laeti. f (u *m.* 1) *γ* ORBIS (A *sup. in ras., fuit* HE), *in mg.* HERBIS *M* aruis *χ*, *Acron* 340 CASVM *M*, *Servius* casum (m *eras.*) *γ* CASV *R* 341 tunc *γc*, *schol. Hor. in ed. Fabr.*, *Servius* PINGVES AGNI *MR* pinguif agni *γ* agni pingues *cχ*, *Servius* et tunc *γ* tum funt *Arundel. unus* funt, tum *Mead.* 344 QVOI *M* CVI *Rybc* 345 oftia *γ* FRVGES *M* 346 comitantur *γ*1 348 arift. if *c* 349 QVAERCV *M* 351 ADQVE *R* POSSEMVS (I *col. rubro*) *M* poffimuf *γc*1 DICERE *R* DISCERE *M*

laetus ager; nullo tantum se Mysia cultu
iactat et ipsa suas mirentur Gargara messes.]
quid dicam, iacto qui semine comminus arva
insequitur, cumulosque ruit male pinguis harenae,
deinde satis fluvium inducit rivosque sequentis
et, cum exustus ager morientibus aestuat herbis,
ecce supercilio clivosi tramitis undam
elicit? illa cadens raucum per levia murmur
saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva.
quid qui, ne gravidis procumbat culmus aristis,
luxuriem segetum tenera depascit in herba,
cum primum sulcos aequant sata, quique paludis
conlectum umorem bibula deducit harena?

TESTIMONIA.

459 TERRAEBERE *Mb*1 460 cerneſ ſiluaſ *b* 461 uehat *bc, veteres* ueat *γ* FERAT *M* FERAT *R* SERENAS *MRγ, Rufinianus, testatur Nonius. Potest autem vel haec participii forma haberi, ut satis fiat eis, qui vel* serenans *ut Reiskius, vel* serenus *ut Schraderus scribendum esse statuunt.* ferenuſ *b*1 462 Eurus agat *eidem* humiduſ *γ* 467 capud *b* obscurum Titan *schol. Lucani* 468 fecula *γ* mortem *schol. Lucani* 469 TEMPORA *M* tempora *c*1 quoque& *γ* PONVS (I *rubr.*) *M* 470 OBSCENI *Rybcψ, Isidorus, Beda* INPORTVNAE *Ryb* 471 quotieſ *b* EFFRVERE *M* ef feruere *b* 472 undarum *schol. Lucani* AETHNAM *R* 474 ARMORVMQVE *R* ſonituſ toto *c* ſonitu tota *schol. Iuven.* caelo (el *e corr.*) *γ* 475 AVDIT *R* INSOLITIS (L *in ras.*) *R* MOTIBVS (N *m.* 2) *R* MONTIB *M* mo.tibuſ *b*

vox quoque per lucos volgo exaudita silentis
ingens, et simulacra modis pallentia miris
visa sub obscurum noctis, pecudesque locutae —
infandum! sistunt amnes terraeque dehiscunt,
et maestum inlacrimat templis ebur aeraque sudant.
proluit insano contorqueus vertice silvas
fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes
cum stabulis armenta tulit. nec tempore eodem
tristibus aut extis fibrae apparere minaces
aut puteis manare cruor cessavit, et altae
per noctem resonare lupis ululantibus urbes.
non alias caelo ceciderunt plura sereno
fulgura, nec diri totiens arsere cometae.
ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi;
nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam et latos Haemi pinguescere campos.
scilicet et tempus veniet, cum finibus illis

TESTIMONIA.

476 sq. 'vox . . . ingens' schol. Lucani I 569 476 schol. Lucani I 578 478 sq. 'pecudesque l. infandum' Maximi Victorini ars 25 schol. Lucani I 561 480 'aeraque s.' schol. Lucani I 557 481 sq. 'proruit ... Eridanus' Acron ad Hor. carm. IV 4, 66 482 'fluviorum r. E.' Cledonius 1885 Beda 2371 P. Marius Victorinus p. 90 G. Diomedes p. 499 P. Pompeius p. 57 L. Servius Aen. II 16 VI 659 VIII 77 485 schol. Statii Theb. IV 374 485 sq. 'et . . . urbes' schol. Lucani I 560 487 sq. schol. Lucani I 529 'non . . . fulgura' Isidorus de nat. rer. 30 488 'nec . . . cometae' Isidorus de nat. rer. 26 489 sq. schol. Lucani I 694 491 sq. 'bis ... campos' schol. Lucani VII 853 492 Probus 45, 5 K.

VARIA LECTIO.

476 uolgo *γ* VVLGO *Rb* SILENTES *Myb* 480 templi *b* AEBVR *M* 481 proruit *Acron* contorquef *b* 482 N *in mg. M* 484 minacif *γ1* 485 MINARE *M* manere *γ1b1* alte *schol. Lucani* 486 noctis *schol. Lucani in Voss. I* ululatibuf *γ* 487 ALIAS CAECIDERVNT *M* fereno *γ1* finistro *γ2* 489 fulgora *c* 491 superi *Marklandus ad Statii silv.* III 5, 68, *Servium idem legisse coniciens* 492 aemi *γ* HEMI *R* EMI *M* 493 Scilic *b*

agricola incurvo terram molitus aratro
exesa inveniet scabra robigine pila,
aut gravibus rastris galeas pulsabit inanis,
grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.
di patrii indigetes et Romule Vestaque mater,
quae Tuscum Tiberim et Romana Palatia servas,
hunc saltem everso iuvenem succurrere saeclo
ne prohibete! satis iam pridem sanguine nostro
Laomedonteae luimus periuria Troiae;
iam pridem nobis caeli te regia, Caesar,
invidet, atque hominum queritur curare triumphos;
quippe ubi fas versum atque nefas: tot bella per orbem,
tam multae scelerum facies; non ullus aratro
dignus honos, squalent abductis arva colonis,
et curvae rigidum falces conflantur in ensem.
hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum;
vicinae ruptis inter se legibus urbes
arma ferunt; saevit toto Mars impius orbe:
ut cum carceribus sese effudere quadrigae,

TESTIMONIA.

499 Acron ad Hor. carm. I 20, 5 501 sq. 'iam . . . Troiae' Servius in Aen. I 2 504 Priscianus 1166 506 sq. 'non . . . honos' Servius ge. IV 326 Aen. VI 103 508 Nonius 380, 25 Servius Aen. XII 304 'recoquunt patrios fornacibus enses (Aen. VII 636) et curvae . . . ensem' Macrobius sat. VI 1, 63 509 'hinc m. E.' Probi inst. I 17, 6 510 sq. Servius ecl. IV 13 512—514 Quintilianus VIII 3, 78 512 'sese e. q.' Marius Victorinus 2472 P.

VARIA LECTIO.

495 exeſſa *b*1 SABRA *M* robigine *yb* 496 PVLSAVIT *R* INANES *Rc* 497 SEPVLCRIS *R* 498 PATRI *M* 499 qui *χ*, *Acron* 500 SALTIM *R* fuccurre *b* 502 loimuſ *γ* LVMIVS *R* 503 CAEVNOBIS (LI *m. rec.*) *R* 504 ADQVE *R* QVAERITVR *M* QVAERITVR *R* 506 IAM *M* FACIET *R* 507 dignus] cessit *Servius Aen.* VI 103 508 CVRVA *M* formantur *Nonius*, *Servius Aen.* XII 304 510 SESE *R* 511 inpiuſ *γ* improbus *Servius ecl.* IV 13 512 effundere *γ*1

addunt in spatia, et frustra retinacula tendens
fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

TESTIMONIA.

513 sq. 'et frustra . . . abenas' Nonius 466, 11 514 Servius Aen. XII 287 'fertur e. a.' schol. Iuvenal. XIV 231 'neque audit c. h.' Donatus in Ter. hecyr. I 2, 3 schol. Lucani III 594 gloss. Barth. adv. XXXVIII 15

VARIA LECTIO.

513 addunt in spatia $\gamma 2$, *Servii exempl.*, *Quintiliani optima* ADDVNT SPATIA *R* ADDVNT SPATIO (*suprascr. col. rubro*) *M* addunt i spatio $\gamma 1$ (in spatio addebant *Silii Italici* XVI 374 *libri*) addunt se in spatia $c\chi$ ardent, in spatia *Schraderus* addunt se spatio *coni. Wagnerus* 514 ABENAS *R*, *Nonius*

P̂ VERGILI MARONIS GEORGICON· LIB̃· I EXPL· // INCIPIT LIB̃· II FELICITER· *M* VERGILI MARONIS GEORGICA // LIB· ·I· EXPLIC INCIP // LIB· ·II· *R* EXPLICIT LIBER· I· INCIP̃ LIBER II GEORGICON γ *Nulla subscriptio in bc*

P. VERGILI MARONIS

GEORGICON

LIBER SECVNDVS

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli;
nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecum
virgulta et prolem tarde crescentis olivae.
huc, pater o Lenaee (tuis hic omnia plena
muneribus, tibi pampineo gravidus autumno
floret ager, spumat plenis vindemia labris)
huc, pater o Lenaee, veni, nudataque musto
tingue novo mecum direptis crura coturnis.

Principio arboribus varia est natura creandis.

TESTIMONIA.

1 sq. 'hactenus . . . canam' Arusianus p. 264 L. 1 Priscianus p. 982 P. Isidorus orig. I 33, 6 Nonius 377, 26 'hactenus a. c.' Claudius Sacerdos I 8 E. Columella de r. r. III 1 Probi inst. I 17, 4 2 Marius Plotius p. 290 G. 'nunc . . . canam' Probus 45, 11 K. 3 'prolem t. c. o.' Charisius 76 4—7 'huc . . . veni' Iulius Rufinianus 230 R. 4 'huc pater o. L.' Servius ecl. VIII 5 'huc ades, o Lenaee' Macrobius de diff.' 16, 4 4 sq. 'tuis . . . muneribus' Arusianus p. 251 L. 5 Probi inst. I 15, 3 8 Servius Aen. XII 358 'cothurni' Probus 45, 16 K. 9 Charisius 191

VARIA LECTIO.

1–215 *def. R* 1 HACTENVS (H *atramento add., nam tres primi versus rubro colore distincti sunt*) *M* ARVARVM *M* arorum *b* 2 BACCAE *M* bache *b* bacce *γ* 3 OLIBAE *M* 4 LENEAEE *M* tuif haec *b* Iouis *Arusiani exempl., quod subsequitur ecl.* IH 60 5 grauibuf *c*1 7 o] ho *c* LENEAE (A *lin. rubr. transf.*) *M* lenae *b* nud. ta. q; *c* 8 DIREPTIS *Myabc* dereptis *Mentel. pr.* RVRA *M* conif *c*

namque aliae nullis hominum cogentibus ipsae
sponte sua veniunt camposque et flumina late
curva tenent, ut molle siler lentaeque genistae,
populus et glauca canentia fronde salicta;
pars autem posito surgunt de semine, ut altae
castaneae, nemorumque Iovi quae maxima frondet
aesculus, atque habitae Graiis oracula quercus.
pullulat ab radice aliis densissima silva,
ut cerasis ulmisque; etiam Parnasia laurus
parva sub ingenti matris se subicit umbra.
hos natura modos primum dedit, his genus omne
silvarum fruticumque viret nemorumque sacrorum.

Sunt aliae, quas ipse vias sibi repperit usus.
hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
deposuit sulcis, hic stirpes obruit arvo
quadrifidasque sudes et acuto robore vallos.

TESTIMONIA.

10 sq. 'nullis . . . veniunt' Columella de r. r.' III 1 'placet igitur sicuti Virgilio nobis quoque duo esse genera surculorum: quorum alterum sua sponte giguitur, alterum cura mortalium procedit' idem de arboribus I 2 12 'molle s.' Isidorus orig. XVII 7, 74 Augustinus de gramm. 1980 P. 'lentaeque g.' schol. Hor. epod. XV 6 'molle . . . genistae' Servius Aen. XII 764 12 sq. 'molle siler lentaeque g. p. et g. c. f. s.' Asper 114, 1 14 'pars autem posito surgunt d. s.' Asper 113, 26 16 'atque . . . quercus' Probus 20, 26. 45, 19 K. 18 sq. 'apud Vergilium quoque subicit verbum produci a plerisque audio: etiam Parnasia . . . umbra' Gellius IV 17, 5 'laurus . . . umbra' Arusianus p. 261 L. 18 Probus 45, 23 K. 19 Priscianus 648 P. Servius Aen. XII 209 23 sq. 'hic . . . sulcis' Philargyrus ge. II 288 24 'deposuit s.' Arusianus p. 224 L.

VARIA LECTIO.

12 Carua *c* geneſtae *ab*1*c* 15 frondent *Reiskius* 16 QVAERCVS *M* 17 ab (a *e corr. in ras.*) *c* denſiſſima ſilua (ſſima ſ *in ras.*) *γ* 18 ulmi *b* ET IAM *M* 19 ſubicit *γabc, Gellius, Prisciani exempl.* SVBIGIT *M* 21 fru.ticum *γ* viret] VIRVMVIRET *M* 22 aliae quas ipse vias *Scaliger proleg. in Manil. p. 9* ALIE, QUOS IPSE UIA *M* alii quoſ ipſa uia *γ* alii quoſ ipſe uia *abcψ; Servius* 23 abſcidenſ *γc* apſcindenſ *b*1 24 HINC (N *lin. rubr. transf.*) *M* STIRPE *M* ſtirpiſ *a* 25 V.DES *M*

silvarumque aliae pressos propaginis arcus
expectant et viva sua plantaria terra;
nil radicis egent aliae, summumque putator
haut dubitat terrae referens mandare cacumen.
quin et caudicibus sectis (mirabile dictu)
truditur e sicco radix oleagina ligno.
et saepe alterius ramos impune videmus
vertere in alterius, mutatamque insita mala
ferre pirum, et prunis lapidosa rubescere corna.

Quare agite o proprios generatim discite cultus,
agricolae, fructusque feros mollite colendo,
neu segnes iaceant terrae. iuvat Ismara Baccho
conserere atque olea magnum vestire Taburnum.
tuque ades inceptumque una decurre laborem,
o decus, o famae merito pars maxima nostrae,
Maecenas, pelagoque volans da vela patenti.
non ego cuncta meis amplecti versibus opto,

TESTIMONIA.

26 Servius ge. I 187 'pressos p. a.' Consentius 2028 P. 26 sq. 'flexos propaginis a Expectent' Servius in Aen. IV 231 28 'nil r. e. a.' Arusianus p. 227 L. 32 sq. 'et saepe . . . in alterius' Priscianus 1009 P. Probi inst. I 9, 10 33 sq. 'mutatam . . . pirum' Priscianus 900. 901. 908. 929 36 'fructus . . . colendo' Nonius 250, 6 Macrobius Sat. VI 6, 17 schol. Cruq. Hor. serm. II 2, 66 37 sq. 'iuvat . . . conserere' Nonius 270, 25 Servius Aen. X 350 'iuvat Ismara Baccho c. a. o. m. v. T.' Asper 114, 28 'iuvat . . . Taburnum' Probus 46, 1 K. 40 'o decus' Probi inst. I 4, 3 41 Diomedes p. 457 P. 'pelagoque . . . patenti' Servius ge. IV 117

VARIA LECTIO.

26 pressos] flexos *Servius in Aen.* IV 231 praecisos (*ortum ex* praessos) *Consentius Putschii* propaginef *γ* 27 EXPECTAT *M* expectent *Servius Aen.* IV 231 28 N..il *b* 29 HAUD *Mbc* CACVMĒ· *M* 31 eſicco (eſ *in ras.*) *b* e ſico *c* 32 ſepe *γ* inpune *γbc* 33 mutataq; *a* naturam, atque *Heinsius* 35 AGITEoPROPRIOS *M* agite proprioſ *c* cultoſ *c* 36 FVCTVS *M* cultus *Macrobius, schol. Hor.* mollire *Macrobius* 37 Ne *b* 38 OLEAM *M* 39 aes *c* VNA (*rubr.*) *M* 40 cuſ *b* 41 uolens *χ*, *Diomedis Par.* de *b* petenti *γ*, *Diomedis Monac.* 42 amplecti *γ* uorſibuſ *a*1

namque aliae nullis hominum co … e centum,
sponte sua veniunt camposqu… as oram;
curva tenent, ut molle sil… carmine ficto
populus et glauca cane… ersa tenebo.
pars autem posito su… unt in luminis oras.
castaneae, nemoru… ta et fortia surgunt:
aesculus, atque … subest. tamen haec quoque, siquis
pullulat ab ra… mandet mutata subactis,
ut cerasis … animum, cultuque frequenti
parva su… voles artes haut tarda sequentur.
hos n… sterilis quae stirpibus exit ab imis,
silv… vacuos si sit digesta per agros:
… frondes et rami matris opacant
… adimunt fetus uruntque ferentem.
iam quae seminibus iactis se sustulit arbos,
tarda venit seris factura nepotibus umbram,
pomaque degenerant sucos oblita priores,

TESTIMONIA. 43 Asper 114, 22 schol. Persii I 29 44 'ades . . . oram' Servius ge. IV 117 Nonius 332, 2 'et . . . oram' Servius Aen. III 690 45 sq. Seneca de benef. VII 1 'non hic . . . ambages' Nonius 309, 19 46 'atque p. a.' Probi inst. I 12, 2 49—51 'tamen . . . animum' Priscianus 1150 P. 49 'quippe . . . subest' Servius in ge. I 22 Probi inst. I 10, 4 50 'aut . . . subactis' Nonius 401, 4 51 'exuerint s. a.' Macrobius Sat. VI 6, 17 Servius ge. II 239 53 Probi inst. I 12, 1 Servius ge. I 171 57 Servius Aen. II 615 58 Seneca epist. 86, 15 'seris . . . umbram' schol. Lucani VII 207 59 Macrobius Sat. VI 6, 18 Arusianus p. 249 L.

VARIA LECTIO. 43 *sq.* non...vox = *Aen.* VI 625 *sq.* 44 oram *e* oras *Nonius* 45 ficto *testatur Nonius cum Servio* longo *Seneca* 47 ORAS *M* araſ *γ* auraſ *abc*: *cf. Aen.* VII 660 *Ennius ann.* 118. 165 50 et *b* 51 EXVERIT *M* culto *γb* 52 VOLES *M* uoceſ (e *corr. in* l) *γ* uoceſ *abc* artiſ *b* haud *bc* 53—260 *id est* 4 *folia hic omissa: sequuntur* 53—211 *post* 293: *γ* 53 imuſ *c1* 54 FACIAT *M* faciat *b1* faciet *γac* 55 atriſ *b* 56 Creſcentiſ *b1* foetuſ *γbc* 57 IAMQ (*et rubr.*) *M* Nam que *b* Nam quae *γ1* Nam q̃ *ac* 59 prioriſ *γ*

's avibus praedam fert uva racemos.
uibus est labor impendendus, et omnes
ulcum ac multa mercede domandae.
oleae melius, propagine vites
ient, solido Paphiae de robore myrtus;
antis ecdurae coryli nascuntur et ingens
fraxinus Herculeaeque arbos umbrosa coronae
Chaoniique patris glandes, etiam ardua palma
nascitur et casus abies visura marinos.
Inseritur vero et nucis arbutus horrida fetu,
et steriles platani malos gessere valentes,
castaneae fagos; ornusque incanuit albo

TESTIMONIA.

61 sq. 'omnibus . . . domandae' Philargyrus ge. II 288 63 sq. Charisius 76 Probi inst. I 17, 5 64 'solido . . . myrtus' Probus 46, 11 K. 66 'Herculeae . . . coronae' Probus 46, 15 K. 67 'Chaoniique p. g.' Probus 26, 28 'Chaoniique p.' Probi inst. I 4, 18 68 'et casus a. v. m.' Isidorus orig. XVII 7, 32 'casus a. v. m.' Probi inst. I 17, 6 69—72 'quippe cum Vergilius insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat' Plinius nat. hist. XV 15, 17 69 Probi inst. I 4, 19 Maximus Victorinus de rat. m. 8 'arbutus horrida' Macrobius Sat. V 14, 4 70—72 'malos . . . piri' Priscianus 832 P.

VARIA LECTIO. B

60 turpef *ybc* AVIDVS *M* 61 INPENDENDVS *Mb* inpendenfuf *c* 1 omf *γ* 62 COGAENDAE *M* 63 fed *ybc* sed truncis oleae *in Charisii cod. non apparent* 64 mirtuf *b* 65 ET DVRAE *Myabcψ* edurae *χ* 'et durae... *alii* edurae legunt' *Servius* corili *yc* 67 Chanii *b* Caonii *c* patref *b1* 69 ET FETV NVCIS ARBVTVS HORRIDA (*signis rubris suprap.*) *M*, *Servius* ex foetu nucif arbutuf orrida *γ* et fetu nucif arbutuf horrida *abc* ex fetu nucis a. horrida *Probi inst.*, *Maximus Vict.* 'versus dactylicus. *nam male quidam* horrens *legunt*' *Servius*: *cf. Lachmannus in Lucr.* 81 70 STERILIS *M* pla.tani *a* malif *b* ualentif *a* 71 castaneas fagus *Scaliger prol. ad Manil.* 9 FAGOS *Myab*, *Servius* fagus *Prisciani exempl.*, *fortasse ut nominativus sit.* platani malos gessere valentes, Castaneae fagos; ornusque incanuit albo *Servius* platani m. g. valentes Castaneae; fagos ornusque i. a. *alii teste eodem* platani m. g. valentes; Castaneae fagos, ornusque i. a. '*ut similiter fagos nominativus sit*' *alii teste eodem*, *etiam Philargyrus ut videtur*, *qui narrat alios legere:* platani malos, gessere valentes Castaneae fagos, *ut illic subintelligas* inserit, *in sequenti hypallage sit.* VALENTES· || CASTANEAE·FAGOS·ORNUSQ·INCANUIT ALBO *M* fagus *nominativum pluralem interpretatur Wagnerus quaest. Verg.* XII 14 ornusque] ulmus-

non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
ferrea vox. ades et primi lege litoris oram;
in manibus terrae: non hic te carmine ficto
atque per ambages et longa exorsa tenebo.

Sponte sua quae se tollunt in luminis oras,
infecunda quidem, sed laeta et fortia surgunt;
quippe solo natura subest. tamen haec quoque, siquis
inserat aut scrobibus mandet mutata subactis,
exuerint silvestrem animum, cultuque frequenti
in quascumque voles artes haut tarda sequentur.
nec non et sterilis quae stirpibus exit ab imis,
hoc faciat, vacuos si sit digesta per agros:
nunc altae frondes et rami matris opacant
crescentique adimunt fetus uruntque ferentem.
iam quae seminibus iactis se sustulit arbos,
tarda venit seris factura nepotibus umbram,
pomaque degenerant sucos oblita priores,

TESTIMONIA.

43 Asper 114, 22 schol. Persii I 29 44 'ades . . . oram' Servius ge. IV 117 Nonius 332, 2 'et . . . oram' Servius Aen. III 690 45 sq. Seneca de benef. VII 1 'non hic . . . ambages' Nonius 309, 19 46 'atque p. a.' Probi inst. I 12, 2 49—51 'tamen . . . animum' Priscianus 1150 P. 49 'quippe . . . subest' Servius in ge. I 22 Probi inst. I 10, 4 50 'aut . . . subactis' Nonius 401, 4 51 'exuerint s. a.' Macrobius Sat. VI 6, 17 Servius ge. II 239 53 Probi inst. I 12, 1 Servius ge. I 171 57 Servius Aen. II 615 58 Seneca epist. 86, 15 'seris . . . umbram' schol. Lucani VII 207 59 Macrobius Sat. VI 6, 18 Arusianus p. 249 L.

VARIA LECTIO.

43 *sq.* non...vox = *Aen.* VI 625 *sq.* 44 oram *c* oras *Nonius* 45 ficto *testatur Nonius cum Servio* longo *Seneca* 47 ORAS *M* araf *γ* auraf *abc*: *cf. Aen.* VII 660 *Ennius ann.* 118. 165 50 et *b* 51 EXVERIT *M* culto *γb* 52 VOLES *M* uocef (c *corr. in* l) *γ* uocef *abc* artif *b* haud *bc* 53—260 *id est* 4 *folia hic omissa: sequuntur* 53—211 *post* 293: *γ* 53 imuf *c*1 54 FACIAT *M* faciat *b*1 faciet *yac* 55 atrif *b* 56 Crefcentif *b*1 Toetuf *ybc* 57 IAMQ\ (¯*et* \ *rubr.*) *M* Nam que *b* Nam quae *γ*1 Nam q̄ *ac* 59 priorif *χ*

et turpis avibus praedam fert uva racemos.
scilicet omnibus est labor impendendus, et omnes
cogendae in sulcum ac multa mercede domandae.
set truncis oleae melius, prōpagine vites
respondent, solido Paphiae de robore myrtus;
plantis ecdurae coryli nascuntur et ingens
fraxinus Herculeaeque arbos umbrosa coronae
Chaoniique patris glandes, etiam ardua palma
nascitur et casus abies visura marinos.

Inseritur vero et nucis arbutus horrida fetu,
et steriles platani malos gessere valentes,
castaneae fagos; ornusque incanuit albo

TESTIMONIA.

61 sq. 'omnibus . . . domandae' Philargyrus ge. II 288 63 sq. Charisius 76 Probi inst. I 17, 5 64 'solido . . . myrtus' Probus 46, 11 K. 66 'Herculeae . . . coronae' Probus 46, 15 K. 67 'Chaoniique p. g.' Probus 26, 28 'Chaoniique p.' Probi inst. I 4, 18 68 'et casus a. v. m.' Isidorus orig. XVII 7, 32 'casus a. v. m.' Probi inst. I 17, 6 69—72 'quippe cum Vergilius insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat' Plinius nat. hist. XV 15, 17 69 Probi inst. I 4, 19 Maximus Victorinus de rat. m. 8 'arbutus horrida' Macrobius Sat. V 14, 4 70—72 'malos . . . piri' Priscianus 832 P.

VARIA LECTIO. B

60 turpef *ybc* AVIDVS *M* 61 INPENDENDVS *Mb* inpendenfuf *c*1 omf *γ* 62 COGAENDAE *M* 63 fed *ybc* sed truncis oleae *in Charisii cod. non apparent* 64 mirtuf *b* 65 ET DVRAE *Myabcψ* edurae *χ* 'et durae... *alii* edurae legunt' *Servius* corili *yc* 67 Chaonii *b* Caonii *c* patref *b*1 69 ET FETV NVCIS ARBVTVS HORRIDA (*signis rubris suprap.*) *M*, *Servius* ex foetu nucif arbutuf orrida *γ* et fetu nucif arbutuf horrida *abc* ex fetu nucis a. horrida *Probi inst.*, *Maximus Vict.* *'versus dactylicus. nam male quidam* horrens *legunt' Servius: cf. Lachmannus in Lucr.* 81 70 STERILIS *M* pla.tani *a* malif *b* ualentif *a* 71 castaneas fagus *Scaliger prol. ad Manil.* 9 FAGOS *Myab*, *Servius* fagus *Prisciani exempl., fortasse ut nominativus sit.* platani malos gessere valentes, Castaneae fagos; ornusque incanuit albo *Servius* platani m. g. valentes Castaneae; fagos ornusque i. a. *alii teste eodem* platani m. g. valentes; Castaneae fagos, ornusque i. a. '*ut similiter fagos nominativus sit' alii teste eodem, etiam Philargyrus ut videtur, qui narrat alios legere:* platani malos, gessere valentes Castaneae fagos, *ut illic subintelligas* inserit, *in sequenti hypallage sit.* VALENTES· || CASTANEAE·FAGOS·ORNVSQ·INCANUIT ALBO *M* fagus *nominativum pluralem interpretatur Wagnerus quaest. Verg.* XII 14 ornusque] ulmus-

Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.
sunt et Aminneae vites, firmissima vina,
Tmolius adsurgit quibus et rex ipse Phanaeus;
Argitisque minor, cui non certaverit ulla
aut tantum fluere aut totidem durare per annos.
non ego te, dis et mensis accepta secundis,
transierim, Rhodia, et tumidis, bumaste, racemis.
set neque quam multae species, nec nomina quae sint,

TESTIMONIA.

96 'in Veroniensi item Raetica Falernis tantum postlata a Vergilio' Plinius nat. hist. XIV 5, 67 'nec . . . Falernis' Arusianus p. 218 L. Acron ad Hor. carm. I 27, 9 97 Priscianus 1100 P. 98 schol. Veron. 77, 3 K. Probus 47, 24 K. schol. Lucani VIII 195 Servius ecl. VI 66 99 cf. schol. Veron. 76, 25 K. 'arceraca Vergilio argitis dicta' Plinius nat. hist. XIV 2, 35 'argitisque minor' Donatus in Ter. eun. III 3, 23 101 sq. 'non . . . Rhodia' Acron ad Hor. carm. IV 5, 31 102 cf. schol. Veron. 76, 27 K. 103 'quamquam videmus Vergilium praecellentissimum vatem ea de causa hortorum dotes fugisse et in iis quae rettulit flores modo rerum decerpsisse, beatum felicemque gratiae XV omnino generibus uvarum nominatis, tribus oleae, totidem pirorum, malo vero tantum Assyrio, ceteris omnibus neglectis' Plinius nat. hist. XIV 1, 7

VARIA LECTIO.

96 RAE—(*reliqua legi non potuerunt*) *V* Rhoetica *γ* Raetica *b* Retica *c* adeo *χ*, *Arusianus* 97 SVN*t*— *V*^{mi} SVNT ET AMINNEAE *M Prisc. Reg.* funt & am . nee *a*1 funt &iamanee *a*2 'funt et ///// aminneae (*Vat.* 3317 amineae *Paris.* 7959) . . . *sane* aminneum (amineum *Vat. Par.*) *dici versus probat, qui stare non potest si* amineum (*Vat.* aminneum *Par.*) *dicimus' Servius.* funt et amineae *γ*, *Prisciani φ* (aminaeae *rel.*) funt et amminneae *χ* (amminio vino *Probi* 47, 25 *exempl., et Ausonius epist.* XVIII 31) funt &iam aminee *c* funt etiam Amminneae *Manutius. Cf. de* aminea vite *C. F. Weberi de vino Falerno diss. p.* 8 *sq.* 98 TMOLIVS *Vb, Probus, Servius, schol. Lucani* TMOLIVS (T *col. rubro*) *M* Molliuf *γ*1, Moliuf *γ*2 Timolus *et* Tmolus *χ* Tmolus et *Naugerius* A*dsurgit quibus et rex ipse phana*EVS *V* aſſurgit *γ* adſurget *Probus* EST *M* Phanaeus *ψ*, *schol. Veron., Servius, schol. Lucani* PHANEVS *Myabc, Probi exempl.* 99 AR*gitisque minor cui non certave*RIT VLLA *V*^{I} Argetif *b*1 qui *b*1 100 *totus legi potuit in V* 101 *ego V* DIS *M* diif *γb* menſef *γ*1 102 TRANSIE*rim rhodia et tumidis bumaste* RACEMIS *V* rodia *χ* RHODIAE *M* rodia *c* BVMASTE (*erasa una litera supra* B, *fortasse* H) *M* 103 *Sed neque quam multae V* Sed *γb* multe *γ*

est numerus: neque enim numero comprendere refert;
quem qui scire velit, Libyci velit aequoris idem
discere quam multae zephyro turbentur harenae,
aut ubi navigiis violentior incidit eurus,
nosse quot Ionii veniant ad litora fluctus.

Nec vero terrae ferre omnes omnia possunt.
fluminibus salices crassisque paludibus alni
nascuntur, steriles saxosis montibus orni;
litora myrtetis laetissima; denique apertos
Bacchus amat colles, aquilonem et frigora taxi.
aspice et extremis domitum cultoribus orbem
Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos:
divisae arboribus patriae. sola India nigrum

TESTIMONIA.

104—106 'neque . . . harenae' Columella de r. r. III 2, 29 105 sq. **Ammianus** Marcellinus XXXI 4 105 cf. schol. Veron. 77, 5 K. 106 '**harena** dicitur quod haereat, et arena quod areat, gratius tamen **cum adspiratione** sonat, et cum pluralem non habeat, Vergilius tamen **ait: quam** multae z. t. harenae' Charisius 80 108 'Ionios fluctus' Probus 48, 1 K. 109 Columella de r. r.' VII 2, 2 112 cf. schol. Veron. 77, 7 'litora m. l.' Isidorus orig. XVII 7, 50 Servius Aen. V 801 112 sq. 'denique . . . colles' Servius ge. II 272 115 Probus 48, 3 K. 'pictosque G.' schol. Veron. 77, 11 116 sq. 'unam e peculiaribus Indiae Vergilius celebravit hebenum, nusquam alibi nasci professus' Plinius nat. hist. XII 4, 8

VARIA LECTIO.

104 *est numerus neque enim nu*MERO *V* coprendere *γ* conprendere *c* RE FERT *M* 105—117 *V fol.* 236, *b.* quem fi *γ* LYBICI *Mc* LIBICI *Vγ* *velit aequoris V* 106 difcere *a*2*ψ*, *Columella, Ammianus Marcellinus* DICERE *MVa*1*by* Di cere *c* multe *γ* zephiro *γ* turbantur *χ*, *Charisii cod., fortasse recte* trudentur *Ammiani Marcellini Colb.* uerfentur *Columellae libri exc. Goes.* ARENAE *Mc zephyro turbentur harenae V* 107 V*lolentiorincidit eurus V* 108 quod *γ*1*ab*1 IONI *Veniant ad litora fluctus V* littora *γ* 109 TERRA E *M* *omnes omnia possunt V* 110 falicef falicef (*priore voce erasa*) *γ* crafif *a* *crassisque paludibus alni V* 111 STERILE*s saxosis montibus orni V* 112 littora *γ* myrteif *c* *denique apertos V* 113 Baccuf *γ* Bachuf *b* AQVILONE (M *manu paulo rec.*) *M* *frigora taxi V* 114 et] T E *M* ORbem *V* 115 *totus legi potuit in V* 116 *totus legi potuit in V*

fert hebenum, solis est turea virga Sabaeis.
quid tibi odorato referam sudantia ligno
balsamaque et bacas semper frondentis acanthi?
quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?
aut quos Oceano propior gerit India lucos,
extremi sinus orbis, ubi aëra vincere summum
arboris haut ullae iactu potuere sagittae?
et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
Media fert tristis sucos tardumque saporem
felicis mali, quo non praesentius ullum,
pocula siquando saevae infecere novercae,

---

miscueruntque herbas et non innoxia verba

TESTIMONIA.

117 'fert h.' schol. Veron. 77, 15 'hebenum' Probus 48, 6 K. 'solis . . . Sabaeis' Isidorus orig. IX 2, 14 119 cf. Probus 48, 7 K. 120 sq. Probus 48, 10 K. 120 Nonius 346, 27 121 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 572 'depectunt t. S.' Aldhelmus l. l. 574 'tenuia': cf. Probi ars m. 552 E. 123 cf. schol. Lucani III 246 123 sq. 'ubi . . . sagittae' Nonius 241, 24. 418, 17 124 'arboris h. u.' Probi inst. I 17, 4 125 Acron ad Hor carm. III 4, 35 Diomedes p. 411 P. 126—129 'Media . . . mali. et in sequentibus: pocula . . . herbas' Nonius 345, 18 126 sq. 'Media . . . mali' Probus 48, 16 K. 126 Nonius 410, 21 'Medica arbor' Isidorus orig. XVII 7, 8 127 Macrobius Sat. III 19, 3 'quo n. p. u.' Donatus in Ter. Phorm. II 2, 31

VARIA LECTIO.

117 *totus legi potuit in V* fer *γ* haebenum *b*1 ebenum *γ* SABEIS *Vγc* 119 baccaſ *γa*1 achanti *γac* 120 a&yopum *c* molli... (*in ras.*) *b* candentia *Probi Paris. et ed. Egnatii* 121 'depectant, *decerpant. Sed alii* depectat *legunt. Quod si est,* Seres *posuit pro* Ser.' *Servius* TENVṾIA *M* tenua *b* ferref (r *alt. eras.*) *γ* 122 PROPRIOR *Mγa*1*b* 123 ORIS *M* a.ra. *a*2 *in ras.* aethera *a*1? fumũ *γ* 124 ARBOREB· (I *rubr.*) *M* AVT *Mγb*1, *Probi inst.* haud *ac* aud *b*2 ullo *Nonius* 241, 24 125 genſilla (fill *in ras.*) *b* fumtiſ *γ* haud *Acron* faretriſ *γ* 126 triſteſ *b* 127 QUOD *M* praestantius *Macrobius* praesentius *testatur Donatus* 128 *sq. deest in Goth. sec.* 128 A *in mg. M* SAEVE *M* ſeuę *γ* 129 = III 283: *ejectus hinc ab editore Parmensi: cf. lect. Verg.* 4 MISCVE-

auxilium venit ac membris agit atra venena.
ipsa ingens arbos faciemque simillima lauro;
et, si non alium late iactaret odorem,
laurus erat: folia haut ullis labentia ventis;
flos ad prima tenax; animas et olentia Medi
ora fovent illo et senibus medicantur anhelis.

Sed neque Medorum silvae ditissima terra
nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus
laudibus Italiae certent, non Bactra neque Indi
totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.
haec loca non tauri spirantes naribus ignem
invertere satis immanis dentibus hydri,
nec galeis densisque virum seges horruit hastis;
set gravidae fruges et Bacchi Massicus umor

TESTIMONIA.

130 'ac ... venena' Nonius 243, 28 Servius Aen. IV 245 131 'faciemque s. l.' Charisius 110 Isidorus orig. I 36, 6 Arusianus p. 259 L. 132 Probi inst. I 9, 10 134 'flos ad p. t.' Arusianus p. 214 L. 134 sq. 'animas ... anhelis' Nonius 233, 3 'et olentia ... illo' Aldhelmus l. l. 592 135 cf. Isidorus orig. XVII 7, 8 'et ... anhelis' Priscianus 792 (94). 1162 P. Arusianus p. 246 L. 136—139 Donatus in Ter. Phorm. II 1, 14 137—139 Probus 48, 23 K. 139 schol. Persii III 74 Servius ge. II 115 141 sq. 'satis ... densisque' schol. Iuvenal. XIV 241 141 'satis ... hydri' schol. Lucani IV 550

VARIA LECTIO.

RVNTQ- HERBAS ET NON INNOXIA VERBA = III 283 *addito in mg.* B *infra scripta in M: habent yabc, interpretatur Servius.* miscueruntque herbas *Nonius* 130 C *in mg. M* ac] et *Nonius* ac (c *in ras.*) *b* 131 arbor *yc* FACILEM (L *eras.*) *M* LAVRO-S *M* lauro *a* 133 haud *yabc* 134 apprima *Servius* ETLENTIA *M* 135 anelif *γ* 136 ditiffima (di *in ras.*) *b* TERRA *M* 137 AVRA *M* turbiduf (b *e corr.*) *c* hermif *γ* 138 certet *b* b. acta *c* nec *Donatus* 139 turriferif *b* PANCHAIALA *M* panchalia *b1* arenif *c* 140 HAEC (N *rubr.*) *M* fpirantif *a* igneſ (ſ *m. ead. in* m *corr.*) *γ* 141 SALIS *P* imanif *γ* inmanif (i *post. in ras.*) *a* hidri *γb* HYDRIS *M* 142 DENSIS VLRVM (*duabus literis post* Q *erasis*) *M* aſtif *γ* 143 SED *Pybc* grauideſ *γ* bachi *b* humor *ac*

implevere; tenent oleae armentaque laeta.
hinc bellator equos campo sese arduus infert;
hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus
victima, saepe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
hic ver adsiduum atque alienis mensibus aestas:
bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbos.
at rabidae tigres absunt et saeva leonum
semina, nec miseros fallunt aconita legentis,
nec rapit immensos orbis per humum, neque tanto
squameus in spiram tractu se colligit anguis.
adde tot egregias urbes operumque laborem,
tot congesta manu praeruptis oppida saxis
fluminaque antiquos supter labentia muros.
an mare quod supra memorem, quodque adluit infra?
anne lacus tantos? te, Lari maxime, teque,

TESTIMONIA.

146 sq. Probus 48, 29 K. 'maxima t. v.' Acron ad Hor. carm. IV 2, 53 148 Probi inst. I 7, 3 149 schol. Cruq. Hor. carm. II 6, 17 in ed. Plantiniana a. 1578 152 'nec . . . legentes' Probus 48, 32 K. Servius ecl. IV 24 158 Probus 49, 6 K. 159 sq. Probus 49, 10 K. 'te, Lari . . . marino' Seneca de benef. IV 5 159 'anne . . . maxime' Probi inst. I 4, 22

VARIA LECTIO.

144 INPLEVERE *P* OLEAE^{O} (Q *rubr.*) *M* olee *γ* sarmentaque *ed. Argent.* arbustaque *Schraderus* 145 hunc *γ* bellator equo^{v}ſ *b* BELLATOREQVVS *Myac* ALBICLITVMQVVS *P* 146 albi Clitumne] BELLATOREMNE *P* 147 VICTIMA-SAEPE *M* victima saepe, *Wagnerus* ſepe *γ* flumine (lu *in ras.*) *a* 148 AT *MP* dium *b*1 149 affiduũ *γc* affiduum (f *pr. in ras.*) *a* perpetuum *schol. Cruq.* eſtaſ *γ* 150 grau^{i}de *γ* po^{m}niſ *b* 151 AD *P* rabide *γ* rapid^{e} *b* TIGRE^{S} *M* trigreſ *a* ſeua *γ* LEONE^{N}SVM *M*: *cf. Lucretius* III 741 152 LEGENTES *Mybc* 153 IMMENSOS *M* inmenſof *γabc* ORBES *Mycb* HVMO *P* TANTO *MPyb*, *Servius* lento *vel* torto *proposuit Heynius, et* torto *legisse videri Calpurnium* XI (*Nemes.* IV) 40 *idem monuit* 154 IRACTV *P* tracto^{v} *b* INGVIS *P* 156 preruptiſ *γ* opida *γc* 157 SVBTER *Mya2bc* 158 quo^{d}que *b* ALLVIT *Pb*2 INFRA *M* 159 t.antoſ *a* lauri *γ* maxim^{e}a *b*

fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino?
an memorem portus Lucrinoque addita claustra
atque indignatum magnis stridoribus aequor,
Iulia qua ponto longe sonat unda refuso
Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Avernis?
haec eadem argenti rivos aerisque metalla
ostendit venis atque auro plurima fluxit.
haec genus acre virum Marsos pubemque Sabellam
adsuetumque malo Ligurem Volscosque verutos
extulit, haec Decios Marios magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello et te, maxime Caesar,
qui nunc extremis Asiae iam victor in oris
inbellem avertis Romanis arcibus Indum.
salve, magna parens frugum, Saturnia tellus,
magna virum: tibi res antiquae laudis et artem

TESTIMONIA.

160 Nonius 447, 11 161—163 'Lucrino . . . refuso' schol. Hor. a. poet. 65 161 Iulius Rufinianus p. 275 R. 165 sq. Nonius 303, 22 166 'atque a. p. f.' Arusianus p. 231 L. 167—169 Acron ad Hor. carm. I 22, 13 'haec . . . extulit' Probus 49, 15 167 Acron ad Hor. carm. III 5, 8 'haec genus a. v.' Probi inst. I 4, 21 168 'adsuetumque m. L.' Probi inst. I 17, 3 169 'extulit . . . Marios' Nonius 297, 30 169 sq. 'Decios . . . Caesar' Quintilianus IX 3, 24 170 Iulius Rufinianus p. 244 R. 'Scipiadas d. b.' Nonius 285, 8 Servius in Aen. I 490 'Scipiadas' Priscianus 582 P. 172 Servius ge. III 26 Aen. I 432 II 364 VI 396 Acron ad Hor. carm. I 12, 53

VARIA LECTIO.

160 FREMITVS *P* affurgenf *a*2*c* benacce *a* 161 an] quid *Iulius Rufinianus* abdita *γ* 163 quo *b*1 164 Tyrrenuf *γ* fretuf *γ* inmittitur *abc* inmitator (a *ut vid. erasa*) *γ* 167 hoc *Probi inst.*, *Acronis* III 5 *Med.* gentemque *Philargyrus?* pubemque *Probus et Acron* fa..bellã *a* 168 affuetũ *γc* LIGVRVM *M* ligorem *c* uulcof *γ*1 uolfcof (fco *in ras.*) *a* uulfcof *c* VERVLOS *P* 169 CAMELLOS (l *rubr.*) *M* camillof (i *in ras.*) *a* camelof (e *corr. in* i) *b* 170 bello. *γ* *ferro b* maxima *γ* 173 magne *c*1 tellif *γ* 174 antiquo *a*1 ARTEM *P* artif (if *in ras.*) *b* ARTIS *Myacψ*

ingredior sanctos ausus recludere fontis,
Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.

Nunc locus arvorum ingeniis, quae robora cuique,
quis color, et quae sit rebus natura ferendis.
difficiles primum terrae collesque maligni,
tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis,
Palladia gaudent silva vivacis olivae.
indiciost tractu surgens oleaster eodem
plurimus et strati bacis silvestribus agri.
at quae pinguis humus dulcique uligine laeta,
quique frequens herbis et fertilis ubere campus
(qualem saepe cava montis convalle solemus
dispicere: hoc summis liquntur rupibus amnes

TESTIMONIA.

175 sq. 'siderei vatis referens praecepta Maronis, Qui primus veteres ausus recludere fontes Ascraeum cecinit Romana per oppida carmen' Columella X 434 sqq. 175 Priscianus 776 P. 176 Probus 49, 21 K. Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 527. 539 177 sq. 'nunc . . . color' Nonius 323, 6 177 Probi inst. I 6, 3 179 Nonius 346, 3 'collesque m.' schol. Lucani IX 500 180 Nonius 411, 20 Probi inst. I 14, 4 'tenuis u. a.' Servius ge. I 92 181 Terentianus Maurus 1222 186 sq. 'qualem . . . despicere' Nonius 288, 21 187 sq. 'liquuntur . . . limum' Servius Aen. IX 31 187 'huc . . . amnes' Nonius 333, 26

VARIA LECTIO.

175 ingredier *γ* adgredior *Priscianus* ſc̃oſ *γc* ſan^{c}toſ *a* auſ^{v}oſ *c* recl.$^{v\,de}$re *a* FONTIS *P*, *Priscianus* FONTES *Mγabc* 176 ^{o}ippida *b* 177 ingentiſ *γ* ingeni.iſ *a* ROBORAA *P* cuiq: *in ras. b* 178 QVI^{S} (S *m.* 2 *sup.*) *P* ^{u}et (e *corr. in* a) *b* 179 primũ.*a* MALEGNI *P*

180 TENN̄VIS (N *transf. linea rubra*) *M*: *cf. Lachmannus in Lucr.* 164 argilla et] argillae *Probi inst.* dumoſuſ *c*1 181 GAVDET *Mac*, *Terentianus Maurus. Itaque fuerunt*, *qui* ubi . . . gaudet *iungerent* 182 INDICIO^{EST} *M* indicio eſt *γabc* 183 SLRATI *P* SILVESRIBVS *M* 184 ATQV^{A}E *M* atq; *γa*1 186 ſepe *γ* montiſ (o *in ras.*) *a* solemus] VIDEMVS *P* 187 dispicere *γ*, *Lachmannus in Lucr.* 236 *post Heinsium* DESPICERE *MPabc* HOC (O *m.* 2 *corr. in* V *ut vid.*) *P* HVC *Mγabc* liquuntur *γbc* LI^{n}QVVNTVR (n *m. rec.*) *M* LINQVVNTVR *P*, *Nonius* liq^{u}untur *a* 2, I.cuntur *a* 1 montibus *Servius Aen.* IX 31

felicemque trahunt limum) quique editus austro
et filicem curvis invisam pascit aratris:
hic tibi praevalidas olim multoque fluentis
sufficiet Baccho vitis, hic fertilis uvae,
hic laticis, qualem pateris libamus et auro,
inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
lancibus et pandis fumantia reddimus exta.
sin armenta magis studium vitulosque tueri
aut ovium fetum aut urentis culta capellas,
saltus et saturi petito longinqua Tarenti,
et qualem infelix amisit Mantua campum
pascentem niveos herboso flumine cycnos:
non liquidi gregibus fontes, non gramina derunt;
et quantum longis carpent armenta diebus,

TESTIMONIA.

188 'felicemque t. l.' Servius ge. I 154. 276 189 sq. 'Vergilius et quae felicem ferat non inprobat vitibus' Plinius nat. hist. XVII 4 189 Priscianus 655 P. 190 sq. 'hic . . . vitis' Servius ge. II 272 192 sq. Probus 49, 26 K. 192 'qualem . . . auro' Claudius Sacerdos I 112 E. 'pateris . . . auro' Servius in Aen. I 61 193 Iulius Rufinianus 254 R. Acron ad Hor. carm. I 36, 1 'inflavit . . . ebur' de gen. nom. 78 H. 194 Diomedes 483 P. 196 Nonius 206, 4 Priscianus lib. V extr. p. 192 H. 197 sq. Probus 49, 31 197 Philargyrus ge. IV 335 198 Servius ge. III 13 201 sq. Servius Aen. VII 712

VARIA LECTIO.

188 traunt γ trahit *Servius ge.* I 154. 276 obditus *vel* uvidus *Schraderus* .....auſtro (aſtro *ut vid. eraso*) γ 189 FILICEM *Pya*2, *Priscianus* FELICEM *Ma*1*b*1 paſcit (t *in ras.*) *b* 190 MVLTOSQ· *M* FLVENTES *Myc* fluent. ſ *b* 191 SVFFICITET *P* bacco γ bacho *b* uiteſ γb 192 hinc *Probus* LATICES *M* 193 pinguef γ thurrenuſ γ tyrrhenuſ (r *suprascr. in ras.*) *a* tyrrenuſ *c* auraſ γ 194 PANDIS *Pyabc*, *Philargyrus*, *Diomedes* PATVLIS (D *rubr.*) *M* 'pandis. *aut* patulis aut extorum pondere incurvatis' *Servius: cf. Aen.* VII 115 196 OVIVM FETVM *P* OVIVM FETVS *Maψ*, *Nonius*, *Priscianus* ouiũ foetuſ *ybc* fetuſ ouium χ aut (t *in ras.*) *b* VRENTES *Myγ* urenteſ *b* 197 SATVRI *P*, *Probus*, *Philargyrus*, *Servius* SATYRI *M: cf. Lachmannus Lucr.* 327 fatiri γ TERENTI *M* ta. renti *b* 198 QVALIM *P* 199 cicnoſ γ1 200 DERVNT *Pa*1 DERVNT *Mb* deſunt *ya*2*c*

exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
nigra fere et presso pinguis sub vomere terra,
et quoi putre solum (namque hoc imitamur arando),
optima frumentis: non ullo ex aequore cernes
plura domum tardis decedere plaustra iuvencis.
aut unde iratus silvam devexit arator
et nemora evertit multos ignava per annos,
antiquasque domos avium cum stirpibus imis
eruit: illae altum nidis petiere relictis,
at rudis enituit impulso vomere campus.
nam ieiuna quidem clivosi glarea ruris
vix humilis apibus casias roremque ministrat;
et tofus scaber et nigris exessa chelydris
creta negant alios aeque serpentibus agros
dulcem ferre cibum et curvas praebere latebras.
quae tenuem exhalat nebulam fumosque volucris,

TESTIMONIA.

202 Servius in Aen. I 306 204 Columella de r. r. II 2, 4 Donatus in Ter. Andr. IV 4, 56 Servius Aen. VII 746 Philargyrus in ge. II 263 'et cui p. s.' Probi inst. I 6, 3 schol. Stat. Theb. IV 241 'namque . . . arando' Columella de r. r. V 4, 3 209 'antiquasque d. a.' Nonius 425, 31 213 Nonius 421, 4 217 'nec pulla qualem habet Campania ubique optuma vitibus, aut quae tenuis exhalat nebulas, nec rubrica multis laudata' Plinius nat. hist. XVII 4, 3

VARIA LECTIO.

202 GELIDIS *P* REPONIT *Mb*1c1 203 ferae *b* fe.re *a* & *m.* 2 *add. a* expeſſo *γ* SVBMOVERE *M* SVOMERE *P* ſubuomere (uom *in ras.*) *b* 204 QVI *P* CVI *Myabc* IMITATVR *M* imitantur *χ* imitamur, imitatur, imitantur *Servii Aen.* VII 746 *codd.* 205 quore *γ* 208 E.t (E *e corr.*) *γ* NEMORA VERTIT *P* ſignaua *b*1 210 Eruit *b* ILLE ALTVM *M* ille altum *γ* ILLE FALEVM *P* 211 AVT *M* IN PVLSO *M* impulſo *b* vomere] SVB VOMERE *P: cf.* 203 campuſ *c* *Hinc nova in pagina sequuntur v.* 294 *sqq. γ* 212 IEIVNA (*prior* I *rasura evanuit*) *P* ieiuna (ie *in ras.*) *b* galea *a* 1, garea *a* 2 213 VMILIS *M* humileſ *b* caſſiaſ *c*1 214 EXESA *Mc* exeſa (a *in ras.*) *b* 215 *Hic redit R* 216 cibū *suprascr. c* & *suprascr. b* furvas *Schraderus: cf. ge.* III 544 217 EXALAT *Mb* EXHALANT *P* VOLVCRES *Mbc* LVCORIS *R*

et bibit umorem et, cum volt, ex se ipsa remittit,
quaeque suo semper viridi se gramine vestit,
nec scabie et salsa laedit robigine ferrum:
illa tibi laetis intexet vitibus ulmos,
illa ferax oleost, illam experiere colendo
et facilem pecori et patientem vomeris unci.
talem dives arat Capua et vicina Vesaevo
ora iugo et vacuis Clanius non aequos Acerris.

Nunc quo quamque modo possis cognoscere dicam.
rara sit an supra morem si densa requires
(altera frumentis quoniam favet, altera Baccho,
densa magis Cereri, rarissima quaeque Lyaeo)
ante locum capies oculis alteque iubebis
in solido puteum demitti omnemque repones
rusus humum et pedibus summas aequabis harenas.

TESTIMONIA.

222 'illa f. oleo est' Nonius 500, 23 Arusianus p. 230 L. 223 'et patientem v. u.' Arusianus p. 254 L. 'patientem v. u.' Priscianus 1123 224 sq. Probus 50, 19 K. 'talem . . . iugo' Gellius VI 20 'et vicina . . . iugo' Servius Aen. VII 740 225 'et vacuis . . . Acerris' Servius in Aen. I 479 'Clanius' gloss. Petri p. 11 226 Nonius 275, 29 230 'ante . . . oculis' Servius in Aen. I 396 Nonius 253, 8 Donatus in Ter. hecyr. IV 1, 22

VARIA LECTIO.

218 humorem *c* uolt *b* VVLT *MRc* ipsa] TPSA *P* 219 fuo. uiridi femp *c* uiridif χ, *Faber* gramne *c*l 220 SCABIAE *R* SCABIAE *M* et] ET *M* rubigine *c* 221 INTEXIT *Pyc* VITIBVS (I *pr. m. ant. add.*) *R* 222 oleost *ex Arusiani cod. vestigiis Lindemannus* OLEO EST *PR Nonius* OLEAE EST *Mb* oleae, *om.* est, *c* ILLA *M* illam. *b* 224 ERAT *Mb* EET *M* VESAEVO *M* uefaebo *b* uefeuo *c* Vesevo *Servius, Philargyrus, Probus, Gellius* VESAEO *PR* 225 'ora; *et hoc emendavit ipse, quia* Nolam *posuerat. Nam postea offensus a Nolanis, qui eidem aquam negaverant,* ora *pro* Nola *posuit.' Philargyrus: cf. Gellius* VI 20 *Servius Aen.* VII 740 AEQVVS *PRc* EQVOS O *erasa*) *M* equuf *b* ACERNIS (N *erasa*) *M* 226 NONC *P* QVOCVMQVE *R* POSSES *R* DICA *M* 227 SIL *P* more *suprascr. c* REQVIRAS *Rc* RELQVIRES *M* 228 bacho *b* 230 ALTAE *M* 231 dimitti *b*l 232 RVRSVS *MRbc* ARENAS *P*

si derunt, rarum pecorique et vitibus almis
aptius uber erit; sin in sua posse negabunt
ire loca et scrobibus superabit terra repletis,
spissus ager: glaebas cunctantis crassaque terga
expecta et validis terram proscinde iuvencis.
salsa autem tellus et quae perhibetur amara,
frugibus infelix ea nec mansuescit arando,
nec Baccho genus aut pomis sua nomina servat)
tale dabit specimen: tu spisso vimine quallos
colaque prelorum fumosis deripe tectis;
huc ager ille malus dulcesque a fontibus undae
ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
scilicet et grandes ibunt per vimina guttae;
at sapor indicium faciet manifestus, et ora
tristia temptantum sensu torquebit amaror.

233 sq. 'pecori . . . erit' Servius Aen. VII 262 234—236 'sin . . . ager' Nonius 392, 9 236 sq. 'glaebas . . . expecta' Servius Aen. VI 211 238 - 240 Columella de r. r. III 1, 9 239 'ea . . . arando' schol. Hor. carm. I 18, 2 in ed. Plant. 'mansuescit a.' schol. Hor. epist. II 1, 46 241 'tu . . . qualos' Probus de nom. 32 E. 242 'colaque p.' Eutychius II 8 243 sq. 'huc . . . calcentur' Arusianus p. 231. 244 L. 243 'ager ille m.' Probi inst. I 4, 12 246 sq. Gellius I 21 'et ora . . . amaro' Macrobius Sat. VI 1, 47 247 schol. Stat. Theb. V 392

VARIA LECTIO.

233 DERVNT (e *m. rec. sup.*) *R* DERVNT *Mb* deerunt *c* 235 superauit *c*1, *Nonii exempl.* 236 GLEBAS *MRc* CVNCTANTES *Mbc* crafſa (f *in ras.*) *b* 237 Exerce *b* (*cf.* 356) EXERCTE *R* ET *sup. M* 239 HARANDO *P* 240 bacho *c* decus *Schraderus* 241 QVALOS *Mbc* 242 COLLA (L *alterum m.*2 *in ras.*) *P* PRELORVM *M* plorum *c* diripe *b*1 243 huic *Arusianus* 244 a] in *Arusianus* 244 244 CALCENTVRAQVAE *in ras. R* kalcentur *Arusianus* 244 ELVCTABITVR *M* 245 ilicet *Schraderus* 246 AD *PR* FACIT *R* FACIET MANIFESTVS · ET ORA *M*, *Gellius et Macrobius ut videtur.* faciet, manifestus et ora *Reiskius* 247 Trif.tia *b* Triſtitia *c*1 temptandum *c*1 TORQ · BIT *M* AMAROR *Mbc*2 AMARO *PRc*1, *Macrobius conferens Lucr.* II 401 'amaror; *amaritudo. et est sermo Lucretii* (IV 224), *et vera lectio ipsa est. Nam multi* amaro *legunt, ut sit:* sensu amaro' *Servius.* '*plerique omnes* . . amaro. *Hyginus autem* . . .

pinguis item quae sit tellus, hoc denique pacto
discimus: haut umquam manibus iactata fatiscit,
set picis in morem ad digitos lentescit habendo.
umida maioris herbas alit, ipsaque iusto
laetior. a nimium ne sit mihi fertilis illa
nec se praevalidam primis ostendat aristis!
quae gravis est ipso tacitam se pondere prodit,
quaeque levis. promptum est oculis praediscere nigram,
et quisquis color. at sceleratum exquirere frigus
difficilest: piceae tantum taxique nocentes
interdum aut ederae pandunt vestigia nigrae.

His animum adversis terram multo ante memento
excoquere et magnos scrobibus concidere montis,

TESTIMONIA.

250 Columella de r. r. II 2, 18 Incertus de verbo 40 E. 8, 5 I. (ed. Macrobii) Servius in ge. I 3 'picis .e. . habendo' Incertus de verbo 36 E. (8, 20 I.) 'ad . . . habendo' Priscianus 800 P. 'lentescit h.' Diomedes p. 334 P. 256 sq. 'at . . . difficile est' Nonius 311, 4 258 'aut . . . nigrae' Servius ecl. VII 38

VARIA LECTIO.

in commentariis, quae in Vergilium fecit, confirmat et perseverat, non hoc a Vergilio relictum, sed quod ipse invenerit in libro, qui fuerit ex domo atque ex familia Vergilii . . . amaror. *Neque id soli Hygino, sed doctis quibusdam etiam viris complacitum' e. q. s. Gellius* 249 HAVD *Mbc* VNQVAM *P* ūquã *b* 250 SED *PRbc* DEGITOS *R* lentiscit *anonymi de verbo* 40 *cod., Diomedis Parisinus* lentescit *testatur Priscianus* 251 HVMIDA *Pbc* MAIORES *Mbc* 252 LAETITIOR *M* lentior *prop. Wagnerus* ha *c* 253 NEC *M* Neu (u *in ras.*) *b* 254 PRODET *M* 255 PRAEDICERE *R* 256 Et (E *corr. ex* I *vel* U) *c* QVISQVIS COLOR *Pc2, quod possis etiam interpretari:* quis quis. quifquif color *b2* quif....color *b1* QUISCUIQ· COLOR (QVIS *col. rubr.*) *M: cf.* 177 III 102 quif cui . . color *c1* QVISCVI. CIVECOLOR *R* et quis cuique colos *Pierii Medic.* et quis cui color *Mentel. pr. m.1* 'et quisquis color; *vera lectio haec est. nam male quidam* et quis cuique *legunt excludentes* at... *alii* colos *legunt, ut excluso* s *fiat synaloepha . . . unde legendum est* et quisquis color, *quod nec obscuritatem affert nec fidem derogat lectioni.' Servius* AD *Pb1* et *c1* 257 DIFFICILE EST *MRbc* PICIAE *P* TAXITQVE *P* TAXIQ· *M* 258 HAVT *M* HEDERAE *Rb* 259 ANIMAMADVERSIS (M *alt. erasa*) *P* ANIMADVERSIS *MRbc* 260 Exquoquere *c* magno *b* CIRCVMDARE *R* MONTES *MRbc*

ante supinatas aquiloni ostendere glaebas,
quam laetum infodias vitis genus. optima putri
arva solo: id venti curant gelidaeque pruinae
et labefacta movens robustus iugera fossor.
ac siquos haut ulla viros vigilantia fugit,
ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur
arboribus seges et quo mox digesta feratur,
mutatam ignorent subito ne semina matrem.
quin etiam caeli regionem in cortice signant,
ut quo quaeque modo steterit, qua parte calores
austrinos tulerit, quae terga obverterit axi,
restituant: adeo in teneris consuescere multumst.
collibus an plano melius sit ponere vitem,

TESTIMONIA.

261 Acron ad Hor. carm. III 6, 39 Terentianus Maurus 1117. 1122 268 Servius ge. II 27 272 'adeo . . . est' Quintilianus I 3, 13 Velius Longus p. 2238 Acron ad Hor. carm. III 11, 7

VARIA LECTIO.

261 *Hinc redit γ* supinataf *c* AQVILONIVS· TENDERE *R* GLEBAS *Rc* 262 obtima *γ* putrif *b* 263 ADVA (D *erasa*, R *m.* 2 *sup.*) *P* foli *b* GAELIDAE *M* 264 labefacte *b*1 rubuftuf *b*1 265 AC *M* AT *Pγc* AD *R* haut *c*1 AVT *M* AVT *PRb*1 haud *b*2 haud *c*2 266 PREIMA (I *m.* 2 *addita*) *P* 267 SEDES (*corr. m.* 2) *P* .egefta *c*1 aegefta *c*2 FERANTVR *P* 268 mutata *γ*, *Servius ge.* II 27 fibito *c* 269—272 *om. Menag. pr.* 269 regionenem *c* INCORTICE *continuat R* 270 et *γ* QVOD *M* QVEQVAE *P* que. que (e *prius ex corr.*) *γ* STETERINT *M* COLORES *M* 271 TVLERINT *M* QVE (A *m.* 2 *sup.*) *P* qua *Servius?* obuerter& *c*1 272 INTENERIS *continuat R* assuescere *Acron* tenerif confuefcere (nerif conf *in ras.*) *b* multumst *Velius Longus: cf. Lachmannus Lucr.* 66 MVLTVMST (e *m. rec. sup.*) *R* MVLTVM EST *MPγbc* 273 plana (a *posterior corr. in* o) *γ* meliuf (ıı *e corr.*, l *corr. ex* u) *γ* uitrem *γ*

quaere prius. si pinguis agros metabere campi,
densa sere: in denso non segnior ubere Bacchus;
sin tumulis adclive solum collisque supinos,
indulge ordinibus; nec setius omnis in unguem
arboribus positis secto via limite quadret,
ut saepe ingenti bello cum longa cohortis
explicuit legio, et campo stetit agmen aperto,
derectaeque acies, ac late fluctuat omnis
aere renidenti tellus, necdum horrida miscent
proelia, sed dubius mediis Mars errat in armis.
omnia sint paribus numeris dimensa viarum;
non animum modo uti pascat prospectus inanem,
set quia non aliter vires dabit omnibus aequas

TESTIMONIA.

274 sq. 'si . . . sere' Nonius 137, 15 276 sq. 'sin . . . ordinibus' Nonius 326, 9 277 sq. 'nec . . . quadret' Servius ge. II 1 schol. Lucani III 487 'in unguem . . . quadret' schol. Hor. serm. I 5, 32 278 'arboribus p.' Probi inst. I 17, 4 'limite q.' Terentianus Maurus 1255 280 'explicuit l.' Diomedes p. 369 P. 285 Servius in Aen. I 464

VARIA LECTIO.

274 — 399 *Veronensis fol.* 239 274 QVARE *M* QVAE (RE *m.* 2 *sup.*) *Pc* PRius *V* PINGVIS *M* fi pingu. f *c* AGOS (R *m.* 2 *sup.*) *P* AGRos *V* agrif (*fuit* agri) *γ* *metabere V* CAMPOS *Pγ* 275 bachuf *bc* 276 SINT TVMVLIS *R* SIN· TVMVLIS (*erasa vel* I *vel* E *vel* T, *V* SIN, THUMILIS *M* ACLIVE *M* COLLES *PRVybc Nonius* fupini *Nonius* 277 SETIVS *MPγ* SETius *V* feciuf *c*1 ESTIVS *R* omnif in (if in *in ras.*) *b* anguem *γ* 278 SEPTO *M* secto *Servius* Vla *limite quadr*ET *V* *Post* quadret *forti interpunctione posita v.* 279—287 *unum enuntiatum efficere voluit Wagnerus* 279 fepae *c*1 INgenti *bello cum longa V* COHORT.S *V* COHORTES *Mb*1*c* coortef *γ* 280 *legi*O *V* BELEGIO *P* 281 *Derect*AE *V* directae *χ* 282 *ae*RE *V* renitenti *c*1 NEDVM *V* nondū *b* HORRIDA (HO *in ras.*) *R* 283 praelia *γ* fe[d] *γ* maf ferrat *c*1 ERRAVIT *R* 284 DEMENSA *Mb*1 285 INANĒ· *M* inane *χ*, *quod si meliores libri haberent, praeferrem.* inanis *Britannus cod. apud Burmannum: cf. Aen.* I 464 286 SED *PRVybc* AEITER (*corr. m.* 2) *P* ALTER *M* VIRIS *Mb*1 aquaf *b*1

terra, nec in vacuum poterunt extendere rami.

Forsitam et scrobibus quae sint fastigia quaeras:
ausim vel tenui vitem committere sulco.
altior ac penitus terrae defigitur arbos,
aesculus in primis, quae quantum vertice ad auras
aetherias, tantum radice in Tartara tendit.
ergo non hiemes illam, non flabra neque imbres
convellunt: immota manet, multosque nepotes,
multa virum volvens durando saecula vincit.
tum fortis late ramos et bracchia pandens
huc illuc media ipsa ingentem sustinet umbram.

TESTIMONIA.

46—48 Probus 58, 27 K. 47 sq. Rufinianus de schem. lex. 233 R. 49 sq. 'seu ... equos' Nonius 347, 22 51 sq. 'optuma ... caput' Nonius 411, 11 'optima ... bovis' Acron ad Hor. carm. III 5, 44 52 'cui turpe c.' Servius ge. IV 395 schol. Hor. epod. V 19 'cui p. c.' Servius in Aen. I 419 'plurima c.' Servius ge. I 187 53 Servius Aen. III 427 Priscianus p. 982. 999. 1101. 1173. 1197. 1203 Nonius 377, 30 Pompeius p. 405 L. 'crurum ... pendent' Cledonius 1935 Alcuinus 2140 P. Pompeius p. 394 L. 'crurum tenus' Claudius Sacerdos I 8 E. Probi inst. I 12, 2 Arusianus p. 263 L. Diomedes 404 P. Servius Aen. X 210 54 'tunc ... modus.' Nonius 339, 2 Atilius Fortunatianus p. 337 G. 55 'et ... aures.' Nonius 30, 9 'camuris ... aures' Macrobius

VARIA LECTIO.

45 affenfu (f *pr. in ras.*) *b* 46 ARDENTES *Mγ2c* 'ardentis pugnas *legendum est: nam male quidam* ardentis Caesaris *accipiunt' Servius* adcingar *γ* 47 'Caesaris: *hic distingue, ut Aeneadas significasse videatur, quia una Actiaca pugna Octaviani Caesaris fuit' Philargyrus. Nulla distinctio per totum versum in M* Caefaris et nomen et famam *Rufinianus Ruhnkenii* C. et famam et nomen *Stephanus et Capperonnerius* 48 THETONI *P* Tythoni (y *in ras.*) *b* QVOD *M* QVOD *PRγ1b1* 49 quif. (f *in ras.*) *γ* OLYMPIIIACAE *P* pugnae *Nonius* 50 PASCIT *MRγbc Nonii exempl.: cf.* I 155. 188. 219. 227. 424. 428. 438. 446. 454. 459 II 233. 274. 346. III 73 SE *M* QVIS ET FORTIS *P* 51 PRAECIPVAE *Mγ* OPTVMA *P*, *Nonius* OPTIMA *MRγbc, Acron* torua. (a *corr. in* ae) *γ* teruae *c* 52 BOVS *M* 53 pale. aria (*eras.* a) *γ* 54 tunc *Nonius* 55 Pefetiam (efetiam *in ras.*) *b* ET-IAM *R* CAMURIS *M* camirif *γ* cam. rif *c1* camerif *c2*: *testatur Nonius* camyrif (a *ct* y *in ras.*) *b* camuris *Macrobius, Servius, Philargyrus: cf. Pauli Festus p.* 43 *M.* hyrte *γ* hyrte *c* CVM *M*

nec mihi displiceat maculis insignis et albo,
aut iuga detractans interdumque aspera cornu
et faciem tauro propior, quaeque ardua tota
et gradiens ima verrit vestigia cauda.
aetas Lucinam iustosque pati hymenaeos
desinit ante decem, post quattuor incipit annos;
cetera nec feturae habilis nec fortis aratris.
interea, superat gregibus dum laeta iuventas,
solve mares; mitte in Venerem pecuaria primus,
atque aliam ex alia generando suffice prolem.
optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
prima fugit: subeunt morbi tristisque senectus
et labor, et durae rapit inclementia mortis.
semper erunt, quarum mutari corpora mallis:

TESTIMONIA.

Sat. VI 4, 23 58 'et faciem t. p.' Arusianus p. 254 L. 59 Nonius 420, 17 60 sq. Probus 59, 11 K. 60 Servius in Aen. I 283 ecl. IV 37 62 Nonius 206, 7 63 sq. 'interea ... mares' Nonius 433, 22 63 Priscianus 1206 Nonius 389, 2 64 Nonius 390, 28 'solve m.' Probi inst. II 1, 46 'mitte ... primus' Nonius 348, 13 66—68 Seneca epist. 108, 24 66 sq. 'optima ... fugit' Seneca de brev. vitae 9 epist. 108, 26 Acron ad Hor. carm. II 11, 5 67 'subeunt ... senectus' Seneca epist. 108, 29 'tristisque s.' Donatus in Ter. Phorm. I 2, 42 69 sq. 'semper ... refice' Charisius 240

VARIA LECTIO.

56 TIBI *M* DISPLICEAT (I *alt. fort. corr. ex* E) *M* 57 DETRECTANS *Mybc* cornu. *γ* 58 faciam c1 AVRO *P* PROPRIOR *M* proprior (r *alt. eras.*) *γ* PRIOR (*m. rec. sup.*) *R* 59 ia b VERIT *M* GAVDA *P* 60 AESTAS *M* LVCINA *R* LVCINA *R* iufto *γ* hymaeneof *γc* yminaeof *in ras. b* 61 Difinit c1 DECIM *R* d&im c1 ..p' *c* 62 fœturae *γ* abilis *Nonii exempl.* ARATRI *M* 63 praeterea *Nonius* 389, 2 interea *testatur Priscianus* superest *Prisciani ω exc. Vind. N* cum *Nonius utroque loco* IVVENTAS *Ry*, *Nonii ω* IVVENTVS *M* iuventus *Priscianus*, *Nonii* 389 *ω*, 433 *Wolf.* iuuentuf (u *corr. in* a) *b* IVVENTIS *P* 64 mite *c* PECVRIA *R* 65 ADQVE *R* ALIIS *P*, *fortasse recte* fufli.ce.. *γ* fuffice.. *c* prolem *in ras. b* 66 *In mg.* Cñ *col. rubro M* 68 DVRAE RAPIT *M* 69 MALLIS *R* MALIS *Pybc* MAVIS *M*

semper enim refice ac, ne post amissa requiras,
ante veni et subolem armento sortire quodannis.

Nec non et pecori est idem dilectus equino.
tu modo, quos in spem statues summittere gentis,
praecipuum iam inde a teneris impende laborem.
continuo pecoris generosi pullus in arvis
altius ingreditur, et mollia crura reponit;
primus et ire viam et fluvios temptare minantis
audet et ignoto sese committere ponti,
nec vanos horret strepitus. illi ardua cervix
argutumque caput, brevis alvos obessaque terga,
luxuriatque toris animosum pectus. honesti
spadices glaucique, color deterrimus albis

TESTIMONIA.

70 sq. 'semper ... anteveni' Acron ad Hor. carm. III 6, 2 73 sq. Macrobius Sat. VI 6, 11 73 Nonius 390, 7 Probi inst. I 9, 12 75 — 81 'continuo ... pectus' Seneca epist. 95, 68 75 sq. 'in arvis a. ingreditur' Augustinus de gramm. 3015 P. 75 Nonius 308, 21 77 'primus ... viam' Servius Aen. IV 468 79 'nec ... strepitus.' Quintilianus VIII 2, 15 'illi a. c.' Servius Aen. II 328 80 sq. Appuleius de deo Socr. p. 700 80 Nonius 239, 18. 361, 14 'obesa t.' schol. Hor. epod. 12, 3 81 'luxuriat ... pectus.' Nonius 481, 10 'luxuriat' Claudius Sacerdos I 97 'luxuriatque t.' Diomedes p. 373 P. 82 'spadices glaucique' Probus 59, 16 K. 'glauci' cf. Gellius II 26, 18 'color ... gilvo' Nonius 247, 22

VARIA LECTIO.

70 ADMISSA *M* a. miſſa (*erasa* c *vel* t) *c* 71 ANTE·VENI *R* ANTE VENI *M* ſobolem *γc* SORTERE *P* QVOTANNIS *Mbc* quodannoſ (d *corr. in* t, o *in* i) *γ* 72 NECNON *continuat M* delectuſ *c*1 73 ſtatuiſ *c*, *Nonius* SVBMITTERE *Rc* GENTES *Ry*1*b*1 74 inde a (dea *in ras.*) *γ* INPENDE *MPybc* 77 MINANTIS *P*, *Seneca* MINACIS *R* MINACES *Mybc* 78 PONTO *M* ponto *γc*, *Seneca* ponto (o *in ras.*) *b* ponti *Servius: cf.* II 318 80 ALVVS *MPRc* aluuſ (uſ *in ras.*) *b* alſuſ (b *corr. in* v) *γ* OBESA *MRybc* 81 Luxoriat *c*1 honeſti *om. Appulei Cuiac. tertius* honeſtiſ *reliqui eius codd. excepto Voss., ubi* honeſti *extat.* 81 *sq.* pectus honesti Spadicis. tum, ſi qua ſonum *e. q. s. ciectis mediis Ferdinandus Hitzig: et iungit* pectus honesti *Appuleius, si quidem exemplaribus fides est* 82 SPANDICES *P* clauci *c*

et gilvo. tum, siqua sonum procul arma dedere,
stare loco nescit, micat auribus et tremit artus,
collectumque premens volvit sub naribus ignem.
densa iuba, et dextro iactata recumbit in armo;
at duplex agitur per lumbos spina, cavatque
tellurem et solido graviter sonat ungula cornu.
talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus et, quorum Grai meminere poetae,
Martis equi biiuges et magni currus Achillei.
talis et ipse iubam cervice effundit equina
coniugis adventu pernix Saturnus, et altum
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.

Hunc quoque, ubi aut morbo gravis aut iam segnior annis

TESTIMONIA.

83—85 'tum . . . ignem' Seneca ep. 95, 68 83 sq. 'tum . . . nescit' Quintilianus VIII 2, 15 84 'stare l. n.' Nonius 391, 18 **Servius** Aen. IV 135 'micat . . . artus' Nonius 191, 9. 347, 33 **Arusianus** p. 264 L. schol. Lucani IV 752 86 Vegetius veterin. I 56, 36 'et dextro . . . armo' Nonius 327, 27 87 sq. 'at . . . tellurem' **Servius** Aen. I 655 87 'at . . . spina' Servius ge. I 172 schol. Statii **Theb.** VI 328 'duplex . . . spina' Appuleius de deo Socr. p. 700 89—91 Probus 59, 21 K. 89 sq. 'talis . . . Cyllarus' Claudius Sacerdos I 166 Diomedes 459 P. Servius ge. III 345 'domitus . . . Cyllarus' **Servius** ecl. VI 74 Aen. I 235 90 schol. Statii Theb. IV 214 92—94 Probus 60, 3 K. 92 sq. 'talis . . . Saturnus' Nonius 368, 14 94 Acron ad Hor. carm. I 16, 7 'Pelion h. f.' Probi inst. I 4, 21 95 sq. 'ubi . . . domo' Donatus ad. Ter. hecyr. V 1, 32 'ubi . . . deficit'

VARIA LECTIO.

83 *'multi ita legunt:* albis et gilvo, *ut non* album *vel* gilvum, *sed* albogilvum *vituperet, quod falsum est' Servius. cf. Philargyrus* 85 premenſ *γ Seneca* PRIMENS *P* PRAEMENS *Rc*1 FREMENS *Mc*2, *item, sed in ras. b* 87 Et *b* Ad *c* 88 graviter solido *Menag. pr.* QVATIT *R ut Aen.* VIII 596 XI 875 89 AMYCLAEI *Myc, Probus* AMYCLA-ET *R* AMYCLEI *P, Claudii cod.* amiclaei *b* amohaeclei *et* amo et lei (*i. e.* amoeclaei) *Diomedis codd.* POLLYCIS *R* pullucif *γ*1 pollicif *c* 90 Cyllaros *Probi exempl.* grai. *c* graii *γ* 91 MARTE SEQVI *M* BIIVGES *M* 91 ACHILLEI *P* achilli *γ*1*b*1*c*1 achille *Probi Vat.* ACHILLES (l *sup. col. rubro*) *M* ACHILLIS *Rγ*2*b*2*c*2, *Probi Par.* 92 IPSAE *M* EFFVNDIT *MPR, Vatic. Probi, Nonius* effundit (n *eras.*) *γ* effudit (dit *in ras.*) *b* effudit *χ, Probi Par.* fundit *c*1 fu. dit *c*2 94 Pellion *c* hynnitu *γ* tinnitu *Acron, quod praeter Franciscum Pauly nemo probabit* FVGINS (*sup. m. ant.*) *P* INPLEVIT *Pγ* 95 HINC *M* MORMO *P* IMA *M* AETAS *R*

defecit, abde domo, nec turpi ignosce senectae, 96
quamvis saepe fuga versos ille egerit hostis, 120
et patriam Epirum referat fortisque Mycenas,
Neptunique ipsa deducat origine gentem. 122
frigidus in Venerem senior, frustraque laborem 97
ingratum trahit, et siquando ad proelia ventumst,
ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis
incassum furit. ergo animos aevomque notabis 100
praecipue; hinc alias artis prolemque parentum,
et quis cuique dolor victo, quae gloria palmae.
nonne vides, cum praecipiti certamine campum
corripuere, ruuntque effusi carcere currus,
cum spes arrectae iuvenum, exultantiaque haurit 105

TESTIMONIA.

Donatus in Ter. hecyr. III 2, 2 96 'nec . . . senectae' schol. Hor. **epist.** II 2, 210 122 Probus 60, 11 K. 97 'frigidus in V. senior' **schol.** Iuven. X 204 Servius Aen. VIII 389 'frustraque . . . trahit' **schol.** Hor. epod. XI 16 98 — 100 'et siquando . . . furit' schol. Iu**ven.** VI 366 cf. Hofman-Peerlkampus ad Hor. carm. p. 40 sq. 99 schol. **Iuven.** X 205 Servius Aen. II 678 102 Terentianus Maurus 1046 104 'ruuntque e. c. currus' Nonius 313, 7 Charisii exc. p. 548 K. in**cert.** gramm. 141 p. 98 Endl. Servius Aen. III 676 XI 142 105 sq. 'exultantiaque . . . pulsans' Nonius 319, 23 Servius ge. IV 69

VARIA LECTIO.

96 DEFECIT (I *sup. rubr.*) *M* DEFICIT *PRγbc* AB DE *R* domu *bl* turpe *γ*1 fenecta *γ* fenectae (ae *in ras.*) *b* *Hic* 120—122 *inseruit Tittlerus in commentatione Brigensi scholastica anni* 1857 *p.* 8 *sq.: et legitur in Probi commentario v.* 122 *ante* 113 *sq. Vulgatum ordinem secutus est Servius.* 120 ILLI *P* HOSTES *My* 121 refe**rat** *γ*1 fortef *b* micenaf *c* 122 originem *γ*1 NOMEN *R ex* *Aen.* X 618 97 VENERE[M] *M* SE[E]NIOR *M* fruftraq; (aq; *in ras.*) *b* 98 & *suprascr. b* VENTVMST (E *m. recentiss.*) *R* VENTVMEST *MPγbc* 99 ut] quod *Servius Aen.* II 678 IN *sup. M., om γ, schol.* *Iuven.* VI 366 STIPVLAM AGNVS *R* ftipulis magnis *Servius l. l.* sine] nam *schol. Iuven.* VI 366 ignem *schol. Iuv.* X 205 100 IN**CASVM** *P* AEVVM *MRγbc* 101 PRAECIPVAE *M* ARTES *Mγbc* PARTIS *P* 'prolem parentum *nove posuit' Philargyrus.* prolisque pa**rentem** *Schraderus* moremque parentum *Marklandus ad Statii silv.* V 3, 138 102 dolor *in ras. b* quae. *b* 103 *sq. cf. Aen.* V 144 *sq.* 103 cũ *in ras. b* 105 *sq. Cf. Aen.* V 137 *sq.* [r]arectae *γ*

corda pavor pulsans? illi instant verbere torto
et proni dant lora, volat vi fervidus axis;
iamque humiles, iamque elati sublime videntur
aëra per vacuum ferri atque adsurgere in auras;
nec mora nec requies; at fulvae nimbus harenae
tollitur, umescunt spumis flatuque sequentum:
tantus amor laudum, tantaest victoria curae.
primus Erichthonius currus et quattuor ausus
iungere equos rapidusque rotis insistere victor.
frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere
impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
insultare solo et gressus glomerare superbos.

TESTIMONIA.

106 'corda p. p.' Servius Aen. V 575 107 'volat... axis' Servius Aen. XI 195 108 sq. 'iamque humiles... ferri' Macrobius Sat. V 13, 7 111 'humescunt... sequentum' Macrobius Sat. V 13, 3 112 Servius ge. IV 205 113—115 Probus 60, 15 K. 113 sq. Tertullianus de spect. 9 Isidorus orig. XVIII 34, 1 114 'rapidus ... victor' Servius Aen. II 329 V 493 'atque rotis i. v.' Servius Aen. I 192 115—117 Gellius XVIII 5, 7 Macrobius Sat. VI 2, 19. 9, 8 115 Probus de nom. 33 p. 220 E. schol. Lucani VI 399 116 sq. Nonius 295, 19 'atque ... superbos' idem 106, 28 'equitem ... solo' Arusianus p. 242 L. 116 'impositi ... docuere' Arusianus p. 239 L. 117 Acron ad Hor. carm. III 3, 41 Nonius 330, 18 'et ... superbos' Nonius 391, 8.

VARIA LECTIO.

106 inſtant (t *in ras.*) *b* VERBERAT·ORTO *R* 107 dant .. lora (t *et* lo *in ras.*) *b* VOCAT *M* faxit *γ*1 108 humileſ (e *in ras.*) *b* ELATIS *M* elatiſ (ſ *eras.*) *γ* ſublimae *γ* 109 aera per tenerum *Macrobius ut Aen.* IX 699 ferre *b*1 EXSVRGERE *R* exurgere *γ* AVRES *R* 110 AD *PRγ*1 at *in ras. b* nymbuſ *γb* haerenae *γ* 111 humeſcunt *γc* flatum *γ*1 SEQVENTIVM *P* 112 TANTAE EST *R* tante eſt *γ* 113—119 *non male Tittlerus l. l. post* 102 *collocat.* 113 ERICTHONIVS *Mybc* ERECTHONIVS *P* ERICTONIVS *R* QVATVOR *P* 114 IVGERE *M* .equoſ *b* APIDVS (*sup. rubr.*) *M* rapidiſ (i *in ras.*) *c*2 *Probi Par., Isidori φ, Servii Aen.* V 493 *exempl.* rapidus *testatur Servius* ratiſ *γ*1 115 PELETHRONII (l *alt. m. rec.*) *M* pelethonii *c* LAPHITAE *R* LAPITTAE (T *altera vel* l *erasa*) *M* lapithe *γ* laphyte *c* gyroſ (g *in ras.*) *b* giroſ *c* 116 Inpoſiti *bc* ADQVE *R* 117 superuſ (u *corr. in* b) *γ*

aequos uterque labor, aeque iuvenemque magistri
exquirunt calidumque animis et cursibus acrem.
His animum adversis instant sub tempus, et omnis
impendunt curas denso distendere pingui
quem legere ducem et pecori dixere maritum;
florentisque secant herbas fluviosque ministrant
farraque, ne blando nequeat superesse labori
invalidique patrum referant ieiunia nati.
ipsa autem macie tenuant armenta volentes,
atque ubi concubitus primos iam nota voluptas
sollicitat, frondesque negant et fontibus arcent.
saepe etiam cursu quatiunt et sole fatigant,
cum graviter tunsis gemit area frugibus, et cum
surgentem ad zephyrum paleae iactantur inanes.
hoc faciunt, nimio ne luxu obtunsior usus

TESTIMONIA.

119 'calidum... acrem' Nonius 240, 27 124 'denso d. p.' Servius in Aen. I 433 125 Nonius 464, 31 'quem legere virum' Servius ecl. VII 7 126 sq. Gellius I 22 'fluviosque m. farraque' Asper 113, 14 128 Charisius 4 129 Probus 64, 4 132—137 Augustinus contra Iul. V 11 135 sq. Quintilianus VIII 6, 8 'nimio ... arvo' Donati ars III 6, 2 'nimio ... inertis' Diomedes 456 P. Pompeius p. 472 L. Beda de tropis 382 C.

VARIA LECTIO.

118 AEQVVS *MPRγbc* laboſ (ſ *in ras.*) *b* AEQ: *M* IVVENVM *Rγ*1 IVVENTVM *P* 123—144 (22 *versus*) *hic om. sequuntur post* 170 (*post* 26 *versus*) *γ* 123 ANIMVM ADVERSIS *P* ANIMA ADVERSIS *M* VER anim.adverſi.ſ (*erasa* a) *γ* ANIMADSIS (VER *sup. m.* 2) *R* aniãduerſiſ *bc* OMNES *PRγ* 124 inpendunt *γbc* CVRA S *M* DENSOS *M* 125 virum *Servius ecl.* VII 7 ducem *Nonius* PECORIS *P* MAGISTRVM *P* maritum *testatur Nonius* 126 florentis *Servius ad v.* 131, *sed ad v.* 126 pubentes (*Par. Vat.*) *ut Aen.* IV 514 127 FERRA *M* T NEQVEANT *Pbc*1 NEQVEANS *M* nequead *γ* 128 referunt *Charisii cod.* IETIVNEA *P* 129 uolenteſ (e *pr. corr. ex* a, *ut vid.*) *γ* 130 primi iam mota *vel* primos innata *vel* primos ignota *Schraderus* primos iam nota *testatur Philargyrus*, iam nota *Servius. An:* primos iam mota? iã *sup. c* VOLVNTAS *P* 131 SOLLICITANT *R* S.ollicitat (o bv *ex corr.*) *γ* NECANT *R* neg.ant *γ* fonteſ *γ* 133 TVSIS *R* 'tusis *sine* n *litera legendum' Philargyrus* AERA *M* 134 zephirum *γc* v 135 luxo *b* fluxu *c*1 OBTONSIOR *P* obtunſior (n *eras.*) *γ* obtu.ſior *b*

sit genitali arvo et sulcos oblimet inertis,
set rapiat sitiens Venerem interiusque recondat.

Rursus cura patrum cadere et succedere matrum
incipit. exactis gravidae cum mensibus errant,
non illas gravibus quisquam iuga ducere plaustris,
non saltu superare viam sit passus et acri
carpere prata fuga fluviosque innare rapacis.
saltibus in vacuis pascunt et plena secundum
flumina, muscus ubi et viridissima gramine ripa,
speluncaeque tegant et saxea procubet umbra.
est lucos Silari circa ilicibusque virentem
plurimus Alburnum volitans, quoi nomen asilo

TESTIMONIA.

136 cf. Probus 64, 11 'genitale arvum' Augustinus de civ. dei XIV 23 Beda de tropis s. script. p. 350 'oblimet i.' Servius Aen. XII 370 138 sq. 'rursus ... incipit' Philargyrus ge. III 484 138 'rursus ... cadere' Nonius 384, 30 139 'exactis ... errant.' Nonius 291, 24 Servius ge. I 435 141 'et acri ... fuga' Nonius 252, 11 143 Probi inst. I 11, 2 143 sq. 'saltibus ... flumina' Nonius 387, 7. 389, 21 'pascuntur vero silvas et plana secundum flumina' (cf. v. 314) Nonius 531, 25 145 'saxea p. u.' Servius Aen. II 470 146—150 'est ... armenta' Seneca epist. 58, 2 146—148 Probus 61, 7 K. 147 sq. 'cui ... est' Iulius Rufinianus de schem. lex. 247 R. 147 Servius Aen. VI 239

VARIA LECTIO.

136 genitali. *c* SVLSCOSOBLIMET *P* SVLCOSVBLIMET *My*1 fucos oblimet (o *pr. et* met *in ras.*) *b* inhertis *y* inertes *c* 137 SED *PRybc* recordat *y*1 139 exhactis *y* grauide *y* messibus *b* 140 plautris *c* 141 SALTVS *MR* SVPERALTE *P* AGRI *R* agri (g *eras.*) *y* acr i *in ras. b* 142 fluuios (s *in ras.*) *b* rapaces *yc, item, sed* ces *in ras. b* 143 PASCVNT (A *sup. rubr.*) *M* pascant *y*2*bc*2 pascuntur vero silvas et plana *Nonius* 531: plena *Servius* 144 GRAMINA RIPAE *M* gramine ripa (e *in ras.*) *b* *Hic in mg.* QR CV BE, *ut ad versum* 170, *transpositorum versuum signum y* 145 PROTEGAIT *M: cf.* II 489 procumb& *y*1*c*1 146—162 *F* 146 *est F* 146 locos *y* LVCOS *M* LVCVS *Rb*1*c*1 *luc*VS *F* lucum *Seneca* SILERI *M* ILARI *P* circa] iuxta *Seneca* 147 *pluri*MVS *F* CVI *MPRybc* ASILo *F* ASYLO *Pb* asylo est *Servius Aen.* VI 239

Romanumst, oestrum Grai vertere vocantes,
asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis
diffugiunt armenta, furit mugitibus aether
concussus silvaeque et sicci ripa Tanagri.
hoc quondam monstro horribilis exercuit iras
Inachiae Iuno pestem meditata iuvencae.
hunc quoque (nam mediis fervoribus acrior instat)
arcebis gravido pecori, armentaque pasces
sole recens orto aut noctem ducentibus astris.

Post partum cura in vitulos traducitur omnis,
continuoque notas et nomina gentis inurunt,
et quos aut pecori malint summittere habendo
aut aris servare sacros aut scindere terram
et campum horrentem fractis invertere glaebis.

TESTIMONIA.

148 'oestrum . . . vocantes' Servius Aen. VII 777 150 sq. 'furit . . . concussus' Probi inst. I 8, 7 151 'et . . . Tanagri' Probus 61, 21 K. 156 'sole recens orto' Priscianus p. 1006 Augustinus de gramm. 2008 P. Servius Aen. XII 313 158 Nonius 354, 22

VARIA LECTIO.

148 ROMANVMEST (E *m. rec.*) *R* romanVST *F* ROMANVM EST *MPγbc* oeſtrū oeſ *in ras.*) *b* GRAII *R* gra.i. *c* 149 *asper F* ACERBA *F* ACERVA *M* acerba. *γ* ácerbę (e *post. in ras.*) *b* 150 *diffugIVNT F* at diffigunt *in mg.γ* armata *c*1 FVGIT *F* fugit (g *eras.*) *γ* 151 *concuSSVS F* ripa. *γ* TANACRI *F* 152 *hoc quo*NDAM *F* MONSTRO *FMPγbc* HORRIBILI *M* HORRIBILIS (I *ante* S *m. rec. corr. in* E) *F* horribilef *b* 153 *inachiae F* INACIIIE *M* inachie *γ* inachiae (iae *in ras.*) *b* Ina . . chie *c* *i*VNO *F* 154 *hunc q*VOQ· *F* Hŭc *b* nam] NM M̄ *quae ante* M *fuerant, eras.*) *F* nā *suprascr. γ* ARIOR (C *m. ant.*) *F* INSTA*t F* 155 *arcebis F* PECORI (Q *rubr.*) *M* PECORIS *P* PASCIS *F* 156 *sole rec*ENS *F* recenſ (ec *in ras. b* ASTRES *P* a.ſtriſ *b* 157 *post par*TVM *F* curo *γ*1 158 *contin*VO *F* que *om. Nonius* notaſ. *γ* 159 ecquos *prop. Wagnerus cum Barthio ad Statii silv.* I 3, 2 *et quos au*T *F* SVBMITTERE *M* 160 a.riſ *c* *aut aris se*RVARE *F* ſacriſ (i *in ras.*) *c* 161 *et campum F* horrentem (t *corr. ex* d, *ut vid.*) *γ* horrentē (horre *in ras.*) *b* GLEBIS *Rc*

[cetera pascuntur viridis armenta per herbas.]
tu quos ad studium atque usum formabis agrestem,
iam vitulos hortare viamque insiste domandi,
dum faciles animi iuvenum, dum mobilis aetas.
ac primum laxos tenui de vimine circlos
cervici subnecte; dehinc, ubi libera colla
servitio adsuerint, ipsis e torquibus aptos
iunge pares, et coge gradum conferre iuvencos;
atque illis iam saepe rotae ducantur inanes
per terram, et summo vestigia pulvere signent;
post valido nitens sub pondere fagina axis
instrepat, et iunctos temo trahat aereus orbes.
interea pubi indomitae non gramina tantum

TESTIMONIA.

164 Velius Longus 2215 P. 166 sq. 'et primum ... subnecte' Nonius 340, 11 166 tenui de v.' Augustinus de gramm. 1981 P. 102 'cervici s.' Arusianus p. 262 L. 168 sq. 'ipsis ... pares.' Nonius 234, 32 'aptos ... invencos.' Charisius 212 170 Nonius 326, 17 171 'et ... signent' Nonius 405, 14 172 sq. 'post ... increpat.' Nonius 353, 6 173 'et ... orbes.' Servius Aen. V 198

VARIA LECTIO.

162 *non videtur a Vergilio ortus esse, quamquam legunt Serrius et Philargyrus cetera pascu*NTVR *F* pascantur χ VIRIS (DI *m. 2 sup.*) *F* uiridef *bc* armata *c*1 herbas; Tu *Martynus* 163—167 *F* 163 STVDIA *FR* aŧ studia *in mg. γ* ſtudia (ia *in ras.*) *b* AGRESTEM (E *an* I *sit litera ante* M *non liquet*) *F* 164 ortare *γ* 165 MOBLIS *F 'est duplex lectio. Potest enim et sic legi:* iuvenum dum mobilis aetas.' *Philargyrus* 166 ac] et *Nonius* MINE (*m. 2 sup.*) *R* uimne *γ* CIRCLOS *R*, *Nonius: testatur Servius* CRICLOS *M* circlof (c *alt in ras.*), *in mg.* aŧ circof *γ* CIRCOS (L *m. ant.*) *F* CIRCOS *P* circlof (clo *in ras.*) *b* 167 CERVICE *M* Ceruicif *c*1 SVBNOCTE *M* ſubnectae *γ* 168 affuerint *c* IPSI·SE *R* IPSISE (*sed ut* E *possit etiam* I *esse*) *F* ipſiſ de *b* aptuſ *γ*1 169 co.ge. (e *ex corr.*) *γ* RADVM *P* gadum *γ* ga.dum *c* IVVENCIS *M* 170 *a*TQVE *F* ILLOS *M* ſaepae *γ* rote *γ* *Hinc sequuntur* 123—144 *in γ* 171 ſignant *c*1 172 ſup *b*1 FACINVS *PR* 173 increpat *Nonii exempl.* inſtrepa *γ* iuntoſ *b* TAEMO *F* thahat (h *pr. corr. in* r) *γ* ORBIS *Ryc* 174 indomite *γ*

nec vescas salicum frondes ulvamque palustrem,
set frumenta manu carpes sata; nec tibi fetae
more patrum nivea implebunt mulctraria vaccae,
set tota in dulcis consument ubera natos.

Sin ad bella magis studium turmasque ferocis,
aut Alphea rotis praelabi flumina Pisae
et Iovis in luco currus agitare volantis:
primus equi labor est, animos atque arma videre
bellantum lituosque pati tractuque gementem
ferre rotam et stabulo frenos audire sonantis;
tum magis atque magis blandis gaudere magistri
laudibus et plausae sonitum cervicis amare.
atque haec iam primo depulsus ab ubere matris

TESTIMONIA.

175 'nec ... frondes' Nonius 187, 2 'vescas s. f.' Servius ge. IV 130 176 sq. 'nec ... vaccae' Nonius 312, 8 177 'inplebunt mulctr .....' schol. Veron. 71, 6 'inplebunt m. v.' Servius ecl. III 30 180 cf. Probus 61, 24 K. 184 'et ... sonantis' Nonius 206, 9 Probi inst. I 7, 7 Charisius 76 Donatus ad Ter. eun. I 2, 53 'stabulo ... sonantis' Probus de nom. 33 p. 220 Endl. 186 'et ... amare' Nonius 59, 25 'plausae s. c. a.' Probi inst. I 7, 7

VARIA LECTIO.

175 SILVAM *R* VLVAS (M *m. ant.*) *F* ul.uã *c* 176 SED *FPRγbc* CAPES (R *m. ant.*) *F* carpeſ (eſ *in ras.*) *b* nec] SED *R* fatae γ1 faetae γ2 177 INPLEBVNT *P* MVLTRARIA (C *m.* 2) *Fγ* MVLCTARIA *M* 'mulctraria ... *legitur et* mulgaria' *Philargyrus.* mulgaria *Nonius* (*nisi quod* mulctaria *Basil.*) mulctr.... *schol. Veron.* mulctralia *Servius ecl.* III 30 uacce γ 178 *om., add. in mg. c* sET *F* SED *PRγbc* TO*ta F* DVLCES *MRγ*2 CONSVMANT *M* confumment γ confumant *c* 179 Sinad (inad *in ras.*) *b* TVRMAS (TV *vel era*[illegible] *vel in ras.*) *R* tormaſ γ turnaſ *c* FEROCES *FRc* 180 ALPHAEA *R* PISE (A *m. ant. F* 181 loco γ VOLENTIS *F* VOLANTES (E *fere evanuit*) *M* 182 EQVIS *M* equi. *b* ADQ· *FR* equis ... animosis, arma v. *Schraderus* 183 BELLATANTVM *F* tractum γ1 tractuſ *b*1 184 stabulis *Nonius* ..... bulo *Charisii cod.* AVDERE *M* SONANTES *R* 185 magniſ *c*1 ADQVE *R* 186 PLAVSA *M* AMARE (A *non vid. m. ead.*) *F* a.mare γ 187 ATQVE (T *an* D *non liq.*) *F* ADQVE *R* 'iam primo *quasi unum lege*' *Philargyrus*

audeat, inque vicem det mollibus ora capistris
invalidus etiamque tremens, etiam inscius aevi.
at tribus exactis ubi quarta acceperit aestas,
carpere mox gyrum incipiat gradibusque sonare
compositis, sinuetque alterna volumina crurum,
sitque laboranti similis; tum cursibus auras
provocet, ac per aperta volans ceu liber habenis
aequora vix summa vestigia ponat harena;
qualis hyperboreis aquilo cum densus ab oris
incubuit, Scythiaeque hiemes atque arida differt
nubila: tum segetes altae campique natantes
lenibus horrescunt flabris, summaeque sonorem
dant silvae, longique urgent ad litora fluctus;

TESTIMONIA.

189 Charisius 239 Atilius Fortunatianus p. 340 G. 190 Nonius 291, 23 gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 191 'carpere . . . incipiat' Nonius 252, 13 'gradibusque s. compositis' idem 317, 2 . 192 'sinuetque... crurum' Servius Aen. II 208 X 190 195 'vix... harena' Servius Aen. V 317 197 sq. 'Scythiaeque... nubila' Nonius 284, 19 'atque... nubila' Donatus in Ter. Andr. II 4, 5 197 'Scythia' Probus 61, 28 K.

VARIA LECTIO.

188 AVDEAT *M* AVDIAT *Ry2b1c* gaudeat *Ladevicus progr. Neostrel.* 1853 *p.* 20 inque diem, inque viam, inque fidem *Schraderus* inque vicem *legit Celsus apud Philargyrum* 189 ETIAMQ· (*corr. col. rubro*) *M* etiam] ATQ ·(A *erasa, lineae transversae rubr.*) *M* etiam *Servius, Philargyrus, Charisius, Fortunatianus* 190 ac *χ, gloss. Barth.* OCCEPERIT (A *m. satis ant.*, SS *fort. rec.*) *F* ACCESSERIT *Mybc, Servii Par., gloss. Barth.: cf. ecl.* VIII 39 AETAS *M* ae. taf *b* 191 girum *c* GRADIBVS (Q· *m. ant.*) *F* 192 conpofitif *γ* COMPOSITI *R* SINVETQVAE *R* SINVETQVAE *F* uolumina (*a in ras.*) *b* CVRRV *M* 193 SIT (T *in ras.*) *F* que] QVAE *R* TVM (C *m. 2*) *F* AVRIS *P* 194 PROVOCET *P* TVMVOCET *FMRybc*: *cf. Aen.* IV 417 V 211 VIII 707 *ge.* III 322 *Aen.* IV 223 a *c* per] PERT *F* per. *c* abenif *γ* 195 SVMA *P* fignat *Servius Aen.* V 317 ARENA *Fb* 197 fcithiae *b* IIIEMIS *F*, *Nonii exempl.* iemef *γ* .arida *b* defert (e *pr. corr. in* i) *γ* defert *c1* difert *c2* 198 dum *c1* NATANTIS *F* 199 orrefcunt *γ* flabrif (fla *in ras.*) *b* 200 VRGVENT *Rb1*

ille volat simul arva fuga simul aequora verrens.
hinc vel ad Elei metas et maxima campi
sudabit spatia et spumas aget ore cruentas,
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
tum demum crassa magnum farragine corpus
crescere iam domitis sinito: namque ante domandum
ingentis tollent animos, prensique negabunt
verbera lenta pati et duris parere lupatis.

Sed non ulla magis viris industria firmat,
quam Venerem et caeci stimulos avertere amoris,
sive bovom sive est quoi gratior usus equorum.

TESTIMONIA.

201 Nonius 308, 5 Servius ad Aen. IV 400 'ille ... fuga' Probi inst. I 9, 8 'simul ... verrit' Servius Aen. IV 72 ge. I 286 202 sq. 'hic ... spatia' Acron ad Hor. carm. IV 2, 13 202 Probus 61, 26 K. 'hinc ... metas' Acron ad Hor. carm. I 1, 3 204 Nonius 528, 2 schol. Lucani I 426 'Belgica collo' Terentianus Maurus 1029 'Belgae' Probus 61, 29 K. 206 sq. 'namque ... animos' Priscianus 409 Servius ge. III 174 208 'et ... lupatis schol. Lucani IV 758 'duris p. l.' Acron ad Hor. carm. I 8, 6

VARIA LECTIO.

201 *abest a fr. Moret.* volans *Servius Aen.* IV 400: *cf.* 194 furens *Probi inst.* arma γ 1 FVGAS *R* verrit *Servius Aen.* IV 72. 400 verrunt, verrit, verrens *Servius ge.* I 286, *sed* verrens *ad hunc locum* 202 HINC *FR* HIC *M* hi.c γ HIC *Pbc Probus, Acron* VOL *P* et *Acron* ELI E *m. rec. sup.* *F* AELEI *M* me.taf *b* circi *Marklandus ad Statii silv.* V 1, 21 203 SVADABIT *F* SPAS (*m.* 2 *sup.* *F* AGIT *F* orae *c*1 cruenteſ γ 1 204 BELLICA *M* BELLICA *P* Belgica elgi *in ras.* *b* Belgica *Servius, Philargyrus, Probus, Nonius, schol. Lucani, Terentianus Maurus* FER (T *m.* 2 *sup.*) *R* fe.r& γ coll. *m.* 1 a *ut vid.* γ 205 CRASSVMFERRAGINE (V *et* E *erasa*) *M* ferragine *b* 206 domitiſ finito (ſſ *in ras.*) *b* DOMANV *M* 207 tollunt *Servius ge.* III 174, *Prisciani Heidelb.* preſi γ 209 NON NVLLA (*corr. m. rec.*) *F* nonnulla γ 1 VIRES *MRγ2b2c* 210 cecif. γ AVERTERET *M* morif γ 211 BOVOM *F* BOVM *MPRybc* QUO (I *m. satis ant.*) *F* CVI *MPRybc*

atque ideo tauros procul atque in sola relegant
pascua post montem oppositum et trans flumina lata,
aut intus clausos satura ad praesaepia servant.
carpit enim viris paulatim uritque videndo
femina, nec nemorum patitur meminisse nec herbae
dulcibus illa quidem inlecebris, et saepe superbos
cornibus inter se subigit decernere amantis.
pascitur in magna Sila formonsa iuvenca:
illi alternantes multa vi proelia miscent
volneribus crebris, lavit ater corpora sanguis,
versaque in obnixos urgentur cornua vasto
cum gemitu, reboant silvaeque et longus Olympus.

TESTIMONIA.

212 sq. 'itaque vel in longinqua pascua marem placet ablegari vel ad praesepia contineri' Columella de r. r. VI 27 212 sq. 'atque ideo ... pascua' Eutychius II 7 Acron ad Hor. carm. III 11, 48 212 'atque ... procul' Probi inst. I 10, 4 213 'post m. o.' Priscianus 987. 993 Alcuini gramm. 2137. 2138 'post ... lata' Servius ge. III 253 214 Nonius 265, 13 215 sq. Acron ad Hor. carm. I 19, 7 Philargyrus ge. III 498 'carpit ... femina' Donatus in Ter. adelph. IV 2 52 Nonius 252, 9 'urit ... herbae' Priscianus p. 811 P. 'urit ... femina' Diomedes p. 333 P. 215 'carpit .. paulatim' Servius Aen. IV 2 'uritque videndo' incertus de verb. 36 p. 168 Endl. 217 sq. 'et saepe ... amantis' Nonius 101, 11 218 idem 285, 29 219 Asper 111, 28 Arusianus p. 251 L. 221 'lavit ... sanguis' Nonius 337, 15. 166, 27. 503, 24 (insertum in Harl.) Servius Aen. VIII 677 222 sq. 'versaque ... gemitu' Nonius 418, 6 223 'reboant ... Olympus' Nonius 79, 6 Macrobius Sat VI 4, 21 Eutychius I 1,

---

VARIA LECTIO.

212 ADQVE *R*, *etiam mox* INSVLA *P* RELIGANT *l ut vid. corr. in* E *F* RELIGANT *R* 213 NATA *M* 214 ad d *in ras.*) *c* PRAESEPIA *FRyc* 215 VIRES *MRbc* PAVLLATIM *P* 216 morum *γ* NEQ·HERBAE *Pb* herbae *γ* herbae Dulcibus *sublata interpunctione Klotzius in Iahnii ann. phil.* LXXI 468 218 subiit *cl* AMANTES *Rc* 219 *contra Wagneri suspitionem defendi lect. Verg. p.* 5 SILA *R*, *Asper*, *quamquam* silva *in schedis legitur*. SILVA *Pybc*, *Arusianus* SILUA *M* 'silva; *alii* Sila *legunt' Servius: cf. Aen.* XII 715 FORMOSA *Myc* 220—223: *cf. Aen.* XII 720—722 221 VVLNERIBVS *MRybc* LAUIT A *sup. rubr.*) *M* lauat *b* lavit *testantur Philargyrus et Servius Aen.* VIII 677 CORPORE *P* uulnera *Nonius* 337. 466., *Harl.* 503 222 VRGVENTVR *Pbc* 223 roboant *γ* RESONANT *M* reboant *testatur Servius cum ceteris grammaticis* longus *Macrobius*, *ut* μακρὸς

nec mos bellantis una stabulare, set alter
victus abit, longeque ignotis exulat oris
multa gemens ignominiam plagasque superbi
victoris, tum quos amisit inultus amores;
et stabula aspectans regnis excessit avitis.
ergo omni cura viris exercet, et inter
dura iacet pernix instrato saxa cubili
frondibus hirsutis et carice pastus acuta,
et temptat sese, atque irasci in cornua discit
arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
ictibus, et sparsa ad pugnam proludit harena.
post ubi collectum robor viresque refectae,

TESTIMONIA.

2 Sergius 1850 P. Pompeius p. 322 L. Cassiodorus T. II p. 571 a. ed. Ven. 225 'longe ... oris' Nonius 12, 12 'ignotis e. o.' Arusianus p. 227 L. 226 sq. Macrobius Sat. IV 4, 10 'multa ... victoris' Nonius 302, 4 228 Nonius 12, 15 229 sq. 'et inter ... cubili' Nonius 368, 19 Servius Aen. XI 718 230 Nonius 441, 18 'dura ... instrato' schol. Iuven. VIII, 10 'instrato s. c.' Augustini gramm. 1981 P. 231 Priscianus 1168. 1176 P. 'et carice p. a.' Priscianus 655 Isidorus orig. XVII 9, 102 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 540 Servius ecl. III 20 'carix' Probus 61, 30 K. 232 sq. 'et temptat ... trunco' Nonius 412, 28 'atque ... trunco' schol. Iuven. XII 9 233 'arboris o. t.' Arusianus p. 250 L.

VARIA LECTIO.

Ὀλυμπος. LONGIUS *M* MAGNVS *PRybc Nonius, Eutychius, Sergius, Pompeius: cf. Aen.* X 437 224 Nec (ec *in ras.*) *b* una à *γ* SED *PRybc* 325 ABIIT *R* longae *b* exultat *γ* horif *c* 226 SVPERBIS *P* 227 um *γ* inultuf I *c corr. γ* inultif *in ras. b* 228 STABULI I *eras. M* ADSPECTANS *R* 229 omi *c* VIRES *MRbs* 230 PERNIX *MPRyc, Nonius, Servius* persix (ix *in ras.*) *b* pernox *schol. Iuven., quod tuetur Scaliger proleg. in Manil p.* 9 'pernix; *legunt et* pernox, *sed* pernix *melius' Philargyrius* INSTRACTO *P* inſtracto *γ* intrato *c* 231 hyrſutif *c* CARICAE *R* acutuf *γ* I 232—234 atque ... harena = *Aen.* XII 104—106 232 TENTAT *R* AIQVE *R* curnua *γ* I 233 obnixef *γ* 234 IICTIBVS *R* AVT *R ut Aen.* XII 106 PARSA *M* 235 AST *M* conlectum *γ* I ROBOR *R* robor *γ*: *cf. Lachmannus in Lucr.* 140 ROBVR *MPbc* RECEPTAE *Rcγ*2 refectae *γ*1 receptae (cep *in ras.*) *b*

signa movet, praecepsque oblitum fertur in hostem:
fluctus uti, medio coepit cum albescere ponto,
longius ex altoque sinum trahit, utque volutus
ad terras immane sonat per saxa neque ipso
monte minor procumbit, at ima exaestuat unda
vorticibus nigramque alte subiectat harenam.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
et genus aequoreum, pecudes pictaeque volucres,
in furias ignemque ruunt: Amor omnibus idem.
tempore non alio catulorum oblita leaena
saevior erravit campis, nec funera volgo
tam multa informes ursi stragemque dedere
per silvas; tum saevos aper, tum pessima tigris:
heu male tum Libyae solis erratur in agris.
ipse ruit dentesque Sabellicus exacuit sus,

TESTIMONIA.

236 Servius Aen. XII 6 238 sq. 'utque . . . saxa' Iulius Rufinianus p. 261 R. 239 'immane s. per saxa' Charisius 181 242—244 Nonius 446, 7 242 'omne . . . terris' Servius ge. I, 24 243 'pecudes p. v.' Quintilianus I 5, 28 245 Nonius 457, 10 'catulorum o. l.' Arusianus p. 249 L. 248 Augustinus contra Iul. IV 38 (T. XIV 1418) 249 Asper 111, 9 K. 255 Donatus in Ter. adelph. III 2, 21 IV 2, 11 'dentes . . . sus' schol. Hor. carm. I 1, 28 III 6, 38 'Sabellicus sus' schol. Lucani II 430 'Sabelli' Probus 62, 21 K.

VARIA LECTIO.

236 OBLICVM *M*, *Klotzius in Iahnii ann. phil.* LXXI 467 oblitū (t *in ras.*) *b* oblitum *testantur Servius et Philargyrus* oftem *γ* 237 PRIMO UT IN MEDIO *M*: *cf. Aen.* VII 528 ut in medio *γ* 1 *ut vid.*, *Servius* uti. AL medio *b* cepit *γ* CVMBESCERE (AL *m. rec.*) *R* cum alpeſcere *γ* 239 AT *Pc* ad (d *in ras.*) *b* immane *bc* 240 at ima (t *in ras.*) *b* &iam (a *inf. eras.*) *γ* 241 VERTICIBVS *PRybc* SVBIECTAT *Py ut Lucretius* VI 700 SVBVECTAT *MR*: *cf. Aen.* XI 131. 474. 242—270 *De horum versuum genuino ordine restituendo dixi lect. Verg.* 6 *conl. Iahnii annal.* LXXV *p.* 77 *sq.* 242 in *suprascr. γ* h ominum *γ* ferarum, c *om.* que, *γ* 243 equorum *γ* c 245 laeua *γ* 246 ne *γ* v uolgo *γ* VVLGO *MRbc* 248 filuam *c* SAEVVS *MRybc* 249 TVNC *R* libiae *γ* aruif *c* 255 SUS *M* VSVS *R*, fuf *c*

et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
atque hinc atque illinc umeros ad volnera durat.
quid lynces Bacchi variae et genus acre luporum 264
atque canum? quid quae inbelles dant proelia cervi? 265
quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem 258
durus amor? nempe abruptis turbata procellis
nocte natat caeca serus freta; quem super ingens 260
porta tonat caeli, et scopulis inlisa reclamant
aequora; nec miseri possunt revocare parentes
[nec moritura super crudeli funere virgo.] 263
nonne vides, ut tota tremor pertemptet equorum 250
corpora, si tantum notas odor attulit auras?
ac neque eos iam frena virum neque verbera saeva,
non scopuli rupesque cavae atque obiecta retardant

TESTIMONIA.

256 'pede p. t.' Donatus in Ter. adelph. V 1, 4 Macrobius de diff. 2, 3 257 Priscianus 800 P. 264 'quid . . . variae' Probus 64, 14 Acron ad Hor. carm. II 13, 40 Priscianus p. 689 P. de gen. nom. 87 H. 'quid l. B.' schol. Persii I 101 265 'inbelles . . . cervi' Servius Aen. IV 158 258 sq. 'quid . . . amor' Donatus in Ter. Andr. I 5, 44 Nonius 285, 13 258 Nonius 418, 30 260 sq. 'quem . . . caeli.' Seneca epist. 108, 34 261 'porta t. c.' Servius in Aen. I 374 251 'notas . . . auras' Servius Aen. X 229

VARIA LECTIO.

256 PRO SUBIGIT *M* 257 ADQVE *bis R* illenc γ 1 VMEROSQ - *PR* humerofq; *bc* ^{h}umerof^{q} γ at γ 1 VVLNERA *MRbc* uolnere γ 1 264 quit γ 1 LYNCHES *M* lincef *c* genuf, at pecuf γ 265 ADQVE *R* quidque γc INBELLIS *Ry* 1 258 QVI *P* ^{iu}uenif γ 259 NVRVS *P* ^{m}neppe *c* 260 feraf *c* 1 261 *bis legitur et ima pagina* 60 *punctis superne signisque* Θ *utrimque in mg. notatus et in summa sequenti: M* Porta. γ caeli *suprascr.* γ SCO^{S}PULI *utroque loco M* fcopolif γ 263 *spurium iudicavi lect. Verg. p.* 5*: cf. Aen.* IV 308. *Tangitur a Philargyro, non a Servio.* SVPRA *P Post v.* 262 *in priore editione secuti esse videntur* 266—270, *in altera poetam suspicor addidisse* 250—254, *quos ante* 266 *inseri voluerit, ita tamen ut* 269 *sq. omitterentur* 250 ET *P* 252 eofia *in ras. b* 253 Non fcopuli (on fcop *in ras.*) *b* fcopoli *c* caue γ ADQVE *R* RE-TA$^{RE.}$ TARDAÑ (TARDAÑ *in mg., sed. m. ead.*) *R*

flumina correptosque unda torquentia montis.
scilicet ante omnis furor est insignis equarum;
et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigae.
*illas ducit amor trans Gargara transque sonantem
*Ascanium; superant montis et flumina tranant.
continuoque avidis ubi subdita flamma medullis
(vere magis, quia vere calor redit ossibus): illae
ore omnes versae in zephyrum stant rupibus altis
exceptantque levis auras, et saepe sine ullis
coniugiis vento gravidae (mirabile dictu)
saxa per et scopulos et depressas convalleis
diffugiunt, non, eure, tuos, neque solis ad ortus,
in boream caurumque, aut unde nigerrimus auster
nascitur et pluvio contristat frigore caelum.

TESTIMONIA.

266—279 Columella de r. r. VI 27, 5 266 Acron ad Hor. carm. I 25, 14 267 sq. 'quo tempore . . . quadrigae' Probus 62, 8 269 sq. 'illas . . . Ascanium' Porphyrio ad Hor. carm. I 35, 7 Asper 115, 1 'transque s. A.' Servius in Aen. I 267 270 'superant . . . tranant' Nonius 389, 3 275 'equorum dicit pullos, quos vento conceptos etiam Virgilius ait' schol. Lucani VI 670 276 Plotius de metris p. 251 G. 278 sq. 'aut unde . . . caelum.' Nonius 409, 13

VARIA LECTIO.

254 corruptof *c* | que *om. Moret. sec., fort. recte* correptos fundo *Marklandus ep. crit. ad Franc. Hare* | MONTES *Mc* pontes *Schraderus* 266 AEQVARV͂ *M* 268 ABSVMSERE *R* | BSVMPSERE *M* 269 illa *Porphyrionis Palat.* illam *eius Med. et Fabr.* | dicit *c* 270 MONTES *Mbc* 271 auidifubi (subi *in ras.*) *γ* 272 REDITCALOR *R* | ille *γ* ILLIS *R* 273 in zephirum *c* ADZEPHYRUM *R* ZEPHYRUM *M* in zephyrum *testatur Philargyrus* 274 EXPECTANT *M* expectant, *m.2 corr. in* exceptant *γ* EXSPECTANT *P* exceptant *Servius, Philargyrus* LEVES *PRγ2c* 275 Coniugiifuento (ifuento *in ras.*) *b* grauide. *γ* 276 & *suprascr. γ* fcopolof *γ* DEPRESSAS *M* depressos *Marius Plotius Gaisfordii* conualleis *Plotius Gaisf.* CONVALLIS *P* CONVALLES *MRbc* uallaef (é *m. rec.*) *γ* 277 rue *γ* 278 BOREHAN *P* BOREAM *Rγ2b* borea *c* CHAVRVM *Ryc* CHARVM *M* 'chaurum *pro* chorum' *Servius* 279 pluuio (uuio *in ras.*) *c* contriftat ... (c *e corr.*) *c* frigore] SIDERE *R*

hic demum, hippomanes vero quod nomine dicunt
pastores, lentum destillat ab inguine virus,
hippomanes, quod saepe malae legere novercae
miscueruntque herbas et non innoxia verba.

Set fugit interea, fugit inreparabile tempus,
singula dum capti circumvectamur amore.
hoc satis armentis: superat pars altera curae,
lanigeros agitare greges hirtasque capellas.
hic labor, hinc laudem fortes sperate coloni.
nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
quam sit et angustis hunc addere rebus honorem;
set me Parnasi deserta per ardua dulcis
raptat amor; iuvat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli devertitur orbita clivo.
nunc, veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.

TESTIMONIA.

282 Probus 62, 3 K. 'quod ... novercae' Donatus in Ter. hecyr. II 3, 1 Servius Aen. III 398 284 sq. Priscianus 1206 284 Acron ad Hor. carm. I 4, 15 'fugit i. t.' Seneca epist. 108, 24 285 sq. Servius ge. III 19 289—293 Macrobius Sat. VI 2, 2 289 sq. 'nec ... quam sit.' Nonius 418, 19 290 'Vergilio quoque confesso quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere' Plinius nat. hist. XIX 4, 19. 292 sq. 'qua ... clivo' schol. Lucani V 126 292 'iuvat i. i.' Arusianus p. 237 L. 293 Acron ad Hor. carm. III 4, 61 'Castalios fontis' Probus 62, 18 K. 294 'nunc v. P.' schol. Veron. 78, 24 Servius ge. I 160

VARIA LECTIO.

280 φ HIC DEMUM HIPPOMANES QUOD SAEPE MALAE LEGER φ HIC DEMUM HIPPOMANES-UERO QUOD NEMINE DICUN E *infra* O *erasa, potest fuisse etiam* I *M* Hic ic *in ras. b* hinc *Philargyrus* ippomanef *γ* hypomanef *c* 282 Hyppomanef *c* quod illud *Servius Aen.* III 398 MALE *Rγ* 283 = II 129 *In mg.* S *M* Mifcuerant *c* 284 SED *PRγc* 285 — 321 *F* 285 CAPITI *R* 286 SUPERAT EST *punct. rubr. M* 'superat *pro* superest' *Servius* altare *γ* 287 LANIGEROS *P* 288 Hinc labor *c* 289 euincere *γ* magnum m *alt. c corr. in ras. γ* 291 SED *FPRγc* PARNASII *FRc* 1 parnafi i *add. m. 2 γ* 292 IUUATE *F* 293 Castalios fontis *in lemmate posuit Probus* UERTITUR DE *m. 2 F* CILVO *R* 294 SANANDUM *(corr. m. ant.) F*

Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
carpere ovis, dum mox frondosa reducitur aestas,
et multa duram stipula felicumque maniplis
sternere supter humum, glacies ne frigida laedat
molle pecus, scabiemque ferat turpisque podagras.
post hinc digressus iubeo frondentia capris
arbuta sufficere et fluvios praebere recentis,
et stabula a ventis hiberno opponere soli
ad medium conversa diem, cum frigidus olim
iam cadit extremoque inrorat aquarius anno.
haec quoque non cura nobis leviore tuendae,
nec minor usus erit, quamvis Milesia magno
vellera mutentur Tyrios incocta rubores:
densior hinc suboles, hinc largi copia lactis;
quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra,

TESTIMONIA.

297 sq. 'et . . . sternere' Servius ecl. I 15 'et . . . subter' Nonius 389, 14 299 'scabiem . . . podagras' Nonius 411, 10 300 sq. 'post . . . arbuta' Servius Aen. VIII 546 304 'aquarius' Probus 62, 23 K.

VARIA LECTIO.

295 TABULIS *M* tabulis γ 296 OVES *FPR* 297 multa duram] multarum *Nonii exempl.* duram stipula γ DVRVM STIPVLA *PR* DVRASTIPULA (IN *m. satis ant.*, m *rec.*) *F* DURAM STIPULA-M *M* filicum γbc 298 STERTERE *R* S..ternere γ SVBTER *FMγbc* GACIES *M* frida γ ledat γ 299 sturpis γ podrigras *ut vid.* γ1 300 digressis (sis *in ras.*) *b* digrediens *Servius Aen.* VIII 546 IREO (V *m. rec.*) *F* 301 RECENTES *Mc* 303 mediā *b* diam c1 304 cadit (dit *in ras.*) *b* 305 HAEC *FMRbc*, *Servius* 'hae: *legitur et* haec' *Philargyrus* hae γ HAE *P* CVRRA *P* CUR *sup. m. satis ant.*) *F* leuiora b1c1 TUENDA *M*b1c tuendae *Servius* 306 N.ec c2 Haec *ut vid.* c1 mi lesa b 307 rubores (s *in ras.*) *b* COLORES *R* rubores *Servius* 308 HIC LARGI F 309 Quā (uā *in ras.*) *b* QUO *R* exausto γ spumauerat γ1 ubere (e *alt. m.* 2 *ut vid.*) γ UBERA (A *ut vid. eras.*) *M* UBERA *Rc1* multra γc

laeta magis pressis manabunt flumina mammis.
nec minus interea barbas incanaque menta
Cinyphii tondent hirqui saetasque comantis
usum in castrorum et miseris velamina nautis.
pascuntur vero silvas et summa Lycaei
horrentisque rubos et amantis ardua dumos;
atque ipsae memores redeunt in tecta, suosque
ducunt, et gravido superant vix ubere limen.
ergo omni studio glaciem ventosque nivalis,
quo minor est illis curae mortalis egestas,
avertes, victumque feres et virgea laetus
pabula, nec tota claudes faenilia bruma.

VARIA LECTIO.

310 Nonius 341, 3 311 sq. 'incana ... hirci' Priscianus 796 311 'haec barba; Vergilius pluraliter dixit' Charisii excerpta p. 548 K. 'incanaque menta' Charisius 241 de gen. nom. 88 H. 312 Probus 62, 25 K. 'Cinyphii t. h.' schol. Lucani IX 787 313 Columella de r. r. VII 6, 3 314 sq. 'pascuntur ... rubos' Servius Aen. II 471 314 Asper 114, 27 K. Arusianus p. 251 L. Priscianus 788. 1168. 1176. 1214 P. 'pascuntur vero dumos' Servius Aen. I 194 'pascuntur vero silvas et plana secundum flumina' (cf. v. 143) Nonius 531, 25 316 'atque ... tecta capellae' Augustinus de mus. I 8 316 sq. 'atque ... deducunt' Donatus in Ter. hecyr. IV 4, 27 317 'et ... limen' Nonius 314, 2. 389, 5 319 Servius ecl. X 77 320 sq. 'et ... pabula' Servius in Aen. I 35

VARIA LECTIO.

310 flumina *in ras. b* UBERA *PRc*, *Nonius* 'flumina: *legitur et* ubera' *Philargyrus* 311 cana *de gen. nom.* 312 CINYPHII *M* Cyniphi *γ* Cyniphei *c* HIRQVI *P*, (QU *eras.*) *F* HIRCIS *R* HIRCI *Mγ*2 (*fuit m.* 1 hirqui *ut vid.*) hyrci *bc* fetaf *c* COMANTES *Mc* 313 CASTORVM (R *m.* 2 *sup.*) *R* 314. 316. 315 *hoc ordine M, sed adpos. in mg.* A C B 314 SILVAE *P* licei (i *post. e corr.*) *γ* lycei *c* 315 HORRENTES *R* Orrentif *γ* Hrrentif *b* domof *γ* .dumof *c* 316 ADQVE *FR* IPE *P* IPSE (*corr. m. satis ant.*) *F* IPSE *Mγ* INMEMORES *M* 317 deducunt *Donatus* ducunt *Servius* 318 OMNIS *M* NIUALES *Fγ* 319 MINOR *FMPRybc*, *Servius* 'quo minor est *pro* quo minus est' *Philargyrus* minus *vulgo* EST *M* CURA *EM* AEGESTAS *F* cieftaf *γ* 320 que] q; *suprascr. c* UIRGAEA *F* largus *malebat Io. Schraderus* laetus *testatur Servius Aen* I 35 321 CLAUDIS *M* faenilia (aeni *e corr.*) *γ* fenilia *c*

. at vero zephyris cum laeta vocantibus aestas,
in saltus utrumque gregem atque in pascua mittes.
luciferi primo cum sidere frigida rura
carpamus, dum mane novom, dum gramina canent,
et ros in tenera pecori gratissimus herba.
inde ubi quarta sitim caeli collegerit hora
et cantu querulae rumpent arbusta cicadae,
ad puteos aut alta greges ad stagna iubebo
currentem iliguis potare canalibus undam;
aestibus at mediis umbrosam exquirere vallem,
sicube magna Iovis antiquo robore quercus
ingentis tendat ramos, aut sicubi nigrum

TESTIMONIA.

323 Nonius 348, 11 321—329 'luciferi . . . stagna' (om. 328) Columella de r. r. VII 3, 23 325 Donatus in Ter. adelph. IV 2, 52 Nonius 252, 15 'dum mane . . . canent' Servius Aen. IV 341 'dum m. n.' Probi inst. I 9, 2 Servius in Donatum 1794 P. Pompeius p. 87. 358 L. Servius Aen. V 19 'mane novum' Macrobius Sat. I 17, 34 Priscianus 983 326 Nonius 411, 16 327 Philargyrus ge. IV 100 329 sq. Nonius 216, 31 331 Nonius 247, 8 332—334 Columella de r. r. VII 3, 23

VARIA LECTIO.

322 AD *PR* zepherif (=zephoerif) *c* CLAETA *P* uocantib; ae&af (ib *c corr.*, ae *corr. exx* a, &*eras. et corr. in* f) *γ* 323 GRAEGEM *F* ADQVE *R* MITTES *FPRγbc Servius* MITTET *M* mittis *Nonius* aestas . . . mittet: Luciferi *Heynius* 324 LVCEFERI *P* LVCIFERO (O *m.* 2 *corr. in* I) *Fγ* SFRIGIDA *M* . frigida *c* 325 CAREAMVS *P* NOVVM *FMPRbc*, u *pr. e corr. γ* dum gramina canent] dum flumina crescunt *Donatus: cf.* I 326 manent (m *eras.*) *γ* 326=ecl. VIII 15 tenera (er *in ras.*) *b* 327 COLLIGERIT *Pc*1 COMLEGERIT (M *m. rec. corr. in* L) *F* ORA *M* 328 *cf. Copa* 27. *om. Columella* 328 QVAERVLAE *FR* QUERVTVLAE *P* Q·RULE *M* querule *γ* 329 AT *FP* Aut *b*1 ADQVE *R* ad *in ras. b* ad . *γ* IVBEBO *P*: *cf.* 295 300 IV 264 IUBEBO (B *alt. m. rec. corr. in* T) *F* IUBETO *MRybc Nonius* 330 ELIGNIS *P*, *Nonius* LIGNIS *R* L'GNIS *M* PATARE *P* portare *γ*1 . . potare (po *in ras.*) *b* amdam *γ*1 331 Heftibuf *b* AŬT *F* AD *Rγ* AVT *MP* .at (a *in ras.*) *b* in *Nonius* umbrofam (m *post. in ras.*) *b* 332 SICVBE *P* SICVBI *FMRybc* QUARCVS *M* 333 Ingentef *c* tendit *Columella* AṔUT *M* SICVBIRÈ *M* nigram (m *add. m.* 2) *γ* nigrā *c*1

ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra;
tum tenuis dare rusus aquas, et pascere rusus
solis ad occasum, cum frigidus aëra vesper
temperat, et saltus reficit iam roscida luna,
litoraque alcyonem resonant, acalanthida dumi.

Quid tibi pastores Libyae, quid pascua versu
prosequar et raris habitata mapalia tectis?
saepe diem noctemque et totum ex ordine mensem
pascitur itque pecus longa in deserta sine ullis
hospitiis: tantum campi iacet. omnia secum
armentarius Afer agit, tectumque laremque
armaque Amyclaeumque canem Cressamque pharetram;

TESTIMONIA.

335 Acron ad carm. saec. 31 'tum . . . aquas' Nonius 411, 26 336 sq. Columella de r. r. VII 3, 24 'solis . . . temperat' Acron ad carm. saec. 32 'cum . . . temperat' Nonius 231, 26 338 Probus 63, 8 K. 'resonant a. d.' gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 339 sq. Probus 64, 19 K. 340 'et . . . tectis' Servius Aen. IV 259 'mapalia' Probus 63, 15 K. 342 sq. 'itque . . . iacet' Servius ecl. I 8 343—345 'omnia . . . pharetram' Donatus in Ter. adelph. III 2, 3 343 'tantum c. i.' Nonius 326, 31 Servius in Aen. I 224 344 sq. 'tectumque . . . pharetram' Quintilianus IX 3, 51 Isidorus orig. I 35, 19 Diomedes 442 P. 345 Servius ecl. III 12 'Amyclaeum . . . pharetram' Probus 63, 16 K.

VARIA LECTIO.

334 Illicibuſ *γ* GRESSUS (*corr. col. rubro*) *M* facrum *γ* facra (a *post. in ras.*) atra *Columellae Goes. Reg.* arta *eiusdem Lips.* accubet (et *in ras.*) *b* acubet *c* ADCUBET *F* accubat *Columella* 335 TVNC *R* TENVES *Rb* dare (da *in ras.*) *b* RUSUS *M* RVRSVS *FPRybc* RUSUS (R *m. 2 sup.*) *F* RVRSVS *MPRybc* 336 aethra *Nonius* VESTER (T *m. rec. corr. in* P) *R* 337 reficit (i *pr. in ras.*) *b* ROCIDA (S *m. 2 sup.*) *F* 338 alcyonem *c* *Reg.* alcyonem, *non* Alcyonen *Lachmannus in Lucr.* 165. ALCYONE *P* ALCYONEN *FMRb*, *Probus* alcionen *γ* ACHALANTIDA *Pc* ACALANTIDA *F* acalenthida *γ1* acalanthide *gloss. Barth.* 339 lybiae *γ* libiae. *c* 340 mappalia *γ* 341 menſe 342 IDQVE *FP* it.que *γ* in] ET *P* defera *c* line] SIN *P* 343. HOSPITIIS (I *tert. m. rec. add.*) *F* 344 ARMENTARIVS (N *m. 2*) *F* AGIT·ET *M* larem] LABOREM *R* 345 amoecleum *Diomedis ω* AMYCLAEUM *M* amycleum *γc2* ami·cleum *b* am.cleum *c1* canum *γ1* craſſam *c1* faretram *c* pharthrā *γ* Cressasque

non secus ac patriis acer Romanus in armis
iniusto sub fasce viam quom carpit, et hosti
ante expectatum positis stat in agmina castris.

At non qua Scythiae gentes Maeotiaque unda,
turbidus et torquens flaventis Hister harenas,
quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.
illic clausa tenent stabulis armenta, neque ullae
aut herbae campo apparent aut arbore frondes;
set iacet aggeribus niveis informis et alto
terra gelu late, septemque adsurgit in ulnas.

TESTIMONIA.

346—348 Vegetius de re milit. I 19 346 Quintilianus IX 3, 20 347 'iniusto . . . carpit' Donatus in Ter. Andr. I 1, 9 Nonius 312, 17 Pseudoasconius in Cic. Verr. act. II 1, 15 Servius ecl. IX 65 348 Arusianus p. 217 L. gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 349 sq. 'qua . . . harenas' Acron ad Hor. carm. III 4, 30 349 'at . . . gentes' Servius Aen. IV 529 351 cf. Probus 63, 19 P. Acron ad Hor. carm. III 10, 3 epod. 10, 22 'Rhodope . . . axem' schol. Veron. 79, 31 354 sq. 'sed . . . late' Nonius 326, 28

VARIA LECTIO.

pharetras *Servius ecl.* III 12 346 haud secus *Quintilianus* patrif *γ* SACER *F* 347 INCITO *F* iniusto *testantur Donatus, schol. Ceceronis, Servius* FACE (S *m. eud. ut vid.*) *P* QUOM *F* CVM *MPRybc* dum *Nonius, Servius ecl.* IX 65 HOSTI *FRb, Philargyrus* HOSTEM *M* hoſtem *c* hoſti. *γ* HOSTIS *P* 348 EXSPECTATVM *FR* ſpectatum *yb* POSITI *M* poſitiſ. *γ* IN *om. R* AGMINA *P* AGMINE *FMRybc, Arusiani codd. Secundum P ita intellegendum est:* 'ante expectatum positis castris stat Romanus in agmina hostis. *Quod magis placet quam vulgata lectio: nam si castra posita sunt, vix etiam in agmine stare dici possunt milites, in agmine autem stant etiam ante posita castra.* 349 AD *R* QVAS·CYTHIAE *R* QUAS SCYTHIAE *M* qua. ſcithiae *b* qua ſchytiae *c* qua ſcythicae *Acron* maeotia (eo *in ras.*) *b* MEOTIA *R* mo. tia (t *e corr.*) *γ* meotida *c* maeotica *Acron* 350 iſter *c* HARENAS (E *m. rec. add.*) *R* 351—376 *Veron. fol.* 264 351 QuaQUE V iacet *schol. Hor. epod.* redit *testantur Servius et Philargyrus. redit medium rhodope porrecta sub V* gelidum *Schraderus* medium *Probus* ro. dope *γ* rodope *b* precta *c* axe. *γ* 352 IL*lic clausa tenent stabulis armenta V* NEC *R* NEque *V* uLLAE *V* ulle *γ* 353 AP*parent V aut arb*ORE V 354 SED *PR Vybc* iac&. *c* niueiſ *γ* 2, uiuuſ *γ* 1 *niveis infor*MIS *V* 355 ielu (l *e corr.*) *γ* affurgit *c* VLNA *P*

semper hiemps, semper spirantes frigora cauri.
tum sol pallentis haut umquam discutit umbras,
nec cum invectus equis altum petit aethera, nec cum
praecipitem Oceani rubro lavit aequore currum.
concrescunt subitae currenti in flumine crustae,
undaque iam tergo ferratos sustinet orbis,
puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris;
aeraque dissiliunt volgo, vestesque rigescunt
indutae, caeduntque securibus umida vina,
et totae solidam in glaciem vertere lucunae,
stiriaque inpexis induruit horrida barbis.
interea toto non setius aëre ninguit:

TESTIMONIA.

356 Acron ad Hor. carm. I 22, 17. 25, 19 schol. ad Stat. Theb. IV 653 357 Acron ad Hor. carm. I 22, 20 360 Acron ad Hor. carm. II 8, 5 serm. I 1, 25 Servius Aen. VII 115 ge. IV 135 361 Nonius 459, 20 363 sq. 'vestesque . . . vina' Nonius 380, 26 363 'vestesque r.' Servius Aen. IV 251 364 'caeduntque . . . vina' Nonius 272, 9 'umida vina' schol. Veron. 80, 1 Quintilianus VIII 6, 40 anecdota Parisina Ecksteinii 366 Charisius 74 P. Servius Aen. II 277 'stiria . . . Virgilius genere feminino, Varro neutro dixit: sed vicit Virgilii auctoritas' de gen. nom. 99 H. 'barbis': cf. artis gramm. fragm. 139 p. 97 Endl. 367 Priscianus 882 P. Charisius 194 P.

VARIA LECTIO.

356 femper ... γ hyemp$^{f\ hi}_{c}$ gemif (g *et* i *eras.*) γ cauri c CHAVRI *MRy* CHORI *PVb*1 chari^{u} *b*2 357 TVNC *P* PALLENT.S *V* PALLENTES *M* HAV. *V* aut γ1 aud γ2 haud *bc* 358 *cum invectus equis altum petit aether*A *V* ethera γ 359 PRA*Ecipitem oceani rubro lavit aequo*RE *V* LAVIT^{A} (A *sup. rubr.*) *M* 360 CO*ncre*S-CVNT *V* *currenti in flumi*NE *V* 361 *ter*GO *V* FERATOS^{R} *M* ORBES *MPRc, Servii exempl.* 362 *suspectus Iacobo Bryant* PATULIS · NUNC *M*: *cf.* II 445 oſpita γ 363 diffili. unt γ VVLGO *MRVyb*2*c* 364 *indutae caedu*NTQ*ue securibus umida vina V* indutis *Heinsius* induti ..... caeduntq; (q; *m. rec. add.*) γ humida^{T} γ .uina (*eras.* a, *ut vid.*) γ 365 *et totae V* ET SOTAE^{A} *M* INSOLIDAM *R* SOL*idam* tN *V* in ſolidam in (in *pr. eras.*) γ LVCVNAE *M*: *cf. Lachmannus in Lucr.* 205 *et Ritschelius mus. Rhen.* VIII 494 LACVNAE *PRVbc* lacune γ 366 *om. R, interpretantur Servius et Philargyrus* *sti*RIA *V* ſtyria γ *bar*BIS *V* 367 SAETIUS *M* feciuſ *c* aequore *Arundel., Priscianus* ninguit^{u} *in ras. b* ningit *c*

intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis
corpora magna boum, confertoque agmine cervi
torpent mole nova et summis vix cornibus extant.
hos non immissis canibus, non cassibus ullis
puniceaeve agitant pavidos formidine pinnae,
sed frustra oppositum trudentis pectore montem
comminus obtruncant ferro, graviterque rudentis
caedunt, et magno laeti clamore reportant.
ipsi in defossis specubus secura sub alta
otia agunt terra, congestaque robora totasque
advolvere focis ulmos ignique dedere.
hic noctem ludo ducunt, et pocula laeti
fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.

TESTIMONIA.

374 sq. 'comminus ... caedunt' Eutychius II 4 374 'comminus o. f.' Servius ge. I 104 376 'ipsi ... specubus' Servius Aen. VII 568 Pompeius p. 224 L. 'secura otia' schol. Veron. 80, 4 377 sq. 'totasque ... dedere' Nonius 446, 14 379 'hic ... ducunt' Servius in ge. I 6

VARIA LECTIO.

369 *mag*NA *V* bo.ũ *b* CONFECTO *RV* conferto *Servius* confertoq; (fertoq; *in ras.*) *b* agmine (*g e corr., fort ex* e) *γ* 370 MOLEA (*punct. rubr.*) *M* mole (e *ex corr.*) *γ* ET SUMMIS *M* cornibuſ. *γ* 371 Hos *non immissis ca*NIBVS *V* INMISSIS *MRbc* CASIBVS *P Cassibus V* 372: *cf. Aen.* XII 750 Punice *γ* agitat *c* PENNAE *Mγ2c* 373 SED *Pybc* ET *R sed V* Frustra *V* appoſitum *c* OPPOsitum *trudentis pectore V* TRVDENTES *MPγ2* pecora (a *corr. in* e) *γ* MONTem *V* 374 comminuſ *γ* OBTRVNcant *V* GRAViterque *rud*ENTis *V* RUDENTES *M* ruentiſ (i *corr. in* e) *γ* 376 SPECUBUS *M*, *Servius hic et Aen.* VII 568 ſpecibuſ *γ* SPECIBVS *PV* SPECIEBVS *R* '*artis fuerat* ſpecibus *dicere*, *quia quarta declinatio* ...u *in* i *vertit* ... *sed quia pinguius sonat et melius*, ſpecubus *dicimus*.' *Servius* 'ſpecubus ... *falsum est:* ſpecibus *debuit dicere*' *Pompeius*: *cf. Rhemn. Palaem.* 1371 *Sergius* 1846 *Terent. Scaur.* 2259

377 Otia *agunt terra congestaque robora totasque V* TOTASQ· (*punct. rubr.*) *M* totaſ, *om.* que, *γb*1*c* 378 ADVOLvere *focis ulmos ignique dedere V* Atuoluere *b*1 379 NOCtem *V* *et pocula laeti V* 380 FErmento *atque acidis imitantur vitea sorbis V* FERMENTO ADQVE ACIDIS *R* FERMENTATQ· ACIDIS *M* fermentoque acidi.ſ *γ* uitaea *γ* SORVIS *Py1b*

talis hyperboreo septem subiecta trioni
gens effrena virum Riphaeo tunditur euro,
et pecudum fulvis velatur corpora saetis.
Si tibi lanitium curae, primum aspera silva
lappaeque tribolique absint; fuge pabula laeta.
continuoque greges villis lege mollibus albos.
illum autem, quamvis aries sit candidus ipse,
nigra subest udo tantum cui lingua palato,
reice, ne maculis infuscet vellera pullis
nascentum, plenoque alium circumspice campo.

TESTIMONIA.

381 sq. 'quin et hyperboreo . . . virum' Acron ad Hor. carm. II 20, 16 in Fabr. et Med. 381 Beda de tropis 383 C. 'hyperboreo . . . trioni' Quintilianus VIII 6, 66 'septem s. trioni' Marius Victorinus 2499 Diomedes 456 Charisius 246 Priscianus 1039 P. Donati ars III 6, 2 Pompeius 474 L. Claudius Sacerdos I 87. 172 Servius Aen. I 412 382 'Rhipaeo t. e.' Probus 63, 21 Servius Aen. IV 448 'Rhiphaeo euro' schol. Veron. 80, 5 K. 383 Iulius Rufinianus p. 256 R 384 sq. Beda de metris 2375 P 'si . . . absint' Columella de r. r. VII 3, 10 384 'si . . . curae' Nonius 212, 19 Servius Aen. II 140 386 Probi inst. I 7, 4 Servius ecl. II 20 387—389 'illum autem . . . reice' Donatus in Ter. Phorm. I 2, 56 387—390 'illum . . . nascentum' Columella de r. r. VII 3, 1 389 sq. 'reice . . . nascentum' Servius Honoratus de fin. 10 p. 499 Endl. Servii centimetrum 1816 P. 'ne . . . nascentum' Nonius 368, 23 schol. Hor. epod. 16, 46 389 Beda de metris p. 2363 P. Servius Aen. X 473

VARIA LECTIO.

381 TA*lis hyperboreo septem subiecta trioni* V talis] quin et Acron YPERBOREO (H *rubr.*) *M* hiperboreo *c* conpacta *Claudius Sacerdos, si quidem Vergilii locum intellegit* TIRONI *M* troni *γ* triones *Claudius Sacerdos* 172 382 GEN*s effrena virum ripaeo tunditur euro* V EFFERNA *P* Riphaeo *testatur Servius* ripheo *γb* RIPAEO *M* RHIPEO *R* RIPAEO *P* rifeo *c* 383 *et pecudum fulvis velatur corpora saetis* V pecodum *γ* pecudem *c* FLEVIIS *M* VELANTVR *Mbc* velatur *Rufinianus* pectora *Rufinianus* fetif *c* 384 *nihil legere potui in* V aspera . . . tribolique = *ge.* I 152 *sq.* 385 LAP*paeque tribolique absint fuge pabula laeta* V triboli *ybc* fugae *γ* laetra *Schraderus* laeta *Philargyrus: cf. Columel'a de re r.* VII 2, 3 386 CON*tinuoque greges villis lege mollibus albos* V TEGE *P* 387 *autem quamvis ar*IES V 388 *Nig*RASV*best udo tantum cui lingua palato* V udo (o *e corr.*) *γ* 389 *reice ne maculis infus*CET V ne] na *γ* *Pullis* V 390 NAS*Centum plenoque alium circumspice ca*MPO V NASCVNTVR *M* nafc&tum (t *e corr.*) *γ* CIRCVMSPLICE *P*

munere sic niveo lanae, si credere dignum est,
Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit
in nemora alta vocans; nec tu aspernata vocantem.

At cui lactis amor, cytisum lotosque frequentis
ipse manu salsasque ferat praesepibus herbas.
hinc et amant fluvios magis, et magis ubera tendunt,
et salis occultum referunt in lacte saporem.
multi etiam excretos prohibent a matribus haedos,
primaque ferratis praefigunt ora capistris.
quod surgente die mulsere horisque diurnis,
nocte premunt; quod iam tenebris et sole cadente,
sub lucem exportans calathis adit oppida pastor;
aut parco sale contingunt hiemique reponunt.

TESTIMONIA.

391—393 Probus 63, 1 391 sq. Servius ge. I 16 391 Macrobius Sat. V 22, 9 Servius ecl. II 20 'munere lanae' schol. Veron. 80, 9 393 'in nemora a. v.' Macrobius Sat. V 22, 9 397 Philargyrus ge. III 128 400—402 'quod ... calathis' Servius ecl. III 5 400 sq. 'quod ... premunt' Priscianus 870 402 Acron ad Hor. carm. I 25, 11 'sub ... calathis' Priscianus 1000. 1105 Alcuini gramm. 2141 P. Servius ge. I 67 'exportant ... pastor' de gen. nom. 80 H. 'adit o. p.' Priscianus 1202 403 Nonius 368, 8

VARIA LECTIO.

391 Nlveo *lanae V* lanae (a *pr. e corr.*) *γ* si credere ... Arcadiae *om. Probus* 392 DAEVS *P* DÆUS *M* arcadie *γ* archadie *c* lunam *γ* l 393 alta uocanf (tauo *c corr.*) *γ* neefpernata (e *sec. corr. in* a) *γ* 394 AD *Rb* l *lactis amor cytisum lotosque fre*QVENTIS *V* AM (*m. 2 sup.*) *R* cythisum *γ*, (cy *in ras.*) *c* frequentef *γb* 395 ILLE *PRb* matu *c* *ipse manu salsasque fe*RAT *praesep*IBVS *V* 396 *hinc et amant fluvios magis et magis ubera V* magifae magif *c* 397 *et salis occultum referunt in lacte sapore*M *V* oculta *γ* refert *Philargyrus ge.* III 128 398 *multi etiam excretos p*ROHIBENT *a matribus V* ETIAM *Pb* IAM *MRyc* EXTREMOS *P* excretos *Servius, Philargyrus* aedof *γ* hedof *c* 399 PRIM*aque V* fimaque *Heinsius* PRAE*fig*VNT *V* praeftringunt *Schraderus* ora (o *e corr.*) *γ* CAPISTRIS (I *prior in ras., fort. corr. ex* E) *R* 400 *die mulsere h*ORIS *V* HORRIS *R* 401 PRAEMVNT *Ryb* PRÆMUNT *M* QVO *V* CADENTES *R* CADENE *M* cadentem *γ* 402 exportans *Scaliger* EXPORTANT *MPRVyc, grammatici, nisi quod* exornant *Alcuinus habet* 403 PARCOS *M* roponunt *γ*

Nec tibi cura canum fuerit postrema, set una
velocis Spartae catulos acremque Molossum
pasce sero pingui. numquam custodibus illis
nocturnum stabulis furem incursusque luporum
aut inpacatos a tergo horrebis Hiberos.
saepe etiam cursu timidos agitabis onagros,
et canibus leporem, canibus venabere dammas;
saepe volutabris pulsos silvestribus apros
latratu turbabis agens, montisque per altos
ingentem clamore premes ad retia cervom.

Disce et odoratam stabulis accendere cedrum,
galbaneoque agitare gravis nidore chelydros.
saepe sub immotis praesepibus aut mala tactu
vipera delituit caelumque exterrita fugit,
aut tecto adsuetus coluber succedere et umbrae,
pestis acerba boum, pecorique aspergere virus,

TESTIMONIA.

404 'nec ... postrema' Servius ge. III 44 405—408 Nonius 241, 13 schol. Hor. epod. 6, 6 406 'pasce s. p.' Probi inst. I 9, 11 408 Acron ad Hor. carm IV 14, 50 'Iberi' Probus 63, 26 413 schol. Stat. Theb. IV 323 Nonius 364, 33 Servius in Aen. I 324 414—418 'disce ... coluber' Columella de r. r. VII 4, 6 415 'galbaneoque a. gravi' Nonius 315, 6 'galbanum' Probus 63, 27 K. 416 'saepe ... praesepibus' Servius Aen. II 227 418 'tecto ... succe-

---

VARIA LECTIO.

404 POSTREMA *M* SET UNA FUERIT *M* fed *bc* 405 fparte *γ* fparthe *c* molofum *γb* molofum *c* 407 ue *Acronis Gud.* 408 INPACATOS *corr. col. rubro M* 408 orrebif *γ* 409 faepeiam *γ* 410 E *M* uenare *γ* dãmef *c* 411 Sepe *γ* VOLVTABIS *P* pulfuf *γ1* 412 Latratui *γ* Latat.u *c* TERREBIS *R* AGROS *M* MONTES *R* MONITIS *P* 413 PRAEMES *Rγbc* CERVVM *MRγbc* 414 DISLCE ODORATAM *P* adoratam *γ1* CEDRVM *PRγb* 415 GALBANEOS *M* GRAVES *Rb* grani *χ*, *Servius*, *Nonius* helidrof *γ* 416 immotif *b* IGNOTIS *R* in.otif *c* 417 dili.tuit i *pr. corr. in* e *γ* 418 tacto *γ1* adfuetof *γ* affuetuf *c* fuccedere et t *add. m.* 2 *γ* SVCCEDERET *P* SVCCEDER ET *M* 419 BOUUM *M* pecorif *γ* ASPERGERE *PRbc, item, sed* f *e corr. γ* ADSPERGERE *M* adfpargere *Mentel. pr.*

fovit humum. cape saxa manu, cape robora, pastor,
tollentemque minas et sibila colla tumentem
deice. iamque fuga timidum caput abdidit alte,
cum medii nexus extremaeque agmina caudae
solvuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbis.
est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
squamea convolvens sublato pectore terga
atque notis longam maculosus grandibus alvom,
qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus et dum
vere madent udo terrae ac pluvialibus austris,
stagna colit, ripisque habitans hic piscibus atram
improbus ingluviem ranisque loquacibus explet;
postquam exusta palus, terraeque ardore dehiscunt,
exsulit in siccum, et flammantia lumina torquens

TESTIMONIA.

dere' Servius Aen. I 627 420—422 'cape ... deice' Columella de re r. VII 4, 6 420 'fovit h.' Servius Aen. IV 193 'cape saxa ... pastor' Nonius 252, 33 421 sq. 'tollentem ... deice' Nonius 406, 20 423 'extremaeque a. c.' Servius Aen. II 212 425 cf. Probus 63, 28 K. 428 sq. 'et dum ... austris' schol. Lucani I 219 430 sq. 'tum piscibus ... explet.' Nonius 327, 9 'hic ... illuviem' Nonius 242, 22 430 'ecce stagna madent' Terentianus Maurus 1104 431 Nonius 298, 10

VARIA LECTIO.

420 Fodit *b* manum *γ1* 421 *cf. Aen.* II 381 421 fibi[la] *γ* TVMENTEM (*corr. cod. m. ut vid.*) *P* 422 NAMQVE *P* IAMQ *M* iam[q] *c* ALTAE *Ryc* 423 com *γ* extreme *γ* AGMINE *R*, *Servius Aen.* II 212, *sed* agmina *idem ad h. l.* 424 SOLVVNTVR *MRyc* S. olnuntur *b* TRAHVNT (*punct. rubr.*) *M* drahit *γ1* trait *c* 425 ESSET IAM *R* CATLABRIS *P* 426: *cf. Aen.* II 474 SVB. LATO *R* SUBLATA *M* CORPORE *P*: *cf. ad* 383 427 ADQVE *R* maculofiuf *γ1* aluo. *γ* ALVVM *MRbc* AEVOM *P* 428 amnif *γ* 429 ET *R*, *schol. Lucani* 430 col& *γ* que] q: *suprascr. b* habitat *susp. Heynius* hic] tum *Nonius* 327 atris *Nonius* 327, *sed* atram *testatur idem* 242 431 INPROBVS *PRbc* INCLVVIEM *P* inluviem *Nonii* ω 298, *Genev.* 242 illuviem *cetera* 242 *exempl.* 432 exhaufta *γ* exufta[ha] (exu *in ras.*) *b* exaufta *c* terre *γ* deifcunt *γc* 433 exulit *Menag. pr.* EXTULIT *M* EXSILIT *R* EXILIT *P* exiit *γbc* TORQUEN (*sed* N *fort. corr. ex* N) *M* TORQVENT *P*

saevit agris asperque siti atque exterritus aestu.
ne mihi tum mollis sub divo carpere somnos
neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,
cum positis novos exuviis nitidusque iuventa
volvitur aut catulos tectis aut ova relinquens
arduus ad solem, et linguis micat ore trisulcis.

Morborum quoque te causas et signa docebo.
turpis ovis temptat scabies, ubi frigidus imber
altius ad vivom persedit et horrida cano
bruma gelu, vel cum tonsis inlautus adhaesit
sudor, et hirsuti secuerunt corpora vepres.
dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri

TESTIMONIA.

434 Nonius 244, 4. 295, 28 'siti . . . aestu' Priscianus 761 P. 435 sq. Quintilianus IX 3, 21 435 Servius ge. II 475 'nec . . . mollis' Probi inst. I 10, 1 436 'dorso n.' Servius Aen. X 303 437 sq. Nonius 457, 11 'cum . . . volvitur' idem 458, 11 438 'catulos t. aut ova reponit' Servius Aen. II 357 439 'et linguis . . . trisulcis' Nonius 348, 3 440 Vegetius veterin. praef. 8 441—443 'cum frigidus . . . gelu' Columella de r. r. VII 5, 5 442 'altius . . . persedit' Probi inst. I 2, 2 443 sq. 'cum . . . vepres' Columella de r. r. VII 3, 10

VARIA LECTIO.

T I

434 SIXVS *M* EXTERRITVS *PRγ*, *Prisciani exempl.: testatur Nonius* EXTERRITVS *(corr. col. rubro) M* exercitus *Schraderus* extorridus *rel* expergitus *Marklandus* 435 NE *PRbc*, *Quintilianus*, *testantur Probi inst.*, *Servius ge.* II 475 NEC *My* TOM *P* tunc *Servius ge.* II 475 MOLLES *M* DIO *P* 436 herbâ *b1* 437: *cf. Aen.* II 473 NOVVS *MPRybc* EXVVIS *P* 438 atque ova *susp. Heynius*

v

aua *γ1* relin. uenf (u *corr. in g*) *γ* reponit *Servius Aen.* II 357 *Fuit cum* aut catulos . . . arduus *melius omitti mihi persuaderem* 439 = *Aen.* II 475 440 te (ET *P* curas *Schraderus* causas *Servius 'fere morborum* causae *erunt quod* . . . . . signa *autem sunt' e. q. s. Varro de r. r.* II 1 441 OVS *M* ubi *γ1* VBI *MPbc* CVM *R*, *Columella*

v

442 uiuom *γ* VIVVM *MRbc* orrida *γ* 443 INLVTVS *M1PRγ1*, *Columellae Reg. Lips.* INLOTVS *M2γ2c* inlotuf (n *in ras.*) *b* illutuf *Columellae Goes.* illotuf *ceteri* 'lotus *et* lautus *dicimus' Servius 'si aestirum sudorem mari vel flumine non* abluas' *Columella* VII 5, 5 adhefit *c* 444 HIRSVTIS *MR*, *Columellae Lips.* 445 idcirco (d *e corr.*, *fort. c*) *γ* omni *γ1*

perfundunt, udisque aries in gurgite villis
mersatur, missusque secundo defluit amni;
aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
et spumas miscent argenti et sulpura viva
Idaeasque pices et pinguis unguine ceras
scillamque elleborosque gravis nigrumque bitumen.
non tamen ulla magis praesens fortuna laborumst,
quam siquis ferro potuit rescindere summum
ulceris os: alitur vitium vivitque tegendo,
dum medicas adhibere manus ad volnera pastor
abnegat, et meliora deos sedet omnia poscens.
quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa

TESTIMONIA.

447 'mersusque . . . amni' Nonius 389, 30 448 Nonius 409, 31 449 Marius Victorinus de carm. her. 6 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 530 'spumas . . . vivaque sulphura' Macrobius Sat. V 14, 4 incertus de gen. nom. 97 H. 'sulphura viva' Beda de orthogr. 2345 incertus de orthogr. 2799 P. 450 Charisius 71 P. 'et . . . ceras' Priscianus 775 Velius Longus 2223 Cassiodorus 2295 P. Servius Aen. IX 772 'pinguis u. ceras' incertus de orthogr. 2804 P. 451 cf. Probus 63, 29 452 Servius Aen. III 145 453 sq. Nonius 453, 2 Columella de r. r. VII 5, 10 'quam . . . os' Nonius 459, 12

VARIA LECTIO.

446 uellif c1 447 mifof γ mersus *Nonius* anno c1 448 tristi (t pr. e corr. γ AMVRGA *Mγ* 449 aut fpumas *Aldhelmus* et fulphura uiua c et fulpura uia γ uiuaque sulphura *b in ras.*, χ, *de gen. nom.: testantur Macrobius Servius Aldhelmus. 'numqui dactylus in fine ponitur? potest quidem . . . veluti est illud in georgicis:* et fpumas . . . vivaque fulphura. *quem quidam invertentes sic legunt:* et fulphura viva.' *Marius Victorinus* et sulphura uiua *Beda et inc. de orthogr.* 450 IDEAS *MRγ* PINGVES *Rγ2* pinguis *testatur Priscianus* taedas *Cassiodorus* 451 SCYLLAM *MPc. Probus* ILLEBOROS *R* eleborui (u corr. in o) γ grauef γ BITVMẼ *MR* uitumen γ1 452 fortuna laborumst : *Aen.* VII 559 LABORVM EST *MPbc* labor . um eft γ laborum (om est *Servius Aen.* III 145 453 potuit] properat *Schvaderus* refcendere γ1 455 VVLNERA *MRbc* uolnere (e corr. in a) γ paftur γ1 456 ET *Pγ2* AVT *MRγ1 ut vid., bc* meliora (a in ras. b DEO̅ *M* OMNIA *MPRγb. Servius, ut qui Sallustii Cat.* 52 'prospera omnia cedunt' *exemplo utatur.* omina cχ puicent γ1 457 LABSVS *MPR*

cum furit atque artus depascitur arida febris,
profuit incensos aestus avertere et inter
ima ferire pedis salientem sanguine venam,
Bisaltae quo more solent acerque Gelonus,
cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum,
et lac concretum cum sanguine potat equino.
quam procul aut molli succedere saepius umbrae
videris aut summas carpentem ignavius herbas,
extremamque sequi aut medio procumbere campo
pascentem et serae solam decedere nocti,
continuo culpam ferro compesce prius quam
dira per incautum serpant contagia volgus.
non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo,
quam multae pecudum pestes. nec singula morbi
corpora corripiunt, set tota aestiva repente,
spemque gregemque simul cunctamque ab origine gentem.
tum sciat, aërias Alpis et Norica siquis

TESTIMONIA.

458 'atque ... febris' Servius Aen. II 215 459 sq. Columella de r. r. VII 5, 10 461—463 'acer ... equino' schol. Lucani III 283 461 cf. Probus 64, 1 K. 463 Acron ad Hor. carm. III 4, 34 471 sq. 'nec ... repente' Philargyrus ge. III 70 472 'sed ... repente' Servius Aen. XII 719 474 sq. Servius Aen. XI 247 474 'aerias A.' Isidorus orig. XIV 7, 18 schol. Lucani I 183

VARIA LECTIO.

458 ADQVE *R* depafcatur *γ*1 459 intensos *Heinsius* 460 pedef *γ* SALENTEM *M* falientim *γ*1 461 GELONOS *P* 462 rodopen *γ* ADQVE *R* AUT *M* 463 cum *om. γ* potat (t *pr. in ras.*) *b* 464 HAUD *P* MOLLIS *Pc*1 faepiuf (f *post. in ras.*) *b* 465 AU ET *M* CARPENTES· *M* SEGNIVS *R* ignavius *Servius* haerbaf *γ* 466 CONCVMBERE *P* 467 PASCENTEM (S *vel erasa vel in ras.*) *R* serae] fuere *γ* SAEPE (P *m. rec. corr. in* R) *R* serae ... nocti: *cf. ecl.* VIII 88 468 FERO *M* compefce *γ* priufquam *in ras. b* 469 SERPVNT *P* uolguf *γ* VVLGVS *MRb* uulgof *c* 470 GREBER *P* imbre *b* rut *γ* AEQVORA *Rγ*1 471 pecodum *γ* 472 SED *PRγbc* 474 TUNC *M, Servius Aen.* XI 247 heriaf *γ* aerief *c* ALPES *MRγbc* UT *P* aut *b*

castella in tumulis et Iapydis arva Timavi
nunc quoque post tanto videat desertaque regna
pastorum et longe saltus lateque vacantis.

Hic quondam morbo caeli miseranda cohortast
tempestas totoque autumni incanduit aestu,
et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
corrupitque lacus, infecit pabula tabo.
nec via mortis erat simplex, set ubi ignea venis
omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
rursus abundabat fluvidus liquor omniaque in se
ossa minutatim morbo conlapsa trahebat.
saepe in honore deum medio stans hostia ad aram,
lanea dum nivea circumdatur infula vitta,
inter cunctantis cecidit moribunda ministros.
aut siquam ferro mactaverat ante sacerdos,
inde neque impositis ardent altaria fibris,

TESTIMONIA.

475 cf. Probus 64, 3 478 sqq. cf. Macrobius Sat. V 16, 5 478—480 Macrobius Sat. VI 2, 7 conl. Lucr. VI 1136 479 'toto . . . aestu' Servius Aen. VI 309 481 schol. Lucani VI 93 482 'nec via m. e. s.' Macrobius Sat. IV 4, 16 481 'rursus a.' Probi inst. I 9, 5

VARIA LECTIO.

475 IAPYDIS *M*2, *Probus*, *testatur Servius etiam Aen.* XI 247 IAPYGIS *M*1*PR*γ 'lapidis . . . *male quidam* lapigis *legunt' Servius* iapydif (dif *in ras.*) *b* ARMA *R* arua (u *c corr. ut vid.*) γ ar . . ua *c*1 ORA *P*: *cf. Aen.* I 245 477 LONGAE *R* LATAE *MR* LAETE *P* VACANTES *R* uagantif γ VOCANTIS *MP* uagantef *bc* 478 COHORTA EST *Mb* COORTAST *R* COORTA EST *Pc* choorta eſt γ 480 nece γ1 481 CORRIPVIT *P* corripit *yc* corrupit *schol. Lucani, Servius* corruptique . . . infectaque *prop. Wagnerus* TABVLA (T *m. rec. corr. in* P) *R* 482 uia *suprascr. c* SED *PRybc* LIGNEA *M* UENTIS *M* uenuf *c*1 483 ATTRAXERAT *P* 'adduxerat *pro* contraxerat' *Philargyrus* abduxerat *b* 484 abundabant γ1 habundabat *c* FLŬUIDUS *M* fluuiduf *in ras. b* 485 MINVTATEM *P* CONLABSA *M* 486 ONORE *P* oſtia *b*1 487 NIUEO *M* 488 CVNCTANTES *Py*2 CAECIDIT *M*γ MAGISTROS *R* 490 NEC *M* INPOSITIS *Pyc*

c **responsa** potest consultus reddere vates,
vix **suppositi** tinguntur sanguine cultri
nmaque ieiuna sanie infuscatur harena.
ic **laetis** vituli, volgo moriuntur in herbis,
dulcis animas plena ad praesepia reddunt;
ic canibus blandis rabies venit, et quatit aegros
sis anhela sues ac faucibus angit obessis.
itur infelix studiorum atque immemor herbae
lor equos fontisque avertitur et pede terram
bra ferit; demissae aures, incertus ibidem
lor et ille quidem morituris frigidus, aret
lis et ad tactum tractanti dura resistit.
ec ante exitium primis dant signa diebus;
in processu coepit crudescere morbus,

ONIA.

'plena . . . ponunt' de gen. nom. 94 H. 498 sq. 'labitur . . . Macrobius Sat. IV 1, 3 'atque . . . ecus' Nonius 317, 15 l. Stat. Theb. V 137 499 sq. 'et . . . ferit' Augustinus de 2011 P. Probi inst. I 9, 10 Servius Aen. V 19 X 839 ge. II 500 — 502 'demissae . . . resistit' Macrobius Sat. VI 2, 10 sq. 'demissae . . . frigidus' Macrobius Sat. IV 1,3 503 Ma- Sat. VI 2, 10

LECTIO.

confult.. γ redere γ 492 A.t *c* fubpofiti *c* SVPPO-TINGVVNTVR *R* ting.untur *b* 493 TEIVNA *P* SANILE *γc* infufcatur (in *in ras.*) *b* 494 uolgo γ VVLGO *MRbc* DVLCES *Rγ2* ANIMAS *M* ponunt *de gen. nom., sed vide alii adnotationem.* praefepia reddunt (a reddunt *in ras.*) *b* 497 γ ANELA *Mγ* uef γ OBESSIS *M* OVESSIS *R* obefif *γb* l obeffif *c2* 498 ADQVE *R* INMEMOR *Rc* studiorum memor herbae *coniungit Philargyrus* 499 EQVOS *P* EQVVS VS *M* ecus *Nonius* FONTES *M* fortif *c* que] q: *suprascr. b* DEMISSAP *P* demiffe γ dimiffae *c1* AVRAES *P* 501 MORI- γ ARES *R* 502 Pellef *c1* ADTACTVM *MPR*, *Macrobii* dt. actū γ adtactu *Macrobii ω* TRACTANTE *P* TRACTANDI 03 Ilec (Il *corr. in* N) *c* EXILIVM *P* EXITVM *R* 504 cae-

tum vero ardentes oculi atque attractus ab alto
spiritus, interdum gemitu gravis, imaque longo
ilia singultu tendunt, it naribus ater
sanguis, et obsessas fauces premit aspera lingua.
profuit inserto latices infundere cornu
Lenaeos; ea visa salus morientibus una;
mox erat hoc ipsum exitio, furiisque refecti
ardebant, ipsique suos iam morte sub aegra
(di meliora piis erroremque hostibus illum!)
discissos nudis laniabant dentibus artus.
ecce autem duro fumans sub vomere taurus
concidit et mixtum spumis vomit ore cruorem
extremosque ciet gemitus. it tristis arator
maerentem abiungens fraterna morte iuvencum,
atque opere in medio defixa relinquit aratra.

TESTIMONIA.

505—508 Macrobius Sat. VI 2, 8 509—511 'profuit . . . exitio' Macrobius Sat. VI 2, 12 512—514 'ipsique . . . discissos' Iulius Rufinianus p. 235 R., qui cum parentheseos exemplo utatur, versum 513, qui in ed. vet. deest, legisse putandus est 513 Donatus in Ter. adelph. III 3, 78 Augustinus de trin. XIV 13 'di meliora piis' Nonius 371, 30 Servius Aen. XI 32 514 'discissos n. l.' Probi inst. I 12, 1 517 'it t. a.' Nonius 331, 3 519 Donatus in Ter. Andr. II 5, 1 Servius ecl. II 70

VARIA LECTIO.

505 ADQVE *R* ADTRACTVS *Rγb*1 atractuſ *c* 506 GRAVISSIMAQVE LONGO *R* GRAUIS ĀLTAQ· LONGO ĪMAQ· *M* 507 ILLIA *P* ILLA *R* ET *P* ET (*sed m. pr.* IT *ut vid.*) *R* it *in ras. b* naribuſ *γ* 508 oppressas *Macrobius* obsessas *Serrius* PRAEMIT *R* 509 INSERTOS *P* 510 Lacnaeoſ *bc* ea] FA *P* AE *M* SAEVOS *P* 511 EXITIO HOC IPSVM *P* exitiu *b*1 512 iam] IN *R* egra *γ* 513 Dii *γc* MELIO..RA *M* ARDOREM *R* errorem *Philargyrus* 514 UDIS *M* nudis *Philargyrus* 515 MOUERE *M* tauroſ *γ* 516 CONDIDIT *R* 517 extremoſ *c* ET *MP* 518 merentem *γ* fraterna (ra *in ras.*) *c* MONTE *M* 519 ADQVE *R* IM *P* RELIQVIT *P*, *Donatus*, *Servius ecl.* II 70: *fortasse melius* relinquit aratra (inquit aratra *in ras.*) *b*

non umbrae altorum nemorum, non mollia possunt
prata movere animum, non qui per saxa volutus
purior electro campum petit amnis; at ima
solvuntur latera, atque oculos stupor urget inertis,
ad terramque fluit devexo pondere cervix.
quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras
invertisse gravis? atqui non Massica Bacchi
munera, non illis epulae nocuere repostae:
frondibus et victu pascuntur simplicis herbae,
pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu
flumina, nec somnos abrumpit cura salubris.
tempore non alio dicunt regionibus illis
quaesitas ad sacra boves Iunonis et uris
inparibus ductos alta ad donaria currus.
ergo aegre rastris terram rimantur, et ipsis
unguibus infodiunt fruges, montisque per altos
contenta cervice trahunt stridentia plaustra.

TESTIMONIA.

520—522 'non umbrae . . . amnis' Macrobius Sat. VI 2,6 522 sq. 'ima . . . inertis' Nonius 418, 4 523 'atque . . . inertes' schol. Lucani VI 59 525 sq. 'quid labor . . . gravis' Nonius 314, 4 529 sq. 'pocula . . . flumina' Macrobius Sat. VI 1, 64 'fontes . . . flumina' Acron ad Hor. carm. II 11, 20 530 'nec . . . salubres' schol. Hor. epist. I 10, 18 532 sq. Probus 82, 17 K. 533 'ductos . . . currus' Servius Aen. I 17 IV 63 536 Nonius 266, 5

VARIA LECTIO.

520 AN *M* nemorum mollia γ mollia (moll *in ras.*) *b* pſſunt γ 522 electro (e *pr. in ras.*) *b* petit (it *in ras.*) *b* AD *P* at (t *in ras.*) *b* 523 SOLVVNTVR *MRybc* ADQVE *PR* oculiſ *b* VRGVET *PR*γ urget *c2*, urg... *c1* INERTES *My2b* 524 AT *Py1* 525 iuvent *Nonius* quod *c1* 526 GRAUES *My2* ADQVI *R* 527 epule γ nocuere (c *e corr.*) γ POSTAE *P* 528 simplicef *b1* 529 ADQVE *R* curſum γ 530 ſomnoſ (o *pr. corr. ex* u, mn *in ras.*) *b* SALUBRES *Mc* 532 ARIS *P* 533 IMPARIBVS *PRyc* 534 egre γ rutris *Schraderus* terram raſtriſ *b* IPSIS *MRyb2c, Servius* IPSI *Pb1* 535 VNGVIBVI (I *alt. m. ead. ut vid. corr. in* S) *P* infodiunt γ MONTES *My* ARDVOS *P* 536 INSTRIDENTIA *P* plautra *c*

non lupus insidias explorat ovilia circum
nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
cura domat; timidi damnae cervique fugaces
nunc interque canes et circum tecta vagantur.
iam maris immensi prolem et genus omne natantum
litore in extremo ceu naufraga corpora fluctus
proluit; insolitae fugiunt in flumina phocae.
interit et curvis frustra defensa latebris
vipera et attoniti squamis adstantibus hydri.
ipsis est aër avibus non aequos, et illae
praecipites alta vitam sub nube relinquunt.
praeterea nec mutari iam pabula refert,
quaesitaeque nocent artes; cessere magistri
Phillyrides Chiron Amythaoniusque Melampus.
saevit et in lucem Stygiis emissa tenebris

TESTIMONIA.

538 'nec . . . obambulat' Servius Aen. XI 767 539 sq. 'timidi . . . vagantur' schol. Hor. epist. II 1, 36 539 'timidi . . . fugaces' Servius Aen. V 122 ecl. VIII 28 546 sq. Macrobius Sat. VI 2, 14 548 sq. Macrobius Sat. VI 2, 13 Servius de ult. syll. 1816 P. Beda de metris 2363 548 'praeterea . . . pabula' Servius Honor. fin. 10 p. 499 Endl. 549 'quaesitaeque n. a.' Servius ge. III 511 550 'Phillyrides Ch.' Diomedes p. 310 P. Pompeius p. 112 L.

VARIA LECTIO.

537 INSIDIANS *Ry: cf. Aen.* IX 59 infidiaſ (a *in ras.*) *b* infidiaſ *c* 538 Ne *b* gregibuſ (g *pr. corr. c.c* c) *b* 539 timi *c* damme *γ* 540 Num *c1* Nunc *c2* INTE (R *sup.*) *R* circum] TECTVM *P* 541 immenſi *bc* NATANTVR *P* natandũ *b* 542 Litore in extremo (itore in ex *in ras.*) *b* 543 flumin. *c* 544 DEPRENSA *P: cf. Aen.* V 273 545 ADTONITI *R* toniti *c* aſtantibuſ *c* SERPENTIBVS *P* (*an* furgentibus?) exstantibus *Schraderus* 546 aequoſ *γ* AEQVVS *MPRbc* ILLE *M* ille *γ* 547 RELINQVONT *P* RELINQVVNT *Rybc* RELINQVNT *M* 548 nec mutari iam *Macrobius* NEC IAM MVTARI *Rb, Beda* IAM NEC MVTARI *MPyc, ceteri grammatici* refert (ert *in ras.*) *γ* 549 quaeſita *γ* CESSARE *M* ceſſere (e *alt. in ras.*) *b* 550 PHILLIRIDES *R* Phylliridef *γ* Pylliridef *c* AMYCHAONIVS *R* amithaoniuſ (i *add. m.*2) *γ* amytaoniuſ *b* MELAMPHVS *R* malampuſ *γ1* 551 STYGIS *P* ſtigiiſ *bc* ſemiſſa *γ*

pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque,
inque dies avidum surgens caput altius effert.
balatu pecorum et crebris mugitibus amnes
arentesque sonant ripae collesque supini.
iamque catervatim dat stragem atque aggerat ipsis
in stabulis turpi dilapsa cadavera tabo,
donec humo tegere ac foveis abscondere discunt.
nam neque erat coriis usus, nec viscera quisquam
aut undis abolere potest aut vincere flamma;
ne tondere quidem morbo inluvieque peressa
vellera nec telas possunt attingere putris;
verum etiam invisos siquis temptaret amictus,
ardentes papulae atque immundus olentia sudor
membra sequebatur, nec longo deinde moranti
tempore contactos artus sacer ignis edebat.

TESTIMONIA.

553 Diomedes 407 P. 556 'iamque c.' Probi inst. I 10, 1 559 'nam . . . usus' Nonius 419, 19 566 'contactos . . . edebat' schol. Lucani VI 96

VARIA LECTIO.

552 TESIPHONE *P* tiphone *γ* ATE (N *m. rec. sup.*, T *erasa vel in ras.*) *R* tante *γ* 553 furgens *om. Diomedes* 555 HORRENTES *R* A..rentef (A *c corr.*) *b* arentes *Servius* ripe *γ* SVPLINT *P* 556 DANT *P* ADQVE *R* ipfi *γ*1 557 DILAPSA *MRγc*1: *cf. Lucanus* VI 88 DELAPSA *Pbc*2 558 dicunt *γ* difcant (ant *in ras.*) *b* 559 CORTIS *P* SVVS *P* UISACERA *M* quifquâ (f *in ras.*) *b* 560 uincerâ *b* 561 NEC *Mb* N.. *c* quidẽ.. *c* INLUUII *M* inluuiae *γc* PERESA *MRγbc* 562 adtingere *γ* PUTRES *Mγb*2 563 QVIN ETIAM *R* TEMPTARET *M* tempterat *γ*1 TEMPTARAT *PRγ2bc* amicuf *γ* 564 pabulae *γ*1 papulae *in ras. b* immundof *γ* inmunduf *bc* SUDOR *M* 566 CONTRACTOS *P* contactof *γ* ACER *R* facer *testantur Servius et schol. Lucani* EGNIS *P*

non lupus insi
nec gregibu
cura doma
nunc int
iam ma
litore
prol
int
v

III EXPLICIT // INCI-
MARONIS GĒRG LĪB III
PVP VIRG· MAR GEOR LIBER·
TETRASTICON· OVIDII NASONIS
de quibus v. proleg.) INCIPIT· PREFA-
GEORGICON LIBER IIII *c Erasa subscrip-*

P. VERGILI MARONIS

GEORGICON

LIBER QVARTVS

Protenus aërii mellis caelestia dona
exsequar: hanc etiam, Maecenas, aspice partem.
admiranda tibi levium spectacula rerum
magnanimosque duces totiusque ordine gentis
mores et studia et populos et proelia dicam.
in tenui labor; at tenuis non gloria, siquem
numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

Principio sedes apibus statioque petenda,
quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti

TESTIMONIA.

1 sq. 'protinus . . . exsequar' Nonius 376, 20 Probus 64, 24 1 Isidorus orig. XX 2, 36 2 'hanc e. M.' Probi inst. I 4, 13 6 sq. Gellius V 12, 13 'siquem . . . Apollo' Nonius 51, 12. 331, 23 'siquem . . . sinunt' Servius Aen. II 693 X 275 6 'in . . . gloria' Servius ge. III 290 8 Nonius 367, 3 9—12 Columella de r. r. IX 4, 1

VARIA LECTIO.

1 PROTENVS *Pγ* PROTINVS *MRbc, Probi, Nonii, Isidori exempl.* celeſtia *γ* 2 EXEQVAR *M* prosequar *Probus* MICENAS *M* apice *b* partē (ē *in ras.*) *b* 3 laeuium *γ* 4 Magnimof *b* ex ordine *c* gentef *b* 5 MAIORES *M* populos] motus *Schraderus* populos *Servius* dicam *in ras. b* 6 at (t *in ras.*) *b* 7 leua *γ probat Nonius* laeva *testantur Servius, Gellius, Philargyrus* finant *Servius Aen.* II 693 AVDET *P* 8 ſtatio (t *post. in ras.*) *γ* legenda *Schraderus* petenda *testatur Nonius* 9 VENTIS (N *m.* 2 *add.*) *R* uentif (if *e corr. in ras.*) *γ*

ferre domum prohibent) neque oves haedique petulci 10
floribus insultent, aut errans bocula campo
decutiat rorem, et surgentis atterat herbas.
absint et picti squalentia terga lacerti
pinguibus a stabulis, meropesque aliaeque volucres
et manibus Procne pectus signata cruentis; 15
omnia nam late vastant ipsasque volantis
ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. 17
neu propius tectis taxum sine, neve rubentis 47
ure foco cancros, altae neu crede paludi,
aut ubi odor caeni gravis aut ubi concava pulsu

TESTIMONIA.

10 sq. 'neque . . . insultent' Festus p. 206 M. v. petulci 'haedique . . . insultent' Macrobius Sat. VI 5, 3 10 'petulci' Probus 64, 29 K. 11 'aut . . . campo' Probus 64, 30 14 'meropes . . . volucres' Probus 64, 31 15 Servius ecl. VI 74 Aen. I 235 Probus 65, 5 16 sq. 'ipsaeque . . . escam' Nonius 459, 28 47 'neu p. tectis' Priscianus 1173 'ne . . . sine' Arusianus p. 254 L.

VARIA LECTIO.

10 PROHIBET *P* AEDI *Rγ* hedi *c* 11 AV (T *m.*2) *R* .erranf *b* BOCVLA *P* bacula *γ* BVCVLA *MRb* bu.cula (c *e corr.*) *c* CAMPI *P* 12 ADTERAT *R* adte.rat (d *corr. in* t) *γ* 13 apfint *γ* ABSINT *MPRbc* picif qualentia (f *in ras.*, qualentia *eras.*) *c* pictuf calentia *γ*1, picti fqalentia (*in mg.* al squalentia) *γ*2 14 AB *M teste Freitagio* MAEROPES *M* meropef (mero *in ras.*) *b* meropesque malaeque *vel* meropes avidaeque *vel* m. blattaeque *vel* m. vespaeque *Schraderus* meropesque aliaeque volucres *testantur Probus, Servius, Philargyrus* 15 maculis *Marklandus ad Stat. Silv.* V 3, 84 manibus *defendit Lachmannus Lucr.* 165 prochne *γ* progne *c* fignata.. *c* cruentum *Servius Aen.* I 235 16 latae *γ* ipsaeque *Nonius* uolantef *γ*2*c* 17 IMMITIBVS *R* IMMITTIBVS *P* immi..tibuf (i *sec. corr. ex* m, *ut vid.*) *γ* *Post v.* 17 *rectius v.* 47—50 *sequi, siquidem in 'philosopho dogmatico' versaremur, animadvertit Heynius. Nobis quatuor illi versus aut in priore editione omnino non positi et secundis demum curis a poeta additi, nondum tamen reliquorum ordini inserti esse videntur, aut si iam antea extiterunt, nullo modo potuisse alio loco recte collocari: cf. lect. Verg. p.* 6 47 ne *Arusianus, Prisciani Voss.* propriuf *γ* propiuf taxum *c* rubentif tectif *c* 48 CANOROS *P* chancrof *c* ALTE *M* 49 odor (*in mg.* al dolor) *γ* CONCHAVA *M* PULSI (V *col. rubro*) *M* pulfo *γ* pulfu *in ras. b*

saxa sonant vocisque offensa resultat imago. 50
at liquidi fontes et stagna virentia musco 18
adsint et tenuis fugiens per gramina rivos,
palmaque vestibulum aut ingens oleaster inumbret, 20
ut, cum prima novi ducent exagmina reges
vere suo, ludetque favis emissa iuventus,
vicina invitet decedere ripa calori,
obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.
in medium, seu stabit iners seu profluet umor, 25
transversas salices et grandia conice saxa,
pontibus ut crebris possint consistere et alas
pandere ad aestivom solem, si forte morantis
sparserit aut praeceps neptuno inmerserit eurus.
haec circum casiae virides et olentia late 30
serpulla et graviter spirantis copia thymbrae
floreat, inriguumque bibant violaria fontem.

TESTIMONIA.

50 Acron ad Hor. carm. I 20, 7 'vocisque . . . imago' Macrobius Sat. VI 6, 7 19 'et . . . rivos' Servius ge. IV 60 20—24 Columella de r. r. IX 5, 4 22 'vere suo' Donatus in Ter. Andr. III 2, 30 27—29 Columella de r. r. IX 5, 5 29 'aut . . . eurus' Servius ge. I 12 30 sq. 'casiae . . . serpilla' Probus 65, 11 K. 31 sq. 'et . . . floreat' Servius Aen. VI 201 31 'et . . . thymbrae' schol. Persii III 89 'graviter . . . thymbrae' Servius Aen. VII 705

— — — —

VARIA LECTIO.

18 AD *R* A *M* 19 fugiant *c*1 RIVOS *M* RIVVS *Rybc* 20 aut *γ*1, et *γ*2 ATQ· *F* inumbret *γ*1, ᵒbumbret *γ*2 obumbret *c*, *Columella* 21 AT *P* novi] uere *Columellae Reg.* EXAGMINA *M* EXAMINA *PRybc* 22 *om. Columellae Reg.* fuo] MVO *P*: novo? *ut* I 43. *Testantur* fuo *Donatus et Servius* FAMIS *P* cavis *Schraderus* MESSA *M* 23 DISCEDERE *R* CATORI *P* 24 oſpitiif *γ* TENEANT *P* tenẽ *γ* hoſpitiif—arboſ (iif—arboſ *in ras.*) *b* 25 ſeu ſtabit (u *e corr. in ras.*) *γ* PROPROFLVET *R* PROFLVIT *Pγ*1 profluat *b* humor *bc* 27 ñ & *γc* poſ. ſint (*eras.* ſ *ut vid.*) *γ* 28 AESTIVVM *MRybc* MORANTES *Rγ*2 30 uiridiſ *γ*1 LATAE *M* 31 ſerpylla *γ* SERPYLLA (R *m.*2 *add.*) *R* Serpylla *c*, (y *in ras.*) *b* serpilla *Probus* thymbre *γ* 32 florent (n *corr. in* a) *γ*

ipsa autem, seu corticibus tibi suta cavatis,
seu lento fuerint alvaria vimine texta,
angustos habeant aditus: nam frigore mella
cogit hiemps, eademque calor liquefacta remittit.
utraque vis apibus pariter metuenda; neque illae
nequiquam in tectis certatim tenuia cera
spiramenta linunt, fucoque et floribus oras
explent, collectumque hinc ipsa ad munera gluten
et visco et Phrygiae servant pice lentius Idae.
saepe etiam effossis, si vera est fama, latebris
sub terra fovere larem, penitusque repertae
pumicibusque cavis exesaeque arboris antro.
tu tamen et levi rimosa cubilia limo
ungue fovens circum, et raras superinice frondes.

TESTIMONIA.

34 Charisius 82 Beda de metris 2374 P. 'lentum vimen' Servius Aen. III 384 35 sq. 'nam . . . remittit' Nonius 265, 8 36 'cogit h.' Probi inst. I 17, 7 40 'collectum . . . gluten' Charisius 67. 106 41 Nonius 338, 14 43 'sub . . . larem' Nonius 311, 28 44 'exesaeque a. a.' Macrobius Sat. VI 6, 6 45 sq. 'tu . . . circum' Acron ad Hor. carm. I 17, 12

VARIA LECTIO.

33 corticabuf γ1 34 UENTO *M* lento (o *e corr.*) γ ALVARIA *PRb*, *Charisius* ALUARIA *M* alucaria γc, *testatur Beda* uimene γ VIMINE *MPRbc* 35 ADITOS *M* 36 *inter lineas add. a* IQ · FACTA *R* *Hic in singulari folio inserti versus* 44—75, *manu aliena scripti: c* 37—81 *deficit R* 37 ILLE *M* ille γ PALLAE *P* 38 NEQUICQUAM *M* tenuia (*in mg.* aℓ tenula) γ 39 foribus *a* HORAS *P* 40 collectum hec *a* GLUTE *M* glu. ten γa glaten *c* 41 Et (t *in ras.*) *c* frigia^{e} (*in mg.* aℓ figiae) γ frigiae *bc* feruent γ TENTIVS *P* lentiuf (*diversis manibus, quarum media extincta, summa recentissima est*) *a* lentiuf (uf *in ras.*) *b* lentius *testantur Nonius, Servius, Philargyrus* 43 FODIERE *M* fovere *testatur Nonius* PAENITUS *M* poenituf γ reperte γc 44—57 *om. c, adiungitur* 76 *ad* 43 *in eadem pagina sine ullo intervallo* 44 EXEAE *M* exefae γac, *in ras. b* 45 ET LEVI *MPc* & leui γ e. leui *b* e leui (e *in ras.*) *a* e leui χ, *Acron* 'e levi . . . *alii* et levi *legunt*' *Servius* (*etiam Vat. Par.*) RIMO *M* saxo

Quod superest, ubi pulsam hiemem Sol aureus egit
sub terras caelumque aestiva luce reclusit,
illae continuo saltus silvasque peragrant
purpureosque metunt flores et flumina libant
summa leves. hinc nescio qua dulcedine laetae
progeniem nidosque fovent, hinc arte recentis
excudunt ceras et mella tenacia fingunt.
hic ubi iam emissum caveis ad sidera caeli
nare per aestatem liquidam suspexeris agmen
obscuramque trahi vento mirabere nubem,
contemplator: aquas dulcis et frondea semper
tecta petunt. huc tu tussos asperge sapores,
trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen,
tinnitusque cie et Matris quate cymbala circum:

TESTIMONIA.

55 sq. 'hinc . . . fovent' Nonius 311, 20 58 sq. Nonius 353, 23 'emissum . . . agmen' Arusianus p. 230 L. 59 Servius in Aen. IV 245 VI 16 cf. Quintilianus VIII 6, 18 'nare . . . liquidam' Pompeius 166 L. Servius Aen. I 118. 224 61 sq. 'aquas . . . petunt' Priscianus 775 P. 61 'contemplator aquās dulces' Sergius 1841 P. Servius ge. I 187 62 'huc . . . sapores' Arusianus p. 234 L. 63 Probus 65, 14 K. Columella de r. r. IX 8, 13 64 sq. 'matris . . . sedibus' schol. Lucani IX 288 64 Diomedes 455 P.

VARIA LECTIO.

Acron 46 Vng. e *a* Unge *c* stratas *Hildebrandus Apul. met. T.* I 256 superinice] ET PERNICE *P* 51 fuper.. *γ* 52 TERRA (S *rubr.* *M* reclu. it *c1* 53 ille *γ* SALTVM *P* 54 Purpureaſ *c* 55 hinc . . . laetae: *cf. ge.* I 412 letae *γ* 56 PROGNIEM *P* ſ. ouent *γ* foueſ hinc (Shinc *in ras.*) *b* RECENTES *My2c* 57 EXCLVDVNT *Pa in mg.* Excudunt (cudunt *in ras.*) *b* 58 HIC *P* HINC *Myabc, Nonii exempl.* iã .. *c* miſſum *γ* 59 agmen (e *corr. in g*) *γ* 60 obſcura *γ* TRAHIT *P* 61 CONTEMPLATOR AQUAS DULCES· *M, Sergius, Servius ge.* I 187 dulceſ *γ2c* dulcis *testatur Priscianus* 62 TV HVC *M* tunsos *Reiskius conl.* 267 IVSSOS *libri* asparge *Arusiani Ambr.* SOPORES *P* 63 MELLISPHYLLA *My1* melifpylla lifpylla *in ras.*) *b* cerinthae *γ* ceronthae *b1* CARMEN *P* granum *Probi Par.* germen *susp. Burmannus* 64 ci& *a* cimbala *c*

ipsae consident medicatis sedibus, ipsae
intuma more suo sese in cunabula condent.

Sin autem ad pugnam exierint (nam saepe duobus
regibus incessit magno discordia motu;
continuoque animos volgi et trepidantia bello
corda licet longe praesciscere: namque morantis
Martius ille aeris rauci canor increpat, et vox
auditur fractos sonitus imitata tubarum;
tum trepidae inter se coeunt pinnisque coruscant
spiculaque exacuunt rostris aptantque lacertos,
et circa regem atque ipsa ad praetoria densae
miscentur magnisque vocant clamoribus hostem)
ergo ubi ver nanctae sudum camposque patentis
erumpunt portis: concurritur, aethere in alto
fit sonitus, magnum mixtae glomerantur in orbem,
praecipitesque cadunt; non densior aëre grando,

TESTIMONIA.

69 sq. 'animosaque regum corda l. l. praesciscere' Priscianus 824 P. 70—72 Columella de r. r. IX 9, 1 72 'fractos . . . tubarum' Servius Aen. III 556 73 Nonius 408, 12 77 'ver n. sudum' Servius Aen. VIII 529 78 Servius ge. IV 5 80 sq. 'non . . . glandis' Arusianus p. 257 L.

VARIA LECTIO.

65 IPSE *M* ipsae *γ* confident (f *e corr.*, *fort. ex* c) *γ* confidunt *schol. Lucani* (*nisi quod* confident *Guelf.*) MEDICANTIS *M* 66 INTIMA *Myabc* condunt *c* 67 exieri. nt (i *post. corr. ex* u) *γ* 68 incussit magnos . . . motus *Reiskius. Librorum auctoritatem tuetur Servius* 69 animuf *γ1* VVLGI ET *Mac* uolgie *γ* VVLGITET *P* et trepidantia bello] animosaque regum *Priscianus* 70 longe] vulgi *Columella* morantef *γ2c* 71 ARIES *P* 72 auditor *γ* FRACTVS *Pa* tractos *Schraderus* fractos *testatur Servius utroque loco* fonituf *in ras. b* 73 DVM *P* tunc *c*, *Nonius* Nunc *b* trepite (t *post. corr. in* d) *γ* trepide *c* quocunt *γ* pennif *γ2ac* 74 Spicula *a* 75 ro. gem (o *corr. in* e, g *e corr.*) *γ* atque] QTQVE *P* 77 NANCTAE *P* nacte. (*in mg.* at nancte) *γ* NACTAE *Ma* nactae (nac *in ras.*) *b* nacte *c* campuf *γ1* potentif *γ1* 78 IRVMPVNT *P* CONCVRRITVR AETHERE *M*, *Servius ge.* IV 5 &aere *γ* 79 MAGNO *M* orbē. *γ* 80 aere *su-*

nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
ipsi per medias acies insignibus alis
ingentis animos angusto in pectore versant,
usque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut hos
aut hos versa fuga victor dare terga subegit.
hi motus animorum atque haec certamina tanta
pulveris exigui iactu compressa quiescent.
verum ubi ductores acie revocaveris ambo,
deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
dede neci; melior vacua sine regnet in aula.
alter erit maculis auro squalentibus ardens.
nam duo sunt genera: hic melior insignis et ore

TESTIMONIA.

81 Priscianus 726 P. 'haec glandis nominativo posuit Virgilius' Probi inst. II 1, 12 'haec glandis, sicut Virgilius' idem II 1, 42 cf. Cassiodorus de or. T. II p. 567 b ed. Ven. 83 schol. Stat. Theb. I 417 84 'usque . . . cedere' Nonius 446, 26 87 'pugna . . . ut idem ait, pulveris . . . quiescit' Columella de r. r. IX 9, 6 88 Charisius 49. 96 anon. de orthogr. 2777 P. Servius ecl. VI 18 89 sq. 'deterior . . . neci' Nonius 432, 10 90 Columella de r. r. IX 10, 6 'dede n.' Arusianus p. 223 L. 91—93 'namque duae regum facies, duo corpora gentis. ('plebis' Reg.: cf. 95) Alter erit . . . ardens (om. 92) Et rutilis c. squamis insignis et ore' (cf. 92) Columella de r. r. IX 10, 2 92—95 Vegetius de re milit. I 6

VARIA LECTIO.

praescr. γ 81 pluit, *in mg.* al fluit, *γ* 82 *Construendum est:* ipsi *h. e.* reges) insignibus per medias acies alis, *quod si animadvertisset Wagnerus quaest. Verg.* XVIII 2 *e, de lacuna post v.* 82 *statuenda vix cogitasset* 84 CREDERE *P* hĩ *γ* 86 TAN̄Ũ *M* 87 pulueref *γ*1 IACTO *P* iactu (u *in ras.*) *a* cumpreffa *γ*1 compreffa *ac* QVIESCENT *Pa*2*c* quieſcent *γ* QVIESCVNT *Ma*1*b* 88 reuocaberif *c* AMBO *Mb*1, *testantur Charisius, anon. de orthogr., Servius ecl.* VI 18 amboſ (of *c corr.*) *γ* ambo ſ (*c corr.*) *ab* AMBOS *Pc* 'ambos; *legitur et* ambo' *Philargyrus* 89 ne *suprascr. γ* OBSIET *M* obstet *Nonii ed. pr.* obst *Wolf. eiusdem. Versui* 91 *praemittit Columella haec:* namque duae regum facies, duo corpòra gentis, *similia illa v.* 95 91 auro. ſqualentibus (ſ *pr. add. m.*2) *γ* 92 duo genera *γ* A HIC MELIOR INSIGNIS ET ORE *eras. P* MELIOR (Q *rubr.*) *M* orae *γ* Et rutilis clarus squamis, insignis et ore *Columella: cf.* 93

et rutilis clarus squamis; ille horridus alter
desidia latamque trahens inglorius alvom.

Vt binae regum facies, ita corpora plebis.
namque aliae turpes horrent, ceu pulvere ab alto
quom venit et sicco terram spuit ore viator
aridus; elucent aliae et fulgore coruscant
ardentes auro et paribus lita corpora guttis.
haec potior suboles, hinc caeli tempore certo
dulcia mella premes, nec tantum dulcia quantum
et liquida et durum Bacchi domitura saporem.

At quom incerta volant caeloque exagmina ludunt,
contempnuntque favos et frigida tecta relinquont,
instabilis animos ludo prohibebis inani.
nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
eripe; non illis quisquam cunctantibus altum

TESTIMONIA.

94 Columella de r. r. IX 10, 2 95 Servius ge. IV 5 96 sq. 'pulvere . . . viator' Columella de r. r. IX 10, 2 98 'elucent . . . coruscant' Arusianus p. 218 L. 99 Columella de r. r. IX 3, 3 Servius ge. IV 251 'et . . . guttis' Priscianus 867. 873. 899. 908 'lita c. g.' Diomedes 367 P. 101 sq. 'nec tantum . . . liquida.' Servius in Aen. I 432. 102 'et durum B. d. s.' Macrobius Sat. III 11, 10 schol. Persii III 8 105 Nonius 326, 20 107 sq. 'non illis . . . signa.' Nonius 252, 21

VARIA LECTIO.

93 rutilif (i *post. in ras.*) *b* SQVAMVS *P* illae orriduf *γ*

94 ingloriuf (u *e corr.*. *m.*1 *fort.* a) *γ* aluom *γ* ALUUM *Mabc*

95: *cf. ad* 91 bene *γ*1 96 TURPIS *M* 97—117 *F* 97 QUOM *F* CVM *MPabc* terram ficco *ac* 98 et lucent *Arusiani Gu.* currufcant *b*1 99 ARDENTES (E *alt. fort. corr. ex* I) *F* ILLA, *sed I alt. m.*2 *corr. in* T, *F* *'ordo est:* ardentes auro corpora, et paribus guttis lita' *Philargyrus* 100 foboleſ *ac* 101 PRAEMES *F* PRAEMENS *Mc* praemeſ *γ* 102 &durum *γ* bachi *c* .domitura (edomitura?) *γ* domitura (u *in ras.*) *a* ſaporem (a *e corr.*) *γ* 103 AVT *P* AE (E *m.*2 *corr. in* T) *F* quom *Franc.* QUUM *F* CVM *MPyabc* caelo (o *in ras.*) *b* caelo *c* exagmina *γ* EXACMINA *M* EXAMINA *FPabc* 104 CONTEMPNUNT *Fabc* contē . . nunt (ē *in ras. e corr.*) *γ* CONTEMNVNT *MP* RELINQUONT *F* RELINQVNT *P* relinquunt *yabc* RELINCUN̄ *M* 105 INSTABULIS *M* inſtabulif *γ*1 INANT (T *ras. corr. in* l) *P* prohib&if *c*1

ire iter aut castris audebit vellere signa.
invitent croceis halantes floribus horti,
et custos furum atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.
ipse thymum pinosque ferens de montibus altis
tecta serat late circum, quoi talia curae;
ipse labore manum duro terat, ipse feracis
figat humo plantas et amicos inriget imbris.

Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum
vela trahain et terris festinem advertere proram,
forsitan et, pinguis hortos quae cura colendi
ornaret, canerem, biferique rosaria Paesti,
quoque modo potis gauderent intiba rivis
et virides apio ripae, tortusque per herbam

TESTIMONIA.

108 Rufinus de schem. lex. 238 R. 109 'halantes f. h.' Arusianus p. 233 L. 110 sq. Probus 67, 23 K. Macrobius Sat. III 6, 15 114 sq. 'ipse feracis . . . imbres.' Nonius 159, 33 116 sqq. 'nec deterrebit quarundam rerum humilitas . . . quamquam videmus Vergilium praecellentissimum vatem ea de causa hortorum dotes fugisse.' Plinius nat. hist. XIV 1 119 'biferique r. P.' schol. Lucani X 165 120 Nonius 208, 32 Priscianus 861. 920

VARIA LECTIO.

108 et *Rufinianus* UELLERE (E *extr. in ras.*) *F* uellere (e *sec. e corr.*) *γ* 109 halentef (ef *in ras.*) *γ* alantef *c* 110 FRUGUM *M* furum *testantur Macrobius et Philargyrus* cumꝫ IAM *P* 111 Heleſpontiaci *a* tute.la *c* 112 ipſae *γ* THYMUM (Y *in ras.*) *F* TINOS *P* *legitur et* tinos' *Philargyrus: cf.* 141 113 Tecto *c*1 SERAT (T *fort. corr. ex* E) *F* late circum *γ*2, altae circum *ut vid.* *γ*1 latae c. *b* CIRCVMLATE *P* QUOI *F* CVI *MPγabc* talia. (*eras.* e, *ut vid.*) *γ* 114 ipſae *γ* MANIMUM *M* DVRA *P* feracef *c* 115 IGAT *P* humī *c* INRET (*m. rec. sup.*) *F* IRRIGET *Mc* IMBRES *Fac* hymbref *γ* 116 EXTRAMO *M* IM *M* am *γ* 117 proraſ (ſ *corr. in* m) *γ* proraꝫ (aꝫ *in ras.*) *b* 118—124 *F* 118 colenti *γ*1, *fort. melius* 119 ORNAREM *M* PESTI *Fc* BASTI *M* p . . eſtu *γ* 120 fibris *Priscianus utroque loco: cf.* I 120 121 VIRIDIS *FMPγ*1 REPAE *P*

crescceret in ventrem cucumis; nec sera comantem
narcissum aut flexi tacuissem vimen acanthi
pallentisque hederas et amantis litora myrtos.
namque sub Oebaliae memini me turribus arcis,
qua niger umectat flaventia culta Galaesus,
Corycium vidisse senem, cui pauca relicti
iugera ruris erant, nec fertilis illa iuvencis
nec Cereri opportuna seges nec commoda Baccho.
hic rarum tamen in dumis holus albaque circum
lilia verbenasque premens vescumque papaver

TESTIMONIA.

122 sq. 'nec . . . narcissum' Servius Aen. X 94 124 'amantes l. m.' Isidorus orig. XVII 7, 50 125—127: cf. Probus 65, 18 K. 125 'namque . . . memini' Probi inst. I 7, 1 'namque s. O.' Probi inst. I 10, 3 125. 127 (om. 126) 'namque . . . senem' Arusianus p. 245 L. 'memini me turribus altis Corycium vidisse senem' (om. 126) Agroetius 2268 anon. de orthogr. 2791 P. Servius Aen. II 12 'memini Corinthium vidisse senem' gloss. in Barthii adv. XXXVII 14 126 schol. Hor. carm. II 6, 9 127 sq. 'cui . . . ruris' Servius Aen. II 357 127 'Corycium v. s.' schol. Lucani III 226 'Corycium v. s. memini' schol. Lucani VIII 26 129 Nonius 395, 17 'nec . . . seges' Servius ge. I 47 130 'hic . . . holus' Nonius 379, 26

VARIA LECTIO.

122 Crefc& *c* fero *γ*2*a*2*c* fero (o *e corr. in ras.*) *γ* fero (o *fort. corr. ex* a) *a* COMANTE (M *m. sat. ant.*) *F* 123 Narcifum *a* . . aut (a *m.*2 *in ras.*) *γ* TACUISSE (M *m. sat. ant.*) *F* TCAUISSEM *M* achanti *γabc* 124 Pallantif *b*1 QUE *om. F* HERAS *P* amantef *c* LITORE (E *m. rec. corr. in* A) *P* litora (a *e corr.*) *γ* 125 OEBALLIAE *M* oebaliae (o *m.*2) *γ* oebalię (ię *in ras.*) *a* Oebalia *Probi inst.* I 7, 1 ARCIS *P,b*2 *in ras.*, *Arusianus* 'Oebalia arx ab Oebalo dicitur' *e. q. s. Probus* 'Oebaliam arcem Tarentinam dicit' *e. q. s. Philargyrus* 'arce sub Oebalia' *Corippus de laude Iustin.* III 94 altif (lt *m.*2) *γ* ALTIS *Fac*, *Agroetius*, *anon. de orthogr.*, *Servius: itaque legisse videtur Claudianus in Prob.* 260 AUTIS *M* 126 humectat *ac* FLAVENITA *P* galefuf *γc*, *Acron* 127 coricium *γ* Corinthium *gloss. Barth.* 128 ingę *γ* IURIS *M* fertilef *γ* 129 Cereri *Salmasius exerc. Plin.* 366: *cf.* II 229 PECORI *MPyabc* *Nonius*, *Servius* ge. I 47 oportuna *abc* SEDES *P* comoda *γ* 130 dulis *Nonii exempl.* oluf *γ* oluf *b* holof *c* 131 praemenf *bc*

a **aequabat** opes animis, seraque revertens
domum dapibus menses onerabat inemptis.
is **vere rosam** atque autumno carpere poma,
m **tristis** hiemps etiamnum frigore saxa
eret et glacie cursus frenaret aquarum,
omam mollis iam tondebat hyacinthi
em increpitans seram zephyrosque morantis.
apibus fetis idem atque examine multo
is abundare et spumantia cogere pressis
favis: illi tiliae atque uberrima pinus,
ue in flore novo pomis se fertilis arbos
rat, totidem autumno matura tenebat.
tiam seras in versum distulit ulmos

—

IA.

:gum . . . animo.' Servius in Aen. I 141 133 'dapibus . . .
chol. Hor. epod. 2, 48 135 'et . . . hiemps' schol. Iuve-
ß 136 'glacie . . . aquarum.' Macrobius Sat. VI 6, 18
estatem i. s.' Nonius 329,14 Probi inst. I 1, 1 Acron ad
I 38, 4 Servius Aen. I 738 XII 758 139—141 'ergo . . .
:chius II 5 139 sq. 'ergo . . . abundare.' Nonius 41, 17
. 'et spumantia . . . favis.' idem 365, 4 142 sq. Acron
irm. III 1, 30 144 Nonius 284, 27 Servius Aen. V 119

—

:TIO.

quabat γ ANIMIS *MPγbc*, *Servius* animif (if *in ras.*) *a*
Servii Aen. I 141 *excmpl.* fera *in ras. b* fera . . . γ 133
honerabat *c* INEMTIS *M* inemptif (emp *in ras.*) *b* 134
1.2 *corr. ex* u, *ut vid.*) γ 135 ETIANNVM *P* etiamnum γ1,
γ2*abc* frigora *c*1 136 RVMPERIT *P* glaciae γ gla-
137 IAMTVMTONDEBAT *Pac* iam tundebat γ HYACINTHI
r., in mg. m. rec., col. rubro: ACHANTI) *M* hiacinti γ hya-
ıanti *a*1*c*, iachinti *a*2 138 aeſtat.em γ increpitaſ γ ze-
MORANTES *Mc* 139 fetuſ γ1 idem atque] IDEMQVE *P*
(o *m.*2) γ 140 habundare *a* 141 ILLIC *P* ill' γ TELIAE
uberri.a *c*1 '*ipsius autem manu duplex fuit scriptura:*
inus uberrima' *Philargyrus: cf.* 112 142 QVODQVE *Pγ*
in ras.) *ab* 143 MATURE *M* 144 eraſ γ in uerſum
s, testatur Servius INVERSUM *continuant Mac* in versu
. V 119 *excmpl.* IN VENTVM *P*

ecduramque pirum et spinos iam pruna ferentis
iamque ministrantem platanum potantibus umbras.
verum haec ipse equidem spatiis exclusus iniquis
praetereo atque aliis post me memoranda relinquo.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
addedit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum sonitus crepitantiaque aera secutae
Dictaeo caeli regem pavere sub antro.
solae communis natos, consortia tecta
urbis habent, magnisque agitant sub legibus aevom,
et patriam solae et certos novere penatis;
venturaeque hiemis memores aestate laborem
experiuntur et in medium quaesita reponunt.
namque aliae victu invigilant et foedere pacto

TESTIMONIA.

145 'eduram . . . spinos' Charisius 117 'eduramque p.' Servius Aen. VIII 610 ecl. VII 32 147 sq. 'atque ea quae quondam spatiis exclusus iniquis, Cum caneret laetas segetes et munera Bacchi, Et te, magna Pales, nec non caelestia mella, Vergilius nobis post se memoranda reliquit' Columella de re r. X 2 sqq. 151 sq. 'crepitantia . . . antro' Servius ge. IV 66 151 'Curetum . . . aera.' Macrobius Sat. V 19, 12 152 Columella de r. r. IX 2, 4 Servius Aen. III 171 154 'magnisque . . . aevum' Arusianus p. 212 L. 156 sq. 'aestate l. e.' Arusianus p. 226 L. 157 'et . . . reponunt' Arusianus p. 238 L. 158 'namque aliae victu inu.' Asper 112, 22 K. Priscianus 778 P. 'invigilant victu' Arusianus p. 239 L.

VARIA LECTIO.

145 ETDVRAM *P* EDVRAM *Myabc cum ceteris testibus* PINUM *M* pyrum *c* SPINVS *P* spinos *testatur Charisius* ferentef *γ2c* 146 PORTANTIBVS *P* 147 IPSA *M* quidē *a* quidē *bc* iniquif (f *m.2 in ras.*) *γ* 148 poſt me memoranda *χ* poſt me memoranda (memoranda *in ras.*) *b* POSTMEMORANDA *MPγa* poſt cōmemoranda *c* relinquo *in ras. b* 149 naturaſ *superscr. a* iupiter *bc* ipſae *γ* 150 addedit *γ1* ADDIDIT *MPabc* 151 Curaetū *b* AERE *P* 152 Dictheo *γ* 153—169. 170—174 *F* 153 COMMUNES *Mc* LATO (S· *col. rubro*) *M* conſotia *c* 154 QUE *om. P* legebuſ *c1* aeuom *γb* AEUM *Mac* 155 AT (E *m. ant., fort. eadem*) *F* et *alterum om. c* PENATES *FMγabc* 156 HIEMES *M* .emiſ *γ* laborē (ē *in ras.*) *a* laborum *c* 157 IM *P* 158 invigilant victu *Arusianus* FOERE (*sup. m.2*) *F*

exercentur agris; pars intra saepta domorum
Narcissi lacrimam et lentum de cortice gluten
prima favis ponunt fundamina, deinde tenacis
suspendunt ceras; aliae spem gentis adultos
educunt fetus; aliae purissima mella
stipant et liquido distendunt nectare cellas.
sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
inque vicem speculantur aquas et nubila caeli,
aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
ignavom fucos pecus a praesepibus arcent.
fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
cum properant, alii taurinis follibus auras

TESTIMONIA.

160 'et . . . gluten' Charisius 106 161 sq. 'deinde . . . ceras' Priscianus 777 P. 164 'liquido . . . cellas.' Probus 11, 17 K. 165 Priscianus 1006. 1011 Alcuinus 2123 P. 167 Maximus Vict. de carm. hor. 5 Diomedes 412 P. 'suscipiunt onera venientum' de gen. nom. 90 H. 168 Nonius 33, 19. 160, 6 Isidorus orig. XII 8, 3 thes. nov. lat. in A. Mai auct. class. VIII 214 'ignavum pecus . . . a praesepibus arcentur' Columella de r. r. IX 15, 1 169 'redolent . . . mella' Isidorus orig. XVII 9, 12 Diomedes p. 301 P. 171 'taurinis f.' Servius Aen. IX 706

VARIA LECTIO.

159 fepta *γac* 160 Narcifi *a* GLUTEN *M* glutem *γ1* 161 TENACES *Mγ2c* tenacis *testatur Priscianus* 162—164: *cf. Aen.* I 431 *sq.* 162 caeraf *γbc* alia. (a *corr. in* e) *γ* 163 DVRISSIMA *M* mella (a *m.2*) *γ* 164 Stipent *c1* ETA *F* GELLAS *P* 165 portam *Alcuinus* CAECIDIT *F* CAECIDIT *M* forte *χ* sorti *testantur Priscianus et Alcuinus* 167—169 = *Aen.* I 434—436 168 ignauom *γ* IGNAUUM *FMabc* . . . focof (*eras. fort.* aut) *γ* fucof (f *e corr.*) *b* fpecuf *γ* praefepib; arcent (epib; arcent *in ras.* *γ* pecuf — arcent f — arcent *in ras.* *b* iurget vel arcet *thes. nov. lat.* 169 FERVET *MPγabc*, *testatur Servius ad Aen.* I 436 FERVIT *F1*, *testatur Philargyrus* redolen *b* FRAGLANTIA *FMγ* fraglatia *b* FLAGRANTIA *Pac2*, *Diomedis Par. A, Mon.*: *cf. Servius ad Aen.* I 436 fragrantia *c1* 170 LENTE *P* LENTI (S *prope evanuit*) *F* ciclopef *c* fulmina *γ2*, flumina *γ1* 171—175: *cf. Aen.* VIII 449—453 171 ALITI *F* araf *a*

accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt
aera lacu; gemit inpositis incudibus Aetna;
illi inter sese magna vi bracchia tollunt
in numerum, versantque tenaci forcipe ferrum:
non aliter, si parva licet componere magnis,
Cecropias innatus apes amor urguet habendi
munere quamque suo. grandaevis oppida curae
et munire favos et daedala fingere tecta.
at fessae multa referunt se nocte minores,
crura thymo plenae; pascuntur et arbuta passim
et glaucas salices casiamque crocumque rubentem
et pinguem tiliam et ferrugineos hyacinthos.
omnibus una quies operum, labor omnibus unus:
mane ruunt portis; nusquam mora; rursus easdem
vesper ubi e pastu tandem decedere campis
admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant;
fit sonitus mussantque oras et limina circum.

TESTIMONIA.

176 Nonius 257, 21 'si . . . magnis' Servius Aen. II 496 179 'daedala tecta.' Macrobius Sat. V 17, 15 181 'crura t. p.' Arusianus p. 251 L. 'thymo p.' Diomedes p. 291 P. 'pascuntur . . . passim' Pompeius p. 309 L. 182 Nonius 202, 11 'crocumque r.' Charisii exc. p. 548 K. schol. Iuvenalis VII 208 183 'et f. h.' Nonius 519, 6 184 'omnibus . . . operum' Arusianus p. 257 L. 185 'mane r. p.' Probi inst. I 9, 2 Cledonius 1923 P.

VARIA LECTIO.

172 ALI *P* alii. *γ* 173 impofitif *c* AETNA *Mb* &na *γ* &hna *ac* ANTRVM *FP ut Aen.* VIII 451 174 ILLIS *F* brachia *c* 175 uerfan^{t} *γ* fo^{r}cipe *c* 176 aliter] ALICET *P* fiparua *in ras. b* 177 Cecropeaf *γ2ac* URGET *M* urg^{u}& *γ* urg.& *a* 178 Munera *a1* grandeuif *γc* opida *c* 179 dedala *γ* 180 AD *Pγ1ab1* 181 *Hinc redit R* plena *c1* 182 salicis *Nonii exempl.* CROCVM (VM *in ras.*) *R* 183 PINGEM *P* TILIAN^{M}A *M* thiliã *c* taliam *ut vid. γ1* hyacint^{r}of *γ* hyacincthof *b* iacyntof *c* 184 OMNIB·Q *M* que^{i}f *γ* 185 NVMQVAM *P* 186 DECEDEDRE *M* decere^{de} *c* 187 TVNC CORPORA *MP* (*siquidem huc spectat Fogginii testimonium*) 188 mu^{r}fant *γc*

post ubi iam thalamis se composuere, siletur
in noctem, fessosque sopor suos occupat artus.
nec vero a stabulis pluvia impendente recedunt
longius, aut credunt caelo adventantibus curis;
sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur,
excursusque brevis temptant, et saepe lapillos,
ut cumbae instabiles fluctu iactante saburram,
tollunt; his sese per inania nubila librant.
illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
quod neque concubitu indulgent, nec corpora segnes
in Venerem solvunt aut fetus nixibus edunt;
verum ipsae e foliis natos, e suavibus herbis

TESTIMONIA.

189 sq. 'siletur in n.' Arusianus p. 239 L. 'fessos . . . artus' Servius Aen. VI 610 190 'sopor . . . artus' Servius ge. III 244 193 Priscianus 828 Eutychius II 12 'sub . . . aquantur' Nonius 87, 8 197 sqq. 'utrum examina, tamquam cetera videmus animalia, concubitu sobolem procreent an heredem generis sui floribus eligant, quod affirmat noster Maro' Columella de re. r. IX 2, 4 197 Servius ge. IV 5 198 'quod nec concubitu indulg.' Asper 112, 21 K. Gellius IV 16 'neque concubitu i.' Arusianus p. 234 L. 'concubitu i.' Priscianus 778 P.

VARIA LECTIO.

189 cumpofuere γ1 190 SVOS (*nominativo*) *R* fuoſ γ SVVS *MPbc* ARTVVS *P* occupat artuſ (patartuſ *in ras.*) *b* 191 impende te γ RECEDVNT *M* 192 ADVENTANTIBVS *L m. rec. corr. in* B *R* 193 TOTAE *P* muenibuſ γ1 AEQUANTUR *M* equantur γ1 194 EXCVSSVS *M* TEMPTANT (*N rubr.*) *M* 195 CVMBE STABILES (*Y rubr.*) *M* c. inſtabileſ (u *m.*1 in) γ cymbae inſtabileſ *c*, (y *in ras.*) *b* FLATV *P* SVBVRRAM *M* 196 HISESE *M* hiſ eſe, *in mg.* aſ iſ ſaepe, γ 197 adeo . . (o *fort. m.*2, *erasa fort.* m) γ mirabere (a *m.*2) γ 198 neque] DEC *M* nec *bc*, *Asper*, *Gellius* nec (*in mg.* aſ neq.) γ ne *Arusiani Ambr.* hae *eiusdem Gu.* INDVLGENS *M* SEGNIS *M* REGNIS *P* 199 feſtuſ γ1 nixibus *testatur Servius* niſibuſ γ2 nexibu. γ1 NEXIBVS *R* NEXIB· *M* NECSIBVS *P* 200 IPSEEFOLIIS *M* ipſe e foliiſ γ IPSAEFOLIIS *Pc* E *MP* et (=ec) *ybc* SED *R*

ore legunt, ipsae regem parvosque Quirites
sufficiunt, aulasque et cerea regna refigunt.
*saepe etiam duris errando in cotibus alas
*attrivere, ultroque animam sub fasce dedere:
*tantus amor florum et generandi gloria mellis. 205
ergo ipsas quamvis angusti terminus aevi
excipiat (neque enim plus septima ducitur aestas),
at genus immortale manet, multosque per annos
stat fortuna domus, et avi numerantur avorum.
praeterea regem non sic Aegyptos et ingens 210
Ludia nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes

TESTIMONIA.

201 'Quirites' Macrobius Sat. VI 6, 19 202 'aulas . . . regna' Servius Aen. XII 589 203 sq. 'saepe . . . attrivere' Aldhelmus in A. Mai auct. class. 588 Servius ge. IV 161 204 'ultroque . . . dedere.' Nonius 312, 20 Servius ge. IV 214 205 Servius ge. IV 5 206 sq. 'ergo . . . excipiat.' Nonius 293, 29 207 'neque . . . aestas' Arusianus p. 253 L. 210—212 'praeterea . . . observant' Donatus adelph. prol. 2 Pseudoasconius ad Cic. Verr. I 46 210 sq. 'praeterea . . . Lydia' Probus 66, 1 K. 211 'aut M. H.' Probus 66, 4 schol. Hor. carm. I 22, 8

VARIA LECTIO.

201 ore (e *m.2 in ras.*) *γ* ipſe *γ* parvos] PARVLVM *M* 202 AVLAS *M* cerea *γ* REFIGVNT *Myc Servius, Philargyrus* REFINGVNT *Rb* RELINGVNT *P* 203—205 *post* 196 *poni iussit Io. Schraderus: paulo etiam aptius post* 218 *collocari videntur, sed omnium maxime probabile est, quod suspicatur Wagnerus, absoluto iam opere in marginem illos versus a poeta coniectos esse: cf. lect. Verg.* 7. *Cetorum non interpretatur eos Philargyrus.* in duris errando cotibus *Aldhelmus* 204 ATTRIVERE·RE *M* Atriuere *γ* ultro *γ* animas *Nonii excempl.* SVFFASCE *P* dederunt *Servius ad v.* 214 205 florum (m *m.2*, u. *m.1*) *γ* 206 ANGVSTE *P* AEVIS *P* 207 EXCIPIAM *M* PLVS (RIVS *m.1*, *corr. col. rubro*) *M* SAEPTIMA *M* 208 ad *γ*1 ET *R* 'et, *alibi* at: *potest abundare coniunctio*' *Philargyrus* INMORTALE *Mb* 209 domoſ *c* 210 PRAETERĒA *M* AEGYPTVS *Rybc* AEGYPTIOS *P* 211 LVDIA *R* LYDIA *MPb* Lidia *γ* PARTORVM (II *m.2*) *R* Lidia parthorum nec populi aut *c* ET (*corr. col. rub.*) *M* HYDASPES (Y *in ras.*) *R*

observant. rege incolumi mens omnibus una est;
amisso rupere fidem, constructaque mella
diripuere ipsae et crates solvere favorum.
ille operum custos, illum admirantur et omnes
circumstant fremitu denso stipantque frequentes,
et saepe attollunt umeris, et corpora bello
obiectant pulchramque petunt per volnera mortem.

His quidam signis atque haec exempla secuti
esse apibus partem divinae mentis et haustus
aetherios dixere; deum namque ire per omnia,
terrasque tractusque maris caelumque profundum;
hinc pecudes armenta viros, genus omne ferarum,
quemque sibi tenuis nascentem arcessere vitas;

TESTIMONIA.

212 sq. 'rege . . . fidem.' Seneca de clem. I 4, 2 epist. 114, 23 215 sq. 'ille . . . circumstant.' Nonius 347, 24 218 'pulchramque . . . mortem.' Nonius 367, 8 219 Iulius Rufinianus p. 229 R. 221 sq. 'deum . . . profundum' Minucius Felix Octav. p. 40 (ed. Heidelberg. 1560) Augustinus de civ. dei IV 11 221 'per omnia deum ire ipsi adserunt et omnia in virtute eius consistere. vim et maiestatem eius per omnia elementa penetrare, terras caelum maria.' Ambrosius de offic. I 13 224 Servius Aen. IV 705

VARIA LECTIO.

212 rege, *in mg.* at regē γ incolume γ1 incolomi *b*1*c*1χ menſ. γ est *om. Seneca de clem.* 214 crateſ (c *in rasura*) γ FAUO-
V UM N
REM *M* fauorum (u *pr. m.*2 *in ras.*) γ 215 ILLE ADMIRATUR *M* il-
v
lum admiranteſ (ſ *corr. in* r) γ illum admiratur *Nonii exempl.* 216
qu
FREMITVS *P* frementeſ (menteſ *in ras.*) *b* 217 adtollunt *c* . hu-
meriſ *c* PECTORA *P*: *cf.* 83 218 pulchram . . . mortem = *Aen.* XI
v
647 uolnera γ VVLNERA *MRc* 219 EXSEMPLA *P* 220 PATREM
v
P auſtuſ γ hauſtiſ *c* 221 per (er *m.*2) γ omnia *secundum Ambrosium Peerlkampus in Verg. Aen. vol.* II *p.* 21: *probavit Lachmannus Lucr.* 72 OMNIS *MPRγb*, *Augustinus* om̃ſ *c* 222 = *ecl.* IV
RUM
51 TERRASQ· (*corr. col. rubro. M* 223 HIC *R* uiruſ γ1
v
GENTVS *P* genoſ γ 224 SIBI *m.*2 *sup. R* TENUES *M* ACCERSERE
R acceſſere γ1, arceſſere γ2 *et in mg.* uitaſ arceſſere *c*

scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri 225
omnia, nec morti esse locum, sed viva volare
sideris in numerum atque alto succedere caelo.

Siquando sedem augustam servataque mella
thensauri relines, prius haustu sparsus aquarum
ore fove, fumosque manu praetende sequacis. 230
illis ira modum supra est, laesaeque venenum 236
morsibus inspirant, et spicula caeca relinquont
adfixae venis, animasque in volnere ponunt. 238

TESTIMONIA.

225 schol. Stat. Theb. VI 112 228 'si . . . augustam' Maximi Victorini de fin. glossator 19 p. 466 Endl. 238 Macrobius Sat. VI 6, 19 'animasque . . . ponunt' Nonius 232, 33 schol. Iuvenalis IV 91 Servius Aen. IX 687 ge. IV 79

VARIA LECTIO.

225 .huc (hu *e corr.*) *γ* huc̣ic̣ *c* ac] hac *γ* refolita *γ* REFERRE (I *rubr.*) *M* 227 *hic om. sequitur post v.* 236 *ima pagina c* 227 INNVMERVM *continuat R* SE-CONDERE *R* 228 AVGVSTAM *Pγbc*2 *testatur Servius* AUGUSTA *M* ANGVSTAM *Rc*1 feruate *γ*1 229 THENSAVRI *P: sigmatismi causa praetuli.* THENSAVRIS *Rγ*1 Thefaurif (he *in ras.*) *b* THESAURIS *Mγ*2*c*, *Servius*, *Philargyrus* RETINES *P* ASTU *M* hauftuf *in ras. b* auftuf *γ* parfuf *γ*1 fparfuf *γ*2 230 ORE *PR* ORE *M* orae (a *eras.*) *γ* Ora *c*, (a *in ras.*) *b* FAUE (*corr. col. rubro*) *M* foue (o *m.*2) *γ* 'ore fove . . . *alii* ore fave *legunt*' *Servius* ore fave *Philargyrus. In constituenda lectione* ore fove *magis librorum auctoritatem quam sententiae incertissimae indicia secutus sum. Nam et purgari aqua os apiarii et irrigari infusa aqua alvearium iubere poterat poeta.* SINV *P quod de vase patulo intellectum duplici modo versui accommodari potest scribendo vel:* ore fove et fumos sinu praetende s. *vel:* ore fove fumosque e sinu tende s. *Ceterum* manu *si retineas, saltem dativus interpretandus est: cf. Columella* IX 15 SEQVACES *R γ*2*bc* *Ordinem versuum* 228—259 *restitui, qualis saltem intellegi posset, quamquam ne sic quidem omnia sana esse puto. In transponendis versibus* 236—38 *post* 230 *praeiverunt Schraderus et Duebnerus.* 236 lefae *γ* 237 RELINQVVNT *Rγbc* RELINCVNT *M* 238 Adfixa *c*1 VVLNERE *Mb*, *Servius*, *Nonii Genev. et Medic.*, *Macrobii Salisb.* VVLNERA *Rc*, *Nonii et Macrobii ω*, *schol. Iuvenalis* uolnera *γ*

bis gravidos cogunt fetus, duo tempora messis: 231
Taugete simul os terris ostendit honestum
Pleas et Oceani spretos pede reppulit amnis,
aut eadem sidus fugiens ubi piscis aquosi
tristior hibernas caelo descendit in undas. 235
quo magis exhaustae fuerint, hoc acrius omnes 248
incumbent generis lapsi sarcire ruinas,
complebuntque foros et floribus horrea texent. 250
sin duram metues hiemem parcesque futuro 239
contussosque animos et res miserabere fractas:
at suffire thumo cerasque recidere inanis
quis dubitet? nam saepe favos ignotus adedit
stelio et lucifugis congesta cubilia blattis

TESTIMONIA.

232 'Taygete' Probus 67, 29 K. 248—250 non interpretatur Servius 239 sq. Priscianus 1132 P. 241 sq. 'at . . . dubitet' Priscianus 627. 830 thes. nov. latin. in A. Mai auct. class. VIII 205 241 Priscianus p. 905 P. 242 sq. 'nam . . . stelio' Servius Aen. V 795 243 'sic nec venenatus stelio nec obscenum scarabei vel papilionis genus lucifugaeque blattae, ut ait Maro, per laxiora spatia ianuae favos populantur' Columella de re r. IX 7, 5

VARIA LECTIO.

231 FETUS *MR, in ras. b, quod propter* 163 *et* 199 *displicere possit* fa&uſ *γ* FLORES *P: cf.* 250 'fetus; flores *emendatum fuit' Philargyrus* tempore *γ*1 meſſeſ *b*1 232 TAVGETE *PR* TAYGETE *Mb, Probi exempl.* Taygetae *c* Ta.getef (ſ *erasa*) *γ* 233 PLEAS *P* PLIAS *Mγ* PLEIAS *Rb* Pleyaſ (ey *in ras.*) *c* ſpraetoſ (ſ *prior m.*2 *add.*) *γ* ſp̄toſ *c* ſpretoſpederep *in ras. b* repulit *c* amneſ *bc* 234 piſciſ. *γ* 248 maxiſ *γ*1 exauſtae *γ* FUERUNT *M* FVERIT (*corr. m. ead.*) *P* om̄iſ *c* 249 LABSI *P* ſarcire ruinaſ (arcire ruinaſ *in ras.*) *b* 250 COMPLEBVNT (T *vel erasa vel in ras.*) *R* conplebunt *γ* FLORIBVS HORREA (IBVS *et* H *dimidiata in ras.*) *R* floribuſorea *γ* TEXINT *P* tex.ent *γ* 239 METVENS *Rγ*1 hiemem, parces (*ut hinc apodosis incipiat*) *Priscianus* parceſ (r *in ras.*) *b* 240 contuſſoſ *γ*1 CONTVSOS *MPRbc* miſſerabere *γ*1 241 at (t *e corr.*) *γ* AVT *M* ſuffire *γbc*, *Priscianus* SVFFERE *P* SVFFERRE *MR* THYMO *Rγc* THUMOS *M* FAVOS THYMO *P* caeraſ *b* recidere (i *in ras.*) *b* INANES *Mbc* 242 IAM *P* ADHAESIT *R* dedit *γ*1 adedit *testatur Servius* 243 STELIO *MR*, *Lachmannus Lucr.* 33 ſtelio *γbc* STELLIO *P* lucifugeſ *γ*1 blatiſ *γ*

immunisque sedens aliena ad pabula fucus;
aut asper crabro inparibus se immiscuit armis.
aut dirum tiniae genus, aut invisa Minervae
laxos in foribus suspendit aranea cassis.

Si vero, quoniam casus apibus quoque nostros
vita tulit, tristi languebunt corpora morbo —
quod iam non dubiis poteris cognoscere signis:
continuo est aegris alius color; horrida voltum
deformat macies; tum corpora luce carentum
exportant tectis et tristia funera ducunt;
aut illae pedibus conexae ad limina pendent,
aut intus clausis cunctantur in aedibus, omnes
ignavaeque fame et contracto frigore pigrae.
tum sonus auditur gravior, tractimque susurrant,
frigidus ut quondam silvis inmurmurat auster,

TESTIMONIA.

244 Nonius 30, 12 Servius Aen. XI 460 246 sq. 'invisa . . . casses' Probus 68, 1 K. 246 'aut . . . genus' Nonius 285, 5 247 Nonius 192, 12 255 sq. 'tum . . . ducunt' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 90 Isidorus orig. XI 2, 35 255 'et corpora l. c.' Donatus ad Ter. hec. III 4, 27 256 'exportant . . . tristia' Marius Plotius p. 263 G. 260 'tractimque s.' Charisius 196 Priscianus 1005 P. Probi inst. I 9, 10 261 Servius Aen. V 595

VARIA LECTIO.

244 immunif *γbc* fedef^{n} *γ* SIDENS *P* P$\overset{AB}{\text{Θ}}$GULA *M* fucuf (uf *m.2*) *γ* 245 CRABRO^{SCA} *M* crabo^{r} *b* imparibuf *c* INMISCVIT *MRγbc* 246 durum *c*, *testatur Nonius* tineae *γ2c* 247 in foribus laxos *Probi Egnatiana* (*lacuna in Vat. Par.*) CASSES *MRc* caffef . . . . . *γ* aranea caffef *in ras. b* 251 Si^{n} *γ* qm̃ *γ* qu̅ *c* cafibuf (ib *eras.*) *γ* NOSTRIS *R* 254 AEGRIS COLOR^{ALIUS} *M* HORRIDAVVLTVM *Rbc* HORRIDV^{A}S ALIA UULTUM *M* ^{h}orrida uo^{v}ltum *γ* 255 tum] et *Donatus ad Ter. hec.* CARENTEM^{U} *M* 257 ille *γ* conexe *γ* PE^{N}DENT *Rγ* 259 IGNAVA *PR* FAMA *R* FAMAE *R* pigre. *γ* 260 TVNC *P* SONITUS *M* foNuf (Nu *in ras.* 3 *vel* 4 *lit.*) *b* fu-fo^{v}rrant *γ* 261 condam *γ*

ut mare sollicitum stridit refluentibus undis,
aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis:
hic iam galbaneos suadebo incendere odores
mellaque harundineis inferre canalibus, ultro
hortantem et fessas ad pabula nota vocantem.
proderit et tunsum gallae admiscere saporem
arentisque rosas aut igni pinguia multo
defruta vel psithia passos de vite racemos
Cecropiumque thymum et grave olentia centaurea.
est etiam flos in pratis, cui nomen amello
fecere agricolae, facilis quaerentibus herba;
namque uno ingentem tollit de caespite silvam,
aureus ipse, sed in foliis, quae plurima circum
funduntur, violae sublucet purpura nigrae;
*[saepe deum nexis ornatae torquibus arae]

TESTIMONIA.

267 Priscianus 891 P. Arusianus p. 262 L. 268 'quamvis vina dixerit Vergilius' Diomedes p. 316 P. 269 'defruta' Diomedes p. 316 P. 270 'grave o. c.' schol. Persii III 89 271 sq. 'cui . . . agricolae' Iulius Rufinianus p. 248 R. 271 'cui nomen a.' Arusianus p. 248 L.

VARIA LECTIO.

262 MARES *R* MA *P* STRIDET *Rγ2bc* 263 rapiduſ . . *γ* INGENS *M* 264 HIC *M* CALBANEOS *R* honoreſ (n *corr. in* d) *γ* 265 ARVNDINEIS *R* harundineſ *γ* HARVNDINIBVS *P* 266 FESSIS *M* feſſa. *erasa* ſ *ut vid.*) *γ* AT *M* ad (a *e corr.*) *γ* papula *b* 267 profuit *Prisciani exemplaria excepto Carolir.* TVNSVM *PRγc*, *Prisciani ω*, *Arusiani codd.* tunſum uſ *in ras.*) *b* TVSVM *M* tussum *et* tusum *Prisciani φ* admiſce *c* 268 Arenteſ *b* 269 defru . ta *γ* PSITHAECA *R* PSITIAE (E *m.2 add. ut vid.*) *M* pſitiae (p *m.2 add.*) *γ* pſithia (thia *in ras.*) *b* 270 Cicropeum *c* thimũ *c* grani *γ* CENTAVREA *M* centauria *c* 271 AMILLO *P* 272 herba *γ* 273 CESPITE *R* ceſpitae *γ* 274 INE *P* que *γ* 275 SVBLVCE (T *rubr.*) *M* 276 *damnaverunt Iahnius et Weichertus, secundis curis a porta in marginem coniectum esse suspicatur Wagnerus. Non interpretantur hunc versum Servius et Philargyrus.* deum hinc nexis *Burmannus* ornate *γ*

asper in ore sapor; tonsis in vallibus illum
pastores et curva legunt prope flumina Mellae.
huius odorato radices incoque Baccho,
pabulaque in foribus plenis adpone canistris.
Sed siquem proles subito defecerit omnis,
nec genus unde novae stirpis revocetur, habebit,
tempus et Arcadii memoranda inventa magistri
pandere, quoque modo caesis iam saepe iuvencis
insincerus apes tulerit cruor. altius omnem
expediam prima repetens ab origine famam.
nam qua Pellaei gens fortunata Canopi
accolit effuso stagnantem flumine Nilum
et circum pictis vehitur sua rura phaselis,
**et viridem Aegyptum nigra fecundat harena,
**et diversa ruens septem discurrit in ora

TESTIMONIA.

277 'asper . . sapor' Nonius 241, 3 279 'huius . . . incoque' Probi inst. I 6, 8 283 sq. 'tempus . . . pandere' Servius ge. I 14 284 '(sunt qui putent) . . . in totum vero amissas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis, Vergilius iuvencorum corpore exanimato' Plinius nat. hist. XI 20, 70 285 'insincerus . . . cruor' Charisius 61 285 sq. 'altius . . . famam.' Nonius 237, 18 287 sq. schol. Lucani III 233 287 Probus 66, 7 K. 'nam . . . fortuna' (sic) schol. Lucani V 60 'gens f. C.' schol. Lucani X 61 289 schol. Hor. carm. III 2, 29 'pictisque phaselis' Isidorus orig. XIX 1, 17 291 Eutychius II 5 Servius Aen. IX 31

VARIA LECTIO.

278 et] EN *M* prope] PER *R* pro[pe] *γ* flumina (i *in ras.*) *b* MILLAE *P* MELLAE *M* amelle *c* Mellae *Servius*, *Philargyrus* 279 odorato *γ* INCOQ· *M* inquoque *γ*, *Probi inst.* 280 EXPONE *R* appone *c* 281 fiquẽ qem (quẽ *cras.*) *γ* fiquidem *c* 282 unde (u *m.*2) *γ* HABEBIS *Pb*1 HABENIS *R* 283 arcadii. (*cras.* m) *γ* archadii *bc* 284 ceffif (f *pr. cras.*) *γ* 287 QUA *M* que *γ* PELLEI *Mb* pelei *c* furtunata *c* 288 ACCOLLIT *M* 289 circum pectif *c*1 pictis circum *schol. Hor.* 290 291 292 293 *Pbc* 290 292 293 291 *R* 290 292 291 293 *Mγ*. *Versum* 291 *Servius*, 293 *interpretatur Philargyrus. Suspicor solum v.* 290 *a prima poetae manu esse, qui secundis curis in vicem versus* 289 *varia temptaverit nec in schedis suis constituerit utrum cum v.* 293 *versus* 291 *an* 292 *in locum illum succederet: cf. lect. Verg.* 8 291 FECVNDVT *P* arena *γ* 229 HORA *M*

*usque coloratis amnis devexus ab Indis,
quaque pharetratae vicinia Persidis urguet,
omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
exiguus primum atque ipsos contractus in usus
eligitur locus; hunc angustique imbrice tecti
parietibusque premunt artis, et quattuor addunt,
quattuor a ventis obliqua luce fenestras.
tum vitulus bima curvans iam cornua fronte
quaeritur; huic geminae nares et spiritus oris
multa reluctanti opstruitur, plagisque perempto
tunsa per integram solvontur viscera pellem.
sic positum in clauso linquunt, et ramea costis
subiciunt fragmenta, thymum casiasque recentis.
hoc geritur zephyris primum impellentibus undas,
ante novis rubeant quam prata coloribus, ante

TESTIMONIA.

293 'coloratis . . . Indis' Servii ars p. 520. 531 L. 294 Nonius 327, 21 300 'huic g. n.' de gen. nom. 89 H. 301 sq. 'plagis . . . pellem.' Nonius 368, 30 303 sq. 'et ramea . . . fragmenta' Nonius 387, 10 306 Iulius Rufinianus p. 233 R.

VARIA LECTIO.

293 UTQUE *M* COLORTIS (*corr. m. rec.*) *R* MANIS *P* 290 PHARETRA^{TAE} *M* phar&rathae (at faretre) *γ* faretrate *c* confinia *Bentleius ad Lucan.* II 435 URGET *Myb* 294 OMNIB^{S} *M* HANC *R*, *Nonii ω excepto Basil.* CERTE^{AM} *M* IACET *PR* iac& *γ1* iacit *testantur Nonius et Servius* 295 ADQVE *R* IPSOS *superscr. M* contractoſ^{v} *c* IN *P* IN^{AD} *M* AD *Rybc* 296 elegitur *γ1* imbrice *γ* 297 ARTES *R* 299 UIMA^{B} *M* coruanſ^{v} *γ* CORNVA (R *in ras.*) *R* 300 hic^{n} *b* narif *c1* 301 reluctanti (i *m.*2) *γ* OBSTRVITVR *Pbc* OBSTRvITVR (*corr. m.*2) *R* obstrit^{z} *m.*2 *in ras.* (obstruit^{z} *in mg.*) *γ* OPSUITUR *M* 302 Tunſa (*in mg.* at tuſa) *γ* INTÉGRAM (*apice rubro*) *M* SOLVVNTVR *MRybc* PÆLLEM *M* 303 LINQVNT *R* linguntq *γ* LINQVVNT *MPbc* 304 fracmenta . . . . . *c* thimum *b* recenteſ *γ2bc* 305 IMPELLENTIB· *Mbc* 306 NOVII (I *alt. m. cad. corr. in* S) *P* ÈT ANTE *M* ETANTE *R*

garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.
interea teneris tepefactus in ossibus umor
aestuat, et visenda modis animalia miris,
trunca pedum primo, mox et stridentia pinnis,
miscentur, tenuemque magis magis aëra carpunt,
donec ut aestivis effusus nubibus imber
erupere aut ut nervo pulsante sagittae,
prima leves ineunt siquando proelia Parthi.

Quis deus hanc, musae, quis nobis extudit artem?
unde nova ingressus hominum experientia cepit?
pastor Aristaeus fugiens Peneia Tempe
amissis, ut fama, apibus morboque fameque
tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis

TESTIMONIA.

307 Nonius 316, 12 309 sq. 'et . . . primo' Arusianus p. 265 L. 310 'trunca p.' Claudius Sacerdos II 30 Probi inst. II 1, 49 'trunca p. primo' Servius ge. IV 257 312 Probi inst. I 9, 3 315 sqq. 'quarti (georgicorum libri) finis est de Orpheo et Aristaeo non otiosa narratio' Macrobius Sat. V 16, 5 315 sq. Diomedes 432 P. 317 Probus 66, 13 K. Diomedes 432 P. 318 Probi inst. I 4, 23 'morboque fameque' Servii ars p. 496 L.

VARIA LECTIO.

307 LIGNIS *P* tingef *c*1 tingif *c*2 suspendit *Nonii Wolfenb.* hyrundo *c* 308 humor *bc* 310 pennif *γ2bc* 311—386 *alia manu duobus in foliis, quinque in ultima pag. lineis vacuis relictis b* 311 TENVE *P* MAGIS AC MAGIS *R* MAGIS AC MAGIS (*punct. rubr.*) *M* magif *c* aëra] *Lachmannus Lucr.* 167 CAPTANT *Rc* 312 hymber *γ* 313 ERIPVERE *R* ERUMPERE (*corr. rubr.*) *M* aut] uel *bc* pulfantae *γ* 315 *sqq.* '*sane sciendum, ut supra diximus*' (*ecl.* X 1), '*ultimam partem huius libri esse mutatam. nam laudes Galli habuit locus ille, qui nunc Orphei*' ('*Aristaei Orphei*' *Voss. Barb.*) '*continet fabulam, quae inserta est, postquam irato Augusto Gallus occisus est.*' *Servius ge.* IV 1: *cf. Donati vita* 38 *Dixi de his testimoniis in lect. Verg.* 2 *et in Fleckeiseni ann.* LXXV 74 *sqq.* 315 hanc] o *Diomedes* qui nobis *Diomedes* extudit (tudit *in ras.*) *c* 316 EXPERIENTIA (EN *in ras.*) *R* coepit *γ* 317 arifteuf *γb* ariftheuf *c* pene. ia *c* tempae *bc* 318 PIRVS (*corr. m. recentiss.*) *R* FAMAEQ· *M* 319 ad] & *c*1 extremi. *b* SACRVM, *sed* S *et* C *vel erasis vel in ras. positis*, *R* PLACIDVM *M: cf. Aen.* I 127 CAPVT (V *in ras.*) *R* .aftitit (af *c corr.*) *b*

multa querens atque hac adfatus voce parentem:
'mater, Cyrene mater, quae gurgitis huius
ima tenes, quid me praeclara stirpe deorum
si modo, quem perhibes, pater est Thymbraeus Apollo)
invisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri
pulsus amor? quid me caelum sperare iubebas?
en etiam hunc ipsum vitae mortalis honorem,
quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers
omnia temptanti extuderat, te matre relinquo.
quin age et ipsa manu felicis erue silvas,
fer stabulis inimicum ignem atque interfice messis,
ure sata, et duram in vitis molire bipennem,
tanta meae si te ceperunt taedia laudis.'
at mater sonitum thalamo sub fluminis alti
sensit. eam circum Milesia vellera nymphae

TESTIMONIA.

321 'mater, Cyrene mater.' Nonius 343, 27 Servius Aen. IV 674 VIII 71 XII 652 321 sq. 'quae . . . tenes.' Nonius 412, 5 326 Nonius 320, 8 327 Nonius 460, 5 'et . . . sollers' Nonius 158, 30 330 Nonius 330, 28. 419, 27 'atque i. m.' Servius Aen. V 81 ge. I 107 331 'et . . . bipennem' Arusianus p. 247 L. 332 Nonius 253, 22 334—336 'Milesia . . . Phyllodoceque' Macrobius Sat. V 17, 17 334 sq. 'eam . . . colore' Nonius 252, 4 'Milesia . . . carpebant' Servius ge. III 306

VARIA LECTIO.

320 QVAERENS *Rc*1 QVAERENS *M* ADQVE *R* [af]fatuſ *γ* affatuſ *b* atque affatus [h]ac *c* 321 [ci]rene *γ* cyren e (e *post. in ras.*) *b* cirenae *c* quae] q̃ *superscr. c* gurgitiſ. iſ *m.*2 *in ras.*) *γ* 322 IAM *PR* TENENS *Pb*1 teneſ. (ſ *in ras. c* A STIRPE *Rγ* 323 PATER [E]STHYMBRAEUS *M* thymbreuſ *b* timbreuſ *c* 324 [n]at *c* 326 INITIAM *P* 327 et] ac *b* PECVDVM *Mγ*2, *testatur Nonius* pec[v]odum *c* PECORVM *PRγ*1*b*: *cf.* 168 ſolerſ *c* 328 temptanti (*m.*1 *fort.* temptandi) *γ* EXSTVDERAT *R* 329 IPSE *P* FELICES *MRγbc* ſillaſ *γ*1 330 IGNEMATQVE, *sed* GNEMA *in ras.*, *R* int̃fice . . *c* MESSES *Mγbc* MESES *R* 331 ure] VAE *P* V.re *c* [VALID]DURAMM *M* VALIDAM *PRγbc*, *Arusianus: cf. Aen.* XI 651 VITES *Rγ*2*bc* BIPENNEM *MPγbc*, *Arusiani codd.: cf. Quintilianus* I 4, 12 BIPINNEM *R* 332 mee ſi te (eſi *in ras.*) *γ* tedia *γ* LAVRIS P 333 & *γ*1 [h]talamo *c* 334 SENTIT *R* meleſia. *γ*1 [LL]UERBERA *M*

carpebant hyali saturo fucata colore, 335
Drymoque Xanthoque Ligeaque Phyllodoceque,
caesariem effusae nitidam per candida colla,
Cydippeque et flava Lycorias, altera virgo, 339
altera tum primos Lucinae experta labores, 340
Clioque et Beroe soror, Oceanitides ambae,
ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae,
atque Ephyre atque Opis et Asia Deiopea
et tandem positis velox Arethusa sagittis.
inter quas curam Clymene narrabat inanem 345
Volcani, Martisque dolos et dulcia furta,

Nesaee Spioque Thaliaque Cymodoceque 338

TESTIMONIA.

338 'harum autem' (nympharum) 'quatuordecim nomina, ut quidam volunt, in georgicis invenimus' Servius Aen. I 71. Adsumpto v. 338 praeter Cyrenen septemdecim numerarentur. 341 'Oceanitides a.' Priscianus 1275 P. 344 Servius Aen. III 694 345 Servius Aen. I 663 346 Nonius 310, 11. 453, 29 Servius Aen. I 742 VI 24 'et dulcia f.' Servius Aen. VII 660 IX 546 'dulcia f.' Donatus in Ter. eun. IV 7, 39

VARIA LECTIO.

335 HYALIS *P* THYALI *R* SATYRO *R* fati.ro *c*2 336 DRUMO *M* Druno *Macrobii Veneta* 1 Drimo *γ* DRYMO *PRbc* xanctho *γ* xanto *c* LEGEAQVE *P* LEGEAQ· *Mc* LEGEATQ· *R* ligiaque *b* phillidoce (il *corr. in* y *γ*) phylidocae (p *c corr.*) *c* 338 *om. MPRγ1b, m. rec. in mg. add. γ ex Aen.* V 826: *habet c* Nifeae *c* thali[a] *c* 339 Cydippeque& (que *eras.*) *γ* CYDIPPEET *MPbc* LYCORIS *R* licoriaſ *γ* liquoriaſ *c* ALTERNA *R* 340 LYCINAE *P* 341. 343. 342 *hoc ordine γ* CEIO *P* CLI *R* oceanitedeſ *γ*1 oceanitidiſ *b*1 342 in . . inete *c*1 343 EPHYRA *M* ephire *γc* utque *γ*1 DEIOPAEA *R* 344 AT *M* orae.thuſa (o *corr. in* a) *γ* 345—382 *Sangallensis* (G) *fol. II* 345 Inte[r] *γ* quoſ *c*1 curam (m *corr. in* ſ) *γ* climene *γc* inanem (m *corr. in* ſ) *γ* 346 V[o]lcani (a *c corr.*) *γ* VVLCANI *M* Vulgani *c* MATRIS *P* mareſ *c* *'secundum Donatum hic distinguendum est: ut* dolos *ad Vulcanum*, furta dulcia, *i. e. adulterium referamus ad Martem.' Servius. Non distinguitur in P.*

aque Chao densos divom numerabat amores.
carmine quo captae dum fusis mollia pensa
devolvont, iterum maternas impulit auris
luctus Aristaei, vitreisque sedilibus omnes
opstipuere; sed ante alias Arethusa sorores
prospiciens summa flavom caput extulit unda,
et procul: 'o gemitu non frustra exterrita tanto,
Cyrene soror, ipse tibi, tua maxima cura,
tristis Aristaeus Penei genitoris ad undam
stat lacrimans, et te crudelem nomine dicit.'
huic percussa nova mentem formidine mater
'duc, age, duc ad nos; fas illi limina divom
tangere' ait. simul alta iubet discedere late
flumina, qua iuvenis gressus inferret. at illum
curvata in montis faciem circumstetit unda

TESTIMONIA.

347 Arusianus p. 243 L. (khao) Servius ecl. VII 13 348 'carmine quo c.' Nonius 253, 11 356 'et . . . dicit' Servius Aen. I 76 IV 674 XII 652 358 'duc age . . . nos' Probi inst. I 7, 2 Iulius Rufinianus 234 R. 361 Macrobius Sat. V 3, 4 Probus 88, 24 K.

VARIA LECTIO.

347 AQVE *Pγ* aquą echo *Servii Paris.* 7959 atque chao *eiusdem Vat.* 3317, *sed legisse Servium* aque chao *cum ex interpretatione* 'et a chao narrabat crebros amores' *colligo tum ipse testatur ecl.* VII 13, *ubi in Voss.* 80 *Par.* 7959 *Regin.* 1495 'aque chao . . . *id est* a chao' *constanter scriptum extat.* ATQVE *R*, *Arusianus* ATQ· *Mc* ADQVE *G* A·q: *b* CHA (O *m.2 sup.*) *R* chao *γ* DENSOSDIVVM *GMRybc Arusianus* DENSADSIDVOM *P* enumerabat *Servii ecl.* VII 13 *φ* AMORIS *G?* 348 Carminae *b1* DVMFVSI *G* FUSISDUM *M* fufif . . dum *γ* 349 DEVOLVVNT *GMPRybc* INPVLIT *Gγb* AVRIS *G* AVRES *MPRybc* 350 arifthei *b* ariftei *c* VITTREIS *P* ÄMNES *M* 351 OBSTIPVERE *GPRybc* ara&hufa *γ* 352 FLAVVM *GMRybc* 353—355 *om., add. infra in mg. γ* 353 gemitu *γ* 354 Cyrine (y *corr. ex* i) *γ* tib *γ* CVBA *P* 355 arifteuf *c* Penei, *quod legit Servius, vitiosum esse monuit Io. Schraderus emendatt. praef.* XXI magni *Bentleius ad Lucan.* III 191. *Possis etiam ex v.* 319 sacram *adsumere* GNITORIS *P* 357 IIUC *M* 358 DIVVM *GRybc* 359 ait (i *corr. ex* u) *γ* LATAE *M* latae *γ* 360 . quia *ut vid. γ1* INFERRE *P* AD *Gγ* 361 IM *P* molis *Macrobius.* οὔρεϊ ἶσον *Homerus Od.* λ 243 SPECIEM *M* CIRCVMSTITIT *G* CIRCVMSPICIT *P*

accepitque sinu vasto misitque sub amnem.
iamque domum mirans genetricis et umida regna
speluncisque lacus clausos lucosque sonantis
ibat, et ingenti motu stupefactus aquarum
omnia sub magna labentia flumina terra
spectabat diversa locis, Phasimque Lycumque
et caput, unde altus primum se erumpit Enipeus
saxosusque sonans Hypanis Mysusque Caicus,
unde pater Tiberinus, et unde Aniena fluenta
et gemina auratus taurino cornua voltu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
in mare purpureum violentior effluit amnis.
postquam est in thalami pendentia pumice tecta
perventum et nati fletus cognovit inanis
Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontis

TESTIMONIA.

362 Arusianus p. 216 L. 366 sq. 'omnia . . . locis' Servius Aen. VI 659 368 'unde . . . Enipeus' Arusianus p. 229 L. 369 'Aniena fluenta' Priscianus 590 diff. sermonum in Suetonii ed. Rothiana p. 312, 7 371 sq. 'taurino . . . Eridanus' Probus 68, 9 K. 375 'inanes fletus Aristaei' Servius Aen. X 758 376 sq. 'manibus . . . villis' Servius Aen. I 701 XII 169

VARIA LECTIO.

362 MISETQVE *P* 363 *desectus in G* GENETRIX *R* genitricif *b* humida *γc* 364—382 *in G (pag. 2, difficillima lectu, literae primae omnes fere erasae, nec potuerunt legi nisi quae infra ex presse afferentur.* 364 lucuſ *γ1* *so*nANTIS *G* 365 MOTVSSTUPEFACTUS *M* motuſtupefactuſ (ſ *prior erasa*) *γ* 366 SVB *in ras. R* 367 phaſym *γ* 368 inde *c* PRIMUS *M* RVMPIT *Rb1c* RVPIT *P* erupit *γ* ENIPHEVS *Rbc* 369 *sq. transponi iussit Io. Schraderus.* 370 Saxoſū. *erasa* ſ *bc* 'saxosum *legendum est, non* saxosus' *Servius* 'saxosum . . . *alias:* saxosus' *Philargyrus* HYPANIS (N *m. cad. ex* O *vel* U *ut vid corr.*) *P* myſoſ (y *corr. ex* e: moesus?) *γ* CHAICUS M 369 tyberimuſ *γ* VNDEANIENAFL*Venta G* ALENA *P* ANINA *M* 371 CORPORE *M* VVLTV *MRbc* uolto *γ* VOLTVS *P* 372 PINGIUA *M* 373 IM *P* influit *c* 'legitur *et* influit' *Philargyrus* 375 ET *sup. M* NAII *P* FETUS *M* inaneſ *bc* 376 LIQVIDOS *M* *or*DINE*Fontis G* FONTES *Rγ2bc*

germanae, tonsisque ferunt mantelia villis;
pars epulis onerant mensas et plena reponunt
pocula; Panchaeis adolescunt ignibus arae;
et mater 'cape Maconii carchesia Bacchi:
Oceano libemus' ait. simul ipsa precatur
Oceanumque patrem rerum nymphasque sorores,
centum quae silvas, centum quae flumina servant.
ter liquido ardentem perfundit nectare Vestam,
ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
omine quo firmans animum sic incipit ipsa:

'est in Carphatio Neptuni gurgite vates
caeruleus Proteus, magnum qui piscibus aequor

TESTIMONIA.

379 'Pancheis . . arae' Nonius 58, 31 Arusianus p. 217 L. 380 sq. 'cape . . . ait.' Macrobius Sat. V 21, 1 380 'mater . . . Bacchi' Nonius 546, 22 'Maconii' Probus 68, 7 K. 381 'Oceano l.' Servius Aen. XII 169 382 Probus 21, 25 K. 'Oceanumque p. r.' Servius Aen. III 241 ecl. VI 31 382 sq. 'nymphas . . . servant' Asper 114, 18 K. 383 Nonius 387, 32 385 Nonius 387, 17 Diomedes 407 P. 386 Nonius 357, 26 387 Probus 66, 29 K. Probi inst. I 14, 2

VARIA LECTIO.

377 GERMANE *M* tonsis . . . villis = Aen. I 702 mantelia (e *corr. in* i *γ* mantilia (i *pr. in ras. corr. in* e) *b* MANtelLIa*Villis G* 378 *cf. Aen.* I 706 PARS *G* aepulif *γ* honerant *γc* mensas] ARAS *P: cf. Aen.* V 101 VIII 284 XII 215 379 POCV*la G* PANCAEIS *M* pancheif *γc* ad holefcunt *γ* IGNIB· *M* harae *γ* 380 ETM*ater G* et *om. Nonius* cap.e *b* charcefia *γ* 381 O*Ceano G* a.it *c* p̃ca..ur *c*1 PRAECATVR *R* 382 *desectus in G* 383 — 420 *G fol. III sed anterioris lateris literis erasis non potuerunt nisi quae expresse afferentur, legi.* 383 SILVASETCENTVM *R* centumq· *c* 384 TER *G* PERFUNDIT *M* perfudit *γbc* 385 FLAMMAM *M* fumum *γ* TECTIS *Mb*1 tecti *om. Diomedis exempl.* SUBLATA *M* subiecta iect *c corr.*, *in mg.* at subiecta, *γ* subiecta *testatur Nonius* 386 homine *γ* Omne *c* FIRMANS *(corr. col. rubro) M firm*ANS *G* formans *γ*1, *Nonius* 387 CARPHATIO *Mb* carphathio c CARPHALIO *P* CARPATHO *R* NEPIVNI *P* 388 PROTAEUS *M* proteuf *c* protheuf *bc* QVI *G*

et iuncto bipedum curru metitur equorum.
hic nunc Emathiae portus patriamque revisit
Pallenen; hunc et nymphae veneramur et ipse
grandaevus Nereus; novit namque omnia vates,
quae sint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur;
quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
armenta et turpis pascit sub gurgite phocas.
hic tibi, nate, prius vinclis capiundus, ut omnem
expediat morbi causam, eventusque secundet.
nam sine vi non ulla dabit praecepta, neque illum
orando flectes; vim duram et vincula capto

TESTIMONIA.

389 Nonius 350, 20 390 sq. 'hic . . . Pallenen' Probus 67, 1 K. 391 Terentianus Maurus 1217 393 Macrobius Sat. I 20, 5 391 sq. 'immania . . . phocas' schol. Hor. carm. I 2, 7 395 'turpes . . . phocas' Servius ge. III 52 396 'hic . . . capiundus.' Nonius 253, 2 398 'nam . . . praecepta' Probi inst. I 12, 2

VARIA LECTIO.

389 uipedum γ1 *bipedu*MCV*rru G* ÆQUORUM *M* aequorum γ 390 HIC (C *in ras.*) *R* reuifit (f *e corr. in ras.*) γ 391 PELLENEN *M* ET *prius om. R, cras. b nymp*HAE*Veneramur G* IPSI *M* ipfae γ 392 GRANDAEVVS *M* GRANDAEVS *P* GRANDEVVS *Rbc* grandaeuſ γ NEREVS *sup. R no*VITNA*m G* 393 QVAe *G* SINT *MPRybc Macrobii* ω funt χ, *Macrobii* φ FVERINT *MPRybc, Servii Par., Macrobii exemplaria, nisi quod* fuerunt *Gud.* fuerunt *Servii Dresd. fueri*NTQVAE *G* TRAHANTVR *PRbc* TRAHENTUR *M* trahunt (u *corr. in* a), *in mg.* at fequant γ sequentur, *nisi quod* fecuntur *Gud., Macrobii exempl.* 394 QV*ippe G visu*MEST *G* immanja *c* 395 turpeſ γ2 SVBGVR*gite G* gurgitae γ 396 *post* 398 *c* 396 vinclis capiundus *Nonius* VINCLIS CAPIENDVS *MPybc vinc*IISCA*piendus G* CAPIENDVS VINCLIS *R* ut γ AMNEM *M* 397 EXPEDIANT *R* Expedia γ MORBE*P* EV*entus G* 398 NAMSINEVINONVLLADABIT P*raecepta G* nam fine ui . . nulla dabit *c* praecepta] responsa *Probi inst.* ('praecepta, responsa' *Philargyrus*) nec illu *b* neque illum, *in mg.* at neque ipſu γ 399 ORANDOFLECT.SVIMDVRAM *G* FLECTENS *M* uincef *c* VIN *P* ca . . po (p *cras.*) γ

tende; doli circum haec demum franguntur inanes.
ipsa ego te, medios cum sol accenderit aestus,
cum sitiunt herbae et pecori iam gratior umbrast,
in secreta senis ducam, quo fessus ab undis
se recipit, facile ut somno adgrediare iacentem.
verum ubi correptum manibus vinclisque tenebis,
tum variae eludent species atque ora ferarum.
fiet enim subito sus horridus atraque tigris
squamosusque draco et fulva cervice leaena,
aut acrem flammae sonitum dabit atque ita vinclis
excidet, aut in aquas tenuis dilapsus abibit.
set quanto ille magis formas se vertet in omnis,
tam tu, nate, magis contende tenacia vincla,

TESTIMONIA.

403 sq. 'quo . . . recipit' Arusianus p. 258 L. 404 'facile . . . iacentem' Servius Aen. IV 92 405 Nonius 251, 13. 411, 33 410 'aut . . . abibit' Servius ge. I 92 III 335 411 formas . . . omnes' Augustinus de civ. dei X 10 411 sq. Donatus in Ter. hec. III 4, 3 412 Nonius 258, 25

VARIA LECTIO.

400 TENDE DOLICIRCVM HAECDEMum *G* DOLIS *R* HAC *R* daemum *γ* FRANGVNTVR *PRc1* FRANGENTVR *Myb*, *Servius et Philargyrus* 401 *desectus in G* ACCENDERET *P* 402 *sqq. desecta versuum initia in G: quo quantum intercideri, minoribus literis indicabimus.* *cum sitiunt herbae G* pecor̄. *γ* umbraſ (f *eras.*) *γ* VMBRAEST *GMPR* umbra ẽ *c* (ẽ *fort. corr. add.*) *b* 403 *in secreta senis du*CAM *G* 404 *se recipit facile ut s*OMNO *G* fumno *γ1* IACENTEM (IA *in ras.*) *R* 405 *verum ubi corrept*VM *G* 406 *tum variae eludent G* LVDENT *R* illudent (*pr. corr. ex* n) *b* ADQVE *G* 407 *fietenimsu*BITO *G* SVVS *PR* SUUS *M* 408 *squamosusque dra*CO *G* LAENA *P* LEAENAE *Rc1* 409 *aut acrem flamma*E *G* haerem *γ* SONITVM FLAMMAE *M* ADQVE *G* ita *γ* 410 *excidet aut in aqua*S *G* tenuef *c* DILABSVS *MP* ELABSVS *G* HABIBIT (I *prior in ras.*) *R* HABEBIT *M* 411 *sed quanto ille ma*GIS *G* SED *PRyb* VERTIT *Pc* uertet (et *in ras.*) *b* inomnef *in ras. b* OMNIS, *sed* I *in ras.*, *R* omnef *γ* 412 *tam tu nate magis* cONTENDE *G* tam tu: *cf. Aen.* VII 787, *atque ita legisse videtur Donatus.* TANTV *Pγ1* TANTV (V *corr. in* O *col. rubro*) *M* tantum *b1*TANTO *Ryγ2b2*, *Nonii excempl.* Tantō *c* 'tanto nate magis; *alii legunt:* tantum nate magis' *Servius* contend̄ (nd *e corr.*) *γ* VINCLIS *P*

donec talis erit mutato corpore, qualem
videris, incepto tegeret cum lumina somno.'

Haec ait et liquidum ambrosiae defundit odorem,
quo totum nati corpus perduxit: at illi
dulcis compositis spiravit crinibus aura,
atque habilis membris venit vigor. est specus ingens
exessi latere in montis, quo plurima vento
cogitur inque sinus scindit sese unda reductos,
deprensis olim statio tutissima nautis;
intus se vasti Proteus tegit obice saxi.
hic iuvenem in latebris aversum a lumine nympha
collocat, ipsa procul nebulis obscura resistit.
iam rapidus torrens sitientis Sirius Indos
ardebat caelo, et medium sol igneus orbem

TESTIMONIA.

416 sq. 'at . . . aura' Nonius 245, 20 417 Nonius 257, 23 420 'cogitur inque s.' Probi inst. I 17, 7 421 Priscianus 1018 P. Servius Aen. V 52 425 Priscianus 804 P. 426 sq. 'et medium . . . hauserat.' Nonius 319, 30

VARIA LECTIO.

413 *donec talis erit mu*TATO *G* 414 *videris incepto te*GERET *G* SOMMO *M* 415 *haec ait et liquidu*M *G* HAEC *M* AMBROSIA *R* DEFVNDIT *G*, *Scrvii Vat.* DIFFVNDIT *Mb*1c1 diffundit *γ* diffudit *b*2c2 *Servii Par.* PERFVNDIT *P* DEPROMIT *R* 416 *quo — cor*PVS *G* PERFVDIT *R* perduxit *Philargyrus* AD *G* ILLE *P* at illi *in ras. b* 417 *dulcis — s*PIRAVIT *G* spirabit *Nonii* 245 *exempl.* AVRAS *R* 418 *atque — mem*BRIS *G* ADQVE *R* abilif *c* UIGORUENIT *M* ET *PR* ẽ *in ras. b* 419 *exesi — mo*NTIS *G* EXESI *MRγc* Exefi (xe *in ras.*) *b* IN *sup. M* IM *P* plururima *γ* 420 *abscissus in G cf. Aen.* I 161 reductuf *c*1 421 depraenfif *γ* Depreffif *c* depssis *Prisciani φ* 422 SED *P* ptheuf *c* 423 hinc *γ*1 *A om. Rb, Servii Vat. Par.* lumine, *in mg.* at limine *γ* lumine *Servius* nimpha *c* 424 CONLOCAT *PRγ* OBSCURAT *M* 425 'iam rapidus; *hic distinguendum propter duo epitheta.' Servius* TORPENS *P* torrens *testatur Priscianus* fitientef *γ*2 ficientef *c* SERIVS *R* SIRIVIS *P* agros *Io. Schraderus* Indos *testatur Servius* 426 MEDIOUM *M*

hausserat; arebant herbae, et cava flumina siccis
faucibus ad limum radii tepefacta coquebant:
cum Proteus consueta petens e fluctibus antra
ibat; eum vasti circum gens umida ponti
exultans rorem late dispersit amarum.
sternunt se somno diversae in litore phocae;
ipse velut stabuli custos in montibus olim,
vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit,
auditisque lupos acuunt balatibus agni,
considit scopulo medius, numerumque recenset.
cuius Aristaeo quoniam est oblata facultas,
vix defessa senem passus componere membra
cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
occupat. ille suae contra non immemor artis
omnia transformat sese in miracula rerum,

TESTIMONIA.

428 'ad . . . coquebant' Arusianus p. 214 L. 429 sq. 'cum . . . ibat' Probus 67, 7 K. 432 Nonius 389, 8 437 Probi inst. I 6, 3 438 Nonius 256, 33 439 sq. 'manicisque i. occupat' Nonius 355, 30 441 Nonius 521, 33

VARIA LECTIO.

157 sq. 'quae ... petere' Nonius 258, 19. 264, 9. 367, 5 157 Priscianus 583 P. 159—169 Macrobius Sat. V 3, 18 159 'est ... locus' Charisius 2 Diomedes 423 Marius Victorinus 2473 P. anecd. Paris. Eckstеinii 5 'in ... portum' Isidorus orig. I 35, 18 160 sq. 'quibus ... reductos' schol. Hor. carm. II 14, 14 160 Terentianus Maurus 1276 162 sq. 'hinc ... scopuli' Servius Aen. III 536 'gemini ... scopuli' Quintilianus VIII 6, 68 Claudius Sacerdos I 166 de gen. nom. 97, 21 H. 162 'geminique m.' Servius Aen. IV 88 165 schol. Lucani III 411 'horrenti ... umbra' Isidorus orig. I 35, 18 166 'fronte s. a.' de gen. nom. 79, 14 H. 'scopulis p. a.' Asper 112, 10 K. 167 sq. 'intus ... domus' Nonius 456, 29 167 'vivoque s. s.' Servius Aen. II 719 ge. II 27 168 sq. 'hic ... tenent' Priscianus 775 169 'unco ... morsu' Servius Aen. VI 3

VARIA LECTIO.

157 AENDAE *in ras.* R littora *c* 158 libiae *c* VERTVNTVR NTV *in ras.* R 159 *om., imo mg. add. b* 160 EFFICIT *Rybcψ* 161 *cf. ge.* I 420 FRANGITVR· *M* 162 ADQVE *R* VASTAE (A *alt. in ras.*) R CASTES *M* RVPES· *M* 163 scopoli *c* 164 silen *γ* scena *γ* co.rusciſ *γ* 165 DESVPER· *M* horrendis ... umbris *Isidorus* inminet *b* 166 FRONDE (*corr. m.* 2) *R* atuerſa *b1* 167 *in mg.* λ *M* AQ· *M* uiuoquo *c* 168—171 *hoc ordine:* 169. 168. 171 *adscriptis in margine* C B E *literis, et ima pagina* 170 *adscripta* D *M* 168 NYMFARVM *R* Nimfarum *b* Ninfarũ *c* NARES *M* navis *testatur Priscianus* 169 ANCHORA *Myc, testatur Servius* ANCORA *Rb*

huc septem Aeneas collectis navibus omni
ex numero subit; ac magno telluris amore
egressi optata potiuntur Troes harena
et sale tabentis artus in litore ponunt.
ac primum silici scintillam excudit Achates
succepitque ignem foliis atque arida circum
nutrimenta dedit rapuitque in fomite flammam.
tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma
expediunt fessi rerum, frugesque receptas
et torrere parant flammis et frangere saxo.

Aeneas scopulum interea conscendit et omnem
prospectum late pelago petit, Anthea siquem

TESTIMONIA.

172 Donatus ad Ter. hec. III 4, 5 'optata ... harena' Claudius Sacerdos I 121 Emporius rhet. p. 305 C. 173 schol. Hor. epod. V 40 'sale ... ponunt' Servius Aen. II 209 'sale t.' Servius Aen. I 537 174 sq. 'ac ... foliis' Priscianus 880 174 Eutychius II 4 'silici ... Achates' Arusianus 228 L. 175 'succepitque i. f.' Servius Aen. I 144 VI 240 175 sq. 'atque ... dedit' Nonius 245, 2 176 'rapuit ... flammam' Isidorus orig. XVII 6, 26 Diomedes 450 Servius ad Donat. 1798 P. Pompeius p. 400 Servii ars p. 532 L. Servius Aen. I 639 cf. Charisius 127 177 'tum ... undis' Servius Aen. I 701 'Cererem c. u.' Quintilianus VIII 6, 23 'Cereliaque a.' Servius ge. I 160 Aen. I 1. 119 177 sq. 'Cereliaque a. c.' Priscianus de XII vers. Aen. 2, 11 schol. Veron. 81, 4 K. 178 'expediunt f. r.' Iulius Rufinianus 246 R. 'fessi r.' Arusianus p. 230 L. appendix ad Probi artem min. 30 p. 442 E. 'frugesque r.' de gen. nom. 70, 1 H. Servius Aen. III 666 VI 111 178 sq. 'fruges ... saxo' Charisius 251 179 Diomedes 457 Beda de trop. 382 C. Isidorus orig. XV 6, 4 Donatus ad Ter. adelph. V 3, 60 Pompeius p. 473 L. 'torrere ... saxo' Donati ars III 6, 2 180 Maximus Vict. de carm. her. 6 181 sq. 'Anthea ... biremis' Charisius 194 181 'Anthea si qua' Servius Aen. X 792

VARIA LECTIO.

170 Huic *b*1 SEPTE· *M* 172 EGRESSI· *M* troef potiuntur *cχ* arena *γb, dubitat Servius* 173 fal& *γ* littore *bc* 174 SILICI *MRγ, Servii Cass. m.* 1, *Eutychius, testatur Arusianus* silicif *bc, Servii φ, Prisciani ω* EXCVTIT *R* excudit (d *in ras.*) *b* excludit *m* excudit *testatur Priscianus* 175 SVCCEPIT *MRc, Prisciani Reg. m.* 2, *testatur Servius* fufcepit *γb, Prisciani ω* adque *c* 176 fomite *c*

177 CERERE *M* CORREPTAM *R* corruptam *Servius* 178 EXPEDIVNT· *M* 179 pa..rant *γ* FLAMMIS· *M* 180 CONSCENDIT· *M*

181 ANTEA (II *col. rubro*) *Mγ* ſi qua *γ*2, '*quidam*' *teste Charisio.* '*sane legitur et* si qua' *Servius*

iactatum vento videat Phrygiasque biremis
aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caici.
navem in conspectu nullam, tris litore cervos
prospicit errantis; hos tota armenta secuntur
a tergo, et longum per vallis pascitur agmen.
constitit hic, arcumque manu celerisque sagittas
corripuit [fidus quae tela gerebat Achates]
ductoresque ipsos primum, capita alta ferentis
cornibus arboreis, sternit, tum volgus et omnem
miscet agens telis nemora inter frondea turbam;
nec prius absistit, quam septem ingentia victor
corpora fundat humi et numerum cum navibus aequet.

TESTIMONIA.

183 Diomedes 406 Probi inst. I 4, 17 Maximus Vict. de carm. her. 6 184 sq. 'tris ... sequuntur' Pompeius p. 245 L. 'tris ... errantis' Isidorus orig. I 36, 22 185 'hos ... sequuntur' Servius Aen. III 540 190 sq. 'tum ... turbam' Probus de nom. 12 p. 216 E. 'tum ... telis' Nonius 243, 9 190 'cornibus a.' Servius ecl. VII 30 191 Servius Aen. XII 445 'miscet a. t.' Servius ge. I 359 'nemora inter f.' schol. Veron. 88, 22 K. Servius Aen. I 430 'nemus frondeum' Servius ge. II 5 'nemora ... turbam' de gen. nom. 89, 1 H. 192 'quam ... victor' Servius Aen. II 95 192 sq. 'quam ... humo' Nonius 312, 25 Claudius Sacerdos I 149 193 'et numerum ... aequet' Diomedes 461 'numerum ... aequet' Diomedes 445 Pompeius 439 L. Donati ars III 3, 2 Claudius Sacerdos I 149

VARIA LECTIO.

182 VIDEAT *M* FRYGIAS *R* phygiaf *γ* biremef *c* 183 capin aut *γb Diomedis ω* capim aut (m *corr. in* n) *c* capiunt *Maximi Vict. cod.* 184 nauim *γb* TRES *Rc* littore *b* in litore *c* CERVOS (VOS *m.* 2 *add.*) *R* 185—205. 206—226 *F fol. XI* 185 *cf.* XII 719 conſpicit *Isidorus* ERRANTES *Rγbc* SEQVVNTVR *FRb* 186 ualli . *γ* 187 HIC *m.* 2 *superscr. F* HIG *M* MANV *M* manu (m *m. 2 in ras.*) *γ* celeref *c* caeleref *b* 188 fidus ... Achates *Vergilii non esse videntur Peerlkampo: certe pro tibicine habenda erunt. Defendit eadem Siebelis.* QVE (a *m. rec.*) *R* que *γ* acatef *γ* 189 FERENTES *Mbc* 190 STERNIT· *M* tunc *c*, *Nonii ω* VVLGVS *FRγbc* omne *fortasse γ*1, *Nonii ω*, *Probi cod.* 192 ABSTITIT *F* 193 humi *c*2*χ*, *Servii plerique codd.*: *cf.* V 78 VI 423 X 697 XI 665 HVMO *FMR*$_{1}$*bmψ*, *Servii Cass.* 1, *Nonii ω*, *Claudii Sacerd. cod.*: *cf. ge.* II 460 hum.. *c*1 aequat *c*1

volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem
torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex.
apparent rari nantes in gurgite vasto,
arma virum tabulaeque et Troïa gaza per undas.
iam validam Ilionei navem, iam fortis Achati,
et qua vectus Abas, et qua grandaevus Aletes,
vicit hiemps; laxis laterum compagibus omnes
accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiscunt.

Interea magno misceri murmure pontum
emissamque hiemem sensit Neptunus et imis
stagna refusa vadis, graviter commotus; et alto
prospiciens summa placidum capit extulit unda.
disiectam Aeneae toto videt aequore classem,
fluctibus oppressos Troas caelique ruina.
nec latuere doli fratrem Iunonis et irae.

TESTIMONIA.

116 sq. 'ast . . . circum' Nonius 413, 25 117 'et . . . vortex' Charisius 68 'vorat a. v.' Servius Aen. XII 673 118 Isidorus orig. I 32, 11 Claudius Sacerdos I 83 Marius Victorinus 2480 P. schol. Hor. carm. II 1, 33 anecd. Paris. Eckst. 3, 5 119 Beda de metris 2352 Pompeius 14 L. schol. Hor. carm. I 29, 1 Servius Aen. II 16 'arma v.' Servius Aen. VI 653 'arma v. tabulaeque' de nom. 4 p. 128. 16 p. 131 Endl. 'Troia . . . undas' schol. Hor. carm. II 16, 9 120 Probi ars minor 216 p. 271 E. 'fortis A.' Charisius 107 121 Servius in Donat. 1795 P. 'et . . . Abas Servius Aen. I 4 II 452 VI 22 VIII 630 XII 651 122 'laxis l. c.' Probi inst. II 1, 21 Claudius Sacerdos II 17 Servius Aen. I 383 122 sq. 'omnes . . . imbrem' Servius Aen. I 173 123 Priscianus 825 'accipiunt i. i.' de gen. nom. 83, 14 H. 124 'magno . . . pontum' Servius Aen. I 55 125 'emissamque h. s.' de gen. nom. 82, 7 H. 125 sq. 'miratus Neptunus . . . vadis' schol. Lucani Guelf. in add. 803 129 'caelique r.' Servius ge. I 324 130 'nec l. d.' Diomedes 429

VARIA LECTIO.

116 caput *c* 117 VORTEX *Rybc*, *testatur Plinius apud Charisium* VERTEX *M* 119 ARMA· *M* Troia gaza : *cf.* II 763 120 Achati *testatur Charisius Plinio auctore* achate *γ* ACHATAE *MRbc*, *Probi ars* 121 grandaeuuf *b* GRANDEVVS *R* GRANDEUUS *Mc* grandaeuf *γ* ala&ef *γ* 122 IIIEMPS (*apice rubro*) *M* hiemf *c* hiem *γ* 123 REMIS *M*1*γ* fatefcunt *b*1*c*1 *Post* 124 *sequitur* 159 *in b* 125 emiſam *γc* NEPTUNUS· *M* 126 refuſſa *γ*1 127 caput *c* 129 obpreſſof *c* RVINAM (M *erasa*) *Ry* ruinam *m* 130 IUNONIS· *M* '*aut* doli Iunonis *aut* fratrem Iunonis: *gemina ergo distinctio est*' *Servius*

Eurum ad se Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur:
'tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
iam caelum terramque meo sine numine, venti,
miscere, et tantas audetis tollere moles?
quos ego —! set motos praestat componere fluctus:
post mihi non simili poena commissa luetis.
maturate fugam, regique haec dicite vestro:
non illi imperium pelagi saevomque tridentem,
set mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula
Aeolus et clauso ventorum carcere regnet.'

Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat,
collectasque fugat nubes solemque reducit.
Cymothoe simul et Triton adnixus acuto

TESTIMONIA.

132 Probi ars minor 666 p. 368 E. 133 sq. 'iam ... miscere' Donatus ad Ter. adelph. V 3, 4 133 'iam c. terramque' Servius Aen. VI 724 'meo ... venti' Priscianus 627 134 'tantas ... moles' Servius Aen. V 790 135 Quintilianus IX 2, 54 Macrobius Sat. IV 6, 21. VI 6, 15 Donatus ad Ter. eun. I 1, 20 Aquila Rom. p. 147 R. Isidorus orig. II 31, 35 Claudius Sacerdos I 179 anecd. Paris. Ecksteinii 7, 26. 19, 3 'quos ego' Probi inst. I 6, 3 Servius Aen. I 65 'sed ... fluctus' Nonius 257, 4 Donatus ad Ter. Andr. III 5, 18 anecd. Paris. Ecksteinii 13, 24 136 Priscianus 984 Alcuini gramm. 2137 P. Probi ars minor 691 p. 373 E. gramm. Vatic. Mai in auct. class. V 275 137 Nonius 348, 33 'maturate f.' Arusianus p. 247 L. 138 sq. 'non ... datum' Nonius 388, 19 schol. Lucani IV 110 138 Servius Aen. V 792 'saevumque t.' schol. Hor. carm. I 37, 29 139 sq. 'immania ... domos' Servius Aen. III 272 140 sq. Isidorus orig. I 36, 32 'illa ... Aeolus' Servius Aen. VIII 242 'illa ... regnet' Donatus ad Ter. eun. III 1, 25 142 Priscianus 907 'sic ait' Probi inst. I 9, 8 'et ... placat' Arusianus p. 221 L. 143 'collectasque f. n.' de gen. nom. 89, 3 H. 144 sq. 'adnixus a. d.' Diomedes 371 144 'Cymothoe ... adnixus' Servius Aen. XII 576

VARIA LECTIO.

131 zaephyrũ *c* 132 GENEROS *M* 133 nomine *c* '*distingue* numine, *ut* venti *convicium sit*' *Servius* 135 fet *b* SED *MRyc* componere *b* conpone *γ* 137 maturate michi fugam *bl* REGIO *M* DITE *M* 138 imperium *b* SAEVVM *libri* 139 fed *ybc* datum est *schol. Lucani* immania *b* IMMANIA *Ry* 140 domuf *b* 141 *sine interp. M* 142 sic] Hae *c* . ait *γ* 144 Cymotheo *γl* SIMUL, *M* ADNIXUS *M*

detrudunt navis scopulo; levat ipse tridenti
et vastas aperit syrtis et temperat aequor,
atque rotis summas levibus perlabitur undas.
ac veluti magno in populo cum saepe coborta est
seditio, saevitque animis ignobile volgus,
iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat;
tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
conspexere, silent arrectisque auribus adstant;
ille regit dictis animos, et pectora mulcet:
sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
prospiciens genitor caeloque invectus aperto
flectit equos curruque volans dat lora secundo.

TESTIMONIA.

145 'levat i. t.' Nonius 336, 18 Servius Aen. I 330 146 Nonius 236, 15. 240, 33 147 'summas perlabitur undas' Diomedes 429 148 sq. 'ac ... seditio' Claudius Sacerdos I 163 Victorinus ad Cic. p. 97 Or. 'veluti ... seditio' Isidorus orig. I 36, 35 148 'ac ... populo' Cledonius 1923 Probi inst. I 9, 8 149—152 'saevit ... vulgus; tum ... silent' (om. 150) Iulius Rufinianus 253 R. 149 'saevit ... vulgus' Charisius 57 Cledonius 1896 Probus de nom. 12 p. 216 E. 'ignobile v.' Probi inst. II 1, 41 Sergius in Donat. 1842 Consentius 2026 de gen. nom. 104, 3 H. 150 'furor a. m.' Iulius Rufinianus 210 R. Arusianus p. 247 L. schol. Lucani I 240 III 671 VI 172 151—153 Quintilianus XII 1, 27 151 'tum ... meritis' Nonius 314, 3 schol. Gron. Cic. pro Rosc. p. 425 Or. 153 'ille ... animos' schol. Gron. Cic. pro Rosc. p. 245 Or. schol. Persii I 14 154 'sic ... fragor' Claudius Sacerdos I 163

VARIA LECTIO.

145 NAUES *M* *Post* tridenti *nulla interp. M* 146 *om., imo mg. add. c* SYRTES *Mb* 147 Adque *c* pellabitur '*codices aliquot antiqui' Pieriani* 148 POPULO. *M* COORTAEST *M* COORTAEST *R* choorta eſt *γ* cohorta, *om.* eſt, *Isidori Gud.* 4 149 SEDIO *R* que *om. Probus de nom.* UULGUS *libri* 150 '*multi non* volant, *sed* volunt *invenisse se dicunt. sed Cornutus verendum, ait, ne praeposterum sit* faces velle *et sic* saxa, *cum alibi maturius et ex ordine dictum sit:* arma velit poscatque simul rapiatque iuventus' (VII 340) *Servius* 151 tunc *Nonii ω, schol. Cic.* 153 dictoſ *c1* 154 Sicunctuſ *b* Si.unctuſ (*erasa* a) *c* CVNCT.S (*in rasura* V) *R1* cunct.ſ *b1* CAECIDIT *M* caecidit *c* ſagor *c* 156 *om., in mg. add. c* aequoſ *γ* ..... *γ* FLVCTV *R* curru *Servius*

Defessi Aeneadae quae proxima litora cursu
contendunt petere, et Libyae vertuntur ad oras.
est in secessu longo locus: insula portum
effecit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.
hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
in caelum scopuli, quorum sub vertice late
aequora tuta silent; tum silvis scaena coruscis
desuper horrentique atrum nemus imminet umbra;
fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum,
intus aquae dulces vivoque sedilia saxo,
nympharum domus. hic fessas non vincula navis
ulla tenent, unco non alligat anchora morsu.

TESTIMONIA.

157 sq. 'quae ... petere' Nonius 258, 19. 264, 9. 367, 5 157 Priscianus 583 P. 159—169 Macrobius Sat. V 3, 18 159 'est ... locus' Charisius 2 Diomedes 423 Marius Victorinus 2473 P. anecd. Paris. Eckssteinii 5 'in ... portum' Isidorus orig. I 35, 18 160 sq. 'quibus ... reductos' schol. Hor. carm. II 14, 14 160 Terentianus Maurus 1276 162 sq. 'hinc ... scopuli' Servius Aen. III 536 'gemini ... scopuli' Quintilianus VIII 6, 68 Claudius Sacerdos I 166 de gen. nom. 97, 21 H. 162 'geminique m.' Servius Aen. IV 88 165 schol. Lucani III 411 'horrenti ... umbra' Isidorus orig. I 35, 18 166 'fronte s. a.' de gen. nom. 79, 14 H. 'scopulis p. a.' Asper 112, 10 K. 167 sq. 'intus ... domus' Nonius 456, 29 167 'vivoque s. s.' Servius Aen. II 719 ge. II 27 168 sq. 'hic ... tenent' Priscianus 775 169 'unco ... morsu' Servius Aen. VI 3

VARIA LECTIO.

157 AENDAE (*in ras.*) *R* littora *c* 158 libiae *c* VERTVNTVR NTV (*in ras.*) *R* 159 *om.*, *imo mg. add. b* 160 EFFICIT *Rybcψ* 161 *cf. ge.* I 420 FRANGITVR· *M* 162 ADQVE *R* VASTAE (A *alt. in ras.*) *R* UASTES *M* RVPES· *M* 163 fcopoli *c* 164 filen *γ* fcena *γ* co.rufcif *γ* 165 DESVPER· *M* horrendis ... umbris *Isidorus* imminet *b* 166 FRONDE (*corr. m.* 2) *R* atuerfa *b* 167 *in mg.* λ *M* AQ· *M* uiuoquo *c* 168—171 *hoc ordine:* 169. 168. 171 *adscriptis in margine* C B E *literis, et ima pagina* 170 *adscripta* D *M* 168 NYMFARVM *R* Nimfarum *b* Niufarũ *c* NARES *M* navis *testatur Priscianus* 169 ANCHORA *Myc, testatur Servius* ANCORA *Rb*

huc septem Aeneas collectis navibus omni
ex numero subit; ac magno telluris amore
egressi optata potiuntur Troes harena
et sale tabentis artus in litore ponunt.
ac primum silici scintillam excudit Achates
succepitque ignem foliis atque arida circum
nutrimenta dedit rapuitque in fomite flammam.
tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma
expediunt fessi rerum, frugesque receptas
et torrere parant flammis et frangere saxo.

Aeneas scopulum interea conscendit et omnem
prospectum late pelago petit, Anthea siquem

TESTIMONIA.

172 Donatus ad Ter. hec. III 4, 5 'optata ... harena' Claudius Sacerdos I 121 Emporius rhet. p. 305 C. 173 schol. Hor. epod. V 40 'sale ... ponunt' Servius Aen. II 200 'sale t.' Servius Aen. I 537 174 sq. 'ac ... foliis' Priscianus 889 174 Eutychius II 4 'silici ... Achates' Arusianus 228 L. 175 'succepitque i. f.' Servius Aen. I 144 VI 249 175 sq. 'atque ... dedit' Nonius 245, 2 176 'rapuit ... flammam' Isidorus orig. XVII 6, 26 Diomedes 450 Servius ad Donat. 1798 P. Pompeius p. 400 Servii ars p. 532 L. Servius Aen. I 630 cf. Charisius 127 177 'tum ... undis' Servius Aen. I 701 'Cererem c. u.' Quintilianus VIII 6, 23 'Cereliaque a.' Servius ge. I 160 Aen. I 1. 119 177 sq. 'Cereliaque a. c.' Priscianus de XII vers. Aen. 2, 11 schol. Veron. 81, 4 K. 178 'expediunt f. r.' Iulius Rufinianus 246 R. 'fessi r.' Arusianus p. 230 L. appendix ad Probi artem min. 30 p. 442 E. 'frugesque r.' de gen. nom. 79, 1 H. Servius Aen. III 606 VI 111 178 sq. 'fruges ... saxo' Charisius 251 179 Diomedes 457 Beda de trop. 382 C. Isidorus orig. XV 6, 4 Donatus ad Ter. adelph. V 3, 60 Pompeius p. 473 L. 'torrere ... saxo' Donati ars III 6, 2 180 Maximus Vict. de carm. her. 6 181 sq. 'Anthea ... biremis' Charisius 194 181 'Anthea si qua' Servius Aen. X 792

VARIA LECTIO.

170 Huic *b*1 SEPTE- *M* 172 EGRESSI- *M* troef potiuntur *cχ* arena *γb*, *dubitat Servius* 173 fal& *γ* littore *bc* 174 SILICI *MRγ*, *Servii Cass. m.* 1, *Eutychius*, *testatur Arusianus* silicif *bc*, *Servii φ*, *Prisciani ω* EXCVTIT *R* excudit (d *in ras.*) *b* excludit *m* excudit *testatur Priscianus* 175 SVCCEPIT *MRc*, *Prisciani Reg. m.* 2, *testatur Servius* fufcepit *γb*, *Prisciani ω* adque *c* 176 fomite *c* 177 CERERE *M* CORREPTAM *R* corruptam *Servius* 178 EXPEDIVNT- *M* 179 pa..rant *γ* FLAMMIS- *M* 180 CONSCENDIT- *M* 181 ANTEA (H *col. rubro*) *Mγ* fi qua *γ*2, '*quidam*' *teste Charisio*. '*sane legitur et* si qua' *Servius*

iactatum vento videat Phrygiasque biremis
aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caici.
navem in conspectu nullam, tris litore cervos
prospicit errantis; hos tota armenta secuntur
a tergo, et longum per vallis pascitur agmen.
constitit hic, arcumque manu celerisque sagittas
corripuit [fidus quae tela gerebat Achates]
ductoresque ipsos primum, capita alta ferentis
cornibus arboreis, sternit, tum volgus et omnem
miscet agens telis nemora inter frondea turbam;
nec prius absistit, quam septem ingentia victor
corpora fundat humi et numerum cum navibus aequet.

TESTIMONIA.

183 Diomedes 406 Probi inst. I 4, 17 Maximus Vict. de carm. her. 6 184 sq. 'tris ... sequuntur' Pompeius p. 245 L. 'tris ... errantis' Isidorus orig. I 36, 22 185 'hos ... sequuntur' Servius Aen. III 540 190 sq. 'tum ... turbam' Probus de nom. 12 p. 216 E. 'tum ... telis' Nonius 243, 9 190 'cornibus a.' Servius ecl. VII 30 191 Servius Aen. XII 445 'miscet a. t.' Servius ge. I 359 'nemora inter f.' schol. Veron. 88, 22 K. Servius Aen. I 430 'nemus frondeum' Servius ge. II 5 'nemora ... turbam' de gen. nom. 89, 1 H. 192 'quam ... victor' Servius Aen. II 95 192 sq. 'quam ... humo' Nonius 312, 25 Claudius Sacerdos I 149 193 'et numerum ... aequet' Diomedes 461 'numerum ... aequet' Diomedes 445 Pompeius 439 L. Donati ars III 3, 2 Claudius Sacerdos I 149

VARIA LECTIO.

182 VIDEAT· *M* FRYGIAS *R* phygiaf *γ* biremef *c* 183 capin aut *γb Diomedis ω* capim aut (m *corr. in* n) *c* capiunt *Maximi Vict. cod.* 184 nauim *γb* TRES *Rc* littore *b* in litore *c* CERVOS (VOS *m.* 2 *add.*) *R* 185—205. 206—226 *F fol. XI* 185 *cf.* XII 719 conſpicit *Isidorus* ERRANTES *Rγbc* SEQVVNTVR *FRb* 186 ualli . *γ* 187 HIC *m.* 2 *superscr. F* HIG *M* MANV *M* manu (m *m. 2 in ras.*) *γ* celeref *c* caeleref *b* 188 fidus ... Achates *Vergilii non esse videntur Peerlkampo: certe pro tibicine habenda erunt. Defendit eadem Siebelis.* QVE (a *m. rec.*) *R* que *γ* acatef *γ* 189 FERENTES *Mbc* 190 STERNIT· *M* tunc *c*, *Nonii ω* VVLGVS *FRybc* omne *fortasse γ1*, *Nonii ω*, *Probi cod.* 192 ABSTITIT *F* 193 humi *c2χ*, *Servii plerique codd.: cf.* V 78 VI 423 X 697 XI 665 HVMO *FMRγbmψ*, *Servii Cass.* 1, *Nonii ω*, *Claudii Sacerd. cod.*: *cf. ge.* II 460 hun.. *c1* aequat *c1*

hinc portum petit, et socios partitur in omnis.
vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes
litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros,
dividit, et dictis maerentia pectora mulcet:
'o socii (neque enim ignari sumus ante malorum)
o passi graviora, dabit deus his quoque finem.
vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantis
accestis scopulos, vos et Cyclopea saxa
experti: revocate animos, maestumque timorem
mittite; forsam et haec olim meminisse iuvabit.
per varios casus, per tot discrimina rerum
tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
ostendunt; illic fas regna resurgere Troiae.
durate, et vosmet rebus servate secundis.'

Talia voce refert, curisque ingentibus aeger

TESTIMONIA.

194 Priscianus 802 'petit . . . omnis' Probi inst. II 3, 6 'et . . . omnis' Cledonius 1916 Pompeius p. 310 L. 'socios . . . omnis' Claudius Sacerdos I 149 II 140 195—197 'vina . . . dividit' Claudius Sacerdos I 148 Diomedes 456 195 Nonius 544, 13 schol. Hor. carm. IV 11, 2 Asper 113, 15 K. cf. Iuvenalis VII 236 198—204 'o socii . . . casus' Macrobius Sat. V 11, 5 199 Priscianus 862 'o p. g.' Nonius 370, 8 schol. Hor. carm. I 7, 30 serm. II 5, 20 200 sq. 'penitus . . . scopulos' Priscianus 889 Arusianus p. 213 L. Servius Aen. VI 679 201 sq. 'vos . . . experti' Nonius 295, 32 202 sq. 'maestum . . . mittite' Nonius 348, 14 'maestumque t.' Diomedes 454 203 'forsan . . . iuvabit' Seneca epist. 78, 15 Iulius Rufinianus 249 R. Macrobius Sat. VII 2, 9 Charisius 165 Priscianus 1016. 1018. 1021 Alcuinus 2123 P. de verbo 35 p. 166 Endl. schol. Bob. Cic. p. 251 Or. 204 sq. 'per . . . Latium' Nonius 282, 16. 410, 33 206 'illic . . . Troiae' Servius Aen. VIII 291 207 Priscianus 800 Nonius 285, 9 Donatus ad Ter. adelph. IV 2, 15 Servius Aen. VIII 577 'monuit etiam notissimo Virgili versu, durarent secundisque se rebus servarent' Suetonius Calig. 45

VARIA LECTIO.

194 *sq. sine interpunctione M* 194 om̃ *c* 195 honerarat *c* 196 Littore *bc* haerof *c* herof *γ2 in ras.* hospes *Mediceus Pierii* 198 focii (ii *in ras.*) *γ* 199 if *γ* 200 SCYLLEAM *FRb* cylleam *γ* fcy. lleã *c* rabief (f *erasa*) *c* 201 CYCLOPE *F* 203 FORSAM *R* FORSAN *FMybcψ* ET *om. F* 207 DURATAE- *M* UOSMET (*apicibus supra et infra col. rubro pictis*) *M* 208 cu. rif *γ*

spem voltu simulat, premit altum corde dolorem.
illi se praedae accingunt dapibusque futuris:
tergora diripiunt costis et viscera nudant,
pars in frusta secant veribusque trementia figunt,
litore aëna locant alii flammasque ministrant.
tum victu revocant vires, fusique per herbam
inplentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.
postquam exempta fames epulis mensaeque remotae,
amissos longo socios sermone requirunt
spemque metumque inter dubii, seu vivere credant
sive extrema pati nec iam exaudire vocatos.
praecipue pius Aeneas nunc acris Oronti,

TESTIMONIA.

209 schol. Hor. carm. I 35, 21 'spem v. s.' Servius Aen. I 341 IV 477 210 Arusianus p. 209 L. 211 'tergora d. c.' Nonius 414, 4 Probi ars minor 535 p. 340 Endl. gramm. Vatic. in auct. class. Mai V 248 Servius Aen. V 351 'et v. n.' Probi ars minor 517 p. 337 Endl. 212 Iulius Rufinianus p. 252 R. Asper 113, 27 K. 'pars ... secant' Charisius 239 Diomedes 449 Donati ars III 2, 3 Donatus ad Ter. Andr. III 5, 1 Pompeius p. 435 L. Servius Aen. II 31. 387 V 120 'veribusque t. f.' Augustinus de gramm. 1982 P. 213 'litore ... alii' Charisius 241 215 Charisius 240 P. Arusianus 234 L. Nonius 498. 30 Claudius Sacerdos I 89 Servius Aen. I 184: cf. appendix ad Probi artem min. 30 216 'postquam ... epulis' Macrobius Sat. II 1, 1 220 sq. 'praecipue ... gemit' Priscianus 706 220 'praecipue p. A.' Servius de ult. syll. 1807 P.

VARIA LECTIO.

209 : *cf.* IV 477 VVLTV SIMVLAT *MRb* VVLTV. SIMVLAT (S *crasa*) *Fyc* PRAEMIT *F* 210 PRAE DAE *M* 211 deripiunt *Heinsius, defendit Wagnerus lect. Verg.* 342 COSTIS· *M* 212 FRVSTRA T *(corr. m. rec.) R* FRVSTRA *F* FRVSTRA *Mc* fruſt.. *b*1 CETERIBVS Q *F* verubus *Servius et Augustinus* FINGVNT *R* 213 LITOR E *M* Li.tor.. *b*1 Littore *c* aene a *c* 214 VIRIS *F* fu.ſi *γ* erbam *c* 215 IMPLENTVR *FRc* Imp. lentur *b*1 BACCHI· *M* bachi *γbc* 216 *cf.* 723 VIII 184 EPULIS· *M* relictae N *Alburgensis, quod probavit Peerlkampus* 217 A.miſſof *b*1 LOGO *F* 218 '*et quidam commodius distingui putant:* spemque metumque inter, *et sic subiungunt:* dubii seu vivere credant' *Servius* cred.nt *b*1 220 PRAECIPVAE *(puncto rubro) M* praecipuae *γ* AENEAS· *M* ORONTI *FMR2bγ2, testantur Servius Charisius Priscianus* aronti *γ*1 oranti *c* ORONTIS *R*1*m Probi a. m. exempl., gramm. Vat.*

nunc Amyci casum gemit et crudelia secum
fata Lyci fortemque Gyan fortemque Cloanthum.

Et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo
dispiciens mare velivolum terrasque iacentis
litoraque et latos populos, sic vertice caeli
constitit et Libyae defixit lumina regnis.
atque illum talis iactantem pectore curas
tristior et lacrimis oculos suffusa nitentis
adloquitur Venus: 'o qui res hominumque deumque
aeternis regis imperiis et fulmine terres,
quid meus Aeneas in te committere tantum,

TESTIMONIA.

'pius A.': cf. Claudius Sacerdos I 161 'acris O.' Charisius 107 Probi ars minor 113 p. 249 Endl. gramm. Vat. in auct. class. Mai V 173 221 'nunc ... gemit' Servius Aen. VI 176 XII 509 221 sq. 'et ... Lyci' Priscianus 946 : cf. Lachmannus Lucr. 327 'crudelia ... Lyci' Servius Aen. I 37 222 'fortemque C.' Nonius 306, 22 223 sq. 'et ... velivolum' Servius Aen. X 3 'cum ... mare' Claudius Sacerdos I 8 'cum ... despiciens' schol. Lucani I 661 224 schol. Hor. carm. III 4, 45 Servius Aen. XII 304 'despiciens m. v.' Macrobius Sat. VI 5, 10 'mare v.' Eutychius I 1, 7 Servius Aen. III 124 225 'litora ... populos' Servius Aen. II 557 'sic ... constitit' Servius Aen. IX 20 226 'et ... regnis' Servius Aen. II 690 227 Nonius 327, 29 228 Macrobius Sat. IV 1, 5 Priscianus 603 Consentius 2023 Alcuinus 2090 P. schol. Lucani I 661 Philargyrus ge. IV 89 'lacrimis ... nitentes' schol. Hor. epod. IV 3 'oculos s.' Servius Aen. I 320 II 57 III 428 VI 281 XII 599 'oculos s. n.' Servius Aen. XI 480 229 sq. 'o ... terres' Claudius Sacerdos I 150 231 Diomedes 105 P. Nonius 248, 33

VARIA LECTIO.

221 AMICI *M*1*ybc* 222 lici *yb*1*c* gian *yb* GYAM *R* guam *c*1 CLOANTVM *R* cloatum *γ* 223 iupit *c* a&ere *γ* 224 'despiciens *deorsum aspiciens ... notandum sane, quia si* dispiciens *dixerimus,* diligenter inquirens *significamus' Servius.* dispiciens *cum Moret.* 1 *et Leid. m.* 1 *legendum esse monet Lachmannus in Lucr.* 236 DESPICIENS *FMRybcψ, Macrobius cum ceteris testibus* VENIVOLVM *F* IACENTES *M* 225 Littora *b*1*c* 226 CONSTITIT- *M* LYBIAE *F* libie *c* 227—247. 248—268 *F fol. XII* 227 Adq.: *c* At *b* TALES *M* 228 TRISTIOR- *M* Tristrior *c*1 atque oculos lacrimis *Prisciani ω exc. Bern. et Carolin., Alcuinus* nitentef *c* 229 deorumque *ut* II 745 *Bentleius ad Hor. carm.* I 12, 14 *Cf.* 254 *et* XI 725 *nec sane alibi apud Vergilium aut* deum *in exitu versus magis quam* deorum *medio versu aut compositum* hominumque deumque *invenitur. Cf.* 332 230 .. imperiif *γ* FVMINE *F* 231 COMMITTENRE (N *eras.*) F

quid Troes potuere, quibus tot funera passis
cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
certe hinc Romanos olim volventibus annis,
hinc fore ductores revocato a sanguine Teucri,
qui mare, qui terras omni dicione tenerent,
pollicitu's: quae te, genitor, sententia vertit?
hoc equidem occasum Troiae tristisque ruinas
solabar fatis contraria fata rependens;
nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
insequitur. quem das finem, rex magne, laborum?
Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus atque intuma tutus
regna Liburnorum et fontem superare Timavi,

TESTIMONIA.

232 'quid T. p.' Servius Aen. I 529 IX 429 233 Servius Aen. I 298. 385 234—237 'certe ... pollicitus' Priscianus 822. 1073. 1151. 1179. 1194 P. 234 'tot iam volventibus a.' Victorinus ad Cic. p. 80 Or. 235 'revocato ... Teucri' Servius ge. III 89 237 'quae ... vertit' Nonius 418, 28 240 'tot c. a.' Servius Aen. III 317 241 'quem ... laborum.' Gellius III 21, 12 Charisii exc. p. 555, 28 K. 242—244 Charisius 248 242. 244 (om. 243) schol. Lucani VII 194 242 sq. Beda de trop. 386 C. 'Antenor ... sinus' Victorinus ad Cic. p. 97 Or. 242 Macrobius Sat. IV 5, 2 Diomedes 460 Donati ars III 6, 2 Claudius Sacerdos I 164 'Antenor p.' Claudius Sacerdos I 184 244 'regna L.' schol. Lucani VIII 38 'fontem Timavi' Servius Aen. III 293 'fontem s. T.' Servius Aen. VIII 95

VARIA LECTIO.

232 *Sine interp. M* funere *γ* 233 claditur *γ*1, cla^{v}ditur *γ*2 cla^{u}dit̃ *c* ORBIS' *M* 234 *om. c*1 CERTE (*suprascr. colore rubro, scissis quae infra scr. sunt*) *M* 235—260 *Veron. fol.* 253 236 *om. c* '*melius* omni *quam* omnis' *Servius* OMNIS (I *m. rec. corr. in* E) *F* OMNES *V* ditione *γ* 237 pollicitus *Prisciani 1073 Vind. S* pollicitus, quae *vulgo* 238 EQ*uide*M *V* occa.fum *γ* *rui*NAS *V* 239 *in mg.* Cñ (*col. rubro*) *M* SO*labar V* 240 UIROS· *M* caffibuſ *γ* 241 *Sine interp. M* laborẽ *c*1 242 ELABSVS *F* ELABSVS (B *fort. corr. ex* P) *V* 243 illiricoſ *γbc* PAENETRARE *M* SINUS· *M* INTUMA *F* INTIMA *MRVγb*, *Charisii cod.* in^{ti}ma *c* 244 LIBYRNORVM *R* lib^{v}ornorum *γ* F.·.·ONTEM *M*

unde per ora novem vasto cum murmure montis
it mare proruptum et pelago premit arva sonanti.
hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit
Teucrorum, et genti nomen dedit armaque fixit
Troïa, nunc placida compostus pace quiescit:
nos, tua progenies, caeli quibus adnuis arcem,
navibus (infandum!) amissis unius ob iram
prodimur atque Italis longe disiungimur oris.
hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?'

Olli subridens hominum sator atque deorum
voltu, quo caelum tempestatesque serenat,
oscula libavit natae, dehinc talia fatur:

TESTIMONIA.

245 sq. Seneca nat. qu. III 1, 1 245 'unde ... novem' Servius Aen. III 694 246 'it m. p.' schol. Lucani V 438 247 Priscianus 736 anon. de nom. 2 p. 128 Endl. 'ille u. P.' Charisius 54. 113 Priscianus 946 P. 'urbem P.' Servius Aen. I 565 V 52 248 sq. 'armaque f. T.' schol. Lucani I 240 249 'nunc ... quiescit' Nonius 257, 3 Servius Aen. I 374 250—252 Nonius 363, 22 250 Macrobius Sat. IV 6, 6 Servius ge. IV 324 'nos t. p.' anecd. Paris. Eckstein-ii 5 'caeli ... arcem' Servius Aen. X 28 251 Priscianus 1026 P. 'navibus i. a.' Iulius Rufinianus 262 R. Servius Aen. I 39 'unius ob i.' de quant. 11 p. 504 Endl. 251 sq. 'navibus ... prodimur' Servius Aen. I 40 'unius ... prodimur' Isidorus orig. X 221 Donatus ad Ter. adelph. III 4, 12 IV 5, 58 Servius Aen. II 595 IV 431 X 28 253 Priscianus 1061 'hic pietatis honos, sunt hic sua praemia laudi.' (461) Donatus ad Ter. hec. IV 2, 8 'hic p. h.' Probi inst. II 1, 33 'sic ... reponis' Arusianus p. 259 L. 254 'olli': cf. Claudius Sacerdos I 98

VARIA LECTIO.

245 murmure] MVRE *V* 246 IN *V* PRORVPTVM *V* PR. RVPTVM *F* praeruptum *γ*1, *Seneca 'melius* proruptum *quam* praeruptum' *Servius: cf. de hoc loco Henry twelve years p.* 83—95 PRAEMIT (A *eras.*) *F* ar. a *b*1 247 PATAVI· *M* sedem *Prisciani Sang.* 248 TEVCRO*RVM* *M* DEDIT· *M* 249 *om. c* *sine interp. M* COMPOSITVS (I *eras.*) *V* conpoſtuſ *γ* 250 aduiſ *γ* annuiſ *c* 251 *sine interp. M* infandum! *Priscianus* infandum *adverbialiter Iul. Rufinianus, optionem dat Servius* 252 PRODIMVR· *M* ADQVE *R* DIIVNGIMVR *F* 253 IN *sup. F* 254 ſubridet *c* SATOR· M ADQVE *R* 255 VVLTV *libri* 256 NATE *F* dein *c*

'parce metu, Cytherea: manent immota tuorum
fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini
moenia, sublimenque feres ad sidera caeli
magnanimum Aenean; neque me sententia vertit.
hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet,
longius et volvens fatorum arcana movebo)
bellum ingens geret Italia populosque feroces
contundet, moresque viris et moenia ponet,
tertia dum Latio regnantem viderit aestas
ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.
at puer Ascanius, quoi nunc cognomen Iulo
additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno),
triginta magnos volvendis mensibus orbis

TESTIMONIA.

257 sq. 'parce ... tibi' Priscianus 778 257 'parce m. C.' Claudius Sacerdos I 82 258 sq. 'promissa L. m.' Consentius 2043 P. 259 'sublimem ... caeli' Isidorus orig. X 242 261 Nonius 527, 23 Priscianus 1018. 1029 Alcuini gramm. 2124 P. Servius Aen. X 8 'quando ... remordet' Maximi Vict. ars 23 schol. Lucani IV 811 VIII 211 262 Nonius 32, 9 'fatorum a.' Servius Aen. X 8 263 'bellum i. g. I.' Isidorus orig. I 33, 14 Servius Aen. X 8 'populosque f. c.' Servius Aen. X 87 264 'contundet ... et' Marius Plotius p. 263 G. 265 hist. Aug. p. 412 Grut. 'mores ... ponet' Servius Aen. VIII 316 266 Nonius 400, 30 schol. Hor. carm. I 15, 35 Asper 113, 21 Servius Aen. X 8 267 'cui ... Iulo' Cledonius 1890 267 sq. 'cui ... additur' Iulius Rufinianus 218 R. 269 Servius Aen. II 651

VARIA LECTIO.

257 m&u *c* IMMOTA *FRVc* 258—266 *unus 'ordo longissimus' videtur Servio ad* 265 258 cernes urbem et] *'aut Romam significat ... et ne longa sit expectatio, adiecit* et promissa L. m. *aut certe detrahe* et, *sicut multi, et epexegesin facis' Servius : cf. Wagneri quaest. Verg.* XXXIII 8 PROmissa *lavini V* 259 Menia *c* fublimen *γ*, *Laurent.* 45, 14 *Serrii* fublim (*i. e.* fublimen) *c* fublime. *b*1 SVBLIMEM *FMRV b*2, *Isidorus* 260 AENEAM *Rb* 261 FAVOR *R* FAUOR (B *rubr.*) *M* tibi fabor enim *continuat Servius* 262 archana *b* 263 ferocif *γ*1 264 CONTENDUNT (V *sup. et lin. transv. col. rubro*) *M* contond& *γ* 266 tranfierit *γ* 267 Ad *c* QVO (*corr. m.* 2) *F* CUI *ceteri* NOMEN (*sup. m.* 2) *F* 268 *Hunc versum sive totum sive post* additur *aliena manu additum esse suspicatur Heynius: interpretatur eum Servius: cf.* 288 ILIVS *F* RESTETIT *MF* reſtitit (titit *in ras.*), *corr. in* reſtetit *b* ILLA *F* 269 VOLVENTIS *R* ORBES *Mb*

[illegible] explebit, regnumque ab sede Lavini
[illegible] et longam multa vi muniet Albam.
hic iam ter centum totos regnabitur annos
gente sub Hectorea, donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus
Romulus excipiet gentem, et Mavortia condet
moenia Romanosque suo de nomine dicet.
his ego nec metas rerum nec tempora pono,
imperium sine fine dedi. quin aspera Iuno,
quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat,
consilia in melius referet, mecumque fovebit
Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.
sic placitum. veniet lustris labentibus aetas,
cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenas

TESTIMONIA.

273 sq. 'donec ... prolem' Donatus ad Ter. hec. I 2, 31 schol. Hor. carm. III 3, 32 'donec ... gravis' Nonius 313, 31 'regina ... gravis' Arusianus p. 233 L. 274 'geminam ... prolem' Philargyrius ge. III 101 278 sq. 'his ... dedi' schol. Hor. carm. saec. 25 schol. Lucani V 44 'illic enim tibi non Vestalis focus, non lapis Capitolinus, sed deus unus et verus nec metas rerum n. t. ponet, imperium s. f. dabit' Augustinus de civ. dei II 29 278 hist. Aug. p. 412 Gr. Servius Aen. X 472 279—285 'quin ... Argis' Augustinus de civ. dei V 12, 2 279 Maximus Vict. de carm. her. 6 'quin a. I.' Probi ars m. 226 p. 275 Endl. gramm. Vat. in auct. class. Mai V 196 279 sq. 'quin ... fatigat' Probus 19, 15 K. 280 Nonius 310, 29 281—283 'mecum ... placitum' Priscianus 1077 282 Suetonius Aug. 40 Diomedes 452 P. Nonius 281, 20 283 'sic p.' Diomedes 392 'veniet ... aetas' schol. Hor. carm. II 4, 23 Servius ecl. IV 37 284 'domus A.' Servius Aen. I 272 'Phthiam c. M.' schol. Hor. carm. IV 6, 4

VARIA LECTIO.

270 explebit (b *in ras.*) *b* a fede *c* 271 TRANSFERETET (ETET *eras.*) *R* 272 Hlicam *c* 'hinc iam, *praeterea; si autem* hic iam, *in hoc scil. loco*' *Servius* 273 haectorea *γc* 275 NUTRICES *M* 276 ma. uortia *b* 277 *Hinc redit P* DICET (E *corr. ex* I) *R* 278 nem&af *γ* moetaf *bl* 280 TERRASQVAE *P* terrafquae *γ* CAELVM*que fatigat P* 281 MELIA·IN·MELIVS *R* FOV*ebit P* 282 TO*gatam P* 283 AET*as P* ae.taf *b* 284 PŸTHIAM *P* PHTIAM *R* PTHIAM *Myc* micenaf *γ* *mycenas P*

servitio premet ac victis dominabitur Argis.
nascetur pulchra Troianus origine Caesar,
imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, a magno demissum nomen Iulo.
hunc tu olim caelo, spoliis Orientis onustum,
accipies secura; vocabitur hic quoque votis.
aspera tum positis mitescent saecula bellis;
cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
iura dabunt; dirae ferro et compagibus artis
claudentur Belli portae; Furor impius intus
saeva sedens super arma et centum vinctus aënis
pos tergum nodis fremet horridus ore cruento.'

Haec ait, et Maia genitum demittit ab alto,

TESTIMONIA.

285 Maximus vict. de carm. her. 6 286—288 Diomedes 452 287 schol. Hor. carm. IV 15, 15 288 Isidorus orig. IX 3, 13 schol. Lucani I 197 III 213 Servius Aen. IV 234 VI 790 'a magno ... Iulo' Cledonius 1890 Servius vita p. 2 L. 289 sq. 'hunc ... accipies' schol. Hor. carm. I 2, 33 'hunc ... secura' Nonius 357, 33 292 'cana ... Vesta' Nonius 86, 28. 313, 19 schol. Hor. carm. I 35, 21 'cana F.' schol. Lucani I 188 294 'claudentur B. p.' schol. Hor. carm. IV 15, 9 epist. II 1, 256 294—296 'furor ..., cruento' Macrobius Sat. IV 5, 12 Orosius VII 5 295 'saeva s. s. a.' Arusianus p. 261 L. Claudius Sacerdos I 7 Cledonius 1879 Alcuinus 2141 P. Servius Aen. I 176 295 sq. 'et ... nodis' schol. Hor. carm. III 9, 18 297 schol. Hor. carm. I 2, 43 'Maia ... alto' schol. Veron. 82, 2 Servius Aen. I 3

VARIA LECTIO.

285 *Ser*VITIO *P* praem& γ PREMIT *R* uĩt. if γ ARG*is* *P* 286 pulcra γ 287 *sine interp. M* ociano *c*1 Q· *M* 288 dimiſſum γ1*c* nomĩ. γ 289 TUNC (T *corr. in* H) *M* Huc *c* ſpoliiſ *in ras.* γ2 ORIENTIS (ENTIS *fort. in ras.*) *R* onuſtum γ honuſtum *bc* 'honustum ... '*alii* honestum *legunt*' *Servius*. 290 Accipie. ſ *c* QVOQ*Vevotis P* 291 po. ſitiſ γ *bellis P* 292 VASTA (*corr. m. rec.*) *R* VASTA *P*γ1 QV*irinus P* 293 COMPAGI*bus artis P* COMPAGIBARTIS (C *rubr.*) *M* compagibuſ *b*1 cõ. pagibuſ *b*2 294 *fntus P* 295 VI*nctus aenis P* uictuſ *c* 296 Poſtergũ *b*1*c* POSTTERGVM *MPR*$\gamma\psi$ fremit *Macrobii exempl.* orriduſ γ Ore *P* hore *c* CRVENTO (CRV *in ras.*) *R cruento P* 297 Haeait *c* MAIAE (E *eras.*) *R* mai.. *b*1 ma *c* DIMITTIT *P*γ1 Alto *P*

ut terrae utque novae pateant Carthaginis arces
hospitio Teucris, ne fati nescia Dido
finibus arceret. volat ille per aëra magnum
remigio alarum, ac Libyae citus astitit oris.
et iam iussa facit, ponuntque ferocia Poeni
corda volente deo; in primis regina quietum
accipit in Teucros animum mentemque benignam.

At pius Aeneas, per noctem plurima volvens,
ut primum lux alma datast, exire locosque
explorare novos, quas vento accesserit oras,
qui teneant (nam inculta videt), hominesne feraene,
quaerere constituit sociisque exacta referre.

TESTIMONIA.

300 'volat . . . magnum' Charisius 231 L. 301 'remigium alarum' Isidorus orig. I 36, 5 302 sq. 'ponunt . . . deo.' Nonius 368, 1 303 'volente d.' Claudius Sacerdos I 82 303 sq. 'in primis . . . benignam' Servius Aen. I 571 'quietum . . . benignam' Servius Aen. I 231 306—309 Macrobius Sat. V 4, 5 306 sq. 'exire . . . novos' Nonius 294, 20 Servius Aen. III 297 307 Iulius Rufinianus 253 R. 308 sq. 'homines . . . constituit' Nonius 258, 16. 273, 10 308 'hominesne feraene' Diomedes 428 Agroetius 2271 P. 309 Nonius 200, 32

VARIA LECTIO.

298 TERRA *P* noue *γ* CARTHAGINIS *MRyc* CARTHA*ginis P* cartaginif *b* *arces P* 299 FATIS (S *eras.*) *R* NESCIA (SCI *eras.*) *R* 300 *finibus ar*CERES *P* ILLE (LL *m. alienam passae*) *M* aethera *χ* 301 *remigio al*ARVM *P* a *γ* lybiae *γ* libie *c* ADSTITIT *MRyc* 302 *et iam ius*SA *P* 303 *sine interp. M* *corda vol*ENTE *P* DO *R* imprimif *c* in primis . . . benignam *Vergilio indigna esse censet Peerlkampus* 304 *accipit in*tECROS *P* accepit *γ* TTEUCROS *M* 305 *at pius aen*EAS *P* Ad *c* uolenf *b* 306 *ut primu*M *P* primu. *b*1 primū. *b*2 lux] VIX *m.* 2 *corr. in* LVX *P* DATAST *P* DATAEST *MRybc* 307 *explora*RE *P* locos *Rufinianus* 308 *quitene*ANT *P* UIDENT *M* FERENE *M* FERENAE (A *eras.*) *R* FEREN. *P* ferene *γ* 309 *quaer*ERE *P* querere *γ* fociif *γ*

classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
occulit; ipse uno graditur comitatus Achate,
bina manu lato crispans hastilia ferro.
cui mater media sese tulit obuia silua,
uirginis os habitumque gerens et uirginis arma,
Spartanae uel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce uolucremque fuga praeuertitur Eurum.
namque umeris de more habilem suspenderat arcum
uenatrix, dederatque comam diffundere uentis,
nuda genu nodoque sinus collecta fluentis.

TESTIMONIA.

310 'sub r. c.' de gen. nom. 97, 13 H. 312 'ipse ... Achate' Priscianus 768 'uno ... Achate' Priscianus 731 'uno comitatus A.' Priscianus 707 Probi ars in. 523 p. 338 Endl. 313 schol. Veron. 71, 10 314 Nonius 407, 6 315 'virginis ... gerens' Claudius Sacerdos I 163 Philargyrus ge. II 122 315 sq. 'virginis os ... Spartanae' Prisciani praeexerc. p. 364 C. 316 sq. 'uel ... Hebrum' Nonius 307, 22 316 'uel ... fatigat' Servius Aen. IV 228 317 Priscianus 803 'uolucrem ... Hebrum.' Nonius 362, 16 schol. Hor. serm. I 3, 38 318 Donatus ad Ter. eun. II 3, 23 'atque humeris habilem s. a.' gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 319 'dederatque ... uentis uenatrix' Servius Aen. XI 648 320 Priscianus 778 differentiae uoc. 2 p. 226 Endl. schol. Lucani IV 524 VI 708 'nuda g.' schol. Persii I 18 Diomedes 435 P. Servius Aen. II 132. 273 'nodo ... fluentes' Iulius Rufinianus p. 248 R 'sinus c. f.' Servius Aen. I 404

VARIA LECTIO.

310 *sq. cf.* III 229 *sq.* 310 *literis quadratis b classEM P* conuexu *c* 311 *arb*ORIBVS *P* orrentibuſ *c* 312 *occ*VLIT *P* COMITATVS (O *m. 2 corr. ex* V) *P* ACHATAE *MR*, *Prisciani* 707 *Bamb.*, *sed idem ablativum testatur identidem* 313 *bi*NAMANVLATO *P* 314 *cui mater med*IA *P* cum *ut vid.* γI 315 *virginis os ha*BITVM *P* of γ hof *c* abitum *b* 316 *spartanae P* Sarranae *Marklandus ad Stat. silv.* V 2, 118 *vel P* AEQVOS *M* threiſa γ traeiſſa (trae *in ras.*) *b* 317 ARPALYCE *R* harpalice γ harpalicae *b harpalyce P vol*VCREM *P* uoluerã *c* uoluchrem γ Eurum *Rutgersius lect. Venus. c.* 6 *et Rob. Titius* HEBRUM *MPRψ cum Prisciano*, *Nonio*, *Acrone*, *Silio* II 73, *Servio*, *ut videtur*, *qui tamen adnotavit*: *'sed falsum est, nam est quietissimus etiam cum per hiemem crescit.'* haebrũ *bc* hebrum γ *cf.* VIII 223 XII 334 II 417 318 *namque ume*RIS *P* humerif γc MORES *P* 319 *venatrix ded*ERAT *P* 320 *nuda genu n*ODO *P* NVDOQ· *M* SINOS *M*

ac prior 'heus' inquit 'iuvenes, monstrate, mearum
vidistis siquam hic errantem forte sororum,
succinctam pharetra et maculosae tegmine lyncis,
aut spumantis apri cursum clamore prementem.'

Sic Venus, et Veneris contra sic filius orsus:
'nulla tuarum audita mihi neque visa sororum,
o — quam te memorem, virgo? namque haut tibi voltus
mortalis, nec vox hominem sonat; o dea certe,
an Phoebi soror? an nympharum sanguinis una?
sis felix, nostrumque leves quaecumque laborem,

TESTIMONIA.

321 'heus . . . mearum' Sergius 1852 P. Pompeius 349 L. 323 Nonius 350, 8 Priscianus 1081 324 'apri . . . prementem' Servius Aen. II 530 325 Servius Aen. IX 656 326—329 Macrobius Sat. V 4, 6 326 Maximus Vict. de carm. her. 6 327—329 Donatus ad Ter. adelph. V 6, 3 327 sq. 'o . . . sonat' Seneca epist. 115, 5 'namque . . . certe' Servius Aen. V 647 schol. Lucani I 562 328 schol. Persii III 21 'nec . . . sonat.' Priscianus 683 Servius Aen. VI 50 329 Priscianus 1081 329 sq. 'an Phoebi . . . felix' Nonius 302, 2 330 Seneca epist. 115, 5 Servius ecl. V 65 'nostrumque . . . laborem' Servius Aen. I 145 VII 755

VARIA LECTIO.

321 *ac prior heus P* hac *γ* PRIO *M* inquid *γbc* 322 *vidistis si quaM P* Vidifti *c* hec *c1* 323 FARETRA m (*sup. m. rec.*) *R* faretram *χ*, *Nonii ω* 'pharetram ... *sed melius in quibusdam codicibus sine* m pharetra *ablativus invenitur; quidam tamen* lyncis cursum *a communi accipiunt' Priscianus.* TEGM*ine lyncis P* tegmine (g *in ras.*) lincif *b* egmine lincif *c* tegmina lincis *γ1* 324 SPVMANTEM *P* ſpumatif *γ* PRAEMENTEM *R* PRAEMENE̅ *M* PRE*mentem P* 325 at *Servius* IX 656 sic] C. (C *corr. ex* O, *ut vid., tum eras. fort.* U) *P* ORS*us P* 326 SOR*orum P* 527 *in mg. 5* (*col. rubro*) *M* HAUT *M* HAVT *Rγ1* AVT *P* haud *bc* uoltus *γ* VVLTVS *MRbc* *Voltus P* 328 hominum *γ* hominum *b1* 'o dea certe: *hic* o *distinguendum, ut post inferat* dea certe, *confirmans opinionem suam' Servius.* CE*rte P* 329 AN (N *m. 2 add.*) *P* A. *b1* an nȳpharum (nȳ *in ras.*) *b* anympharū *c* aut nympharum *m* SANGVINIs *P* ſanguinif *γ* *An forte* es agminis? *quod certe probabilius sit quam Peerlkampi ratio* an pars Nympharum agminis *comicientis, qui contulit Ovid. metam.* V 577 *et Claudian. rapt.* III 58 VNA *R una P* 330 quemcumque *Servius ecl.* V 65 LABO*rem P*

et, quo sub caelo tandem, quibus orbis in oris
iactemur, doceas; ignari hominumque locorumque
erramus, vento huc vastis et fluctibus acti:
multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.'

Tum Venus: 'haut equidem tali me dignor honore;
virginibus Tyriis mos est gestare pharetram
purpureoque alte suras vincire coturno.
Punica regna vides, Tyrios et Agenoris urbem;
set fines Libyci, genus intractabile bello.
imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
germanum fugiens. longa est iniuria, longae
ambages; set summa sequar fastigia rerum.
huic coniunx Sychaeus erat, ditissimus auri

TESTIMONIA.

331 'et ... tandem' Servius Aen. V 34 334 Charisius 241 335 schol. Hor. carm. I 19, 15 'haud ... honore.' Quintilianus XI 3, 70 Arusianus p. 222 L. schol. Lucani VIII 806 X 338 Servius Aen. I 417 III 475 ge. II 380 III 486 337 Servius ecl. VII 32 338 'Punica r. v.' Servius Aen. X 24 cf. de gen. nom. 90, 3 H. 'Tyrios ... urbem' Philargyrus ge. IV 287 341 sq. 'longae a.' Probi inst. II 1, 21 Claudius Sacerdos II 17 342 'summa ... rerum' Seneca epist. 89, 17 Servius ge. IV 286 'qua sequar f. r.' Claudius Sacerdos I 173 343 'ditissimus agri' Pompeius p. 141 L. Cassiodorus de orat. p. 564^{b} (ed. Ven. 1729) 'ditissimus a. P.' Servius Aen. I 96 343 sq. Diomedes 481 P.

VARIA LECTIO.

332 LOCORumque *P* 333 hunc *b*1 vastis et] ETVASTIS *R* ET VASTIS *M* 334 DEXTRa *P* 335 AUT (T *corr. in* D) *M* haud *bc* HONORe *P* honore. *γ* 336 MOS *M* FARETRAM *R* PHARETRAM *P* 337 alta. (a *post. corr. in* e) *γ* RIRAS *P* VINCERE *R* aptare *Servii ad ecl.* VII 32 *Lips.* COTVRnoP 338 Punica] Tyria *de gen. nom.* TYRIOS· *M* AGENORIs *urbem P* URBES· *M* urbem *Servius* 339 SED *PRbc* libici *γ* BELlo *P* 340 PROFECta *P* 341 LONGE *R* longe *γ longae P* multae *Probi inst., Claudius Sacerdos* 342 Ambaief *b* SED *PRγbc* qua sequar *Claudius Sacerdos* Rerum *P*· 343 CONIVX *Rγb*1 SYCHAEVS A *m.* 2 *P* ſycheuſ *γc* ſicheuſ *b* Synchaeus *hic scripsisse Maronem coniecit Heinsius*, Sycchaeus *Brunckius: cf.* 348 aequaevus *Peerlkampus* auri *Huetius in Huetianis* 62: *cf.* X 563 VII 537 AGRI *libri, nisi quod in P legi nihil potest.* agri *item Servius, Pompeius, Cassiodorus*

progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
audierat, Tyrias olim quae verteret arces;
hinc populum late regem belloque superbum
venturum excidio Libyae: sic volvere parcas.
id metuens veterisque memor Saturnia belli,
prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis
(necdum etiam causae irarum saevique dolores
exciderant animo; manet alta mente repostum
iudicium Paridis spretaeque iniuria formae
et genus invisum et rapti Ganymedis honores):
his accensa super iactatos aequore toto

TESTIMONIA.

19 sq. 'progeniem ... audierat' Quintilianus IX 3, 14 Donatus ad Ter. hec. I 2, 3 Charisius 241 Priscianus 1033 Velius Longus 2231 19 Probi inst. I 8, 5 21 schol. Hor. epod. V 63 'hinc ... regem' Diomedes 429 Charisius 240 Servius Aen. IV 220 'populum ... superbum' Servius Aen. I 225 23 'veteris ... belli' Servius Aen. IV 372 24 Arusianus p. 211 L. Priscianus 981 Pompeius p. 396 Servius ge. I 12 'ad ... Argis' Servius in artem Don. 1797 25 sq. 'necdum ... animo' Nonius 300, 15 26–28 cf. Macrobius Sat. V 16, 11 26 sq. 'manet ... Paridis' Nonius 386, 10 26 'manet ... repostum' Nonius 349, 31 27 'iudicium P.' Claudius Sacerdos II 42 28 'et genus ... rapti' Terentianus Maurus 1264 'et rapti G. h.' Nonius 320, 12 Servius Aen. IV 198 'rapti G. h.' Diomedes 416 29 sq. 'his ... Troas' Nonius 169, 17 'iactatos ... Troas' idem 328, 1 29 Priscianus 1001 P.

VARIA LECTIO.

19 'set *vero coniunctio quamvis lege grammaticorum per* l *literam dicatur ... nescio quomodo tamen obrepsit auribus nostris, ut* d *literam sonet cum dicimus* progeniem ... audierat. *ubi quaerendum erat, contrane ac loquimur scribendum sit an secundum scriptionem loquendum*' *Velius Longus.* 20 AUDIAT· *M* ER 21 *sq.* '*in Probi adpuncti sunt: et adnotandum, hi duo si eximantur, nihilominus sensus integer erit, sed Vergilius amat aliud agens exire in laudes populi Romani*' *Servius.* 22 UENTURUM· *M* LIB*yae V* libiae *c* libae *γ* i *sic V* 23 *metuens — memor V* 24 atroiam *γ* *troiam — gess*E-RAT *V* R AGRIS *M* 25 *causae ir*ARUM *V* cauſa *c* 26 EX-CID*era*NT *V* A 27 SPRAETE *M* ſpraetae *γb* ſpę *c* 28 RAPTIS *R* ganimedif *γbc* 29 SUPER· *M*

auxiliumque viae veteris tellure recludit
thensauros, ignotum argenti pondus et auri.
his commota fugam Dido sociosque parabat.
conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni
aut metus acer erat; navis, quae forte paratae,
corripiunt onerantque auro. portantur avari
Pygmalionis opes pelago; dux femina facti.
devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
moenia surgentemque novae Karthaginis arcem.
[mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
taurino quantum possent circumdare tergo]
sed vos qui tandem quibus aut venistis ab oris,
quove tenetis iter?' quaerenti talibus ille

TESTIMONIA.

358 sq. 'auxilium ... thesauros.' Pseudoasconius ad Cic. p. 181 Or. 359 'ignotum ... auri' Servius Aen. IV 75 361 sq. 'conveniunt ... erat' Servius Aen. I 23 IV 545 361 Nonius 271, 4 363 sq. 'avari P. o.' Servius Aen. IV 75 365 sq. 'devenere ... moenia' Nonius 211, 2 'devenere l.' Quintilianus I 5, 43 366 'surgentem arcem' Servius Aen. IV 274 369 Quintilianus IX 2, 7 anecd. Paris. Eksteinii 21, 15 Servius Aen. III 337 369 sq. 'sed ... iter' Nonius 412, 12

VARIA LECTIO.

358 *auxi*LIVM *P* VETERES *PRy* 359 THENSAVROS *MR the*SAVROS *P* thefauruf *ybc* 'thesauros: *hoc nomen* n *non habet' Servius* ignotum *Servius* SANOTVM (*de* A *non constat*) *P : an* semotum? 360 *his commota fu*GAM (*sed ut ante* G *videatur fuisse* F) *P* HICOMMOTA *M* 361 *conveniunt q*VIBVS *P* crudeli *c*l tiranni *b* 362 *aut metus acer P* NAVES *MR* 363 *corripiunt o*NERANT *P* onerañ (ñ *in ras.*) *b* honerant *yc* 364 Pigmalionif *yc pygmalion's P* 365 *devenere loco*S *P* agentia *c* CERNES *PRybc*2 : *cf.* 419 CERNIS *Mc*1 : *cf.* 338 366 *moenia surge*NTEM *P* CARTHAGINIS *PRyc* cartaginif *b* 367 *sq. cum Beckio de sensu crit.* II 62 *damnat Peerlkampus, interpretatur Servius. mercatique s*OLVM *P* 368 *taurino quan*TVM *P* tergo — Sed *Ladevicus. Credam potius Vergilium quam Didonem non perfecisse orationem, morte scilicet occupatum.* 369 aut ueniftif (aut *in ras.*) *b* annueniftif *c* AUDUENISTIS *M* ADVENISTIS *Rm*, *Quintiliani Par.* 1 *Tur. m. alt.* Oris *P* 370 qerenti (qere *m.* 2 *in ras.*) *y*

suspirans imoque trahens a pectore vocem:
'O dea, si prima repetens ab origine pergam,
et vacet annalis nostrorum audire laborum,
ante diem clauso componet Vesper Olympo.
nos Troia antiqua, si vestras forte per auris
Troiae nomen iit, diversa per aequora vectos
forte sua Libycis tempestas adpulit oris.
sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
classe veho mecum, fama super aethera notus.
Italiam quaero patriam et genus ab Iove summo.
bis denis Phrygium conscendi navibus aequor

TESTIMONIA.

372—374 Macrobius Sat. V 4, 7 372 sq. Priscianus 1077 372 'o dea' Probi inst. I 1, 1. 4, 22 373 sq. Servius Aen. I 305 373 Macrobius Sat. III 2, 17 Priscianus 1133 374 Nonius 255, 2 Isidorus orig. V 31, 5 Beda de temp. rat. 7 Aldhelmus de re gramm. et metr. 514 schol. Hor. epist. II 1, 8 Servius Aen. VIII 639 X 1 XII 109 ecl. III 108 377 Priscianus 672 Arusianus p. 210 L. Servius Aen. I 341 378 'sum p. A.' schol. Veron. 01, 18 379 'classe v. m.' Consentius 2038 P. Marius Victorinus 90 G. 380 'Italiam q. p.' Servius Aen. III 297 X 87 ge. II 116

VARIA LECTIO.

371 traenf *b* VOCE*m P* 373 uacat *Prisciani* 1133 *ω* annalef *b* tantorum *Macrobii* III 2, 17 *exempl.* LABO*rum P* LABOREM *M* 374 COMPONET *Myb cum auctoribus antiquis : cf. Cic. Tusc.* V 35, 102 componet *c* COMPONAT *P* COMPONAT *R* OLYMPo *P* olimpo *b* olympho *γ* 275 TROA NTIQUA *M* VESTRA *P* AU-STRIS (l *corr.* ex E) *M* auref *b* 376 iit (ii *in ras.*) *γ* VEC*tos P* 377 libicif *γbc* APPVLIT *PRybc* horif *c* 378 raptuf *b1* oſte *b* 379 ueo *b* aetera *c* NOTV*s P* 380 'Italiam quaero: *hoc loco distinguendum est: nam si iunxeris* patriam, *non* ***procedit*** . . . [*vel sic distinguendum:* Italiam quaero patriam, et genus ab Iove summo]' *Servius* PATRIA *P* summo] MAGNO *R* 381—399. 400—418 *fol. V cod. G* 381 byf *γ* FRYGIVM *R* PuRYGIVM (II *m.* 2 *add.*) *P* phyigium *γ* frigum *b* AEQVO*r G*

matre dea monstrante viam data fata secutus;
vix septem convolsae undis euroque supersunt.
ipse ignotus egens Libyae deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus.' nec plura querentem
passa Venus medio sic interfata dolore est:

'Quisquis es, haut, credo, invisus caelestibus auras
vitalis carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.
namque tibi reduces socios classemque relatam
nuntio et in tutum versis aquilonibus actam,
ni frustra augurium vani docuere parentes.
aspice bis senos laetantis agmine cycnos,
aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
turbabat caelo; nunc terras ordine longo

TESTIMONIA.

383 'vix ... undis' Isidorus orig. X 62 384 'Libyae d. p.' Macrobius Sat. IV 3, 9 385 'Europa ... pulsus' schol. Hor. carm. III 27, 75 Servius ge. I 383 385 sq. 'nec ... est.' Donatus in Ter. adelph. IV 5, 45 'nec ... Venus' Arusianus p. 257 L 386 'medio ... est' Servius Aen. I 414 387 sq. 'haud ... carpis.' Donatus ad Ter. hec. III 2, 15 Servius Aen. II 641 'auras v. c.' Isidorus orig. I 36, 15 392 Nonius 416, 27 393—395 'aspice ... caelo' Claudius Sacerdos I 135 394 sq. 'aetheria ... caelo.' Nonius 369, 9 395 sq. Terentianus Maurus 2774 395 Servius ge. II 230 'nunc ... longo' Philargyrus ge. II 230

VARIA LECTIO.

382 FATASECVtus *G* FAtaSEcVTVs *P* 383 'aut convulsae undis euroque aut supersunt undis euroque convulsae' *Servius* CONVVLSAE *Pybc* QVe *P* SVPERSunt *G supersunt P* 384 libiae *yb* PERagro *P* 385 PVLSVS' *G* QVEVERENTEM *R* QUAERENEM *M* QVERENTem *G* QVerentem *P* 386 DOLOre est *P* 387 AUD (*corr. minio*) *M* haud *bc* CAELESTibus *P* AVras *G* auras *P* 388 VITALIT *P* tiriam *γ* tyliă *c* urbem *P* 389 PERGE HINC MODO *M* ATQ· *M* ADQVE HINC *G* REGINE *P* LIMina *P* Perfer *G* perfer *P* 390 REDVCIS *Pγ*1 QVe *P* RELAtam *G* relatam *P* 391 NUNTIO· *M* AQVILONIBVs actam *P* 392 ni frustrA *P* DOCVRE *G* 393 aspice bis *P* letantef *bc* acmine *c* CYGNOS *Mc* cignof *b* 394 AETHERIAS *M* Aeteria *b* aetheria *P* QUO *M* LABSA *G* ALES· *M* 395 TVRBABIT *R* turbabaT *P* AELO *P* CALO (*corr. m.* 1) *G*

gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,
Ilium in Italiam portans victosque penates:
incute vim ventis submersasque obrue puppes,
aut age diversos et dissice corpora ponto.
sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae,
quarum quae forma pulcherrima Deiopea,
conubio iungam stabili propriamque dicabo,
omnis ut tecum meritis pro talibus annos
exigat et pulchra faciat te prole parentem.'

Aeolus haec contra: 'tuus, o regina, quid optes,
explorare labor; mihi iussa capessere fas est.
tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra Iovemque

TESTIMONIA.

67 sq. Augustinus de civ. dei I 3 67 Maximus Victorinus de carm. her. 6 'gens i. m.' de gen. nom. 80, 20 H. 'Tyrrhenum n. a.' Quintilianus IX 3, 17 Iulius Rufinianus p. 252 R. Servius Aen. III 191 68 Servius Aen. II 374 VIII 12 'Ilium ... portans' Servius Aen. VIII 37 69 sq. Donatus ad Ter. Andr. II 1, 28 'incute ... diversos' Diomedes 411 69 'submersasque o. p.' Isidorus orig. XVIII 2, 7 70 Isidorus orig. XVIII 2, 7 schol. Lucani IV 458 'aut age' Terentianus Maurus 470 'aut a. d.' Claudius Sacerdos I 72 et ... ponto' Servius Aen. V 683 71–73 Macrobius Sat. V 4, 3 71 Iulius Rufinianus p. 250 R. Asper 112, 9 K. Servius ge. IV 330 'sunt ... septem' Probi inst. I 6, 1 72 sq. 'quarum ... stabili' Donatus ad Ter. Phorm. prol. 3 72 Maximus Victorinus de carm. her. 6 Marius Plotius p. 253 G. 73 Donatus ad Ter. Phorm. V 5, 2 Eutychius II 2 'propriamque d.' Probi inst. II 3, 9 Claudius Sacerdos II 161 Servius ecl. VII 31 Aen. III 85 VI 872 74 sq. 'omnis ... exigat' Nonius 201, 15 Donatus ad Ter. hec. III 5, 40 75 Asper 112, 9? 'et ... parentem' Servius Aen. VII 457 IX 222 'pulchra prole' Servius Aen. I 313. 196 III 286 76 sq. 'tuus ... labor' Servius Aen. I 425 IV 113 XII 652 77 'mihi ... est' Nonius 206, 17 Servius Aen. I 63. 387 78 sq. Donatus ad Ter. Phorm. II 2, 24 78 'tu ... regni' Quintilianus XI 3, 176 Donatus ad Ter. hec. IV 4, 21

VARIA LECTIO.

67 TYRRENVM *Rc* 68 Ilium *b* 69 SUMMERSAS *R* OBRUE *M* obruere *γ1* 70 diuersus *Diomedis ω* diuersas *χ* et] AUT. *m. 2 corr. in* ET *M* DISSICE *Rybcm, Isidori ω: cf.* VII 339 DISSICEP *M* disice *schol. Lucani, Servii: Donati exempl.* 72 : *cf.* X 225 quae] Q· *M* forma est *m* deiopeia *Macrobii Paris.* 1 deiopeam *χ, Donati, Maximi Vict. excmpl.* 73 proprio *c1* 75 pulcra *γ* pulchra *c* 76 'O· *M* EG RINA (*corr. m. rec.*) *R* 77 iufa *γ* iura *m*

ludis imaginibus? cur dextrae iungere dextram
non datur, ac veras audire et reddere voces?'
talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
at Venus obscuro gradientis aëre saepsit,
et multo nebulae circum dea fudit amictu,
cernere nequis eos neu quis contingere posset
molirive moram aut veniendi poscere causas.
ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
ture calent arae sertisque recentibus halant.

Corripuere viam interea, qua semita monstrat.

TESTIMONIA.

408 sq. 'cur ... datur' Servius Aen. III 611 409 'veras ... voces' schol. Hor. a. p. 158 411—414 Macrobius Sat. V 4, 8 412 Beda de trop. 383 C. 'multum ... amictum' Isidorus orig. I 36, 19 414 Nonius 346, 4 Diomedes 412 416 sq. 'ubi ... halant' Servius Aen. I 335 'centum ... halant' schol. Hor. carm. I 19, 13 'centum ... arae' Asper 114, 16 417 'ture c. a.' Probi inst. II 1, 52 Claudius Sacerdos II 54 'sertisque r. h.' Philargyrus ge. IV 109

VARIA LECTIO.

408 *ludis GP* Laudif *c*1 *imagin*IBVS *P* DEXTERAE (E *secunda fere eras.*) *G* 409 *non GP* *datur ac P* 410 *talibu*S *G* *talibus P* *incus*AT *P* gref*ũ c* 411 *at ve*NVS *G* *at venus P* AD *M* UENUS. *M* *obsc*VRO *P* obcuro *b* GRADIENTES *M* fepfit *ybc* 412 ET MULTO *MRb2c*, *Macrobius* et multã *γ* *et multo P* *et mul*TVM *G* et multum *b*1 *Isidorus*, *Beda* amictum *Isidorus* 413 Cenere *γc* *cern*ERE *G* *cernere P* *neq*VIS *P* NE *P* CONTVNGERE *P* POSSIT *GRγbc*1*m*, *Macrobii Paris. et Salisb.* 414 *moli*RIVE *G* *molirive P* *mo*RAM *P* MOLAM *M* molam *γ* aut] '*coniunctiva pro* et' *Diomedes.* et *Nonii exempl.* VENII *P* difcere *bm* caussas *m* 415 *ipsa pa*PHVM *G* abit] AB/// (*fissura*) *G* 416 *lacta G* illi *suprascr. b* SAB*aeo P* fa. beo *b* fabe. o *c* 417 TVRAE *M* turæ *c* *ture G* CALENT *G* ALANT *Mb* ALANT (*corr. m. recentiss.*) *R* HALant *P* 418 CORRIPUERe (ER *eras.*, ERE *sup. minio*) *M* *corr*IPVRE *G* MONstrat *P*

aut capere aut capsos iam respectare videntur:
ut reduces illi ludunt stridentibus alis
et coetu cinxere polum cantusque dedere,
haut aliter puppesque tuae pubesque tuorum
aut portum tenet aut pleno subit ostia velo.
perge modo et, qua te ducit via, derige gressum.'

Dixit, et avertens rosea cervice refulsit,
ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
spiravere; pedes vestis defluxit ad imos;
et vera incessu patuit dea. ille ubi matrem
adgnovit, tali fugientem est voce secutus:
'quid natum totiens, crudelis tu quoque, falsis

TESTIMONIA.

397 Claudius Sacerdos I 135 'ut ... ludunt' Servius Aen. V 40 399 sq. 'haud ... tenet' Servius Aen. I 144 399 Charisius 53. 113. 245 Diomedes 455 Beda de trop. 381 C. 'puppes ... tuorum' Quintilianus IX 3, 75 Iulius Rufinianus 237 R. Pompeius 470 L. 400 'aut portum t.' Phocas de asp. II 2 401 Augustinus contra acad. I 5, 14 'et ... gressum' Servius Aen. I 305 402 'rosea c. r.' schol. Hor. carm. I 13, 2 403 sq. 'ambrosiae ... spiravere' Isidorus orig. XVII 9, 80 'divinum ... spiravere' Servius Aen. V 648 403 Servius Aen. XII 419 405 'et ... dea' Servius Aen. V 649 VII 448 407 sq. 'quid ... imaginibus' Servius Aen. XI 427 407 'quid ... crudelis' Probi inst. I 9, 11

VARIA LECTIO.

396 *aut capere P* AVT CAPTVS (V *corr. in* O) IAM RESPECTARE *P* aut captof iam .efpectare (*in mg.* al defpectare) *γ* AVT CAPTAS IAMDESPECTARE (*scissa membrana*) *G* AVTCAPTASIAMDESPECTARE *MRγ2b*, *Terentianus Maurus* acceptaf iã defpectare *c1* ãtceptafiã defpectare *c2* VIDENTur *G* 397 *ut reduces P* 398 *et coetu P* COETUM *M* *ci*NXERE *P* CINCXERE *G* DEDERe *G* 399 HAUT (T *corr. in* D) *M* Haud *bc haut P* *alit*ER *P* p.upp.f (pp *e corr., deinde eras.* a) *c* pupef *γ* quae *γ* pu.bef *γ* 400 *aut po*RTVM *G aut por*tVM *P* HOSTIA *R* 401 *perge GP* DERIGE (*sup. m. rec.*) *R* DIRIGE *Mbc* 402 *dixit GP* *e*T *G* auertef *h* 403 *amb*ROSIAE *P amb*rOSIAE *G* quae *γ1* que. (e *m.* 2) *γ2* uirtice *c1* 404 *spir*AVERE *P* *spira*VERE *G* SIPIRAUERE (I *pr. corr. in* P) *M* IMVS (V *corr. cad. m. fort. in* O) *P* 405 et vera incessu] *et ve*RAINCESSV *P* *et ver*AINCESSV *G* 406 AGNOVIT *Rybc* *adgn*OVIT *G* *adgnovit P* *tali P* 407 *quid GP* *natum to*TIENS *P* CRUDELIS· *M*

ludis imaginibus? cur dextrae iungere dextram
non datur, ac veras audire et reddere voces?'
talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
at Venus obscuro gradientis aëre saepsit,
et multo nebulae circum dea fudit amictu,
cernere nequis eos neu quis contingere posset
molirive moram aut veniendi poscere causas.
ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
ture calent arae sertisque recentibus halant.

Corripuere viam interea, qua semita monstrat.

TESTIMONIA.

408 sq. 'cur ... datur' Servius Aen. III 611 409 'veras ... voces' schol. Hor. a. p. 158 411—414 Macrobius Sat. V 4, 8 412 Beda de trop. 383 C. 'multum ... amictum' Isidorus orig. I 36, 19 414 Nonius 346, 4 Diomedes 412 416 sq. 'ubi ... halant' Servius Aen. I 335 'centum ... halant' schol. Hor. carm. I 19, 13 'centum ... arae' Asper 114, 16 417 'ture c. a.' Probi inst. II 1, 52 Claudius Sacerdos II 54 'sertisque r. h.' Philargyrus ge. IV 109

VARIA LECTIO.

408 *ludis GP* Laudif *c*1 *imagin*IBVS *P* DEXTERAE (E *secunda fere eras.*) *G* 409 *non GP* *datur ac P* 410 *talibu*S *G* *talibus P* *incus*AT *P* grefu *c* 411 *at ve*NVS *G* *at venus P* AD *M* UENUS. *M* *obsc*VRO *P* obcuro *b* GRADIENTES *M* fepfit *ybc* 412 ET MULTO *MRb*2*c*, *Macrobius* et multa *y* *et multo P* *et mul*TVM *G* et multum *b*1 *Isidorus*, *Beda* amictum *Isidorus* 413 Cenere *yc* *cern*ERE *G* *cernere P* *neq*VIS *P* NE *P* CONTVNGERE *P* POSSIT *GRybc*1*m*, *Macrobii Paris. et Salisb.* 414 *moli*RIVE *G* *molirive P* *mo*RAM *P* MOLAM *M* molam *y* aut] '*coniunctiva pro* et' *Diomedes.* et *Nonii exempl.* VENII *P* difcere *bm* caussas *m* 415 *ipsa pa*PHVM *G* abit] AB/// (*fissura*) *G* 416 *laeta G* illi *suprascr. b* SAB*aeo P* fa.beo *b* fabe.o *c* 417 TURAE *M* turæ *c* *ture G* CALENT *G* ALANT *Mb* ALANT (*corr. m. recentiss.*) *R* HAL*ant P* 418 CORRIPUERE*c* (ERE *eras.*, ERE *sup. minio*) *M* *corr*IPVRE *G* MON*strat P*

ianique ascendebant collem, qui plurimus urbi
imminet adversasque aspectat desuper arces.
miratur molem Aeneas, magalia quondam,
miratur portas strepitumque et strata viarum.
instant ardentes Tyrii: pars ducere muros
molirique arcem et manibus subvolvere saxa,
pars optare locum tecto et concludere sulco.
[iura magistratusque legunt sanctumque senatum]
hic portus alii effodiunt; hinc lata theatris
fundamenta petunt alii, immanisque columnas

TESTIMONIA.

419 sq. 'qui ... imminet' Servius ge. I 187 421 Servius Aen. I 33 422 Nonius 389, 19 'strepitum ... viarum' idem 420, 10 'strata v.' Servius Aen. II 332. 725 423 'instant a. T.' Marius Plotius p. 244 G. Servius Aen. VI 5 IX 198 'pars d. m.' Servius Aen. IV 86 423 sq. Nonius 240, 16 'pars ... arcem' idem 283, 16 424 Nonius 346, 16 schol. Hor. carm. III 1, 46 425 Servius Aen. IV 655 'optavitque locum regno (III 109) et concludere s.' Isidorus orig. XV 2, 3 'pars ... tecto' Donatus ad Ter. Andr. IV 5, 2 Servius Aen. III 109 427 'hic ... effodiunt' Iulius Rufinianus 242 R. Servius Aen. IV 87 427 sq. 'hinc alta ... alii.' Nonius 340, 20 427—429 Donatus ad Ter. hec. prol. 2, 15

VARIA LECTIO.

419—439 *F fol. XIII* 419 *literis quadratis b* PLVRIMus *P* *urbi P* 420 ASPECTAT *MPRbc, Servius* ADSPECTANT *F* aſpectat *γ* *Arces P* 421 MIRATVR (T *in ras.*) *R* MIRANTVR *P: quo ad sequentis versus initium restituendum uti possis, si hunc eiciendum esse recte coniecerit Peerlkampus.* MOLLEM *M* AENEASMAGALIA (ENEASMAGAL *in ras.*) *R* QVONdam *P* 422 EST *P* ASTRA (*in mg.* STRATA *m.* 2) *F* *Viarum P* 423 tyri *b* 424 .arcē *c* SAXa *P* 425 APTARE (*corr. m. rec.*) *R* obtare *c* optare *testantur Donatus et Servius* TECTO (TEC *in ras.*) *R* 426 *interpretatur Servius: alienum esse intellexit Heynius: cf.* 507 sanctum] ſcm *b* ſcantū *c* SENatum *P* 427 hinc *Nonii exempl.* HIC *libri* LATA *F, fortasse etiam Servius adnotans: 'hinc futura magnitudo cognoscitur.' cf.* 429 ALTA *MPRybc, Nonii exempl.* THEATRIS *Rb* THEATRIS (ATRIS *fort. in ras.*) *F* THEATRIS *Pc* theatrif *γ*1 THEATRI *M*?2, *Servii et Nonii exempl.* 428 PETUNT *F* '*nonnulli*' *Pieriani* LOCANT *F*2 *in mg., MPRbcψ: cf.* IV 266 IMMANIS *FMPγ* IMMANES *R* immanif *b*1*c* QVCOLVMnas *P*

rupibus excidunt, scaenis decora alta futuris.
qualis apes aestate nova per florea rura
exercet sub sole labor, cum gentis adultos
educunt fetus, aut cum liquentia mella
stipant et dulci distendunt nectare cellas,
aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
ignavom fucos pecus a praesepibus arcent;
fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
'o fortunati, quorum iam moenia surgunt!'
Aeneas ait, et fastigia suspicit urbis.
infert se saeptus nebula (mirabile dictu)
per medios miscetque viris, neque cernitur ulli.

TESTIMONIA.

430—436 Macrobius Sat. V 11, 2. 430 sq. 'qualis ... labor' Diomedes 459 430 'per f. r.' Charisius 19 P. 431 'exercet ... labor' Servius Aen. I 453 III 413 432 sq. 'aut ... stipant' Nonius 334, 30 'liquentia ... cellas' Seneca epist. 84, 3 'stipantia mella' de gen. nom. 88, 14 H. 433 Festus p. 165 v. nectar 435 Priscianus 719 435 sq. 'aut agmine ... arcent.' Nonius 49, 31 436 Priscianus 837. 860 'fervet o.' Servius ge. I 190 437 Claudius Sacerdos I 81 'o fortunati' Terentianus Maurus 1750 'felices quorum i. m. s.' de gen. nom. 88, 15 H. 438 'et ... urbis.' Nonius 400, 13 439 'infert ... nebula' Servius Aen. IV 545 440 'miscet ... ulli' Appuleius de deo Socr. 11 anecd. Par. Eckstеinii 9 'neque c. u.' Arusianus p. 219 L.

VARIA LECTIO.

429 EXCIDIVNT *M* SCAENIS *P* AGTa *P* *futuris P* 430 Qualif (ualif *in ras.*) *γ* quali *Diomedis Par. A* qualia *eiusdem Par. B, Monac.* FLVREA (V *m. 2 corr. in* O) *P* Rura *P* 431—436: *cf. ge.* IV 162—169 431 BABOR *P* ADVltos *P* 432 aut conliquentia *c* MELla *P* 433 STIPAT *P* DVLCIS (S *eras.*) *P* dulces *Cantabr. et Salish. Macrobii* CEllas *P* 434 Agmine *facto P* 435 IGNAVVM *FMPRγbc* fucuf *b1* PRAESEPIBVS (A *in ras.*) *R* ARCent *P* 436 TYMO *F* fragrantia *a1b2, hic commendat Servius* FLAGRANTIA (L *col. rubro*) *M* FLAGRANTIA *Fc, Cantabr. Macrobii, Prisciani* 837 *Sang. Grut. Carol.*, 866 *eidem cum Bong. Halb.* FLAGRANTIA (R *in ras.*) *R* FRAGLantia *P* fraglantia *γa2b1 Prisciani Par. R* mella *P* 437 furtunati *γ* fortunate *Terentiani Mediol.* SVRgunt *P* 438 aeneas aiT *P* 439 *infert se* sAEPTVS *P* feptuf *c* 440—460. 461—481 *F fol. XIV* 440 *per medio*S *P* ne *c*

Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbrae,
quo primum iactati undis et turbine Poeni
effodere loco signum, quod regia Iuno
monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
egregiam et facilem victu per saecula gentem.
hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
condebat, donis opulentum et numine divae,
aerea cui gradibus surgebant limina nexaeque
aere trabes, foribus cardo stridebat aënis.
hoc primum in luco nova res oblata timorem
leniit, hic primum Aeneas sperare salutem
ausus et adflictis melius confidere rebus.

TESTIMONIA.

441 de gen. nom. 86, 9 H. 'laetissimus u.' Servius Aen. XI 338 447 'donis o.' Arusianus p. 250 L. 448 sq. Probus 9, 29 K. 'nexaeque a. t.' diff. serm. in Suetonii ed. Roth. 308, 12 448 'aerea ... limina' Nonius 316, 32 Servius Aen. IV 138 449 'foribus ... aenis' Isidorus orig. XVI 20, 11 452 'et ... rebus.' Nonius 262, 5

VARIA LECTIO.

441 *lucus in ur*BE *P* UMBRAE (E *eras.*) *F* VMBRA *M1 Rybc*, *de gen. nom.* '*aut septimus casus est aut secundum Probum genetivus, ut sit* laetissimus umbrae' *Servius:* umbrae *idem ad* XI 338 *commendare videtur* 442 *quo primu*M *P* pheni *c* 443 *effodere l*OCO *P* loco, signum quod *distinxit Servius* 444 *monstra*RAT *P* monstrabat (b *corr. in* r) *γ* CAPVS *P* capud *c* ACRIS *m.* 2 *sup. F* aequi *c* SIGNAM *FRa*2*c* SIGNAM *M* SIGNA *P* signà *b*2 signam *γ* sign. *b*1 sign.m *a*1 signum *χ* 445 *egregiam P* Aegregiam *b* FAL1-CEM (*corr. m. rec.*) *R: recte comparavit Heynius in excursu Aen.* VIII 318 *gc.* II 460; copiosam, divitem *interpretatur Servius quoque.* SAECVL *P* 446 *hic temp*LVM *P* Hi.c *c* 447 *conde*BAT *P* don.if *γ* 448 *aerea P* nixae *b*1*χ*, *Probus* '*multi* nixae *legunt*, *non* nexae' *Servius* que *om. γ* 449 *acre t*RABES *P* Aerae *b*1 AENIS (II *col. rubro*) *M* 450 *hoc p*RIMVM *P* IN *m.* 2 *sup. F*, *habent Servii excmpl.* loco *γb* 451 Laeniit *b* Lenit *c* *leniit hi*CPRIMVM *P* LENIT PRIMVM (*sup. m. ant.*) *R* 452 *ausus et adflic*TIS *P* afflictif *bc*

namque sub ingenti lustrat dum singula templo
reginam opperiens, dum, quae fortuna sit urbi,
artificumque manus intrans operumque laborem
miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas
bellaque iam fama totum volgata per orbem,
Atridas Priamumque et saevom ambobus Achillem.
constitit, et lacrimans 'quis iam locus,' inquit, 'Achate,
quae regio in terris nostri non plena laboris?
en Priamus. sunt hic etiam sua praemia laudi;
sunt lacrimae rerum et mentem mortalia tangunt.
solve metus; feret haec aliquam tibi fama salutem.'
sic ait, atque animum pictura pascit inani

TESTIMONIA.

453 sq. 'namque ... opperiens' schol. Veron. 101, 8 453 Diomedes 407 anon. de orthogr. 2799 P. Servius Aen. I 431 III 443 IX 483 454 'dum ... urbi' schol. Veron. 82, 23 455 'artificum ... miratur' Nonius 347, 20 455 Priscianus 772. 776 456 'videt ... pugnas' Servius Aen. VIII 625 458 Seneca epist. 104, 32 Cledonius 1884 P. 'Atridas Priamumque' Maximus Vict. de rat. metr. I 3 'Priamumque ... Achillem' Arusianus p. 214 L. Fronto exempl. eloc. ed. Mai II 495 'et ... Achillem' Nonius 388, 12 Servius Aen. XI 910 459 'quis ... Achate' Priscianus 730 Probi ars min. 217 gramm Vatic. in class. auct. Mai V 193 461 : cf. 253 Pompeius p. 248 L. 'en P.' Diomedes 422 Servius Aen. IV 597 463 'solve ... tibi' Atilius Fortunatianus p. 356 G. 'feret ... salutem' Servius Aen. I 645 464 'atque ... inani' Servius ge. II 285

VARIA LECTIO.

453 *namque sub in*GENTI *P* 454 *reginam oppe*RIENS *P* 455 *artificumque P* intrans] intras *fort. in archetypo.* intrafe *c*1 int..fe *c*2 INTERSE *FMPRybψ, Servius, Prisciani et Nonii ω: cf. emend. Verg.* 10 456 *miratur P* mirantur *Peerlkampus conl. Silio Italico* VIII 196 *vide*T *P* 457 *bellaque iam P* VVLGATA *FPRybc* 458 *atridas pria*MVM *P* Atridem *Senecae libri* Atridas *testatur Servius* faeuom *γ* SAEVVM *FMRbc* ACHILLEM *FPyc, Arusianus, nisi quod* Ulyssem, *ut Fronto, Ambros.* ACHILLĒ *MRb* Achillen *Nonii exempl.* 459 *constitit et* lACRIMANS *P* Contiti..t *c* LACRIMAS *Fc* qui *Probi art. min. Bobiensis* inquid *Probi Bob.* 460 *quae regio iN P* 461 PRIMUS (*sup. m. ant.*) *F* primuf *γ* LAV*di P* laudis *Pompeius* 462 *tangunt P* 463 HAE *M* fama tibi *c* *Salutem P* 464 INAN*i P*

multa gemens, largoque umectat flumine voltum.
namque videbat, uti bellantes Pergama circum
hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus;
hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
adgnoscit lacrimans, primo quae prodita somno
Tydides multa vastabat caede cruentus,
ardentisque avertit equos in castra, prius quam
pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.
interea ad templum non aequae Palladis ibant
crinibus Iliades passis peplumque ferebant,
suppliciter tristes et tunsae pectora palmis:

TESTIMONIA.

465 'largo ... voltum' Servius Aen. II 305 466 - 468 'namque ... Phryges' Priscianus 1006 P. 467 Nonius 364, 31 471 sq. 'Tydides ... castra' Servius Aen. IX 521 471 'multa v. c.' Servius Aen. IV 200 472 sq. 'priusquam ... bibissent.' Macrobius Sat. IV 3, 16 479 sq. Priscianus de XII vers. Aen. 12, 199 480 Priscianus 892 'crinibus ... passis' Priscianus de XII vers. Aen. 11, 188 Nonius 370, 12 Phocae ars IX 5 Diomedes 373 Alcuini gramm. 2128 P. 481 'tunsae p. p.' cf. Ser-

VARIA LECTIO.

465 humectat *b* FLVMINe *P* uoltum *γ* ..ltum *c*1 *voltum P* VVLTVM *FMRbc*2 466 BELLANTIS *R* Clrcum *P* 467 nAC (H *in mg. add.*) *M* FVGENT *R* GRAII *P* GRAII *F, Prisciani φ* PRAEMERET *Fγ* PRAEMERET *R* TR.OIANA (*erasa una lit. vel* I *vel* L *vel* T) *F* troini *c*1 troina *c*2 IVVentus *P* 468 FRYGES *Fc* frigef *γb* PRYGES (A *col. rubro*) *M* intaret *b* CVRRVM (M *erasa*) *P* urru *c* criftatuf (f *post. m.* 2) *γ* Achilles *P* 469 nEC (N *in mg. m.* 2, C *in ras.*) *F* HAV ET (*sup. m.* 2) *P* haud (aŧ non) *γ* RHESSI (H *m.* 2 *add.*, S *alt. eras.*) *P* RHESI *Fbc* RHESH· *M* NEVEIS *P* ue.lif *b* 470 AGNOSCIT *Rbc* lacrimif (i *post. corr. in* a) *γ* QVE *P* SOmno *P* 471 TYDIDES. UASTABAT MULTA *M* 472 ARDENTES *Mb*1 aequof *b*1 Quam *P* 473 guftarent *m* TROHAE *F* .xanthum *γ* xantum *b* xantū *c*1 xanti *c*2 BIBISsent *P* 473. 479—482. 474—478. 483 *sqq. Sic mutandum duxi versuum ordinem vulgatum emend. Verg.* 11 *sq.* 479 AT *P* AEQVE (*sup. m.* 2) *F* AEQVE *R* AEQ· *M* PALLIDIS (I *pr. m. rec. corr. in* A) *R* PALLadis *P* ibant *P* 480 passis] *cf. Servius* FEREbant *P* 481 TVnSE (*corr. m.* 2) *P* tunfe *γ* TUNSA (E *col. rubro*) *M* : *cf. Servius ad* 480 tun.fe *c* PAlmis *P*

diva solo fixos oculos aversa tenebat. 482
parte alia fugiens amissis Troilus armis 474
infelix puer atque impar congressus Achilli:
fertur equis curruque haeret resupinus inani,
lora tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur
per terram, et versa pulvis inscribitur hasta. 478
ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros 483
exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo, 485
ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici
tendentemque manus Priamum conspexit inermis.
se quoque principibus permixtum adgnovit Achivis,

TESTIMONIA.

vii centimetrum p. 369 G. 482 schol. Persii III 80 Horatii carm. IV 4, 48 Lucani VII 220 Servius Aen. II 690 IV 362 474 sq. schol. Hor. carm. II 9, 16 475 Macrobius Sat. IV 3, 3 Isidorus orig. I 36, 11 Donati ars III 6, 2 Beda de trop. 381 C. 477 sq. 'lora ... terram' Nonius 410, 9 477 'lora t. t.' Quintilianus VII 9, 7 478 'et ... hasta' Charisius 5 Diomedes 373 Phocae ars IX 5 Servius Aen. I 59 'versa ... hasta' Charisius 249 Servius Aen. XI 877 483 Macrobius Sat. IV 3, 10 Probi inst. I 7, 3 Servius Aen. II 272 VIII 634 484 schol. Hor. carm. I 10, 14 486 'utque ... amici' Claudius Sacerdos II 4 Augustini gramm. 1992 P. 487 Servius Aen. II 67 488 Servius Aen. II 242

VARIA LECTIO.

482—502. 503—521 *F fol. XV* 482 TENEBA*t P* 474 ali.. *b*1 amifif *γ* TROIVS *P* troilif *c* 475 'infelix: *multi hoc loco distinguunt et subiungunt* puer, atque ... *sed tamen etiam si iunges* puer, *unus est sensus' Servius* ADQVE *R* impar *b* IMPAR *M achilli P* 476 RESV*pinus P* ANANI (A *pr. m. rec. corr. in* I) *F* ina.ni *c inani P* 477 IIIC (*sup. m. ant.*) *F* CO*maeque trahuntur P* comae trahuntur *γ* 478 PULSIS *M* INSCRIBIT*ur hasta P* incribitur *c* 483 CIRCVM (RC *in ras.*) *F* IIECT*ora muros P* MAVROS *M* 484 *exanim*VM *P* AVROV *P* 485 *tum vero P* 486 *ut spolia P* utque] atque *Claudius Sacerdos, Augustinus* 487 *tendente*M *P* Tendẽ *c* INERMES *MPγ*1 inertes *m* 488 *se quoque P* PRINCIBVS *P* PERMIX*TUM M* agnouit *γb* ADGNOSCIT *F* AGNOSCIT *R* adnofcit *c* : *cf.* 464. 465. 470. 485

suspirans imoque trahens a pectore vocem:
'O dea, si prima repetens ab origine pergam,
et vacet annalis nostrorum audire laborum,
ante diem clauso componet Vesper Olympo.
nos Troia antiqua, si vestras forte per auris
Troiae nomen iit, diversa per aequora vectos
forte sua Libycis tempestas adpulit oris.
sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
classe veho mecum, fama super aethera notus.
Italiam quaero patriam et genus ab Iove summo.
bis denis Phrygium conscendi navibus aequor

TESTIMONIA.

372—374 Macrobius Sat. V 4, 7 372 sq. Priscianus 1077 372 'o dea' Probi inst. I 1, 1. 4, 22 373 sq. Servius Aen. I 305 373 Macrobius Sat. III 2, 17 Priscianus 1133 374 Nonius 255, 2 Isidorus orig. V 31, 5 Beda de temp. rat. 7 Aldhelmus de re gramm. et metr. 514 schol. Hor. epist. II 1, 8 Servius Aen. VIII 639 X 1 XII 109 ecl. III 108 377 Priscianus 672 Arusianus p. 210 L. Servius Aen. I 341 378 'sum p. A.' schol. Veron. 01, 18 379 'classe v. m.' Consentius 2038 P. Marius Victorinus 90 G. 380 'Italiam q. p.' Servius Aen. III 297 X 87 ge. II 116

VARIA LECTIO.

371 traenf *b* VOCE*m P* 373 uacat *Prisciani* 1133 *ω* annalef *b* tantorum *Macrobii* III 2, 17 *exempl.* LABO*rum P* LABOREM *M* 374 COMPONET *Myb cum auctoribus antiquis : cf. Cic. Tusc.* V 35, 102 componet *c* COMPONAT *P* COMPONAT *R* OLYMP*o P* olimpo *b* olympho *γ* 375 TROA NTIQUA *M* VESTRA *P* AU·STRIS (I *corr.* ex E) *M* auref *b* 376 iit (ii *in ras.*) *γ* VEC*tos P* 377 libicif *γbc* APPVLIT *PRybc* horif *c* 378 raptuf *b1* ofte *b* 379 ueo *b* aetera *c* NOTV*s P* 380 'Italiam quaero: *hoc loco distinguendum est: nam si iunxeris* patriam, *non procedit* ... [*vel sic distinguendum:* Italiam quaero patriam, et genus ab Iove summo]' *Servius* PATRIA *P* summo] MAGNO *R* 381—399. 400—418 *fol.* V *cod. G* 381 byf *γ* FRYGIVM *R* PuRYGIVM (II *m.* 2 *add.*) *P* phyigium *γ* frigum *b* AEQVO*r G*

matre dea monstrante viam data fata secutus;
vix septem convolsae undis euroque supersunt.
ipse ignotus egens Libyae deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus.' nec plura querentem
passa Venus medio sic interfata dolore est:

'Quisquis es, haut, credo, invisus caelestibus auras
vitalis carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.
namque tibi reduces socios classemque relatam
nuntio et in tutum versis aquilonibus actam,
ni frustra augurium vani docuere parentes.
aspice bis senos laetantis agmine cycnos,
aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
turbabat caelo; nunc terras ordine longo

TESTIMONIA.

383 'vix ... undis' Isidorus orig. X 62 384 'Libyae d. p.' Macrobius Sat. IV 3, 9 385 'Europa ... pulsus' schol. Hor. carm. III 27, 75 Servius ge. I 383 385 sq. 'nec ... est.' Donatus in Ter. adelph. IV 5, 45 'nec ... Venus' Arusianus p. 257 L 386 'medio ... est' Servius Aen. I 414 387 sq. 'haud ... carpis.' Donatus ad Ter. hec. III 2, 15 Servius Aen. II 641 'auras v. c.' Isidorus orig. I 36, 15 392 Nonius 416, 27 393—395 'aspice ... caelo' Claudius Sacerdos I 135 394 sq. 'aetheria ... caelo.' Nonius 369, 9 395 sq. Terentianus Maurus 2774 395 Servius ge. II 230 'nunc ... longo' Philargyrus ge. II 230

VARIA LECTIO.

382 FATASECV*tus G* FA*ta*SEcVTVs *P* 383 '*aut* convulsae undis euroque *aut* supersunt undis euroque convulsae' *Servius* CONVVLSAE *Pybc* QVe *P* SVPERS*unt G supersunt P* 384 libiae *yb* PER*agro P* 385 PVLSVS' *G* QVEVERENTEM *R* QUAERENEM *M* QVERENT*em G* QV*erentem P* 386 DOLO*re est P* 387 AUD (*corr. minio*) *M* haud *bc* CAELES*tibus P* AV*ras G auras P* 388 VITALIT *P* tiriam *γ* tyliã *c* *urbem P* 389 PERGE HINC MODO *M* ATQ· *M* ADQVE HINC *G* REGINE *P* LIM*ina P* P*erfer G perfer P* 390 REDVCIS *Pγ1* QVe *P* RELA*tam G relatam P* 391 NUNTIO· *M* AQVILONIBVs *actam P* 392 *ni frustr*A *P* DOCVRE *G* 393 *aspice bis P* letantef *bc* acmine *c* CYGNOS *Mc* cignof *b* 394 AETHERIAS *M* Aeteria *b aetheria P* QUO *M* LABSA *G* ALES· *M* 395 TVRBABIT *R turbaba*T *P* AELO *P* CALO (*corr. m.* 1) *G*

aut capere aut capsos iam respectare videntur:
ut reduces illi ludunt stridentibus alis
et coetu cinxere polum cantusque dedere,
haut aliter puppesque tuae pubesque tuorum
aut portum tenet aut pleno subit ostia velo.
perge modo et, qua te ducit via, derige gressum.'

Dixit, et avertens rosea cervice refulsit,
ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
spiravere; pedes vestis defluxit ad imos;
et vera incessu patuit dea. ille ubi matrem
adgnovit, tali fugientem est voce secutus:
'quid natum totiens, crudelis tu quoque, falsis

TESTIMONIA.

397 Claudius Sacerdos I 135 'ut ... ludunt' Servius Aen. V 40 399 sq. 'haud ... tenet' Servius Aen. I 144 399 Charisius 53. 113. 245 Diomedes 455 Beda de trop. 381 C. 'puppes ... tuorum' Quintilianus IX 3, 75 Iulius Rufinianus 237 R. Pompeius 470 L. 400 'aut portum t.' Phocas de asp. II 2 401 Augustinus contra acad. I 5, 14 'et ... gressum' Servius Aen. I 305 402 'rosea c. r.' schol. Hor. carm. I 13, 2 403 sq. 'ambrosiae ... spiravere' Isidorus orig. XVII 9, 80 'divinum ... spiravere' Servius Aen. V 648 403 Servius Aen. XII 419 405 'et ... dea' Servius Aen. V 649 VII 448 407 sq. 'quid ... imaginibus' Servius Aen. XI 427 407 'quid ... crudelis' Probi inst. I 9, 11

VARIA LECTIO.

396 *aut capere P* AVT CAPTVS (V *corr. in* O) IAM RESPECTARE *P* aut captof iam .eſpectare (*in mg.* al deſpectare) *γ* AVT CAPTAS IAMDESPECTARE (*scissa membrana*) *G* AVTCAPTASIAMDESPECTARE *MRγ2b*, *Terentianus Maurus* acceptaſ iã deſpectare *c1* ãtceptaſiã deſpectare *c2* VIDENT*ur G* 397 *ut reduces P* 398 *et coetu P* COETVM *M* *ci*NXERE *P* CINCXERE *G* DEDERe *G* 399 HAUT (T *corr. in* D) *M* Haud *bc* *haut P* *alit*ER *P* p.upp.ſ (pp *e corr.*, *deinde eras.* a) *c* pupeſ *γ* quae *γ* pu.beſ *γ* 400 *aut po*RTVM *G* *aut portVM P* HOSTIA *R* 401 *perge GP* DERIGE (*sup. m. rec.*) *R* DIRIGE *Mbc* 402 *dixit GP* *c*T *G* auerteſ *b* 403 *amb*ROSIAE *P* *ambr*OSIAE *G* quae *γ1* que. (e *m.* 2) *γ2* uirtice *c1* 404 *spir*AVERE *P* *spira*VERE *G* SIPIRAUERE (I *pr. corr. in* P) *M* IMVS (V *corr. ead. m. fort. in* O) *P* 405 et vera incessu] *et ve*RAINCESSV *P* *et ver*AINCESSV *G* 406 AGNOVIT *Rybc* *adgn*OVIT *G* *adgnovit P* *tali P* 407 *quid GP* *natum to*TIENS *P* CRUDELIS- *M*

ludis imaginibus? cur dextrae iungere dextram
non datur, ac veras audire et reddere voces?'
talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
at Venus obscuro gradientis aëre saepsit,
et multo nebulae circum dea fudit amictu,
cernere nequis eos neu quis contingere posset
molirive moram aut veniendi poscere causas.
ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
ture calent arae sertisque recentibus halant.

Corripuere viam interea, qua semita monstrat.

TESTIMONIA.

408 sq. 'cur ... datur' Servius Aen. III 611 409 'veras ... voces' schol. Hor. a. p. 158 411—414 Macrobius Sat. V 4, 8 412 Beda de trop. 383 C. 'multum ... amictum' Isidorus orig. I 36, 19 414 Nonius 346, 4 Diomedes 412 416 sq. 'ubi ... halant' Servius Aen. I 335 'centum ... halant' schol. Hor. carm. I 19, 13 'centum ... arae' Asper 114, 16 417 'ture c. a.' Probi inst. II 1, 52 Claudius Sacerdos II 54 'sertisque r. h.' Philargyrus ge. IV 109

VARIA LECTIO.

408 *ludis GP* Laudif *c* 1 *imagin*IBVS *P* DEXTERAE (E *secunda fere eras.*) *G* 409 *non GP* *datur ac P* 410 *talibu*S *G* *talibus P* *incus*AT *P* gref*ũ c* 411 *at ve*NVS *G* *at venus P* AD *M* UENUS. *M* *obsc*VRO *P* obcuro *b* GRADIENTES *M* fepſit *ybc* 412 ET MULTO *MRb2c*, *Macrobius* et multã *y* *et multo P* *et mul*TVM *G* et multum *b*1 *Isidorus*, *Beda* amictum *Isidorus* 413 Cenere *yc* *cern*ERE *G* *cernere P* *neq*VIS *P* NE *P* CONTVNGERE *P* POSSIT *GRybc*1*m*, *Macrobii Paris. et Salisb.* 414 *moli*RIVE *G* *molirive P* *mo*RAM *P* MOLAM *M* molam *y* aut] '*coniunctiva pro* et' *Diomedes.* et *Nonii exempl.* VENII *P* difcere *bm* caussas *m* 415 *ipsa pa*PHVM *G* abit] AB/// (*fissura*) *G* 416 *laeta G* illi *suprascr. b* SAB*aeo P* ſa.bęo *b* ſabe.o *c* 417 TURAE *M* turæ *c* *ture G* CALENT *G* ALANT *Mb* ALANT (*corr. m. recentiss.*) *R* HAL*ant P* 418 CORRIPUERc (ERE *eras.*, ERE *sup. minio*) *M* *corr*IPVRE *G* MON*strat P*

iamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
imminet adversasque aspectat desuper arces.
miratur molem Aeneas, magalia quondam,
miratur portas strepitumque et strata viarum.
instant ardentes Tyrii: pars ducere muros
molirique arcem et manibus subvolvere saxa,
pars optare locum tecto et concludere sulco.
[iura magistratusque legunt sanctumque senatum]
hic portus alii effodiunt; hinc lata theatris
fundamenta petunt alii, immanisque columnas

TESTIMONIA.

419 sq. 'qui ... imminet' Servius ge. I 187 421 Servius Aen. I 33 422 Nonius 389, 19 'strepitum ... viarum' idem 420, 10 'strata v.' Servius Aen. II 332. 725 423 'instant a. T.' Marius Plotius p. 244 G. Servius Aen. VI 5 IX 198 'pars d. m.' Servius Aen. IV 86 423 sq. Nonius 240, 16 'pars ... arcem' idem 283, 16 424 Nonius 346, 16 schol. Hor. carm. III 1, 46 425 Servius Aen. IV 655 'optavitque locum regno (III 109) et concludere s.' Isidorus orig. XV 2, 3 'pars ... tecto' Donatus ad Ter. Andr. IV 5, 2 Servius Aen. III 109 427 'hic ... effodiunt' Iulius Rufinianus 242 R. Servius Aen. IV 87 427 sq. 'hinc alta ... alii.' Nonius 340, 20 427—429 Donatus ad Ter. hec. prol. 2, 15

VARIA LECTIO.

419—439 *F fol. XIII* 419 *literis quadratis b* PLVRIMus *P* *urbi P* 420 ASPECTAT *MPRbc*, *Servius* SPECTANT *F* afpectat *γ* Arces *P* 421 MIRATVR (T *in ras.*) *R* MIRANTVR *P: quo ad sequentis versus initium restituendum uti possis, si hunc eiciendum esse recte coniecerit Peerlkampus.* MOLLEM *M* AENEASMAGALIA (ENEASMAGAL *in ras.*) *R* QVONdam *P* 422 EST *P* ASTRA (*in mg.* STRATA *m. 2*) *F* Viarum *P* 423 tyri *b* 424 .arcẽ *c* SAXa *P* 425 APTARE (*corr. m. rec.*) *R* obtare *c* optare *testantur Donatus et Servius* TECTO (TEC *in ras.*) *R* 426 *interpretatur Servius: alienum esse intellexit Heynius: cf.* 507 sanctum] fcm *b* fcantũ *c* SENatum *P* 427 hinc *Nonii exempl.* HIC *libri* LATA *F*, *fortasse etiam Servius adnotans: 'hinc futura magnitudo cognoscitur.' cf.* 429 ALTA *MPRybc*, *Nonii exempl.* THEATRIS *Rb* THEATRIS (ATRIS *fort. in ras.*) *F* THEATRIS *Pc* teatrif *γ1* THEATRI *My2*, *Servii et Nonii exempl.* 428 PETUNT *F* '*nonnulli*' *Pieriani* LOCANT *F2 in mg.*, *MPRbcψ: cf.* IV 266 IMMANIS *FMPγ* IMMANES *R* immanif *b1c* QVCOLVMnas *P*

rupibus excidunt, scaenis decora alta futuris.
qualis apes aestate nova per florea rura
exercet sub sole labor, cum gentis adultos
educunt fetus, aut cum liquentia mella
stipant et dulci distendunt nectare cellas,
aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
ignavom fucos pecus a praesepibus arcent;
fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
'o fortunati, quorum iam moenia surgunt!'
Aeneas ait, et fastigia suspicit urbis.
infert se saeptus nebula (mirabile dictu)
per medios miscetque viris, neque cernitur ulli.

TESTIMONIA.

430—436 Macrobius Sat. V 11, 2. 430 sq. 'qualis ... labor' Diomedes 459 430 'per f. r.' Charisius 19 P. 431 'exercet ... labor' Servius Aen. I 453 III 443 432 sq. 'aut ... stipant' Nonius 334, 30 'liquentia ... cellas' Seneca epist. 84, 3 'stipantia mella' de gen. nom. 88, 14 H. 433 Festus p. 165 v. nectar 435 Priscianus 719 435 sq. 'aut agmine ... arcent.' Nonius 49, 31 436 Priscianus 837. 866 'fervet o.' Servius ge. I 190 437 Claudius Sacerdos I 81 'o fortunati' Terentianus Maurus 1750 'felices quorum i. m. s.' de gen. nom. 88, 15 H. 438 'et ... urbis.' Nonius 400, 13 439 'infert ... nebula' Servius Aen. IV 515 440 'miscet ... ulli' Appuleius de deo Socr. 11 anecd. Par. Eksteinii 9 'neque c. u.' Arusianus p. 219 L.

VARIA LECTIO.

429 EXCIDIUNT *M* SCAENIS *P* AGTa *P* *futuris P* 430 Qualif (ualif *in ras.*) *γ* quali *Diomedis Par. A* qualia *eiusdem Par. B*, *Monac.* FLVREA (V *m. 2 corr. in* O) *P* Rura *P* 431—436: *cf. ge.* IV 162—169 431 BABOR *P* ADVltos *P* 432 aut conliquentia *c* MELla *P* 433 STIPAT *P* DVLCIS (S *eras.*) *P* dulces *Cantabr. et Salisb. Macrobii* CEllas *P* 434 Agmine facto *P* 435 IGNAVVM *FMPR?bc* fucuf *b1* PRAESEPIBVS (A *in ras.*) *R* ARCent *P* 436 TYMO *F* fragrantia *a1b2*, *hic commendat Servius* FLAGRANTIA (L *col. rubro*) *M* FLAGRANTIA *Fc*, *Cantabr. Macrobii*, *Prisciani* 837 *Sang. Grut. Carol.*, 866 *eidem cum Bong. Halb.* FLAGRANTIA (R *in ras.*) *R* FRAGLantia *P* fraglantia *γa2b1 Prisciani Par. R* mella *P* 437 furtunati *γ* fortunate *Terentiani Mediol.* SVRgunt *P* 438 aeneas aiT *P* 439 infert se sAEPTVS *P* feptuf *c* 440—460. 461—481 *F fol. XIV* 440 per medioS *P* ne *c*

Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbrae,
quo primum iactati undis et turbine Poeni
effodere loco signum, quod regia Iuno
monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
egregiam et facilem victu per saecula gentem.
hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
condebat, donis opulentum et numine divae,
aerea cui gradibus surgebant limina nexaeque
aere trabes, foribus cardo stridebat aënis.
hoc primum in luco nova res oblata timorem
leniit, hic primum Aeneas sperare salutem
ausus et adflictis melius confidere rebus.

TESTIMONIA.

441 de gen. nom. 86, 9 H. 'laetissimus u.' Servius Aen. XI 338 447 'donis o.' Arusianus p. 250 L. 448 sq. Probus 9, 29 K. 'nexaeque a. t.' diff. serm. in Suetonii ed. Roth. 308, 12 448 'aerea ... limina' Nonius 316, 32 Servius Aen. IV 138 449 'foribus ... aenis' Isidorus orig. XVI 20, 11 452 'et ... rebus.' Nonius 262, 5

VARIA LECTIO.

441 *lucus in ur*BE *P* UMBRAE (E *eras.*) *F* VMBRA *MI Rybc*, *de gen. nom.* '*aut septimus casus est aut secundum Probum genetivus, ut sit* laetissimus umbrae' *Servius:* umbrae *idem ad* XI 338 *commendare videtur* 442 *quo primu*M *P* pheni *c* 443 *effodere* IOCO *P* loco, signum quod *distinxit Servius* 444 *monstra*RAT *P* monstrabat (b *corr. in* r) *γ* CAPVS *P* capud *c* ACRIS *m.* 2 *sup. F* aequi *c* SIGNAM *FRa*2*c* SIGNAM *M* SIGNA *P* signà *b*2 signam *γ* sign. *b*1 sign.m *a*1 signum *χ* 445 *egregiam P* Aegregiam *b* FALLACEM (*corr. m. rec.*) *R: recte comparavit Heynius in excursu Aen.* VIII 318 *gc.* II 460; copiosam, divitem *interpretatur Servius quoque.* SAECVL *P* 446 *hic templ*VM *P* Hi.c *c* 447 *conde*BAT *P* donif *γ* 448 *aerea P* nixae *b*1*χ*, *Probus* '*multi* nixae *legunt*, *non* nexae' *Servius* que *om. γ* 449 *aere t*RABES *P* Aerae *b*1 AENIS (H *col. rubro*) *M* 450 *hoc p*RIMVM *P* IN *m.* 2 *sup. F*, *habent Servii excempl.* loco *γb* 451 Laeniit *b* Lenit *c* *leniit hi*CPRIMVM *P* LENIT PRIMVM (*sup. m. ant.*) *R* 452 *ausus et adflic*TIS *P* afflictif *bc*

namque sub ingenti lustrat dum singula templo
reginam opperiens, dum, quae fortuna sit urbi,
artificumque manus intrans operumque laborem
miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas
bellaque iam fama totum volgata per orbem,
Atridas Priamumque et saevom ambobus Achillem.
constitit, et lacrimans 'quis iam locus,' inquit, 'Achate,
quae regio in terris nostri non plena laboris?
en Priamus. sunt hic etiam sua praemia laudi;
sunt lacrimae rerum et mentem mortalia tangunt.
solve metus; feret haec aliquam tibi fama salutem.'
sic ait, atque animum pictura pascit inani

TESTIMONIA.

453 sq. 'namque ... opperiens' schol. Veron. 101, 8 453 Diomedes 407 anon. de orthogr. 2799 P. Servius Aen. I 431 III 443 IX 483 454 'dum ... urbi' schol. Veron. 82, 23 455 'artificum ... miratur' Nonius 347, 20 455 Priscianus 772. 776 456 'videt ... pugnas' Servius Aen. VIII 625 458 Seneca epist. 104, 32 Cledonius 1884 P. 'Atridas Priamumque' Maximus Vict. de rat. metr. I 3 'Priamumque ... Achillem' Arusianus p. 214 L. Fronto exempl. eloc. ed. Mai II 495 'et ... Achillem' Nonius 388, 12 Servius Aen. XI 910 459 'quis ... Achate' Priscianus 730 Probi ars min. 217 gramm Vatic. in class. auct. Mai V 193 461 : cf. 253 Pompeius p. 248 L. 'en P.' Diomedes 422 Servius Aen. IV 597 463 'solve ... tibi' Atilius Fortunatianus p. 356 G. 'feret ... salutem' Servius Aen. I 645 464 'atque ... inani' Servius ge. II 285

VARIA LECTIO.

453 *namque sub in*GENTI *P* 454 *reginam oppe*RIENS *P* 455 *artificumque P* intrans] intras *fort. in archetypo.* intrafe *c*1 int..fe *c*2 INTERSE *FMPRybψ*, *Servius*, *Prisciani et Nonii ω: cf. emend. Verg.* 10 456 *miratur P* mirantur *Peerlkampus conl. Silio Italico* VIII 196 *vide*T *P* 457 *bellaque iam P* VVLGATA *FPRybc* 458 *atridas pria*MVM *P* Atridem *Senecae libri* Atridas *testatur Servius* saeuom *γ* SAEVVM *FMRbc* ACHILLEM *FPyc*, *Arusianus, nisi quod* Ulyssem, *ut Fronto, Ambros.* ACHILLĒ *MRb* Achillen *Nonii exempl.* 459 *constitit et* lACRIMANS *P* Contiti.t *c* LACRIMAS *Fc* qui *Probi art. min. Bobiensis* inquid *Probi Bob.* 460 *quae regio in P* 461 PRIMUS (*sup. m. ant.*) *F* primuf *γ* LAV*di P* laudis *Pompeius* 462 *tangunt P* 463 HAE *M* fama tibi *c* *Salutem P* 464 INAN*i P*

multa gemens, largoque umectat flumine voltum.
namque videbat, uti bellantes Pergama circum
hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus;
hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
adgnoscit lacrimans, primo quae prodita somno
Tydides multa vastabat caede cruentus,
ardentisque avertit equos in castra, prius quam
pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.
interea ad templum non aequae Palladis ibant
crinibus Iliades passis peplumque ferebant,
suppliciter tristes et tunsae pectora palmis:

TESTIMONIA.

465 'largo ... voltum' Servius Aen. II 305 466 . 468 'namque ... Phryges' Priscianus 1006 P. 467 Nonius 364, 31 471 sq. 'Tydides ... castra' Servius Aen. IX 521 471 'multa v. c.' Servius Aen. IV 200 472 sq. 'priusquam ... bibissent.' Macrobius Sat. IV 3, 16 479 sq. Priscianus de XII vers. Aen. 12, 190 480 Priscianus 892 'crinibus ... passis' Priscianus de XII vers. Aen. 11, 188 Nonius 370, 12 Phocae ars IX 5 Diomedes 373 Alcuini gramm. 2128 P. 481 'tunsae p. p.' cf. Ser-

VARIA LECTIO.

465 humectat *b* FLVMINe *P* uoltum *γ* ..ltum *c*1 *voltum P* VVLTVM *FMRbc*2 466 BELLANTIS *R* Clrcum *P* 467 nAC (II *in mg. add.*) *M* FVGENT *R* GRAII *P* GRAII *F*, *Prisciani φ* PRAEMERET *Fγ* PRAEMERET *R* TR.OIANA (*erasa una lit. vel* I *vel* L *vel* T) *F* troini *c*1 troina *c*2 IVVentus *P* 468 FRYGES *Fc* frigef *γb* PRYGES (A *col. rubro*) *M* intaret *b* CVRRVM (M *erasa*) *P* urru *c* criftatuf (f *post. m.* 2) *γ* Achilles *P* 469 nEC (N *in mg. m.* 2, C *in ras.*) *F* HAV ET (*sup. m.* 2) *P* haud (aŧ non) *γ* RHESSI (H *m.* 2 *add.*, S *alt. eras.*) *P* RHESI *Fbc* RHESH· *M* NEVEIS *P* ue.lif *b* 470 AGNOSCIT *Rbc* lacrimiſ (i *post. corr. in* a) *γ* QVE *P* SOmno *P* 471 TYDIDES. UASTABAT MULTA *M* 472 ARDENTES *Mb*1 aequoſ *b*1 *Quam P* 473 guſtarent *m* TROIIAE *F* .xanthum *γ* xantum *b* xantũ *c*1 xanti *c*2 BIBISsent *P* 473. 479—482. 474—478. 483 *sqq. Sic mutandum duxi versuum ordinem vulgatum emend. Verg.* 11 *sq.* 479 AT *P* AEQVE (*sup. m.* 2) *F* AEQVE *R* AEQ· *M* PALLIDIS (I *pr. m. rec. corr. in* A) *R* PALLadis *P* ibant *P* 480 passis] *cf. Servius* FEREbant *P* 481 TVnSE (*corr. m.* 2) *P* tunſe *γ* TUNSA (E *col. rubro*) *M* : *cf. Servius ad* 480 tun.ſe *c* PAlmis *P*

diva solo fixos oculos aversa tenebat. 482
parte alia fugiens amissis Troilus armis 474
infelix puer atque inpar congressus Achilli:
fertur equis curruque haeret resupinus inani,
lora tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur
per terram, et versa pulvis inscribitur hasta. 478
ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros 483
exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo, 485
ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici
tendentemque manus Priamum conspexit inermis.
se quoque principibus permixtum adgnovit Achivis,

TESTIMONIA.

vii centimetrum p. 309 G. 482 schol. Persii III 80 Horatii carm. IV 4, 48 Lucani VII 220 Servius Aen. II 690 IV 362 474 sq. schol. Hor. carm. II 9, 16 475 Macrobius Sat. IV 3, 3 Isidorus orig. I 36, 11 Donati ars III 6, 2 Beda de trop. 381 C. 477 sq. 'lora ... terram' Nonius 410, 9 477 'lora t. t.' Quintilianus VII 9, 7 478 'et ... hasta' Charisius 5 Diomedes 373 Phocae ars IX 5 Servius Aen. I 59 'versa ... hasta' Charisius 249 Servius Aen. XI 877 483 Macrobius Sat. IV 3, 10 Probi inst. I 7, 3 Servius Aen. II 272 VIII 634 484 schol. Hor. carm. I 10, 14 486 'utque ... amici' Claudius Sacerdos II 4 Augustini gramm. 1992 P. 487 Servius Aen. II 67 488 Servius Aen. II 242

VARIA LECTIO.

482—502. 503—521 *F fol. XV* 482 TENEBA*t P* 474 ali.. *b*1 amiſſ *γ* TROIVS *P* troiliſ *c* 475 'infelix: *multi hoc loco distinguunt et subiungunt* puer, atque ... *sed tamen etiam si iunges* puer, *unus est sensus' Servius* ADQVE *R* inpar *b* IMPAR *M achilli P* 476 RESV*pinus P* ANANI (A *pr. m. rec. corr. in* I) *F* ina .ni *c inani P* 477 HIC (*sup. m. ant.*) *F* CO*maeque trahuntur P* comae trahuntur *γ* 478 PULSIS *M* INSCRIBIT*ur hasta P* incribitur *c* 483 CIRCVM (RC *in ras.*) *F* HECT*ora muros P* MAVROS *M* 484 *c.canim*VM *P* AVROV *P* 485 *tum vero P* 486 *ut spolia P* utque] atque *Claudius Sacerdos, Augustinus* 487 *tendente*M *P* Tendẽ *c* INERMES *MPγ*1 inertes *m* 488 *se quoque P* PRINCIBVS *P* PERMIX*TUM M* agnouit *γb* ADGNOSCIT *F* AGNOSCIT *R* adnoſcit *c* : *cf.* 464. 465. 470. 485

ac prior 'heus' inquit 'iuvenes, monstrate, mearum
vidistis siquam hic errantem forte sororum,
succinctam pharetra et maculosae tegmine lyncis,
aut spumantis apri cursum clamore prementem.'

Sic Venus, et Veneris contra sic filius orsus:
'nulla tuarum audita mihi neque visa sororum,
o — quam te memorem, virgo? namque hau tibi voltus
mortalis, nec vox hominem sonat; o dea certe,
an Phoebi soror? an nympharum sanguinis una?
sis felix, nostrumque leves quaecumque laborem,

TESTIMONIA.

321 'heus . . . mearum' Sergius 1852 P. Pompeius 349 L. 323 Nonius 350, 8 Priscianus 1081 324 'apri . . . prementem' Servius Aen. II 530 325 Servius Aen. IX 656 326—329 Macrobius Sat. V 4, 6 326 Maximus Vict. de carm. her. 6 327—329 Donatus ad Ter. adelph. V 6, 3 327 sq. 'o . . . sonat' Seneca epist. 115, 5 'namque . . . certe' Servius Aen. V 647 schol. Lucani I 562 328 schol. Persii III 21 'nec . . . sonat.' Priscianus 683 Servius Aen. VI 50 329 Priscianus 1031 329 sq. 'an Phoebi . . . felix' Nonius 302, 2 330 Seneca epist. 115, 5 Servius ecl. V 65 'nostrumque . . . laborem' Servius Aen. I 145 VII 755

VARIA LECTIO.

126 recuffat γ1*a*1 127 OPPONE*re morti P* morti (ti *e corr.*) *a* 128 itachi *b* CLAMORIB*us actus P* 129 Conpofito *a* rupit χ DE-STI*nat arae P* deftina.t γ 130 ADSENSORE *M* Affenfere *b* QVIS-*que timebat P* timebant γ1*a*1*c*1 '*est autem figuratius, si legatur* timebant' *Servius* 131 CONVERA *M* *tulere P* 132 ergo dies *Nonii exempl.* Sacra *parari P* parantur *schol. Hor.* 133 uittae (t *pr. e corr.*) *a* uitae γ *Vittae P* 134 loeto *bc* ex (ex *eras.*) γ 135 LAFCV (*corr. m.* 2) *P* obfcur.uf γ obcuruf *b* *in ulva P* 136 VEGA (*corr. m.* 2) *P* uelle *c*1 forte (f *e corr.*) *a* fortae γ DI*dissent P* darent, si forte d. *tuetur Wagnerus.* darent si forte, dedissent *Heynius et Peerlkampus, sed ille ut malit omisso hemistichio* si f. d. *versum inperfectum relinquere.* si forte d. *coniungit Servius* 137 SPes *ulla videndi P* f pef (f *pr. e corr.*) *a* 138 DVPLICIS *P* dul.cif (l *in ras.*) *a* '*quidam sane non* dulces, *sed* duplices *legerunt, quia* dulces *leve esset et commune epitheton liberorum*' *Servius.* DULCIS *Myb2c*: *cf.* IV 33 dulcef *b*1 PA*rentem P*

quos illi fors et poenas ob nostra reposcent
effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt.
quod te per superos et conscia numina veri,
per siqua est quae restet adhuc mortalibus usquam
intemerata fides, oro, miserere laborum
tantorum, miserere animi non digna ferentis.'

Iis lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro.
ipse viro primus manicas atque arta levari
vincla iubet Priamus, dictisque ita fatur amicis:
'quisquis es, amissos hinc iam obliviscere Graios;
noster eris. mihique haec edissere vera roganti:
quo molem hanc immanis equi statuere? quis auctor?
quidve petunt? quae religio aut quae machina belli?'

TESTIMONIA.

141 'quod ... superos' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 54 'quod te p. s. oro' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 24 143 sq. 'miserere l. t.' Probi inst. I 6, 9 144 'miserere ... ferentis' Nonius 302, 22 Servius Aen. I 597 IV 370 145 Nonius 472, 25 'miserescimus u.' Diomedes 333 anon. de verbo 40 p. 171 Endl. 146 sq. 'manicas ... Priamus' Nonius 350, 26 146 sq. 'atque ... Priamus' Nonius 336, 16 Servius Aen. I 145 148 Servius Aen. I 387 'amissos ... Graios' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 91 'obliviscere G.' Arusianus p. 249 L. 149 'noster eris' Donatus ad Ter. hec. V 2, 4 'mihique ... roganti' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 32 Servius Aen. I 8

VARIA LECTIO.

139 'fors et poenas; *forte et poenas. Alii iungunt* forset, *ut sit* forsan' *Servius* et] ad *cm, et in ras. m. rec. b* REposcent *P* 140 *effugia et culp*AM *P* piabant *γ* 141 *quod te per su*PEROS *P* 142 *per si qua est q*VAE *P* RESTAT *M* restat *b* 'restet, *supersit*' *Servius* ATHVC *P* VMQVA' *M* 143 *intemerata fi*DES *P* 144 *tantorum mis*ERERE *P* 145 *his lacrimis* eITAM *P* MISERETCIMVS *P* miseriscimus *anonymi cod.* mifere..fcimuf *a* 146 *ipse viro prim*VS *P* UERO (I *rubra*) *M* uero *c*1 arta (a *post. in ras.*) *b* 147 *vincla iube*T *P* uincla (I *m.* 2) *γ* 148 *quisquis es a*MISSOS *P* hincam *c* IAMHINC *P* 149 *noster eris m*IHI *P* differe *b* VERBA *P* 'edissere vera; *hic distinguendum. Vera enim audire desiderat*' *Servius* roganti (ti *in ras.*) *a* 150 *quo molem h*ANC *P* immanif *abc* 151 *quidve petunt q*VAE *P* Quid *a* QVE *P* religi *b*

dixerat. ille, dolis instructus et arte Pelasga,
sustulit exutas vinclis ad sidera palmas:
'vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum
testor numen' ait, 'vos arae ensesque nefandi,
quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi:
fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura,
fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
siqua tegunt; teneor patriae nec legibus ullis.
tu modo promissis maneas, servataque serves
Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.
omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. impius ex quo
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes

TESTIMONIA.

152 'arte P.' Servius Aen. XI 760 153 Nonius 300, 6. 404, 25 154 sq. 'vos . . . numen' schol. Hor. carm. III 5, 11 154 'vos a. i.' Probi inst. I 4, 3 157 Servius Aen. IV 350 VIII 1 161 'si vera . . . . rependam.' Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 20 164 'scelerumque i. U.' Charisius 245 Diomedes 455 P.

VARIA LECTIO.

152 *dixerat ille dolis P* INSTRUS CTUS *M* pelafga. (f *et* a *post. in ras.*) *a* pelaga *b* 153 *sustulit exutas vi*NCLIS *P* exuta. f *a* palmiſ *c* 154 *vos — ignes P* INGENS E *M* Vestae *Marklandus ad Stat. silv.* I 1, 36 vestrum *legit Servius* 155 *testor — ait P* teſ..tor (2 *lit. erasae, quarum prior* t *fuit*) *γ* nomen *a* UOSAHAE UOSARAE *M* nefandi (n *pr. e corr.*) *a* 156 *quos — vittaeq*VE *P* fugi. *a* uitae *γ* vittaeque] '*multi hic distinguunt, et sic subiungunt*: deum quas hostia gessi' *Servius* quaſ (aſ *in ras.*) *a* quae *γ* oſtia *a* gaeſſi (Ti *in ras.*) *a* 157 *fas mihi graioru*M *P* 158—182 *Veron. fol.* 206, *a* 158 *fas odisse viros a*TQ· *V* aureſ *a*1 159 *siqua tegunt ten*EOR *P* tegunt] *non legi, potest fuisse* NOVI *V* *teneor V* 160 *tu modo promissiS P* *serves V* 161 *troia — vera P* fidē *m.* 2 *suprascr. b* repandam *χ Pieriani* 162 *omnis spes danaV*M *P* 163 PAL*ladiS V* auxilif *a* impiuſ (f *in ras.*) *a* *quo P* 164 Tytideſ (t *e corr.*) *a* *sed e*NIM *V* ENIMQVE1 *P* SCELE*rum i*NVENTOR *V* SCELERVMINVENTO*r P* ulixeſ *c* *ulixes P*

fatale adgressi sacrato avellere templo
Palladium caesis summae custodibus arcis
corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
virgineas ausi divae contingere vittas:
ex illo fluere ac retro sublapsa referri
spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens.
nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
vix positum castris simulacrum, arsere coruscae
luminibus flammae arrectis, salsusque per artus
sudor iit, terque ipsa solo (mirabile dictu)
emicuit parmamque ferens hastamque trementem.

TESTIMONIA.

166—170 'caesis ... Danaum' Augustinus de civ. dei I 2 169 'retro s. r.' Servius Aen. XI 290 169 sq. 'ex ... Danaum' Nonius 303, 25 170 'fractae v.' schol. Hor. carm. I 35, 16 Servius Aen. II 13 'aversa d. m.' schol. Hor. epod. X 18 172 sq. 'vix ... flammae' Servius Aen. II 166 175 'parmamque f. h. t.' Servius Aen. II 166

VARIA LECTIO.

165 FATALEM (*corr. minio*) *M* adgreffi (i *m. 2 in ras.*) *γ* SAC*rato* *a*VELLERE *V* facrat^{o} *b* ACVELLERE *P* a. uellere *γa* TEMP*lo P* 166 caeffif (*erasa prima* f), *in mg.* at caefif *γ* *arcis P* 167 effugiem *b*1 MANIBV*sque cruentis P* que *om. γ* 168 VIRGINEA*s* (*sed ut* A *non certa sit, superque ea* O *scripta esse videatur*) *V* aufi (f *e corr.*) *a* *ausi* — *vittas V* VITTA*s P* uitaf *ac* 169 : *cf. ge.* I 200 E^{X} (*sup. m.* 2) *P* Ex illo, *in mg.* at ex ilio *γ* FLV*ere ac retr*O *V* r&o^{r} *a* SVBLAPSA (*sed* P *an* B, *non liq.*) *V* *referri V* 170—190. 191—198 *F fol. XVIII* 170 aduerfa *γ* DE^{AE} (*sup. m.* 2) *F* eae^{d} *c* *Mens P* 171 *nec — mons*TRIS *V* DEDIET *F* MONST*ris P* 172 *vix — arsere V* po. fitum *a* in caftrif *c* SIMVLACRV^{M} (*sup. m.* 2) *F* CORVSCAE, *quibus praecessisse videtur* CIA, *V* co. rufci. (i *corr. in* e) *b* *Coruscae P* 173 *luminibus — sal*SVS *V* ARRECTI^{S} (*sup. m.* 2) *F* arectuf (u *corr in* i) *b* arectif *c* '*Probo sane displicet* salsus sudor, *et superracue positum videtur' Servius.* *per artus P* 174 *Nihil apparuit in V* Sudomit *γ*1, Sudor iit *γ*2 iit] LIT *F* DICT*u P* 175 *emicuit — trementeM V* HASTA*mque trementem P* aftam^{h} *a* aftam *b*

extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas,
nec posse Argolicis excindi Pergama telis,
omina ni repetant Argis numenque reducant,
quod pelago et curvis secum avexere carinis.
et nunc quod patrias vento petiere Mycenas,
arma deosque parant comites, pelagoque remenso
inprovisi aderunt: ita digerit omina Calchas.
hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso
effigiem statuere, nefas quae triste piaret.
hanc tamen inmensam Calchas attollere molem
roboribus textis caeloque educere iussit,
ne recipi portis aut duci in moenia posset

TESTIMONIA.

176 Nonius 412, 32 181 'arma . . . comites' Servius Aen. II 99 'pelagoque r.' Servius Aen. III 157 184 'nefas . . . piaret' Consentius 2035 P. 187 sq. Priscianus 1028

VARIA LECTIO.

176 *extemplo — aequora V* TEMPTANDAM *P* *aequora calchas P* calcahf *b* 177 *Nihil apparuit in V* excindi (cindi *in ras.*) *b* exindi *c* PERGAM*a telis P* 178 *Nihil apparuit in V* omnia (i *inf. eras.*), *in mg.* at omnia ni *γ* Omnia *a*1 Omin.a *a*2 NVMENQ*ue reducant P* nomen *a* 179 *Nihil apparuit in V* curuif (c *et* uif *e corr.*) *a* *carinis P* 180 : *cf.* 25 *et — myce*NAS *V* UENTO (U *m.* 2 *corr. in* L *ut vid.*) *F* PETITERE *P* M*ycenas P* micenaf *c* 181 *arma* — PARNT.MN.S *pelagoque remenso* (OMNES?) *V* que] q: *in ras. c* PELAG*oque remenso P*- 182 *Nihil apparuit in V, nisi quod* OMINA *videbatur agnosci posse* Inprouif. *c*1 ADERANT. *M* aderunt (a *e corr.*) *a* degerit *a*1*b*1 OMIN*a calchas P* omna (a *m.* 2 *in ras.*) *γa* omnia *in ras. b* 183 *hanc — m*O*niti — lae*SO *V* NVMIN*c laeso P* nomine *a* lefo *γ* le.fo *a* 184 STASVERE (*corr. m.* 2) *P* quo *Consentius Putschii* P*iaret P* 185 Han *b* hanc *repetitum ex v.* 183 *merito displicuit Peerlkampo: poterat scribi:* tam calcaf *γ* AT*tollere molem* (T *an* D *non liq.*) *P* adtollere *b* 186 *roboribus text*IS *P* tectif *a*1 aeducere *b* IVSIT *P* 187 *ne — port*IS *P* Ne recipi (er *e corr.*) *a* aut duci (ut d *e corr.*) *a* im *γ* IN~~TRA~~ *M* menia *ab* POSSET *Pγb*2 POSSIT *FMb*1*c*, *Priscianus* pof fit (fit *e corr.*) *a*

neu populum antiqua sub religione tueri.
nam si vestra manus violasset dona Minervae,
tum magnum exitium (quod di prius omen in ipsum
convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum;
sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,
ultro Asiam magno Pelopea ad moenia bello
venturam, et nostros ea fata manere nepotes.'
Talibus insidiis periurique arte Sinonis
credita res, captique dolis lacrimisque coactis,
quos neque Tydides nec Larisaeus Achilles,
non anni domuere decem, non mille carinae.

TESTIMONIA.

188 Servius Aen. III 281 190 sq. Arusianus p. 231 L. 'quod ... convertant' Servius Aen. VIII 483 193 sq. 'ultro ... venturam' schol. Veron. 88, 3 195 'periurique a. S.' Servius Aen. I 657 196 'capti ... coactis' Donatus ad Ter. eun. I 1, 22 Nonius 253, 22 197 schol. Hor. carm. I 7, 11 Asper 115, 8 K. 'quos n. T.' Probi inst. I 3, 1 'Larisaeus A.' Claudius Sacerdos I 161 Charisius 245 Diomedes 455 P. 198 Terentianus Maurus 1239

VARIA LECTIO.

188 *neu populum P* RELIGIONE *Fb*2 relligione *c* relegione *γb*1 REGIONE *M* 189 *nam si vestra P* uolaff& *a* 190 *tum magnum P* Tunc *b* DII *MPγ* 191 *convertant p*RIAMI *P* PHRYGIIS (*corr. m.* 2) *F* prhygybuf *b* 192 *sin manibuS P* Si *b* ueftrif (e *corr. ex* r) *γ* AGGENDISSET *P* 193 *ultro asiam P* Vltr. *c*1 magnam *schol. Veron.* pelopeia *b*1 menia *b* 194 *venturam P* phata *γ* fa.ta (a *pr. c corr.*) *a* 195 *talibus ins*IDIIS *P* IINSIDIIS *F* PERIVRII *F* PEIURI *M* fin.onif *a* 196 *credita res P* †LACRIMIS *P* quoactif *a* coacti *γ*2, *Nonii c.empl.* coactis *testantur Servius et Donatus* 197 *quos — neq*VETYDIDES *P* tytidef *b*1 LARISAEVS *Pγ* larifae.uf (*erasa* u) *a* larifeuf *bc*, *Diomedis Par. B* CLARISEVS *F* CLARISSAEVS (C *comp. minio*) *M* larisseus *Charisii Neap., Diomedis Par. A et Mon., Claudii cod.* claris saeuus *Charisii exc. Leid.* : *cf.* XI 404 ACHILLIS *F* 198 *non anni dom*VERE *P* omni *c*1 domoere *a* decim *b* MILLAE *F* MILLAE *M* cari.ne (ri.ne *c corr.*) *a*

Hic aliud maius miseris multoque tremendum
obicitur magis, atque inprovida pectora turbat.
Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras.
ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(horresco referens) immensis orbibus angues
incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt;
pectora quorum inter fluctus arrecta iubaeque
sanguineae superant undas, pars cetera pontum
pone legit sinuatque immensa volumine terga.
fit sonitus spumante salo; iamque arva tenebant
ardentisque oculos suffecti sanguine et igni
sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
diffugimus visu exangues. illi agmine certo

TESTIMONIA.

199 Nonius 412, 19 203 sq. Nonius 191, 14 Donatus ad Ter. Adelph. IV 7, 4 203 Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 34 'ecce ... Tenedo' Pseudoascon. ad Cic. p. 133 Or. 204 'horresco r.' Probi inst. I 14, 3 Charisius 3 Marius Victorinus 2474 P. Servius Aen. VIII 565 207 sq. 'pars ... legit' Nonius 332, 16 211 Servius ge. I 328 'sibila ora' Servius ecl. V 82 212 sq. 'illi ... petunt' gloss. Barth. adv. XXXVII 5 Servius Aen. I 82 212 'illi a. c.' Servius Aen. I 303

VARIA LECTIO.

199 *hic — m*ISERIS *P* mauif *a*1, mau. f *a*2 miseri *Nonii excmpl.*
200 *obicitur — a*(Q)VE *P* INPRVIDA *P* turbat (t *post. in ras.*) *b*
201 *laocoon ductus P* LAVCOON *Mc*1 Lac^{oon} *a* NEPTVNI *P* neptun. (*cras.* i) *γ* 202 *sollemnis tauru*M P Sollemnif (n *in ras.*) *a* INGENTE *P* ARA *M* 203 *ecce — gemi*NI *P* 204 *horresco refe-*
*r*ENS *P* IMMENSIS *Pγ* INMENSI *M* anguif *c* 205 *incumbunt pe-*
*l*AGO *P* littora *c* 206 *pectora quorum P* f. etuf *c* que] q; *in ras. a* 207 *sanguineae supe*RANT *P* superant, undans pars *Peerlkampus* 208 *pone — sinu*AT *P* finuat *γc* finuat.. (t *e corr.*) *a* IMMENSA *M* uolumina *c*1 209 SPVMANTEFSALO (*inter* F *et* A *spat.* 2 *litt.*, S *postea add.*) *P* Alt*va tenebant P* 210 fubfecti *c* SANGVINe *et igni P* 211 LABEBANT *P* *ora P* 212 diffigimuf *γ* EXSANGVES *P* exfanguef *γac* AGMINe *certo P* agmi. ne (*ultima linea literae* m *et* i *in ras.*) *γ*

Laocoonta petunt: et primum parva duorum
corpora natorum serpens amplexus uterque
implicat et miseros morsu depascitur artus;
post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
corripiunt spirisque ligant ingentibus, et iam
bis medium amplexi, bis collo squamea circum
terga dati superant capite et cervicibus altis.
ille simul manibus tendit divellere nodos
perfusus sanie vittas atroque veneno,
clamores simul horrendos ad sidera tollit,
qualis mugitus, fugit cum saucius aram
taurus et incertam excussit cervice securim.
at gemini lapsu delubra ad summa dracones
effugiunt saevaeque petunt Tritonidis arcem,

TESTIMONIA.

214 coni. 363 sq. et VI 427 'corpora natorum sternuntur limine primo' de gen. nom. 76, 20 H. 215 Priscianus 796 219 'superant ... altis' Caper 2241 P. 220 Nonius 411, 4 222–224 Macrobius Sat. V 13, 10 'clamores ... taurus' Charisius 248 Diomedes 459 P. Lactantius de morte persec. 33 222 Nonius 406, 26 223 sq. Beda de trop. 385 C. 'qualis ... taurus' Macrobius Sat. IV 5, 8 Nonius 308, 9 Donati ars III 6, 2 Victorinus in Cic. p. 84. 97 Or. Servius Aen. IX 102 224 Priscianus 757 P. 'incertam ... securim' Gellius XIII 21, 6 Servius Aen. XI 767 225–227 Macrobius Sat. III 4, 4

VARIA LECTIO.

213 LAUCOONTA *M* Laocoonta (o *pr. et* on *in ras.*) *a* Laucoonte (e *m.* 2 *corr. in* a) *c* DV*orum P* 214 ampelxuf *c* VT*erque P* 215 IMPLICAT *Myabc* AR*tus P* 216 illum *bl* FER*entem P* fer. entẽ (r *et* ent *in ras.*) *a* 217 LIGAT *P* *et iam P* 218 Cl*rcum P* 219 dat. *a* *altis P* 220 DIVELLER*e nodos P* 221 *'est interpositus versus: nam potest tolli salvo sensu' Servius* Perfu. faf (*erasa* f, af *c corr.*) *a* faniae *γ* uitaf *a* atro (t *in ras.*) *a* VEN*eno* P 222 Clamore *b* HORRENDOS (E *m.* 2 *add.*) *P* Sl*dera tollit P* 223 mugitus, veluti fugit *Macrobii* IV 5, 8 *exempl.* mugitu. c1 fauciſ *a* *aram P* 224 INCERTAM (M *m.* 2 *add.*) *P* incertam *Servius* excussit *c* *Securim P* 225 *in mg. m.* 2 *add. c* AD *P a1 ut vid.* gemini.. *a* lapſ. (p *corr. ex* b) *a* SVMM*a dracones P* 226 DIFFUGIUNT *M: cf.* 212 TRITON*idis arcem P* Tritonidos *Macrobii Par.* 1

sub pedibusque deae clipeique sub orbe teguntur.
tum vero tremefacta novos per pectora cunctis
insinuat pavor, et scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
laeserit et tergo sceleratam intorserit hastam.
ducendum ad sedes simulacrum orandaque divae
numina conclamant.
dividimus muros et moenia pandimus urbis.
accingunt omnes operi, pedibusque rotarum
subiciunt lapsus, et stuppea vincula collo
intendunt. scandit fatalis machina muros

TESTIMONIA.

227 'clipei orbe' gloss. Zic. p. 20 'clipeique s. o. t.' Charisius 210 229 'insinuat p.' Servius Aen. I 104 III 106 'et ... merentem' Servius Aen. VII 307 229 sq. 'et ... ferunt' Nonius 303, 2 Servius Aen. XI 708 230 'sacrum qui' Terentianus Maurus 1255 232 'ducendum ad s. s.' Servius Aen. II 44 234 Isidorus orig. XV 3, 59 Cassiodorus de orthogr. 2279 P. Servius Aen. XI 567 'et moenia p. u.' Servius Aen. II 252 235 'accingunt o. o.' Donatus ad Ter. eun. V 9, 30. 46 Servius Aen. IX 74 'accingunt o. o. dapibusque futuris' (I 210) gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 'accingunt operi' Servius Aen. I 210 235 sq. 'accingunt ... lapsus' Priscianus 706 'pedibus ... lapsus' Diomedes 407 236 sq. 'et ... intendunt.' Nonius 329, 4 Servius Aen. IV 506 237 'scandit ... muros' Servius Aen. II 190 schol. Veron. 85, 24 K. 237 sq. 's'andit ... armis' Nonius 312, 3 Philargyrus ge. III 176

VARIA LECTIO.

227 fup *γa* ore *c* *teguntur P* 228 tremifacta *a*1 *ut vid.* NOVVS *libri* PECT*ora cunctis P* pecto *a* cuncti . f (i *corr. ex* u, *ut vid.*) *γa* 229 EXPENDISS*e merentem P* expdiffe *γ* 230 Laocoon *γ* Laoco . onta (o *pr. e corr.*, *crasa fort.* c) *a* Laucoonta *c* CVSP*ide robur P* 231 Laefferit *γ*1 Lefferit *a*1 INTORS*erit hastam P* haftam (f *e corr.*) *a* 232 *ducendum ad P* fede *a* que *in ras. a* quae *γ* deuae *c*1 233 *numina co*NCLAMANT *P* numine *γ*1 234 *dividimus m*VROS *P* DIIMUS (DI *minio p.*) *Mc* PANDIMUR *P* pandi .. *c* 235 *accingunt o*MNES *P* ACCINUNT *M* Accincgunt *c* ROTARVM (O *m. 2 corr. ex* V) *P* 236 *subiciunt lap*SVS *P* la]fuf *a* EST *P* ftupea *ab* ftupea *γc* 237 *intendunt sc*ANDIT *P* fatalef *γ*2 MACCHINA *P*

feta armis. pueri circum innuptaeque puellae
sacra canunt funemque manu contingere gaudent.
illa subit mediaeque minans inlabitur urbi.
o patria, o divom domus Ilium et incluta bello
moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae
substitit atque utero sonitum quater arma dedere:
instamus tamen immemores caecique furore,
et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
ora dei iussu non umquam credita Teucris:
nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
ille dies, festa velamus fronde per urbem.

- - - - - -

TESTIMONIA.

238 'feta a.' Servius Aen. I 51. 506 VI 516 239 'funem ... gaudent.' Nonius 208, 7 240 'mediae ... urbi' schol. Hor. carm. III 4, 54 241 'o patria o d. d.' Probi inst. I 5, 1 241 sq. 'o patria ... Dardanidum' Macrobius Sat. V 1, 10 Priscianus 733 242 Probi inst. I 9, 4 242 sq. 'quater ... dedere' Asper 114, 15 K. 244 'instamus t. i.' Donatus ad Ter. Andr. IV 3, 8 Servius Aen. IX 374 245 Servius Aen. II 345 'et m. i.' Servius Aen. I 330 247 Nonius 275, 6 248 sq. schol. Hor. carm. IV 6, 11 'nos ... dies' Macrobius Sat. III 4, 4 Probus de nom. 21 p. 219 Endl.: cf. Probi ars minor 256

VARIA LECTIO.

238 *feta armis pu*ERI *P* Faeta *b* 239 *sacra canu*NT *P* fuem *a* fenẽ *c* FUNEMQ· FUNEMQ· (*prius eras.*) *M* CONSTINGERE *P* 240 *illa subit m*EDIAE *P* 241 *o patria o di*VVM *P* DIUUM *Mabc* dium *γ* INCLUTA (Y *col. rubro*) *M* inclita *γabc* 242 *moenia dar*DANIDVM *P* dardanium *a* 243 *substitit atque ut*ERO *P* fubfiftit *γ* Subti.tit (ti *pr. e corr.*) *a* 244 *instamus tamen P* 245 *et monstrum inf*ELIX *P* arcae *γ* 246 *tunc etiam fatis ap*ERIT *P* cafandra *c* futurif *in ras. a* 247 *ora — no*N *P* hora *Nonii excempl.* ora (a *in ras.*) *a* iuffi *b* 'non umquam, *non aliquando, i. e. nunquam. Nam si* nonnunquam *essent, duae negativae facerent unam confirmativam*' *Servius* 248 *nos — deu*M *P* delubra/////deum *a* VLTIMVS *P* 249 *ille — vel*AMVS *P* per] pef *a*1

Vertitur interea caelum et ruit Oceano nox
involvens umbra magna terramque polumque
Myrmidonumque dolos; fusi per moenia Teucri
conticuere, sopor fessos complectitur artus.
et iam Argiva phalanx instructis navibus ibat
a Tenedo tacitae per amica silentia lunae
litora nota petens: flammas cum regia puppis
extulerat, fatisque deum defensus iniquis
inclusos utero Danaos et pinea furtim
laxat claustra Sinon. illos patefactus ad auras
reddit equs, laetique cavo se robore promunt
Thessandrus Sthenelusque duces et dirus Ulixes

TESTIMONIA.

250—252 'vertitur ... dolos' Nonius 328, 17 250 sq. Macrobius Sat. V 5, 5 'ruit ... polumque' Isidorus orig. V 31, 3 Beda de temp. rat. 7 (vol. VI 157 ed. Lond.) 250 Macrobius Sat. VI 1, 8 Nonius 380, 17 schol. Hor. serm. I 1, 36 'vertitur i. c.' Isidorus orig. XIII 1, 5 'et ruit o. n.' Servius Aen. X 256 251 Servius Aen. IV 7 255 'tacitae ... lunae' schol. Hor. carm. II 8, 10 III 30, 9 schol. Lucani VIII 171 256 sq. 'flammas ... extulerat' Isidorus orig. I 36, 13 Servius Aen. III 519 258 sq. 'inclusos ... Sinon' Iulius Rufinianus p. 228 R. 'pinea claustra' Servius Aen. II 112 'et ... Sinon' Servius Aen. II 158 261 'Graiae linguae quam se libenter addixerit, de crebris quae usurpat vocabulis aestimate: dius Ulixes' Macrobius Sat. V 17, 15

VARIA LECTIO.

250 *vertitur intere*A *P* oceano ... Nox *a* 251 *involvens umb*RA *P* umbram *γ*1 MAGNAM *Pγ*1 polumque] q; *in ras. a* 252 *myrmidonumq*VE *P* Mirmidonum *b* 253 *conticuere sopo*R *P* CONPLECTITVR *Pab* .254 — 258. 260 — 267 (*ante* 260 *in summa pag. abscissus unus versus*) *F fol. XIX* 254 *sqq. Recte distinxisse sententiam videtur Heynius* 254 *et — ph*ALANX *P* Etiã *m. rec. in ras. b* argiue *c*1 falanx *γb* phalanx (x *e corr.*) *a* 255 tacita *c*1 LVN*ae P*

256 Littora *c* P*uppis P* pupiſ *a* 257 fectiſ *c* deum at dei *γ* defenſiſ *γ* INIQV*is P* iniquuſ (u *post. corr. in* i) *γ* 258 INCLVS *F* Incluſoſ (ſ *utraque in ras.*) *a* 259 *abscissus in F* CLAUSA *M* *ad auras P* 260 *reddit — pro*MUNT *F* EQVvS *P* EQUUS *Mγbc* equiſ *a* ſe (e *e corr.*) *γ* 261 *thessandrus — duc*ES *F* Theſandruſ *γabc* ſthelenuſ *a* ſteneluſ *b* DIEUS *F* dius *Macrobius* *ulixes P*

demissum lapsi per funem, Acamasque Thoasque
Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon
et Menelaus et ipse doli fabricator Epeos.
invadunt urbem somno vinoque sepultam;
caeduntur vigiles, portisque patentibus omnis
accipiunt socios atque agmina conscia iungunt.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
incipit et dono divom gratissima serpit.
in somnis ecce ante oculos maestissimus Hector
visus adesse mihi largosque effundere fletus,
raptatus bigis ut quondam aterque cruento

TESTIMONIA.

262 'demissum ... funem' Quintilianus VIII 3, 84 Nonius 286, 15 (dimittere, desuper mittere) Isidorus orig. II 20, 4 'Acamasque Thoasque' Claudius Sacerdos I 145 262—264 'Acamas ... Epeos' Claudius Sacerdos I 125 Charisius 251 P. 262 sq. 'Acamas ... Neoptolemus' Donati ars III 5, 2 'Acamas ... Machaon' Priscianus 1039 P. Pompeius 463 L. 263 sq. 'primus ... Menelaus' Cledonius 1930 263 'primusque M.' Servius ad Donat. 1797 Cledonius 1931 P. Pompeius 71 L. Servius Aen. I 24 264 'ipse ... Epeos' Charisius 129 Diomedes p. 309 P. Charisii exc. p. 536 K. Probi inst. I 4, 12 anon. art. gr. fr. 28 p. 81 Endl. 265 Macrobius Sat. VI 1, 20 Servius Aen. X 365 266 'caeduntur v.' Nonius 272, 3 268 sq. Quintilianus VIII 6, 60 269 'et ... serpit' Servius Aen. III 176 272 sq. 'aterque ... tumentes.' Macrobius Sat. IV 3, 8

VARIA LECTIO.

262 *demissum — fu*NEM *F* Demifum *γ* Demifum *a* LABSI *Ma* ACAMAS *P* ACHAMAS *M* achamaf *γac*, *Prisciani φ* athamas *Charisius* THO*asque P* tho. afque *γ* (thomasque *Prisc. Par. R*) tohafque *b*.

263 *peli*DESQUE *F* NEOPTELEMUS *M* Neoptolemusque *Donatus* MACHA*on P* machoon (oon *e corr.*) *a* 264 DOLIS *P* FABRICATO *F* EPEOS *Fγ2a2c*, *Probi cod.* EPAEOS *M* EPIOS (*ut vid.*) *P* epiof *γ1a1b*, *Charisius*, *Diomedes* 266 uigilef ..... portif *c* PATENT*ibus omnis P* OMNES *Myabc* 267 CON*scia iungunt P* 268—288. 289—309 *F fol.* XX 268 MORTA*libus aegris P* 269 DIVM *P* DIUUM *Myabc* GRATISSIMU *P* SER*pit P* 270 MAESTISSI*mus hector P* meſtiſimuſ *c* haector *bc* 271 ADESESE *P* adeſ *a* EFFVN*dere fletus P* 272 condam *ac* *cruento P*

pulvere perque pedes traiectus lora tumentis.
ei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli
vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignis,
squalentem barbam et concretos sanguine crinis
volneraque illa gerens, quae circum plurima muros
accepit patrios! ultro flens ipse videbar
compellare virum et maestas expromere voces:
'o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum,
quae tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris
expectate venis? ut te post multa tuorum

TESTIMONIA.

274—276 Macrobius Sat. V 5, 6 274 sq. 'ei ... Hectore' Priscianus 740. 1012. 1024 P. Probi ars minor 674 'quantum ... Hectore' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 32 274 'ei ... erat' Cledonius 1936 Alcuini gramm. 2142 P. 'qualis erat' Probi inst. I 6, 3 275 'qui ... Achilli' Arusianus p. 235 L. 'exuvias i. A.' Servius Aen. XI 76 277 Nonius 404, 12 'squalentem b.' Servius ge. IV 91 279 'ultro ... videbar' Servius Aen. VII 194 280 'et ... voces' Nonius 350, 29 281 Macrobius Sat. VI 2, 18 schol. Hor. serm. I 7, 24 'o lux D.' Servius Aen. XI 349 282—281 'quibus ... funera' Augustinus de gramm. 2011 P. 283 sq. 'ut ... funera' Diomedes 404 283 'expectate v.' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 7 hec. prol. 2, 25

VARIA LECTIO.

273 per] p *suprascr* γ pede *b* *Tumentis P* 274 hei *Probi ars minor, Cledonius, Alcuinus* *'totum iungendum, ne doloris distinctione frigescat sicut plurimis doctissimis visum est.' Servius* RAT *P* *ab illo P* 275 Hectore *bc* qui. *c* ACHILLI *M*, *Macrobii* ω ACHILLEI *F* achilli f (*sed* f *corr. add.*) *a*, *item ut vid.* γ achillif *bc*, *Arusianus, Macrobii Salisb.* *Achilli P* 276 phygiof γ prygiof *b* ia. culatuf γ PVPPI*bus P* pupibuf *ab* ignef· γ ignef *b* *ignis P* 277 concreto (*ut vid.*) *c*1 SANGINE *F* SA*nguine crinis P* crinef γabc 278 VVLNERAQVE *FMyabc* *vulneraque P* quo circum (o *corr. in* e, cir *in ras.*) *a* MVRO*s F* 279 *accepit patr*IOS *P* 280 Compellare *a* *compellare P* etpromere, *i. e.* ecpromere *Nonii exempl.* 281 *o lux dardan*IAE *P* spes] SPESS·.·US (S·.·US *cras.*) *M* FISSIMA *M* sanctissima *Acronis Med.* fidissima *Servius* 282 *quae* — *t*ENVERE *P* haector *bc* 283 *sq. m.* 2 *in mg. add. c* 283 EXSPECTATE *Myac* *expectate P* *ve*NIS *P* te. poſt *a*2 tempuf *a*1, *ut* te pos *scriptum extitisse coniciam.* tuorum] dierum *Gud. m.* 1

funera, post varios hominumque urbisque labores
defessi aspicimus! quae causa indigna serenos
foedavit voltus? aut cur hacc volnera cerno?'
ille nihil, nec me quaerentem vana moratur,
sed graviter gemitus imo de pectore ducens
'heu fuge, nate dea, teque his' ait 'eripe flammis.
hostis habet muros, ruit alto a culmine Troia.
sat patriae Priamoque datum: si Pergama dextra
defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
sacra suosque tibi commendat Troia penatis:
hos cape fatorum comites, his moenia quaere,
magna pererrato statues quae denique ponto.'

TESTIMONIA.

285 sq. 'quae ... voltus' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 10 289 Priscianus 1012 P. 'heu ... dea' Donatus ad Ter. hec. II 2, 16 Cledonius 1936 290 schol. Hor. carm. IV 6, 3 'hostis h. m.' Nonius 317, 27 'ruit ... Troia' Nonius 379, 31 Servius Aen. XII 453 ge. I 105 291 'sat ... datum' Donatus ad Ter. hec. IV 2, 18 293 sq. 'sacra ... comites' schol. Hor. carm. IV 4, 51 293 Macrobius Sat. III 4, 12 Augustinus de civ. dei I 3 294 'hos ... comites' Servius Aen. IV 341

VARIA LECTIO.

284 *funera pos*T *P* VRBES *P* 285 *defessi asp*ICIMVS *P* cauſa (ſ *in ras.*) *a* *c*. auſa (*erasa* I) *c* 286 Faedauit *b* *foedavit P* uoltuſ *γ* VVLTVS *FMPabc* BAEC *P* AHAEC *M* uolnera *γ* VVLNERA *Fbc* 287 *ille nihi*L *P* MIHIL *M* querentem *γ* uana (uan *in ras.*) *a* moratur (o *pr. e corr.*) *a* 288—313 *V fol.* 231 *a* 288 *sed gravit*ER *P* genituſ *a*1, gemtuſ *a*2 *duce*NS *V* 289 *heu — n*ATE *P* nocte *γ*1 DA (*sup. m. ant.*) *F* iſ *c* 290 *hostis — mur*OS *P* ab& *c* alta *Dorvillius, Wagnerus lect. Verg.* 376 A *m.* 2 *sup. Fa* TROIA *F* 291 *sat — pria*MO *P* PRIATRIAE *F* datum ẽ *b* 292 *defendi — et*IAM *P* 'etiam : *multi distinguunt, ut sit* adhuc ... *sed melius est* etiam hac' *Servius* ha.. *c*1 FVISS*ent V* 293 *sacra — ti*BI *P* COMM*endat — penatis V* PENATES *FMγ2abc* 294 *hos — fatoru*M *P* CAPET *M* maenia *b* quaere.. *c* quere *γ* '*multi* quaere *distinguunt et sic subiungunt :* magna pererrato' *e. q. s. Servius* QUAERE | MAGNA-PERERRATO *M* 295 *magna pererra*TO *P* QVAE (A *m.* 2 *add.*) *P* *pont*O *V*

sic ait, et manibus vittas Vestamque potentem
aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Diverso interea miscentur moenia luctu,
et magis atque magis, quamquam secreta parentis
Anchisae domus arboribusque obtecta recessit,
clarescunt sonitus armorumque ingruit horror.
excutior somno, et summi fastigia tecti
ascensu supero atque arrectis auribus asto:
in segetem veluti cum flamma furentibus austris
incidit, aut rapidus montano flumine torrens
sternit agros, sternit sata laeta boumque labores
praecipitesque trahit silvas; stupet inscius alto

TESTIMONIA.

296 sq. Macrobius Sat. III 4, 12 297 Servius Aen. I 358 'effert p. i.' Servius Aen. II 271 299—301 'et ... sonitus' Priscianus 1030 300 'arboribusque o. r.' Servius Aen. II 706. 725 302 'excutior s.' Servius Aen. III 176 304—308 Macrobius Sat. V 13, 12 Claudius Sacerdos I 163 304 sq. Servius Aen. I 566 V 595 XII 524 'in segetem ... incidit' Diomedes 459 P. 304 Nonius 395, 12 305—307 'aut ... silvas' schol. Hor. carm. III 29, 37 305 sq. 'aut ... agros' schol. Hor. carm. IV 14, 28 305 'aut ... torrens' Asper 112, 11 K. 307 sq. 'sedet inscius ... pastor.' Quintilianus VIII 6, 10

VARIA LECTIO.

296 *sic — manib*VS *P* Sic (c *m.* 2) *γ* AMNIBVS *V* uitaſ *a* VESTAAM *F* 297 *aeternumque P* aditiſ *γab* adfert *b*l 298 *Diverso i*NTEREA *V* *diverso interea P* DIVERUERSO *F* Diuerſa *c*l INTRE *F* maenia *b* 299 *et magis atque m*AGIS *P* et] AT *M* quamquã. (a *post. e corr.*) *a* QVAM *V* 300 *anchisae domuS P* OBTECT*a V* 301 ſonituſ (ſ *utraque e corr.*) *a* INGR*uit horror P* ING*ruit horror V* 302 ſomo (ſo *e corr.*) *a* 303 atq; *m.* 2 *sup. c* arrectiſ. (iſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* adrectiſ *c*l ERECTIS *ut vid. V* arrectis *Servius* ASTO *Fb2c* ASt*o P* ADSTO *MVγa* ...to *b*l 304 flamma (ſ *et* m *post. e corr.*) *a* FVRENTIB*us austris P* 305 RABIDVS *ut vid. V* flumina *c* torrent *c torrens P* 306 fata *superscr. a* BOVVM *Fc* BOVM *MPVab* bum *γ* QVe *labores P* 307 precipiteſ *γ* TRAHET (I *rubr.*) *M* ..... trahit *a* trait *b* stupet] sedet *Quintilianus* INSCIV*s alto P* inſciuſ (ſ *pr. erasa*) *a*

accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt
insidiae. iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Volcano superante domus, iam proximus ardet
Ucalegon, Sigea igni freta lata relucent.
exoritur clamorque virum clangorque tubarum.
arma amens capio; nec sat rationis in armis,
sed glomerare manum bello et concurrere in arcem
cum sociis ardent animi; furor iraque mentem
praecipitant, pulchrumque mori succurrit in armis.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achivom,
Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,
sacra manu victosque deos parvomque nepotem

TESTIMONIA.

308 Servius Aen. IV 152 'saxi de v. p.' Servius Aen. IV 360 310 sq. 'iam ... domus' Servius Aen. VI 495 311 sq. 'iam ... Ucalegon' Quintilianus VIII 6, 26 Donatus ad Ter. Phorm. V 1, 5 Nonius 240, 15 Isidorus orig. I 36, 8 schol. Iuvenal. III 199 Beda de trop. 380 C. 313 'clangorque t.' Diomedes 455 P. 314 hist. Aug. p. 308 Grut. 'nec ... armis' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 111 316 sq. 'furor ... praecipitant' Servius Aen. IV 531 318—321 Augustinus de civ. dei I 3 318 'ecce ... Panthus' Servius Aen. II 203 319 Priscianus 721 320 sq. 'parvum ... trahit' Servius Aen. II 457

VARIA LECTIO.

308 *sonitu*M *V* saxi. (i *e corr.*) *a* pator (t *e corr.*) *γ* 309 uere *γ*1 MA*nifesta — V* PAT*escunt P* 310 deiphoebi *yabc*1 dedi *b* RV*inam V* 311 VOLCANESVPERANTE *P* Vulcano . fupante (*e e corr.*) *a* : *cf.* 759 uolcano fuperante *γ* VVLCANO SVPERANTE *MVbc* domof *γ* PROX*imus ardet PV* 312 Vcalego N (*N e corr. add.*) *a* figaea *c* la . ta *b* REL*ucent P* 313 exo . ritur *γ* CLANGO*rque tubarum* (C *corr. ex* O) *P* 314 STAT *P* RATIO*nis in armis P* 315 CONC*urrere in arcem P* 316 Cum (C *m.* 2 *in ras.*) *b* focif (f *pr. e corr.*) *a* ita *a*1 *que mentem P* 317 PRAECIPITANT *Mabc*, *Servius* PRAECIPITAT *Pγ*1 PVLCRVM *Pb* SVCCV*rrit in armis P* 318 pantuf *b* ELABSVS *P* achiuom *γ* achiuum *abc* ACHI*rom P* 319 Pantuf *b* ATHRYADES *M* otriadef *b* ARCHIS (*punct. minio sup.*) *M* *sacerdos P* 320 MANVS *P* uictuf *γ*1 PARUUM *Myab* pa . ruũ *c* PARVVM*que nepotem P*

ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit.
'quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?'
vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
'venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae. fuimus Troes, fuit Ilium et ingens
gloria Teucrorum; ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit; incensa Danai dominantur in urbe.
arduus armatos mediis in moenibus astans
fundit ecus, victorque Sinon incendia miscet
insultans. portis alii bipatentibus adsunt,
milia quot magnis umquam venere Mycenis;
obsedere alii telis angusta viarum
oppositi; stat ferri acies mucrone corusco
stricta, parata neci; vix primi proelia temptant

TESTIMONIA.

322 Priscianus 721 Pseudoasconius Cic. p. 106 Or. Servius Aen. I 146 'quo ... Panthu' Probi inst. I 4, 22 323 Nonius 421, 5 324—327 Macrobius Sat. V 1, 9 324 sq. 'venit ... Dardaniae' Priscianus 651. 780 P. Nonius 401, 28 324 schol. Gron. Cic. p. 386 Or. 'venit s. d.' Charisius 86 P. 326 sq. 'ferus ... transtulit' Macrobius Sat. III 9, 15 Nonius 307, 11. 425, 26 schol. Lucani VII 647 332 Probi inst. I 18, 12

VARIA LECTIO.

321 trait *c* CVRRV *P* 'cursu; *legitur et* cursum' (currum *Cass.*) *Servius* que] q: *sup. c* LIMI*na tendit P* 322 phantu *γab* PR*endimus arcem P* predimuf *γ* arce m (m *corr. add.*) *a* 323 efatuf *c* gemitu. *ac* R*eddit P* 324 *venit summa P* 325 *dardaniae P* 326 *gloria teucr*ORVM *P* feruf. (f *e corr.*) *a* iupiter *c* 327 *transtulit i*NCENSA *P* Trantulit *b* danai (a *post. corr. ex* i) *γ* donai *a*1

328 *arduus arma*TOS *P* armato. *c* in] im *c* menibuf *b* aftauf *ab*2 ...tauf *b*1 ADSTANS *MPyc* 329 *fundit* — *v*ICTOR *P* Fu.dit *a* fudit *m* equof *a* EQUUS *Mybc* 330 *insultans P* portif. (if *m.* 2 *in ras.*) *γ* ali *γ* BIBIPATENTIBVS (BI *pr. eras.*) *P* 331 *milia quot P*. quod *ya*1*c*1 ueneraf *c*1 mycaenif *c* micenif *yab*

332 *obsedere al*lT (T *corr. in* I *P* ali *a* 333 oppofiti tat *b* OPPOSITIS·STAT *My*1*a*1*c*1 *oppositi s*TAT *P* co.rufco *a* 334 *stricta* — *n*ECI *P* uix (ix *m.* 2 *in ras.*) *γ* prima *c*1 praelia *b*

portarum vigiles et caeco Marte resistunt.'
talibus Othryadae dictis et numine divom
in flammas et in arma feror, quo tristis Erinys,
quo fremitus vocat et sublatus ad aethera clamor.
addunt se socios Ripheus et maximus armis
Epytus oblati per lunam Hypanisque Dymasque,
et lateri adglomerant nostro, iuvenisque Corocbus
Mygdonides: illis ad Troiam forte diebus
venerat insano Cassandrae incensus amore,
et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat,
infelix qui non sponsae praecepta furentis
audierit.
quos ubi confertos audere in proelia vidi,
incipio super his: 'iuvenes, fortissima frustra

TESTIMONIA.

340 'oblati per l.' Servius Aen. II 255 341—344 'iuvenis ... ferebat' Macrobius Sat. V 5, 7 341 'et ... nostro' Nonius 36, 22 344 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 86 'et gener a.' Servius Aen. III 330 347 Arusianus p. 217 L. 348—353 'iuvenes ... ruamus' Isidorus orig. I 36, 20 348 'incipio s. h.' Pompeius p. 48 L.

VARIA LECTIO.

335 *portarum vigiles P* caeco *γ* refiftent *c* 336 *talibus othry-adAE P* OTHRYADE *M* othriadae *b* dinom *γ* DIVVM *Mabc* et numine divom *damnavit Peerlkampus, legit Serrius* 337 *in flammas et in P* ERYNIS *P* ERYNIS *M* erinif *γbc*2 erenif *c*1 338 *quo — vocaT P* quod *γ* ad *superscr. γ* aetera *b* 339 *addunt se socios P* fotiuf *b*1 RIPHAEVS *P* rypheuf *b* ripheuf (*sed* riphe *in ras.*) *a* rhipeuf *c* 340 *epytus — peR P* AEPYTVS *P* Epytuf (*y in ras.*) *a* Aepituf *b* Epituf *c* hyphanif *γa* dimaf *γc* 341 *et — adglomERANT P* adglomerat *a* corebuf *b* 342 *mygdonides illIS P* migdonidef *abc* illis qui ad *Macrobii exempl.* AT *P* 343 *venerat insanO P* infano (a *c corr.*, o *in ras.*) *a* cafandre *c* 344 *et gener auxiliuM P* phygibuf *γc* frygibuf *b* 345 *infelix qui non P* 346 Audierat *cm, in mg. m.* 2 *add. b audierit P* 347 AVDER *P* ardere *Gronovius ad Senecae Herc. fur.* 779 *et Burmannus : cf.* XII 71 praelia *b* VIDi *P* 348 Incipio *in ras. a* FORTISSima FRVstra *P* *ordo talis est:* iuvenes, fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensae, quia

pectora, si vobis audentem extrema cupido
certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis.
excessere omnes adytis arisque relictis
di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
incensae: moriamur, et in media arma ruamus.
una salus victis nullam sperare salutem.'
sic animis iuvenum furor additus. inde lupi ceu
raptores atra in nebula, quos improba ventris
exegit caecos rabies, catulique relicti
faucibus expectant siccis, per tela, per hostis
vadimus haud dubiam in mortem, mediaeque tenemus
urbis iter; nox atra cava circumvolat umbra.

TESTIMONIA.

350 'quae ... videtis' Asper 112, 16 K. 351 sq. 'excessere ... steterat' Macrobius Sat. III 9, 1 Augustinus de civ. dei II 22 cf. ibid. III 7. 14 Orosius VI 1 'excessere ... di' Macrobius Sat. V 22, 7 Arusianus p. 228 L. Augustinus de civ. dei III 15 353 'moriamur ... ruamus' Priscianus 1040 P. 354 Seneca nat. qu. VI 2, 2 Vegetius de re milit. III 21 Iulius Rufinianus p. 243 R. Prisciani praeexerc. p. 360 C. schol. Lucani V 693 355—360 Macrobius Sat. V 5, 9 355 sq. 'inde ... nebula' Quintilianus VIII 3, 72 355 'lupi ceu' Terentianus Maurus 474 Diomedes 456 P. 356 sq. 'quos ... rabies' Nonius 201, 12

VARIA LECTIO.

excesserunt omnes dii, unde si vobis cupido certa est me sequi audentem extrema, moriamur et in media a. r.' *Servius* 349 audentem *a2b*, *Isidorus* audent^{em} *γ*2 audentẽ (tẽ *in ras.*), *in mg.* ł audendi *c* AVDENDI *My1a1* AVDEN— *P* '*multi* audendi *legunt*, *multi* audenti, *sed neutrum procedit. Ergo* audentem *legendum est' Servius.* audendi e. cupido certa, sequi *usu infinitivi Homerico, non Vergiliano Ladevicus progr. Neostr. a.* 1853 *p.* 22, *refutatus a Wagnero lect. Verg.* 377 CVPIDo *P* 350 que*γ* VIDETis *P* 351 discessere *Augustinus: cf. Orosius* aditif *ab*. aditu. (a *corr. ex* u, if *ex* u), *in mg.* at audit' *γ* RELICTIs *P* relictuf *a1*

352 DII *MPγac* STESERAT *P* SVCCVRRIt*is urbi P* 353 INCENSA *M* Ruamus *P* 355 LVpi ceu *P* 356 nebula (e *m.* 2 *e corr.*) *a* IMPROBA *M* Ventris *P* 357 Exaegit *b* 358 EXSPECTANT *Mac* Per *hostis P* HOSTES *M* oftif *b* oftif *c* 359 *mediaeque tenemus P* 360 nox ... umbra *aliunde assuta esse conl.* 340 *coniecit Ortuinus, cui adsentiri mavult Feerlkampus quam ex Hor. serm.* II 1, 58 nox *in* mors *mutare; et legit* nox *Servius : nobis tibicen sane, sed is Vergilianus videtur. cf.* 397. 420. 621 CIRCVMVolat *umbra P*

quis cladem illius noctis, quis funera fando
explicet aut possit lacrimis aequare labores?
urbs antiqua ruit multos dominata per annos;
plurima perque vias sternuntur inertia passim
corpora perque domos et religiosa deorum
limina. nec soli poenas dant sanguine Teucri:
quondam etiam victis redit in praecordia virtus,
victoresque cadunt Danai. crudelis ubique
luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.

Primus se Danaum magna comitante caterva
Androgeos offert nobis, socia agmina credens,
inscius, atque ultro verbis compellat amicis:
'festinate, viri. nam quae tam sera moratur
segnities? alii rapiunt incensa feruntque
Pergama; vos celsis nunc primum a navibus itis?'

TESTIMONIA.

361—363 Macrobius Sat. V 1, 10 361 sq. 'quis enim cladem illius temporis, quis fando funera explicet aut aequare lacrimis possit dolores' Orosius II 18 'quis ... explicet' Servius Aen. X 602 363 Priscianus 798 P. 365 sq. 'perque ... limina' Macrobius Sat. IV 3, 13 367 Priscianus 1018 Alcuini gramm. 2124 Agroetius 2268 P. schol. Hor. carm. III 5, 29 Servius Aen. III 414 368 'victoresque c. D.' Servius Aen. III 288 369 schol. Veron. 102, 14 K. 'et ... imago' Servius Aen. VIII 557 370 sq. 'primus ... nobis' Priscianus 602 373 sq. 'festinate ... segnities' Nonius 441, 32 373 'festinate v.' Servius Aen. IV 573 374 sq. 'alii ... Pergama' Nonius 302, 32 375 'nunc ... itis' Servius Aen. II 254

VARIA LECTIO.

361 FVNE*ra fando P* 362 *labores P* laborē *b*1 dolorem *Macrobius* dolores *Orosius* 363 URB·.·S *M* DOMINAT*a per annos P* agitata *Prisc. Lugd.* 364 IN*ertia passim P* inaertia *b* 365 domoſ (o *post. e corr.*) *a* relegioſa *γ* relligioſa *bc*, *Servius* DE*orum P* 366 SANGV*ine teucri P* 367 PRECORDIA *M* PRAE*cordia virtus P* sanguis *Prisciani φ* 368 CRUDELIS *ubique P* crudeleſ *a*1 369 pavorque *schol. Veron.* MOR*tis imago P* 370 *primus se da*NAVM *P* 371 *androgeos of*FERT *P* Androgeoſ *γb2c*, *Prisciani Reg., testatur Servius* Androgeoſ *a* ANDROGEUS *Mb*1, *Prisciani ω* offe&*c* 372 *inscius atq*VE *P* 373 *festinate P* .tā. *in ras. c* morator *b* 374 *segnities alii P* aliiſ *a*1 375 *pergama vos* ICELSIS *P* A´ *M* a *fort. e corr. γ*

dixit, et extemplo (neque enim responsa dabantur
fida satis) sensit medios delapsus in hostis.
opstipuit retroque pedem cum voce repressit.
inprovisum aspris veluti qui sentibus anguem
pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
attollentem iras et caerula colla tumentem:
haut secus Androgeos visu treme factus abibat.
inruimus densis et circumfundimur armis,
ignarosque loci passim et formidine captos
sternimus: adspirat primo Fortuna labori.
atque hic successu exultans animisque Corocbus
'o socii, qua prima' inquit 'fortuna salutis
monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur:

TESTIMONIA.

377 'sensit ... hostis' Charisius 241 Priscianus 1183. 1188. 1189. 1199. 1205 P. 379—382 Macrobius Sat. V 5, 11 379 sq. 'inprovisum ... nitens' Iulius Rufinianus 215 R. 'veluti ... nitens' Nonius 365, 22 380 'pressit h. n.' Nonius 353, 16 Arusianus p. 249 L. 'humi n.' Servius Aen. I 193 381 (cf. anonymus Hauptii de gen. nom. 81, 11: dorsum generis neutri ut Vergilius 'dorsum immane mari' et alibi 'dorsa caerulea') 385 'aspirat p. F. l.' Arusianus p. 217 L. Servius Aen. III 529

VARIA LECTIO.

376 *dixit et extEMPLO P* 377 *fida — sENSIT P* DELABSVS *Pa* dilapſuſ *γ2*, *Charisii cod.* illapsus *Priscianus* oſtiſ *a* hoſteſ *b* 378 obſtipuit *γc opstipuit P* repraeſſit *b* 379 *inproviSVM P* PROUISUM *M* 380 *pressit P* Praeſſit *c* humo *Arusianus* humi *testatur Servius et hic et ad* I 193 trepidiſ *c* 381 : *cf. ge.* III 421 *attolIENTEM P* Adtollentem *b* dorsa *anon. de gen. nom.?* 382 *haud — and*ROGEOS *P* Haut *γ1* HA·UT *M* Hud (d *e corr.*) *b* Haud (d *e corr.*) *a* Haud *c* androgeoſ *γ* ANDROGEUS *Mac* androieuſ *b* .abibat *c* 383 *inruimus densIS P* circumfundimur (*scd* r *post. e corr.*) *ab* circumfundimuſ (ſ *corr. in* r) *c* circumfudimuſ (ſ *corr. in* r) *γ* CIRCVMFVDIMVS *P : cf.* III 635. *Ceterum vix credo Vergilium hunc versum et simillimum* 409 *tam exiguo spatio distinctos sic relicturum fuisse.* 384 *ignarosque locI P* Ignaroſ(o *e corr.*) *b* 385 *sternimus adspIRAT P* aſpirat *b* 386 *atque hic succeSSV P* Adquae *c* ſuccecſu *c* choreburſ *b* 387 *o — priMA P* QUAE *Ma1* qua. *γ* inquid *γa1* LALVTIS (*corr. m.* 2) *P* 388 *monstrat iter P* oſtendit (ſtendit *in ras.*) *a*

mutemus clipeos, Danaumque insignia nobis
aptemus. dolus an virtus, quis in hoste requirat? 390
arma dabunt ipsi.' sic fatus deinde comantem
Androgei galeam clipeique insigne decorum
induitur laterique Argivom accommodat ensem.
hoc Ripheus, hoc ipse Dymas omnisque iuventus
laeta facit; spoliis se quisque recentibus armat. 395
vadimus immixti Danais haud numine nostro,
multaque per caecam congressi proelia noctem
conserimus, multos Danaum demittimus Orco.

TESTIMONIA.

389 'mutemus c.' Servius Aen. III 286 390 'dolus ... requirat' Macrobius Sat. V 16, 7 Servius Aen. II 341 391 sq. 'deinde ... galeam' Servius Aen. III 468 392 'Androgei g.' Charisius 71 P. Servius Aen. VI 20 'Vergilius: Androgeos Androgei' Probi inst. II 1, 30 393 'lateri ... ensem' Nonius 71, 10. 244, 14 Arusianus p. 212 L. 391 sq. 'hoc Ripheus ... facit' Claudius Sacerdos I 145 'omnis ... facit' Servius Aen. I 35 396 Nonius 143, 31 Donatus ad Ter. adelph. V 6, 8 'vadimus i. D.' Servius Aen. I 487 397 sq. 'multa ... conserimus' Nonius 270, 22 397 'per caecam noctem' Servius Aen. II 255 398 'dimittimus O.' schol. Port. 6

VARIA LECTIO.

389 *mutemus P* mutamuf *γ*1 *clipe*OS *P* clypeof *b* 390 *aptemus dolus P* quic oftc *b* requirit *Macrobii ω excepto Salisb.* 391 *arma* —*i*PSI *P* 'arma: *subdistingue, ut sit quasi interrogantis, ut responsio:* dabunt ipsi' *Servius* factuf *a*1*b*1*c*1 comatem *a* 392 *androgei galc*AM *P* clypei *γb* 393 INDUI (T *et* R *col. rubro*) *M* ARGIVVM *libri, om. Arusianus* ACCOMMO*dat ensem P* accommodat (*c pr. e corr.*) *a* adcomodat *b* 394 Ripheuf *γac*, *Claudii Sacerd. cod.* RIPHAEUS *M* rhipeuf *b* RIPEVS *P* 'hoc ipse: *multi hic distinguunt, et ad Aeneam referunt, et ideo subiungit:* spoliis ... armat. *Alii* hoc ipse Dymas *distinguunt' Servius.* dimaf *ab*1 IVVE*ntus P* iuuentuf (uf *e corr.*) *a* 395 fpoliif (f *pr. in ras.*) *a* *armat P* 396 IMMIXTIS *M* immix. ti *a* haut *γ*1 NVMINe *nostro P* nomine noftro *γa* 397 praelia *b* *Noctem P* 398 demittimuf *γ*2*b*2*c*2, (emi *in ras.*) *a*: *ut* II 85 IX 527 X 664 DIMITTIMVS *MPγ*1*b*1*c*1. *schol. Port.*: *cf. ad* V 692 *orco P* arco *c*1

diffugiunt alii ad navis et litora cursu
fida petunt, pars ingentem formidine turpi
scandunt rursus ecum et nota conduntur in alvo.

Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!
ecce trahebatur passis Priameia virgo
crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae,
ad caelum tendens ardentia lumina frustra,
lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus,
et sese medium iniecit periturus in agmen.
consequimur cuncti et densis incurrimus armis.
hic primum ex alto delubri culmine telis
nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes
armorum facie et Graiarum errore iubarum.

TESTIMONIA.

401 Nonius 249, 28 'et . . . alvo' Arusianus p. 240 Pompeius p. 100 Servii ars p. 533 L. Servius Aen. I 176 402 Prisciani praeexerc. p. 360 Cap. Servius Aen. VI 104 403 sq. 'ecce . . . crinibus' Donatus ad Ter. adelph. IV 7, 4 'passis . . . crinibus' Priscianus p. 870 P. 'ecce trahebatur a templo adytisque Minervae' Macrobius Sat. IV 3, 14 'nonnunquam Virgilius in una re ad augendum pathos duobus aut pluribus locis coniunctis utitur . . . circa Cassandram ex modo: ecce trahebatur, ex habitu corporis: passis . . . crinibus, ex loco: a templo adytisque M.' idem IV 5, 21 405 'ad . . . lumina' Nonius 410, 33 Servius Aen. XI 818 407 Nonius 386, 24 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 115 410 sq. 'telis . . . caedes' Priscianus 880 412 Servius Aen. XI 885

VARIA LECTIO.

399 nauef $\gamma 2abc$ littora $b1c$ 400 formine *c* TVR*pi P* 401 Scadunt *a* scandere *Moretanus* EQVVM *Myabc* CONDVNTVr *in alvo P* 403 ECE *P* 404 cafandra *yabc* aditif *yab* MINervae *P* 405 *sq.* = *Ciris* 402 *sq.* LVMina *frustra P* 406 arcebant (*crasa* f) *a* *vincula palmas P* 407 HANC *P* MENte *corochus P* COERIB· (*corr. minio*) *M* chorebuf *b* 408 INCIT (*corr. m.* 2) *P* iecit *a* iecit *m* morituruf *ab* AGMen *P* agmen. (m *e corr.*) *a* 409 INCVrrimus armis *P* 410 PRIMVM *P* culmine (u *ex corr., fort.* a) *γ* Telis *P* 411 obluimur *c1* Miserrima caedes *P* miferima *ac* cedif *a* 412 faciae *γ* galearum *a* gra . iarū *b* *iubarum P*

tum Danai gemitu atque ereptae virginis ira
undique collecti invadunt, acerrimus Aiax
et gemini Atridae Dolopumque exercitus omnis,
adversi rupto ceu quondam turbine venti
confligunt, Zephyrusque Notusque et laetus eois
Eurus equis; stridunt silvae, saevitque tridenti
spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.
illi etiam, siquos obscura nocte per umbram
fudimus insidiis totaque agitavimus urbe,
apparent; Priami clipeos mentitaque tela
adgnoscunt atque ora sono discordia signant.
ilicet obruimur numero; primusque Coroebus

TESTIMONIA.

413 Priscianus de accent. 7 'ereptae v. i.' Donati ars I 5, 3 Maximi Vict. ars 17 Sergius in Donat. 24 p. 487 Endl. Diomedes 430 P. Marcianus Capella V 518 414 'undique c. i.' Servius Aen. II 727 'acerrimus A.' Probi inst. I 2, 3 Probi ars minor 112 p. 249 Endl. auct. class. A. Mai V 173 415 'gemini A.' Servius Aen. III 180 416—419 Macrobius Sat. V 13, 14 416—418 'diversi magno ceu . . . equis' Macrobius Sat. VI 2, 28 417 sq. 'et . . . equis' Isidorus orig. V 31, 14 Servius Aen. I 35 XI 4 418 'stridunt s.' Probi inst. II 3, 4 Claudius Sacerdos II 107 420—422 'illi . . . apparent' Nonius 313, 3 422 'mentitaque tela' Macrobius Sat. VI 6, 17 424 sq. 'primus . . . dextra' anon. de nom. 29 p. 135 Endl.

VARIA LECTIO.

413 tum (m *e corr.*) *a* tunc *Servii exempl.* EREPTE *M* VIRGi*nis ira P* 414 ACERRI*mus aiax P* 415 dolopumue *bc* EXERCi*tus omnis P* exercituſ (ſ *e corr.*) *a* 416 *adversi rupt*O *P* Aduerſiſ *b1* diuersi magno ceu *Macrobii* VI 2, 28 *exempl.* condã *bc* 417 *confligun*T *P* zepiruſ *a* zaepheruſ (zephoerus?) *c* notiſ *a* nothuſ *c* eoi.ſ *a* 418 *om., add. literis rubris ima pag. sic:* ·.·.·. EQVIS STRIDEN ·.·.·.·.·.·.·.//EVRVS EQVIS STRIDVNT SILVE SAEVITQ· TRIDENTI *M* *eurus — st*RIDVNT *P* TRIDENDI (*corr. m.* 2) *P* tridenti. (*erasa* ſ) *a* 419 *spumeus atq*VE *P* imo (i *e corr.*) *a* 420 *illi — q*VOS *P* 421 *fudimus in*SIDIIS *P* fundimuſ *γ1a1* AGTAVIMVS *P* 422 *apparent P* *p*RI.MI (*ante* M *fuit fort.* A) *P* PRIMI *Myabcψ Sententiam sic interpretor:* adgnoscunt mentita arma, clipeos et tela, non Graecorum, sed Priami Troianorumque esse. clypeoſ *γ* 423 A.gnoſcunt *c* agnoſcunt *γab adgnoscu*NT *P* adq; *a, om. γ* 424 *ilicet obru*IMVR *P* ILLICET (L *post. fere abras.*) *M* I.licet *abc* choroebuſ *γ* coreb: *b*

Penelei dextra divae armipotentis ad aram
procumbit; cadit et Ripheus, iustissimus unus
qui fuit in Teucris et servantissimus aequi
(dis aliter visum); pereunt Hypanisque Dymasque
confixi a sociis; nec te tua plurima, Panthu,
labentem pietas nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres et flamma extrema meorum,
testor, in occasu vestro nec tela nec ullas
vitavisse vices, Danaum et, si fata fuissent,
ut caderem meruisse manu. divellimur inde
Iphitus et Pelias mecum (quorum Iphitus aevo

TESTIMONIA.

425 sq. 'Penelei . . . procubuit' Charisius 71 P. 'divae . . . procubuit' Macrobius Sat. IV 3, 14 426 sq. 'cadit . . . Teucris' Nonius 206, 12 427 Arusianus p. 260 L. 'servantissimus a.' Servius Aen. V 851 X 9 ge. II 398 428 'dis a. v.' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 4. 2, 18 Seneca epist. 98, 4 431 Donatus ad Ter. Andr. III 3, 9 Servius Aen. I 488 'Iliaci c.' de gen. nom. 76 H. Servius Aen. VI 351 432 sq. 'testor . . . Danaum' schol. Lucani VI 204 432 'testor in o. v.' Servius Aen. II 155 433 'vitavisse v. D.' Servius Aen. III 376 434—436 'divellimur . . . gravior' Iulius Rufinianus p. 241 R. 434 sq. 'divellimur . . . mecum' Priscianus 919 Donatus ad Ter. Andr. III 2 39 'Iphitus et P. mecum divellimur inde' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 8 435 sq. Quintilianus IX 3, 35 anecd. Paris. Eckstoinii 11, 4 'quorum . . . Ulixi' Diomedes 411 Augustinus de gramm. 2013 P.

VARIA LECTIO.

425 *penelei d*EXTRA *P* Penelei (i *in ras.*) *b* 'Penelei dextra, *aut ut alii tradiderunt*, Peneleo' *anon. de nom.* Penelei *testatur Charisius* 426 *procu*MBIT *P* procubuit *Charisii et Macrobii ω* .cadit *a* RIPHEUS *Myac* Rifeus *Nonii exempl.* RIPHAEVS *P* rypeuf *b* 427 *qui fui*T *P* equi *in ras. a* 428 *dis — visum P* visum est *Seneca* PEREVNTT *P* . .iphanif (*eras. fort.* r) *γ* hypanif (hy *in ras.*) *a* dimaf *γab* 429 *confixi a sociis P* phantu *b* 430 *labentem pietas P* NEQVE *Pγ* apollonif *c*1 431 *iliaci — et P* ILLACI (L *post. corr. in* I) *M* cinerif *c*1 flamma. *γ* 432 *testor in occas*V *P* ullaf (a *corr. ex* o, f *corr. add.*) *a* .elluf *c* 433 *vitavisse vices P* Danaum *ad* manu *pertinere vidit Peerlkampus.* vices Danaum *coniungunt cum M Servius et schol. Lucani* fa.ta *γa* 434 *om., imo mg. add. b* *ut caderem mer*VISSE *P* manu diuellimur (manudi *et* imu *in ras.*) *a* 435 *iphitus et pelias P* Iphituf (phit *in ras.*) *a* Iphytuf *b* ipithus *Diomedis Par. A et Monac.* epithus *Diomedis Par. exc. : cf.* 340 epitus *bis anecd. Paris.* corum *a*1 qorum *a*2 iphytuf *γb*

iam gravior, Pelias et volnere tardus Ulixi),
protinus ad sedes Priami clamore vocati.
hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam
bella forent, nulli tota morerentur in urbe,
sic Martem indomitum Danaosque ad tecta ruentis
cernimus obsessumque acta testudine limen.
haerent parietibus scalae, postisque sub ipsos
nituntur gradibus, clipeosque ad tela sinistris
protecti obiciunt, prensant fastigia dextris.
Dardanidae contra turris ac tota domorum
culmina convellunt (his se, quando ultima cernunt,

TESTIMONIA.

436 'et ... Ulixi' Gellius IX 12, 17 Philargyrus ge. III 226 441 'obsessum ... limen' Servius Aen. XI 585 442 sq. 'postesque ... gradibus' Donati ars II 16, 5 Arusianus p. 261 L. Probi ars minor 314 Priscianus 1000 P. 445 sq. 'turres ... convellunt' Priscianus 744 445 'turres ac tecta d.' Cledonius 1903 P. Servius Aen. IX 530

VARIA LECTIO.

436 *iam gravi*OR *P* uolnere *γ* UULNERE *Mb* uulnera *ac*1 VLIXEI *P* ulixei *ac* olixis *anecd. Paris.* 437—457. 458—468 *F fol.* XXI 437 *protinus ad sed*ES *P* AD *m.* 2 *sup. F* fedem *b* 438 *hic — ingent*EM *P* 439 florent *c*1 MORERE GVR (*corr. m.* 2) *P* morirent *c*1 VRBe *P* 440 matem *a* AT *P* TEC*ta ruentis P* 441 ATRA *F* LIM*en P* 442 POSTES *Fybc, Prisciani* ω potef *a* postis *testatur Probi ars minor* I*psos P* 443 clypeof *γb* adtela (ad *in ras.*) *c* ACTELA *MPya*1, *ortum, ni f., ex scriptura* at tela. ADTECTA *F: cf.* 445. 'ad tela, *id est contra tela, et hoc verum est, nam si* ac tela, *sinistris manibus simul tenent tela et scutum, cum se tegunt.*' *Servius* SIN*istris P* 444 praeffant *c* DEX*tris P* 445 .contra *c* econtra *Moret. pr.* turref *b*, *Prisciani* ω et *Pierii χ*, *Prisciani* ω TOTA DOMO*rum* (CT *m.* 2, *eras.*) *P* tota domorum (teta *m.* 2) *γ* tuta domorum *a* TECTADOMORUM (*erasis litteris quibusdam supra*) *F* TECTADOMORUM *Mbc, Priscianus, Cledonius Putschii.* 'tecta *participium est ... quamvis legatur et* tota domorum' *Servius* 446 IIS *m.* 2 *sup. F* VLTIM*a cernunt P*

extrema iam in morte parant defendere telis,
auratasque trabes, veterum decora illa parentum,
devolvont; alii strictis mucronibus imas
obsedere fores, has servant agmine denso.
instaurati animi regis succurrere tectis
auxilioque levare viros vimque addere victis.

Limen erat caecaeque fores et pervius usus
tectorum inter se Priami, postesque relicti
a tergo, infelix qua se, dum regna manebant,
saepius Andromache ferre incomitata solebat
ad soceros et avo puerum Astyanacta trahebat.
evado ad summi fastigia culminis, unde

TESTIMONIA.

448 'decora a. p.' Priscianus 772 P. 449 sq. 'strictis ... fores' Servius Aen. II 485 'imas o. f.' Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 38 452 Nonius 420, 30 453 Nonius 336, 7 455 sq. 'infelix ... solebat' Servius Aen. XI 563 456 sq. 'ferre ... soceros' Probi ars minor 536 auct. class. A. Mai V 248 456 Charisius 240 P. 458 'evado ... culminis' Nonius 294, 10

VARIA LECTIO.

447 iam morte *c* TEL*is P* 448 Auraf *b* ILLA *Pa1* ILLA (*corr. m. cad. ut* 441) *F* alta *m. rec., sed erasa lectione antiqua* γ, *ut primo scriptum fuisse* illa *coniciat Heinsius.* ALTA *Ma2bc, Priscianus: cf.* I 429 PAREN*tum P*. 449 DEVOLVVNT *FMPybc* Deuoluni *a* alii *om., add. in mg. c* 450 OBSIDERE *F* foraf *b1* HAS SERVANT (H *m.* 2 *add.*) *P* afferuant γ : *cf.* 763 'has servant; *alii* adservant' (*om. Cass.*) *Servius : cf.* 446 VI 298. *An* ac servant? 451 Inftaura.ti *c* Inftaurato *a1* fuccurre *a* fuccurre *c* T*ectis P* 452 AVXILI *F* UIRO *M* VIA *F* uim *in ras. a* ADDEREVICTIMS *M* ADD*ere victis P* 453 CAE *F* CAECE *M* VIVS *F* PERVIV*s usus P* 454 potef *a* R*elicti P* 455 t. ergo (t *in ras.*) *a* 'dum, *donec ... alii tamen* cum *legunt' Servius.* MA*nebant P* monebant γ1 456 andromachae *b* incomitate *c1* INCOMIT*ata solebat P* folebant *a1* 457 *om. Goth. pr., interpretatur Servius* AT, (T *corr. in* D) *M* ASTYANACT*a trahebat P* STYANACTA *M* aftianacta γ aftyanacte *c1* trahebant γ1 458 'evado, e *vacat, ut* emortuus. *Sane minus est* hac, *id est* hac evado' *Servius, et* evado hac summi *coniecit Guietus : cf.* IV 685 fummif γ1 undae *c1* *unde P*

tela manu miseri iactabant inrita Teucri.
turrim in praecipiti stantem summisque sub astra
eductam tectis, unde omnis Troia videri
et Danaum solitae naves et Achaica castra,
adgressi ferro circum, qua summa labantis
iuncturas tabulata dabant, convellimus altis
sedibus impulimusque: elapsa repente ruinam
cum sonitu trahit et Danaum super agmina late
incidit. ast alii subeunt, nec saxa nec ullum
telorum interea cessat genus.

Vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus
exultat, telis et luce coruscus aëna;
qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,

TESTIMONIA.

460 sq. 'turrim . . . eductam' Priscianus 761 460 Priscianus 757 'turrim . . . stantem' Gellius XIII 21 Charisius 25 P. eiusdem excerpta 544 K. 467 'ast a.' gloss. Portense p. 6 469 sq. Gellius II 3, 5 470 'et luce c. a.' Macrobius Sat. V 12, 2 Arusianus p. 218 L. 471—475 Macrobius Sat. V 5, 12 471 'coluber . . . pastus'

VARIA LECTIO.

459 ĖTELA *M* INERTIA, *in mg. m.* 2 IRRITA *F* irrita *γ2a2b* *Teucri P* 460 TVRREM *ut vid. F* turrim *confirmant Valerius Probus apud Gellium et Priscianus* turrem *Charisius* p̃capiti *c* SVMM*isque sub astra P* 461 VIIb*eri P* 462 *om. Goth. tert.* *et — so*LITAE *P* ACHAICA *MPab*, *Servii exempl. : cf.* 27 V 623 acaica *γ* achaia *c* ACHAIA *Fχ* 463 *adgressi fer*RO *P* Aggreſſi *b* que *γ1* LABENTIS (*sup. col. rubro*) *M* labanteſ *γ* 464 *iuncturas t*ABVLATA *P* 465 *sedibus inp*VLIMVS *P* ſedimuſ *γ1* IMPVLIS *F* impulimuſ *γ2c* elapſa*ut* XII 356 *γa* ELAPSA *P* ealapſa (ea *in ras.*) *b* EALAPSA *M: cf.* VI 100 EALABSA *F* ealapſa. *c* RVENTE *P* repente *Servius* RVINAM (M *m. rec.*) *M* 466 *cum sonitu P* ſonitu.. *a* 467 *incidit ast P* aſt alii (ſt alii *in ras.*) *a* SVBEVNT (V *m.* 2 *add.*) *P* neullum *a* 468 *telorum in*TEREA *P* 469 *vestibulu*M *P* PYRRVS *Pγc* pirruſ *a* phyrruſ *b* 470—482 *Veron. fol.* 228 *a* 470 *exultat te*LIS P tæliſ *c* corruſcuſ *a1* aena *superscripto* h *in libro 'mirandae vetustatis, qui ipsius Virgilii fuisse credebatur' apud Gellium* 471 *qualis u*BI *P* Qualiſ *b* COLVBER (V *an* O *non liq.*) *V*

frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
nunc positis novos exuviis nitidusque iuventa
lubrica convolvit sublato pectore terga,
arduos ad solem, et linguis micat ore trisulcis.
una ingens Periphas et equorum agitator Achillis,
armiger Automedon, una omnis Scyria pubes
succedunt tecto, et flammas ad culmina iactant.
ipse inter primos correpta dura bipenni
limina perrumpit, postisque a cardine vellit
aeratos; iamque excisa trabe firma cavavit
robora et ingentem lato dedit ore fenestram.
apparet domus intus et atria longa patescunt,
apparent Priami et veterum penetralia regum,

TESTIMONIA.

Nonius 201, 19 Arusianus 251 L. 'mala g. p.' anon. Hauptii de gen. nom. 80, 13 475 'et ... trisulcis' Nonius 418, 22 476 'una i. P.' Probi inst. I 4, 13 477 'armiger A.' Probi inst. I 4, 11 478 Servius Aen. II 723 IV 10 'et ... iactant' Nonius 328, 9 482 'et ... fenestram' Nonius 459, 15 Servius Aen. II 461 XII 453

VARIA LECTIO.

472 *frigid*A *P* frigido *γ*1 473—475 : *cf. ge.* III 437—439 473 *nunc p*OSITVS *P* pofituf *γ*1 po.fit.if (it *in ras.*, i *post. corr. ex* u) *a* NOVVS *MVγabc* NOIVVS *P* EXVVIS *P* 474 : *cf. ge.* III 426 *lubrica* CO*nvol*VIT *P* CONVOLVENS, *sup. m.* 2 ENT *ut vid.*, *V* (*ge.* III 426) PEC*tore V* pectore terga (eterg *in ras.*) *a* 475 *arduus ad solem P* Arduuf (u *post. in ras.*) *a* ARDVVS *MVybc* TRI*sulcis V* 476 *una — peri*PHAS *P* periphaf *b* EQVOR*um agitator V* ACHIL-LES *Pb*1 477 *armiger autom*EDON *P* autome.don (e *m.* 2 *in ras.*) *γ* OMNES *M* fcyria (fcy *in ras.*) *a* fciria *b* fciria *c* 478 *succedunt P* *tect*O *P* muro *Servius ad Aen.* II 723 flammam ad fastigia *Servius l. l.* AT *P* IACTA*nt V* 479 *ipse inter primo*S *P* BIPENNI (E *an* I *non liq.*) *V* bipenni *confirmat Servius* 480 *limina perrum*PIT *P* POSTES *Mabc* 481 *aeratos iamqu*E *P* EX *P* exciffa *γ*1*a*1 EXCIS*a trabe fir*MA *V* firma (a *m.* 2) *γ* 482 *robora et inge*NTEM *P* *lato — ore V* 483—496 *Veron. fol.* 228 *b* 483 *apparet domus P* INTVSETVETERVMPENETRALIAREGVM *V* 484 *om. V* *apparent pria*MI *P* ueuturum *γ*1 ue.te.rum *γ*2 ∴NETRALIA *M*

armatosque vident stantis in limine primo.
At domus interior gemitu miseroque tumultu
miscetur, penitusque cavae plangoribus aedes
femineis ululant; ferit aurea sidera clamor.
tum pavidae tectis matres ingentibus errant,
amplexaeque tenent postes atque oscula figunt.
instat vi patria Pyrrhus: nec claustra nec ipsi
custodes sufferre valent; labat ariete crebro
ianua, et emoti procumbunt cardine postes;
fit via vi; rumpunt aditus primosque trucidant
immissi Danai et late loca milite complent.
non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis
exit oppositasque evicit gurgite moles,

TESTIMONIA.

486 sq. 'domus ... miscetur' Iulius Rufinianus 221 R. 490 Servius Aen. III 351 'amplexaeque t. p.' Probi ars minor 314 491 'instat ... Pyrrhus' Nonius 420, 29 491 sq. 'nec claustra ... valent' Nonius 396, 29 492 sq. 'custodes ... ianua' Beda de metr. 2371 'labat ... ianua' Priscianus 803 P. Eutychius II 1 anon. de verbo 42 p. 175 E. 492 'labat a. c.' Priscianus 612 493 'et ... postes' Nonius 202, 18 'emoti ... postes' schol. Hor. carm. IV 15, 11 495—499 'non sic ... trahit' Macrobius Sat. V 5, 13 496 sq. 'non ... exit' Diomedes 459 P. Nonius 296, 18 Servius ecl. V 82 'cum ... moles' Donatus ad Ter. adelph. IV 4, 16 'cum ... exit' Servius ge. I 116 497 'oppositasque ... moles' Probi inst. I 18, 12

VARIA LECTIO.

485 STANTES *My2ab*l *Primo P* priamo *a*l 486 ad *γ*l domoſ *γ* *gemitu — tu*MVLTV *V* TVM*ultu P* 487 PAENITVS *P penitu*S *V* *cavae plangoribus V* *aedes P* 488 FEM*ineis ululan*T *V* CL*amor P* 489 TV*m pavid*AE *V* pauide *γ* matrif *b*l *Errant P* 490 POSTES *MPγ2bc*, *testatur Probi ars minor* POST.S *Vγ*l poſtiſ *a* FICUNT (C *col. rubro corr. in* Ç) *M* *figunt P* 491 PYRRVS *MPc* pyrrhuſ *γ* piruſ *b* *nec — ipsi V* claſtra *a* nec ipſi *γabc*, *Nonius : cf. Wagneri qu. Verg.* XXXII 8 NEC*ipsi P* NEQ · IPSI *M*, *defensum a Wagnero l. l. p.* 535 492 CRE*bro P* 493 CARDI · NE *M* PESTES *M* postis *Nonii ω* 494 *fit V* ui.a *a* *primosque trucid*ANT *V* promoſ *c*l TRVCIDA*nt P* 495 *Nihil legi potuit in V* immiſſi *abc* COMPLET (N *rubr.*) *M* complent *c* 496 *cum* sPV*m*EVS *V* amniſ (a *in ras.*) *c* 497 Exit *c*, *Nonii ω : Lachmannus ad Lucr. p.* 209

fertur in arva furens cumulo camposque per omnis
cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furentem
caede Neoptolemum geminosque in limine Atridas,
vidi Hecubam centumque nurus Priamumque per aras
sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignis.
quinquaginta illi thalami, spes ampla nepotum,
barbarico postes auro spoliisque superbi
procubuere; tenent Danai, qua deficit ignis.

Forsitan et Priami fuerint quae fata requiras.
urbis uti captae casum convolsaque vidit
limina tectorum et medium in penetralibus hostem,
arma diu senior desueta trementibus aevo

TESTIMONIA.

500 'geminos ... Atridas' Maximus Vict. de rat. metr. I 3 501 'vidi ... nurus' Asper 114, 17 K. 502 schol. Iuven. X 268 Isidorus orig. X 100 Augustinus de civ. dei I 2 Servius Aen. II 55 'sanguine f.' Servius Aen. II 286 III 216 IV 673 503 Servius Aen. V 645 'quinquaginta i. t.' anon. Hauptii de gen. nom. 102, 10 504 sq. 'barbarico ... procubuere' Nonius 391, 11 505 'tenent ... ignis' schol. Veron. 89, 2 K. 506 Charisius 165 Cledonius 1923 P. Servius Aen. I 30. 203 XI 3 'forsitan et P.' Probi inst. I 9, 7 507 schol. Iuven. X 265 509 sq. 'arma ... umeris' schol. Iuven. X 267

VARIA LECTIO.

EXIIT *MPybψ*, *Servius*, *defensum a Wagnero lectt. Verg.* 316 *sqq.* exi.it (exilit?) *a* : *cf. ge.* II 81 oppofitof *c*1 erupit *Macrobius* MO*les P* molof *c*1 498 ruens *Davesius misc. crit.* II CAM*pos* — *P* omnef *ab* 499 ſtabilif *γa* *ipse furentem P* 500 neoptolemum (o *pr. in ras.*) *a* *limine atridas P* 501 hecubam *γ* PRI*amum* — *P* 502 SACR— *P* ignef *γ*1*ab* 503 talami *b* SPESAM — *i. e.* spes ampla *P* ſpef ampla, *in mg.* aſ tanta *γ* SPESTANTA *Mabcm Servius Aen.* V 645 504 SVP*erbi P* ſuperbi: *a* 505 Procubere *c* defecit *γ*1 deficit (ic *e corr.*) *a* ignef *γ*1 *ignis P* 506 fuerunt *c*1 FAT*a* — *P* fa.ta *c* requires *Charisii cod.* 507 u.ti captae (*in mg.* aſ uti capte) *γ* caſuf *b*1 CONVVLSA *Pyab* conuul.ſa *c* colapsa *schol. Iuven.* *vidit P* 508 *limina tect*ORVM *P* et *sup. b* MEDIVM *P* mediif *γ*1*c* medi *γ*2 'medium ... *si autem* mediis *legeris*, *non stat versus nisi excluso* s' *Servius* : *cf.* 665 in] ET *P* 509 *arma diu* SENIOR *P*

circumdat nequiquam umeris et inutile ferrum
cingitur ac densos fertur moriturus in hostis.
aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe
ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus,
incumbens arae atque umbra complexa penates.
hic Hecuba et natae nequiquam altaria circum,
praecipites atra ceu tempestate columbae,
condensae et divom amplexae simulacra sedebant.
ipsum autem sumptis Priamum iuvenalibus armis
ut vidit, 'quae mens tam dira, miserrime coniunx,
impulit his cingi telis? aut quo ruis?' inquit.
'non tali auxilio nec defensoribus istis
tempus eget, non, si ipse meus nunc adforet Hector.
huc tandem concede; haec ara tuebitur omnis,
aut moriere simul.' sic ore effata recepit
ad sese et sacra longaevom in sede locavit.

TESTIMONIA.

510 'inutile f.' Servius Aen. II 544 510 sq. 'inutile f. cingitur' Servius ecl. III 11 512 'nudo...axe' schol. Lucani V 632 514 'incumbens arae' appendix ad Probi art. min. 31 p. 442 Endl. 521 sq. 'non ... eget' Arusianus p. 227 L. 'non defensoribus ... eget' schol. Lucani VII 88 523 'haec ... omnis' schol. Gron. Cic. 382 Or. 524 sq. 'sic ... sese' Nonius 384, 7

VARIA LECTIO.

510 *circumda*T *P* NEQVI€QVAM *P* humerif *yac* 511 *cingitur ac P* hac *γ* HOSTES *My2bc* 512 *aedibus in* MEDIIS *P* 513 *ingens ar*A *P* iuxta quam, *in mg.* at iuxtaq. *γ* u&erima *ya* 514 Inco.benf *c incumbe*NS *P* araeq: *b* CONPLEXA *Pb* 515 *hic hecuba P* HAECUBA *M* haeuba *γ* NEQUICQUAM *M* NEQVICQVAM *P* 516 *praecipi*TES *P* 517 *conde*NSAE *P* diuom *γ* DIUUM *Mabc* amplexi *c* TENEBAN *M* 518 *ipsum P* h*aut c* fum..tif (if *e corr.*) *a* 519 *ut vidit* QVE *P* miferrimae *γ* miferrimae *c* 520 *impuli*T *P* *cin*GI *P* co *a*1, qo *a*2 inquid *γa*1 521 *non tali auxili*O *P* Nec tali *b* non defensoribus *schol. Lucani* 522 *tempus — si P* egit *γ*1 ip.fe *b* haector *bc* 523 huic *a*1 *huc — co*NCEDE *P* omnef *ab* 524 *aut — sim*VL *P* ore *om. Nonii exempl.* 525 *ad sese et sacra P* longaeuom *γ* LONGAEUUM *Mabc*

Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites,
unus natorum Priami, per tela, per hostis
porticibus longis fugit et vacua atria lustrat
saucius. illum ardens infesto volnere Pyrrhus
insequitur, iam iamque manu tenet et premit hasta.
ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,
concidit ac multo vitam cum sanguine fudit.
hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur,
non tamen abstinuit, nec voci iraeque pepercit.
'at tibi pro scelere' exclamat, 'pro talibus ausis,
di, siqua est caelo pietas, quae talia curet,
persolvant grates dignas et praemia reddant

TESTIMONIA.

526 Arusianus p. 229 L. 528 sq. 'vacua ... saucius' Servius Aen. XII 476 529 sq. 'illum ... insequitur' Servius Aen. VII 583 'insequitur infesto volnere P.' Servius Aen. X 140 531 Nonius 204, 12 533 'quamquam ... tenetur' Servius Aen. II 377 534 Arusianus p. 254 L. 'nec ... pepercit' Claudius Sacerdos I 34 535—537 'at ... dignas' Iulius Rufinianus 208 R. 535 Macrobius Sat. IV 2, 2 schol. Hor. epod. V 1 'at ... exclamat' gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 'at ... scelere' Donatus ad Ter. Andr. IV 1, 43 536 sq. epigramma in Osanni syll. 455 CLXXV ex sched. Hasii Vatic. 537 sq. 'persolvant ... debita' Servius Aen. XI 856

VARIA LECTIO.

526 *ecce — elap*SVS *P* .lapſuſ *c* phyrri *γ* pyrri *abc* 527 *unus natoru*M *P* hoſtef *a2bc* 528 *porticibus lon*GIS *P* Porticib: (cib *in ras.*) *a* fuit *ac* 529 *saucius — ar*DENS *P* VULNERE *Myabc* phyrruſ *γa* pyrruſ *bc* 530 *insequitur ia*MIAM *P* praemit *γc* 531 oculos VLOLOS *P* PARENtum *P* 532 hac *γ1* FV*dit P* 533 PRIAMVM *P* medi. *γ* *Morte tenetur P* 534 tamen (N *corr. add.*) *a* ASTINUIT *M* obſtinuit (o *corr. in* a, i *pr. in ras.*) *a* uoce *b1* R*epercit P* 535 A.t *a* clamat *b* talib; (l *c corr.*) *a* A*usis P* 536 Dſ *a1* DII *titulus Osanni, qui* DIIS *correxit* caeſt *γ1* qaeſt *γ2* pie ..taſ (*e in ras.*) *b* QVE *P* CURENT *M* 537 PERSOLVAT DIGNAS GRATES *titulus* REDD*ant P* REDDAT *titulus* persolvant *et* reddant *Servius*

debita, qui nati coram me cernere letum
fecisti et patrios foedasti funere voltus.
at non ille, satum quo te mentiris, Achilles
talis in hoste fuit Priamo; sed iura fidemque
supplicis erubuit, corpusque exangue sepulchro
reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.'
sic fatus senior, telumque imbelle sine ictu
coniecit, rauco quod protinus aere repulsum
ec summo clipei nequiquam umbone pependit.
cui Pyrrhus 'referes ergo haec et nuntius ibis
Pelidae genitori. illi mea tristia facta
degeneremque Neoptolemum narrare memento:
nunc morere.' hoc dicens altaria ad ipsa trementem

TESTIMONIA.

538 sq. 'qui ... fecisti' Servius Aen. I 114 IV 602 X 443 540 sq. 'at ... Priamo' Quintilianus V 11, 14 Charisius 240 P. 544 sq. 'telum ... coniecit' Nonius 267, 25 Servius Aen. XII 50 544 'telumque imbelle' Servius Aen. II 231 546 Servius ge. I 403 547—549 'referes ... memento' Isidorus orig. I 36, 29 547 sq. 'referes ... genitori' Nonius 381, 22 548 sq. Donatus ad Ter. adelph. I 2, 36 'illi ... memento' Nonius 409, 8 548 'illi ... facta' Donatus ad Ter. hec. I 2, 19 Phorm. I 2, 41 549 Charisius 240 P. Donatus in Ter. hec. V 4, 38 Phorm. V 8, 38 Servius Aen. IX 742 X 73 550 sq. 'altaria ... nati' Macrobius Sat. IV 4, 14 'altaria ... traxit' Nonius 412, 24

VARIA LECTIO.

538 Io&um *γb* 539 Fecifti. *c* UULTOS *M* VVLTVS *Pyabc* 540 MENTIRES (E *post. corr. in* I) *Mc* 541 ofte *γ* fuit. *c* 542 Subplicif *a* corpuf *b* exfangue *a1* exfangue. (e *post. m.* 2) *γ* exfanguine *c1* SEPVLCRO *P* fepulchro (f *m.* 2) *γ* 543 haectorum *γ* haectoreum *bc* REGN*a P* REMIS*it P* 544 factuf *c1* inbele *b* INBELLEISINE *M* SIN*e ictu P* hictu *γ* 545 R*epulsum P* 546 ET *MPyabcψ, Servius* e *Vratisl.* clypei *γ* NEQUICQUAM *M* P*ependit P* 547 *inter lineas m.* 2 *add. a* PYRRVS *Pac* phyrruf *γ* pyrruf *b* NVNTIV*s ibis P* 548 PAELIDE *M* Pelide *γ* illi *Donatus* illic *interpretatur* trifti..a *a* fata *Donati ad Ter. adelph.* I 2, 36 *exempl.* 549 NARRARe *memento P* 550 dicef *c* IPS*a trementem P* trement. *c* (*eras.* a *vel* u) *c*

fertur in arva furens cumulo camposque per omnis
cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furentem
caede Neoptolemum geminosque in limine Atridas,
vidi Hecubam centumque nurus Priamumque per aras
sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignis.
quinquaginta illi thalami, spes ampla nepotum,
barbarico postes auro spoliisque superbi
procubuere; tenent Danai, qua deficit ignis.

Forsitan et Priami fuerint quae fata requiras.
urbis uti captae casum convolsaque vidit
limina tectorum et medium in penetralibus hostem,
arma diu senior desueta trementibus aevo

TESTIMONIA.

500 'geminos ... Atridas' Maximus Vict. de rat. metr. I 3 501 'vidi ... nurus' Asper 114, 17 K. 502 schol. Iuven. X 208 Isidorus orig. X 100 Augustinus de civ. dei I 2 Servius Aen. II 55 'sanguine f.' Servius Aen. II 286 III 216 IV 673 503 Servius Aen. V 615 'quinquaginta i. t.' anon. Hauptii de gen. nom. 102, 10 504 sq. 'barbarico ... procubuere' Nonius 391, 11 505 'tenent ... ignis' schol. Veron. 89, 2 K. 506 Charisius 165 Cledonius 1923 P. Servius Aen. I 30. 203 XI 3 'forsitan et P.' Probi inst. I 9, 7 507 schol. Iuven. X 265 509 sq. 'arma ... umeris' schol. Iuven. X 267

VARIA LECTIO.

EXIIT *MPγbψ*, *Servius*, *defensum a Wagnero lectt. Verg.* 316 *sqq.* exi.it (exilit?) *a* : *cf. ge.* II 81 oppositof *c*1 erupit *Macrobius* MOles *P* molof *c*1 498 ruens *Dawesius misc. crit.* II CAM*pos* — *P* omnef *ab* 499 ſtabilif *γa* *ipse furentem P* 500 neoptolemum (o *pr. in ras.*) *a* *limine atridas P* 501 hecubam *γ* PRiamum — *P* 502 SACR— *P* ignef *γ*1*ab* 503 talami *b* SPESAM — *i. e.* spes ampla *P* ſpef ampla, *in mg.* aſ tanta *γ* SPESTANTA *Mabem Servius Aen.* V 645 504 SVP*erbi P* ſuperbi: *a* 505 Procubere *c* defecit *γ*1 deficit (ic *e corr.*) *a* ignef *γ*1 *ignis P* 506 fuerunt *c*1 FAT*a* — *P* fa.ta *c* requires *Charisii cod.* 507 u.ti captae (*in mg.* aſ uti capte) *γ* caſuf *b*1 CONVVLSA *Pyab* conuul.ſa *c* colapsa *schol. Iuven.* *vidit P* 508 *limina tect*ORVM *P* et *sup. b* MEIS IVM *P* mediif *γ*1*c* medi *γ*2 'medium ... *si autem* mediis *legeris*, *non stat versus nisi excluso* s' *Servius* : *cf.* 665 in] ET *P* 509 *arma diu* SENIOR *P*

vitam exhalantem; subiit deserta Creusa
et direpta domus et parvi casus Iuli.
respicio et, quae sit me circum copia, lustro.
deseruere omnes defessi, et corpora saltu
ad terram misere aut ignibus aegra dedere.

[Iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae
servantem et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio; dant clara incendia lucem
erranti passimque oculos per cuncta ferenti.
illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros
et poenas Danaum et deserti coniugis iras
praemetuens, Troiae et patriae communis erinys,
abdiderat sese atque aris invisa sedebat.
exarsere ignes animo; subit ira cadentem

TESTIMONIA.

gramm. 1981 P. 562 'subiit d. C.' Nonius 403, 22 563 'et parvi c. I.' Macrobius Sat. IV 3, 3 564 schol. Hor. serm. I 1, 57 'et ... lustro' appendix ad Probi art. min. 27 p. 441 Endl. Servius Aen. XI 834

VARIA LECTIO.

562 *vitam ex*HALANTEM *P* EXHALENTEM (L *del. hasta rubra*) *M* exalantem *b* fubiit (i *post. eras.*) *γ* deffaerta *c*1 563 *et direp*TA *P* RIREPTA *M* praui *c*1 pr.ui *c*2 564 *respici*O *P* et *om. m* circum me *appendix ad Probi a. m.* 565 *deser*VERE *P* defefffif *c*1 altu *c* 566 *ad ter*RAM *P* ad] AT (T *corr. in* D) *M* at *γb*1 567—588 *om. MPγabcm cum ceteris Bernensibus, ψ : habent Dorvillianus, Gothani duo cum paucis aliis apud Heynium recentissimis.* '*Post hunc versum* (566) *fuerunt, quos Tucca et Varius obliti sunt* (qui a T. et Vario sublati sunt *Bergkius, qui saltem* obliti *servare poterat*) : iamque adeo ... mente ferebar' *Servius, qui ad* 592 *contraria esse dicit* VI 511 *sqq.* '*in secundo hos versus constat esse detractos:* iamque ... ferebar' *Servius in vita. Vncis inclusi eos tantum versus, qui a Tucca et Vario obliti desunt in optimis libris, quamquam nec hos spurios habeo nec eos, qui* (usque ad 627) *sequuntur, sine reliquis stare posse puto. Disputavit de hoc loco suo more Gruppe in eo libro, qui Minos inscribitur, p.* 173 *sqq.* 568 feeretam *Servii Cass.* 572 Danaum poenas *Servii Cass.* 573 permetuens *ante Heinsium*

ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.
'scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenas
aspiciet, partoque ibit regina triumpho,
coniugiumque domumque patres natosque videbit,
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris?
occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium totiens sudarit sanguine litus?
non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
feminea in poena est nec habet victoria laudem,
extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis
laudabor poenas, animumque explesse iuvabit
ultricis flammae, et cineres satiasse meorum.
talia iactabam et furiata mente ferebar,]
cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
optulit et pura per noctem in luce refulsit
alma parens, confessa deam qualisque videri
caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum
continuit, roseoque haec insuper addidit ore:
'nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
quid furis aut quonam nostri tibi cura recessit?
non prius aspicies, ubi fessum aetate parentem

TESTIMONIA.

589 sq. 'cum ... obtulit' Servius Aen. I 407 591 'alma ... deam' Servius ecl. VIII 102 'alma p.' Diomedes 429 'confessa d.' Servius Aen. VIII 611 595 Charisius 241 P.

VARIA LECTIO.

576 sceleratae *Valesius* 578 regnata *Servii Cass.* 579 *ab interpolatore fictum esse suspicatur Wagnerus.* patrif *Menag. alt.* 588 ferebar] loquebar *Servii Fuld.* loquebatur *Cass.* 589 *cum — no*N *P* tum *Burmanniani quidam* OCULOS *M* cla^{ra} *c* 590 *obtulit — p*ER *P* optulit *γ* OBTULIT *Mabc* 591 *alma — co*NFESSA *P* paranf *γ*1 592 *caelicolis et qu*ANTA *P* Caelicol. if *a* DEXTRAM *M* *'hinc autem versus fuisse sublatos Veneris verba demonstrant dicentis:* non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae' *Servius coṅl. adnot. ad.* 566 593 *continuit rose*O *P* hec *γ* 394 *nate — indo*MITAS *P* indomituf *c*1 tantaf *c* 595 *quid — q*VONAM *P* 596 *non — aspi*CIES *P* aſpicef (ef *in ras.*) *a* IBI *M*

liqueris Anchisen, superet coniunxne Creusa
Ascaniusque puer? quos omnis undique Graiae
circum errant acies et, ni mea cura resistat,
iam flammae tulerint inimicus et hauserit ensis.
non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae
culpatusve Paris; divom inclementia, divom,
has evertit opes sternitque a culmine Troiam.
aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti
mortalis hebetat visus tibi et umida circum
caligat, nubem eripiam; tu nequa parentis
iussa time neu praeceptis parere recusa):
hic, ubi disiectas moles avolsaque saxis
saxa vides mixtoque undantem pulvere fumum,
Neptunus muros magnoque emota tridenti
fundamenta quatit totamque a sedibus urbem

TESTIMONIA.

597 sq. 'superet ... puer' Macrobius Sat. IV 3, 3 597 'coniunxne C.' Probi inst. I 9, 7. 10, 1 601—603 'non ... opes' Priscianus 1004 601 Macrobius Sat. V 17, 16 Cledonius 1923 schol. Hor. carm. II 11, 22 602 Iulius Rufinianus 234 R. 602 sq. 'divum inclementia ... opes' Donatus ad Ter. Andr. V 3, 12 604—606 'aspice ... eripiam' Macrobius somn. Scip. I 3, 19 610 sq. 'Neptunus ... quatit' Priscianus 765 'magno ... quatit' Servius Aen. V 810

VARIA LECTIO.

597 *liqueris anc*HISEN *P* Linquerif *b*1 coniux *b* 598 *ascaniusque p*VER *P* OMNES *Mab* 599 RESISTA*t P* refiftit *γ*1 600 tulerit *γc* INIMICVMS *M* HAVSER*it ensis P* auferit *γc* auferit *b* 601 LACENAE *MP* lacene. (*cras.* a *ut vid.*) *γ* 602 diuom *bis γ* DIUUM *bis Mabc* DIVOMINCLEMENTIADIV*om P* 603 hAf *γc* aeuertit *c* TRO*iam P* 604 OMNESM *M* omiñ *c*1 quae] QVE *Pγ* *tuenti P* 605 Mortalef *b* EUETAT (H *et* B *col. rubro*) *M* humida *γab* CIRCV*m P* 606 CALIGA *M* PARENTIS *P* 607 Iufa *a* PRAECEPITIS *P* parare *γ* 608 auolfa *γ* auulfa *abc* 610 Neptunof *γ* magno. (o *e corr.*) *a* 611 AB *Pγa* : *cf.* I 84 VRBE*m P*

eruit. hic Iuno Scaeas saevissima portas
prima tenet, sociumque furens a navibus agmen
ferro accincta vocat.
iam summas arces Tritonia (respice) Pallas
insedit, limbo effulgens et Gorgone saeva.
ipse pater Danais animos viresque secundas
sufficit, ipse deos in Dardana suscitat arma.
eripe, nate, fugam, finemque impone labori.
nusquam abero et tutum patrio te limine sistam.'
dixerat, et spissis noctis se condidit umbris,
apparent dirae facies inimicaque Troiae
numina magna deum.

TESTIMONIA.

612 sq. 'hic ... tenet' schol. Hor. carm. III 3, 23 614 'ferro a. v.' Servius Aen. I 16 615 sq. schol. Hor. carm. I 15, 11 615 'Tritonia P.' Servius Aen. X 668 616 'nimbo e.' Servius Aen. IX 110 617 sq. 'ipse ... sufficit' Nonius 386, 5 Servius Aen. III 89 618 'ipse ... arma' Diomedes 406 Servius Aen. II 326 619 'eripe n. f.' Servius Aen. I 382 620 'nusquam a.' schol. Veron. 89, 4 K. 622 sq. 'inimica ... deum' Servius Aen. I 407

VARIA LECTIO.

612 CAEA *M* fc.eaf (*erasa* a) *c* fceaf *a* fceaf.. *γ* SEVISSIMA *Pγ* SEUISSIMA *M* 613 tenent *c1* NAVI*bus agmen P* agmen (men *in ras.*) *a* 614 accinta *b* 615 acef *γ* refpice. *c* PA*llas P* pallaf (laf *m.* 2) *γ* 616 limbo *Moret. sec. pro varia lect., quod recte defendit Henry (twelve years* 106 *et in Fleckeiseni annal.* LXXIII 458) 'nimbo ... *alii* limbo *legunt' Servius* NIMBO *MPyabcψ, schol. Hor., quod valde infeliciter tueri conatur Wagnerus lectt. Verg.* 334 ET-FULGENS (*i. e.* ecfulgens *M Saeva P* 'Gorgone saeva : *aut etiam per saevam Gorgonem fulgens aut ipsa saeva terrore Gorgonis' Servius. Hoc posterius recte probavit Ladewicus.* 617 SE*undas P* 618 darnia *c1* darn.a *c2* SUSCITAT *M arma P* 619 'eripe, *accelera, raptim fac, vel* eripe te fuga' *Servius.* fuga *Leid.* IMPONE *M* LA*bori P* 620 NUSQUAM S *corr. ex* M *M* LI*mine sistam P* lemine limene? *c1* 621 fpifif *γa* fpynfif *n corr. in* f *c* cundidit *c1* VM*bris P* 622 *apparent d*IRAE *P* 623—635 *Veron. fol.* 220 *b* 623 *numina P*

Tum vero omne mihi visum considere in ignis
Ilium et ex imo verti Neptunia Troia;
ac veluti summis antiquam in montibus ornum
cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant
eruere agricolae certatim, illa usque minatur
et treme facta comam concusso vertice nutat,
volneribus donec paulatim evicta supremum
congemuit traxitque iugis avolsa ruinam.
descendo, ac ducente deo flammam inter et hostis
expedior; dant tela locum flammaeque recedunt.

Atque ubi iam patriae perventum ad limina sedis
antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos

TESTIMONIA.

624 'tum ... considere' Probi inst. I 4, 5 624 sq. 'considere .... Ilium' Diomedes 374 P. 626—631 Macrobius Sat. V 11, 9 627 Servius Aen. I 54 'crebrisque b. i.' Servius Aen. XI 135 628 'illa u. m.' Servius Aen. I 102 632 sq. 'descendo ... expedior' Macrobius Sat. III 8, 1 Donatus ad Ter. eun. V 2, 36 adelph. V 6, 6 'flammam ... expedior' Nonius 296, 31 632 'descendo ... deo' Servius Aen. I 382 IV 228 schol. Veron. 95, 26 K. 'ducente d.' Claudius Sacerdos I 82 634 'atque ... perventum' Probi inst. I 4, 9. 9, 3

VARIA LECTIO.

624 *tum vero* oMNE *P* ẽ uiſum *b* in *sup. c* IGNES *Ma2b* ignemsilium *Diomedis Paris. B* 625 *ilium — i*MO *P* 626 *ac veluti sum*MIS *P* 627 *cum —* ACCISAM *P* quam (quom?) f. excisam *Servius Aen.* I 54 *Cass. secundum Scioppii et Verseri testimonia* BIPENNIBVS *Pyabc* BIPINNIBVS *MV* inſtat^{n} *γ* 628 *eruere agr*ICOLAE *P* agrilae^{co} *c* uſque illa *b* minantur *a*1 629 *et treme fa*CTA *P* tremae facta *c* : *cf. v.* 228. 382 *Priscianus* 803, *Lachmannus Lucr.* 192, *Corssen de pronunt. ling. Lat.* II 311 *sq.* tremefacta *yab* ·COMAM· *superscr. M* concuſſo (ſ *pr. in ras.*) *a* 630 VVLNERIBVS *Vyabc volneri*BVS *P* VICTA *V* SV℣PREMVM *P* ſuppremum *γ* ſupraemum *a* 631 *conge*MVIT *P* ℧ONGEMUIT^{C} *M* igiſ^{v} *a* auolſa *γ* anulſa *abc* 632 *descen*DO *P* discedo *Macrobii* ω ac (c *corr. ex* d) *γ* deo *γ2b*1 : *testantur Macrobius, Donatus, Servius, schol. Veron.* dō *a*1 DEA^{O} *Mc* DEA^{DEO} (*sup. m.* 2) *V* dea *γ*1*a2b*2, *Claudius Sacerdos* DE$^{\Lambda}$ *P* HOSTES *Vbc* 633 *expedi*OR *P* expedior *γ*2 expediam, *ut vid.*, *γ*1 dan^{l} *c* flamme. (e *m.* 2) *γ* recendunt *γ*1 634 *atque P* 635 *antiquasque d*OMOS *P* ALTO (*om.* S *ut vid.*) *V*

ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.
'scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenas
aspiciet, partoque ibit regina triumpho,
coniugiumque domumque patres natosque videbit,
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris?
occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium totiens sudarit sanguine litus?
non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
feminea in poena est nec habet victoria laudem,
extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis
laudabor poenas, animumque explesse iuvabit
ultricis flammae, et cineres satiasse meorum.
talia iactabam et furiata mente ferebar,]
cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
optulit et pura per noctem in luce refulsit
alma parens, confessa deam qualisque videri
caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum
continuit, roseoque haec insuper addidit ore:
'nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
quid furis aut quonam nostri tibi cura recessit?
non prius aspicies, ubi fessum aetate parentem

TESTIMONIA.

589 sq. 'cum ... obtulit' Servius Aen. I 407 591 'alma ... deam' Servius ecl. VIII 102 'alma p.' Diomedes 429 'confessa d.' Servius Aen. VIII 611 595 Charisius 241 P.

VARIA LECTIO.

576 sceleratae *Valesius* 578 regnata *Servii Cass.* 579 *ab interpolatore fictum esse suspicatur Wagnerus.* patrif *Menag. alt.* 588 ferebar] loquebar *Servii Fuld.* loquebatur *Cass.* 589 *cum — no*N *P* tum *Burmanniani quidam* OCULOS *M* cla^{ra} *c* 590 *obtulit* — *p*ER *P* optulit *γ* OBTULIT *Mabc* 591 *alma — co*NFESSA *P* paramf *γ1* 592 *caelicolis et qu*ANTA *P* Caelicol. if *a* DEXTRAM *M* *'hinc autem versus fuisse sublatos Veneris verba demonstrant dicentis:* non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae' *Servius cōnl. adnot. ad.* 566 593 *continuit rosc*O *P* hec *γ* 394 *nate — indo*MITAS *P* indomituf *c1* tantaf *c* 595 *quid — q*VONAM *P* 596 *non — aspi*CIES *P* aſpicef (ef *in ras.*) *a* IBI *M*

iam pridem invisus divis et inutilis annos
demoror, ex quo me divom pater atque hominum rex
fulminis adflavit ventis et contigit igni.'

Talia perstabat memorans, fixusque manebat.
nos contra effusi lacrimis coniunxque Creusa
Ascaniusque omnisque domus, ne vertere secum
cuncta pater fatoque urgenti incumbere vellet.
abnegat, inceptoque et sedibus haeret in isdem.
rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto.
nam quod consilium aut quae iam fortuna dabatur?
'mene efferre pedem, genitor, te posse relicto
sperasti, tantumque nefas patrio excidit ore?
si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui
et sedet hoc animo, perituraeque addere Troiae

TESTIMONIA.

648 sq. 'ex quo ... igne' Macrobius Sat. IV 3, 8 'ex quo ... ventis' schol. Lucani I 151 Servius ge. I 332 648 'ex quo ... rex' Priscianus 995 P. 649 Servius Aen. VIII 429 'fulminis a. v.' Servius Aen. I 230 cf. schol. Veron. 89, 7 K. 655 'rursus ... feror' Nonius 384 29 'mortemque m. o.' Servius Aen. IV 451 657 sq. 'mene ... sperasti' Donatus ad Ter. Andr. IV 5, 13 657 'mene ... genitor' Nonius 297, 16 schol. Veron. 89, 11 'mene e. p.' Claudius Sacerdos I 84 658 'tantum ... ore' Arusianus p. 230 L. Servius Aen. VI 686 659 Augustinus de magistro 3. 19 660 'et ... animo' Servius Aen. IV 15

VARIA LECTIO.

647 IAM *pridem — annos V* 648 DEM*oror — rex V* Demoror (or *post. in ras.*) *a* diuom *γ* diuum *abc* HOMI*num rex P* homin̄. *a* 649—674 *Veron. fol.* 248. 649 Fluminif *c*1 F. uminif *c*2 afflauit (f *pr. c corr.*) *a* igne *Macrobii exempl.* 650 MANEBAT *P* 651 effufi. *b* coniux *b* CREV*sa P* 652 SECV*m P* 653 VRGENTI *Pγ* urgent *a*1 VELLE*t P* 654 AB*N*EGAT *V* ISDEM (*sup. col. rubro*) *M* ISDEM (H *m.* 2 *add.*) *P* hifdem *γabc* 655 O*P*to *P* obto *b* 656 furtuna *a*1 DABAT*ur P* 657 men *schol. Veron.* MENE *MPVγabc* ETFERRE (*i. e.* ecferre) *M* effere (r *c corr.*) *ac* 658 TANTVM *P* 659 REL*inqui P* 660 HAEC (AE *eras.*) *V* ADDERe *troiae P* adde..re troiae *γ*2, additur troiae *γ*1 *ut vid.*

teque tuosque iuvat, patet isti ianua leto,
iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
gnatum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignis
eripis, ut mediis hostem in penetralibus utque
Ascanium patremque meum iuxtaque Creusam
alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
arma, viri, ferte arma; vocat lux ultima victos.
reddite me Danais, sinite instaurata revisam
proelia. numquam omnes hodie moriemur inulti.'

TESTIMONIA.

661 'patet . . , leto' Pompeius p. 341 Servii ars 519 L. Servius Aen. II 548 XI 422 664 'hoc . . . parens' Marcianus Capella III 270. 278 Probi inst. I 3, 3 Charisius 2. 3. 5 Servius de ult. syll. 1802 Cledonius 1884 Marius Victorinus 2467. 2475. 2580 P. Maximus Victorinus de fin. 5 p. 457 E. Sergius in Donat. 7 p. 479 E. fragm. Servii 9 p. 198 E. Pompeius p. 51 L. Servius Aen. IV 228 VI 792 schol. Veron. 89, 21 K. 'hoc erat alma' Terentianus Maurus 1667 'hoc erat' Mallius Theodorus p. 531 G. 664 sq. 'hoc . . . eripis' Priscianus 948. 958 Velius Longus 2219 P. 665 'eripis' schol. Veron. 90, 6 K. 666 'iuxtaque C.' Probi inst. I 11, 2 668 'arma v. f. a.' schol. Veron. 81, 5 cf. 89, 16 K. 670 'numquam . . . inulti' Donatus ad Ter. Andr. I 2, 25. II 4, 7 adelph. II 2, 7 IV 2, 31. 5, 26 'numquam o. h.' schol. Veron. 89, 28 K.

VARIA LECTIO.

661 iftic *a*2*c*, *Pompeius et Servii ars* iftinc *m* iftae *ut vid. a*1 isti *adverbium dicit Servius* LETo *P* lo&o *γ* 662 Priami multo de s. *χ* multo maculatus s. *Venetus* 'multo . . . *quasi bis sanguinem fuderit Priamus' Servius. Fortasse* ultro : *cf.* V 55. *Nisi forte transponendo sic:* iamque aderit Pyrrhus Priami de sanguine inulto *corrigere malis.* SANG*uine pyrrhus P* phyrruf *ab* pyrruf *c* 663 NATVM *PVbc* PATRIS *m.* 2 *sup. P* PATREMQ· *Mγ* patrẽq *c* ARas *V* aras *P* 664 Hoc *b* hocc *χ*, *ut scribendum suadet Velius Longus: 'et sic in antiquissimis codicibus invenitur bis* c *scriptum' Priscianus.* Tela *per V* IGNES *Vγa ignis P* hoftef *bχ*, *Prisciani* 948 *ω*, *nisi* per ignis *quod* hostis *Halberst.* 665 ERIPIT *M* pen&ra . . . lib : *a* pen&ra . libuf *c* Vtque *P* ut . . que (t *e corr.*) *γ* 666 IVXTAQVAE *P* *Creusam P* 667 MACTATOSANGVINE *MPV* mactatum, maculatum, iactantes *χ* *cernam P* 668 *arma vĩ P* 669 *reddite P* 670 *proelia* nVMQVAM *P* Prælia *b* HODIEOMNES *V*

Hinc ferro accingor rursus clipeoque sinistram
insertabam aptans meque extra tecta ferebam.
ecce autem complexa pedes in limine coniunx
haerebat, parvomque patri tendebat Iulum:
'si periturus abis, et nos rape in omnia tecum;
sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
hanc primum tutare domum. cui parvos Iulus,
cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquor?'

Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,
cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum.
namque manus inter maestorumque ora parentum
ecce levis summo de vertice visus Iuli
fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis

TESTIMONIA.

671 sq. 'clipeoque . . . aptans' anon. de verbo 41 p. 173 Endl. Servius Aen. II 393 X 383 673 'ecce . . . pedes' schol. Veron. 89, 34 K. 674 'parvumque . . . Iulum' Macrobius Sat. IV 3, 3 Servius Aen. I 486 IV 31 schol. Veron. 90, 2 K. 675 Priscianus 908 P. 678 Nonius 139, 10 'et . . . relinquor' schol. Veron. 90, 7 K. 682 sq. 'ecce . . . apex' Macrobius Sat. III 3, 7

VARIA LECTIO.

671 *hinc fer*ROCINGOR (AC) *P* Hic (n) *a* ruffuf *b*1 clypeo *γ* 672 INSERTEBAM *M inserta*BAM *P* 673—678. 679—699 *F fol. XXII* 673 *ecce aute*M *P* conplexa *b* coniux (n) *b* 674 *haereba*T *P* PARVVM *libri* tenebat (d) *a* 675—700 *Veron. fol.* 245 675 *si peritu*RVS *P* peritur*y* abif& *b*2 perituru . . . . . *b*1 abhif *γ*1 *rape in omnia V* rape *in ras. a* 676 *sin al*IQVAM *P* SUMTIS (P) *col. rubro*) *M* 677 *ha*NC *F ha*NC *P* HAC *V* cui. *c* PARVVS *libri* ILVS *V* 678 *cui p*ATER *P* coniux (n) *b* RELINQUAR (O) *M* 679 *tali*A *P* VOCIFERENS *V* TECTM *V* TECTUM· TE *M* 680 QVVM *F cu*M *P* fubitum *ac*, *Servius : cf. ge.* IV 554 *Aen.* V 522 SVBITV (M) *F* fubito (v̄) *γb* SVBITO *MPV* dictu. *b*2 dictum *b*1 qua *a*1 miferabile *γa*1 681 *na*M *P* meftorum *b* 682 *ecce — sum*MO *P* 683 *fundere lume*N *P* LUMEN (I) *col. rubro*) *M* tectu (a) *c* qua *a*1 inoxia (n) *c* molli *χ*, *non male. mollis V*

optabam primum montis primumque petebam,
abnegat excisa vitam producere Troia
exiliumque pati. 'vos o, quibus integer aevi
sanguis' ait 'solidaeque suo stant robore vires,
vos agitate fugam.
me si caelicolae voluissent ducere vitam,
has mihi servassent sedes. satis una superque
vidimus excidia et captae superavimus urbi.
sic o sic positum adfati discedite corpus.
ipse manu mortem inveniam; miserebitur hostis
exuviasque petet. facilis iactura sepulchri.

TESTIMONIA.

637 Nonius 372, 23 'excisa ... Troia' Servius Aen. III 201 638 sq. 'vos ... ait' Nonius 224, 6 Servius Aen. III 415 'vos ... sanguis' Servius ecl. VIII 27 638 'vos ... aevi' Iulius Rufinianus 236 R. 'integer aevi' Servius Aen. IV 599 642 'has ... sedes' Servius Aen. II 703 642 sq. 'satis ... urbi' Nonius 388, 31 'satis ... excidia' Priscianus 993 de fig. num. 6, 25 Servius Aen. III 476 643 'captae s. u.' Caper 2242 P. 641 Servius Aen. IX 484 646 'facilis i. s.' Seneca de remed. fort. 5

VARIA LECTIO.

636—648 *Veron. fol.* 220 *a* 636 *optabam primu*M *P* OP*tabam* — *pete*BAM *V* obtabam *γabc* montef *b* 637 *abnegat* — *e*ITAM *P* excifa. *b* p.ducere *a* TROIA·M *M* 638 *exiliumque pat*I *P* EXSILIVM *V* P*ati V* VOS (O *sup. minio*) *M* uof o (f *in ras.*) *a* INTE*ger aevi V* intiger *a*1 639 *sanguis* — *sol*IDAE *P* que (e *in ras.*) *a* *robore vir*ES *V* uirof *b*1 640 *vos* — *fug*AM *P* 641 *me* — *cae*LICOLAE *V me* — *vo*LVISSENT *P* dicere *γ* 642 *has* — *serv*AS-SENT *P* *has* — *ser*VASSENT *V* *satis una sup*ERQVE *V* 643 *in mg. λ M* *vidimus* — *excidi*A *P* VI*dimus* — *urbi V* et *sup. b* urbe *γ*1 644 — 646 *damnat Peerlkampus* 644 *hic om., sed ima pag. m. ant. add., in mg. B, M* SIC *o sic* — *corpus V sic o sic positu*M *P* SIC·P·O·SIC *M* ficof fic *γ*1 pofitum *m. rec. superscr. a* affati *γ*2*a*2*b* 645 *in mg. C M* *ipSe Manu Mortem inveniam V* manum *γ*1*a*1 MORTE *P* '*hic ordo est:* ego inveniam mortem manu hostis: ille miserebitur et petet exuvias' *Servius, unde intellegitur, eum sic distinxisse:* manu mortem inveniam (miserebitur) hostis. aut miserebitur *coni. Wagnerus* oftif *b* *hostis P* 646 EX*uvias* — *sepulcri V* p&et & *γ* p&. & *a* facilis iactura sepulchri] *interpretatur Servius*

cernimus Idaea claram se condere silva
signantemque vias; tum longo limite sulcus
dat lucem, et late circum loca sulpure fumant.
hic vero victus genitor se tollere ad auras,
adfaturque deos et sanctum sidus adorat.
'iam iam nulla morast; sequor et qua ducitis adsum.
di patrii, servate domum, servate nepotem.
vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troiast.
cedo equidem nec, nate, tibi comes ire recuso.'
dixerat ille, et iam per moenia clarior ignis
auditur, propiusque aestus incendia volvont.
'ergo age, care pater, cervici inponere nostrae;
ipse subibo umeris, nec me labor iste gravabit.

TESTIMONIA.

698 'et . . . fumant' Isidorus de nat. rer. 30 p. 57 B. schol. Persii II 25 699 'hic . . . genitor' Probi inst. I 9, 12 700 Priscianus de XII vers. Aen. 7, 117 702 Macrobius Sat. III 4, 13 'servate d. s. n.' Nonius 387, 23 703 sq. Nonius 251, 4 703 cf. schol. Veron. 90, 28 K. 704 Servius Aen. VI 112 707 Donatus ad Ter. hec. I 1, 6 IV 3, 4 Phorm. I 2, 12 adelph. IV 2, 33 Arusianus p. 239 L. 'ergo a. c. p.' Probi inst. I 10, 4

VARIA LECTIO.

696 CERNIMVs *idae*A *V* IDEA *Pyac* SILUA·M *M* SILVAM *Fa*1 *silva V* 697 *in mg. add. c* *longo limi*TE *V* logo *a* SVLCus *P* 698 circum late *schol. Persii* SVLPVE *P* fulphure *yab* fulfure *c* 699 TOLLERE *Pa*1 tolle.. (e *corr. in* i) *γ* TOLLIT *MVbc*, *et ni fallor a*2 ad auras] MIRAS *ut vid. V : an* mirans *voluit?* 700 Affatur *ab* fanctum (c *m.* 2) *γ* fẽm *a : cf.* 686 701—725 *Veron. fol.* 223 *b* 701 MORAEST *Pyabc* MAIORĒST *M* EQUOR *M* duciti.s (s *in ras.*) *a* ADsum *P* 702 DIS *P* DII *MV* 703 augirium *γ* nomine *a* TROIAEST *Mγabc* TROia est *P* 704 CAEDO *Mbc* COMEs *ire V* commef.ire *γ* comafire *a*1 recuffo *a*1 705 'dixerat ille: *hic distinguendum. Alii* ille *et* ignis, *sed male*' *Servius.* ille /// & *c* monia *γ* CLARIOr *ignis P* 706 PROPRIVS *Pyb*1 propi.uf *b*2 INcendIA *V* VOLVVNT *MVγabc volvunt P* 707 *ag*E *V* paī *sup. c* inponere *b* *inponere V* NOstrae *P* 708 humerif *γ* *labor iste g*RAVABIT *V* GRavabit *P*

quo res cumque cadent, unum et commune periclum,
una salus ambobus erit. mihi parvos Iulus
sit comes, et longe servet vestigia coniunx.
vos, famuli, quae dicam animis advertite vestris.
est urbe egressis tumulus templumque vetustum
desertae Cereris iuxtaque antiqua cupressus
religione patrum multos servata per annos:
hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
tu, genitor, cape sacra manu patriosque penatis;
me, bello e tanto digressum et caede recenti,
attrectare nefas, donec me flumine vivo
abluero.'
haec fatus latos umeros subiectaque colla

TESTIMONIA.

713 'est u. c. t.' Arusianus p. 227 L. schol. Lucani V 510 714 'desertae C.' schol. Veron. 91, 3 K. 715 Nonius 378, 33 Claudius Sacerdos I 101 717—720 Macrobius Sat. III 1, 1 717 Nonius 253, 33 Donatus ad Ter. adelph. IV 5, 71 'cape s. m.' schol. Veron. 91, 23 K. 'patriique p.' Macrobius Sat. III 4, 13 719 sq. 'donec ... abluero' Macrobius Sat. III 1, 6 Isidorus orig. XIII 21, 1 Iulius Rufinianus 256 R. Donatus ad Ter. adelph. I 2, 47 Phorm. II 3, 73 IV 1, 24 Servius Aen. IV 635 VI 230. 636 719 'flumine vivo' schol. Veron. 91, 13 K. 721 'latos umeros' schol. Veron. 91, 17

VARIA LECTIO.

709 *Quo res c*VMQVE *V* *Vnum et com*MVNE *V* cũmune *c* COMMV*ne periclum P* peric.lu *c* 710 V*na — iulu*S *V* PARCVS *Myabc* IVL*us P* 711 *comes — coni*VX (*sed fort.* NX) *V* ueſtia *c* CONIV*nx P* coniũx *bc* 712 V*os fa*MVLI *V* QVAE (A *m. 2 add.*) *P* *dicam an*IMIS *V* ADVERTITe *vestris P* 713 urbe (e *in ras.*) *a* *egressis tu*MVLVS *V* ETGRESSIS (*i. e.* egressis) *M* GRESSI *P* VET*ustum P* 714—726 *Veron. fol.* 223 *a.* 714 *desertae P* CAERERIS *M* cupreſſuſ *a* cypreſſuſ (y *in ras.*) *b* 715 RELIGIONE *V* *religio*NE *P* Relligione *b*2*c* ſeruate *b*1 716 *hanc ex di*VERSO *P* unum *a*1 717 *tu genito*R *P* PENATES *My*2*a*2*bc* 718 *me bello e P* me] MEM *V* & tanto (*i. e.* ec tanto) *y*1 & ant. *a*1 & anto *a*2 tantę *b* ex tanto *Macrobii Salisb.* 719 ADTRECTARE *V* attractare *cm*, '*Mediceus et vetera alia exemplaria*' *Pierii.* *attrecta*RE *P* me] NE *V* 720 *abluero P* 721 *haec fat*VS *P* latuſ *y*1 humeroſ *yc*

veste super fulvique insternor pelle leonis,
succedoque oneri; dextrae se parvos Iulus
implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;
pone subit coniunx. ferimur per opaca locorum;
et me, quem dudum non ulla iniecta movebant
tela neque adverso glomerati ex agmine Grai,
nunc omnes terrent auras, sonus excitat omnis
suspensum et pariter comitique onerique timentem.
iamque propinquabam portis omnemque videbar
evasisse viam, subito cum creber ad auris
visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbram
prospiciens 'nate' exclamat, 'fuge, nate; propinquant.
ardentis clipeos atque aera micantia cerno.'

TESTIMONIA.

terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae,
Oenotri coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem:
hae nobis propriae sedes, hinc Dardanus ortus
Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.
surge age et haec laetus longaevo dicta parenti
haud dubitanda refer, Corythum terrasque requirat
Ausonias: Dictaea negat tibi Iuppiter arva.'
talibus attonitus visis et voce deorum
(nec sopor illud erat, sed coram adgnoscere voltus
velatasque comas praesentiaque ora videbar,
tum gelidus toto manabat corpore sudor)
corripio e stratis corpus, tendoque supinas
ad caelum cum voce manus, et munera libo
intemerata focis. perfecto laetus honore
Anchisen facio certum remque ordine pando.
adgnovit prolem ambiguam geminosque parentes

TESTIMONIA.

172 Servius Aen. I 6 175 Macrobius Sat. VI 1, 50 176 'corripio . . . corpus' Nonius 254, 17 176 sq. 'tendo . . . manus' schol. Hor. carm. III 23, 1 179 Priscianus 729 'Anchisen f. c.' Marius Victorinus p. 90 G. 180 Nonius 245, 12 schol. Hor. carm. I 7, 29 'agnovit p. a.' Servius Aen. I 661

VARIA LECTIO.

163—166 = I 530—533 163 haefperiã *b* GRAII *FP* 164 ADQVE *F* GLEBAE *FMya* 165 OENOTRI *M* VoENOTRI (O *post* V *m. 2 add.*) *P* fama. *b* 166 DVXISSE *F* dõ *c* 167 haec *Menag. pr., Franc.* propiae *b* fedef. (f *post. m. 2 in ras.*) *γ* dardani *a1* ORTVS *P* 169 longeuo *γ* PARENTi *P* 170 HAD *P* corithum *a* corítum *b1* requiraf *a* REquirat *P* 172 iuffif, *i. e.* uissis *χ* ac *bc* 173 ILLVT *MP* SED *FPyabc* AGNOSCERE *FMab* .. cognofcere *c* VVLTVS *FMyabc* VVLTus *P* 174—194. 195—216 *F* 174 UIDEBAM *M* 176 E· *M* 177 CUM *m. 2 sup. F* 178 HONOre *P* 179 Anchyfem *b* ORDINe *pando P* 180 Agnouit *ab* ancipitem *e coniectura Merceri Nonius, ut qui in lemmate* anceps *posuerit* GEMINOSQue *parentes P* PARETIS *F* parentif *b*

seque novo veterum deceptum errore locorum.
tum memorat: 'nate, Iliacis exercite fatis,
sola mihi talis casus Cassandra canebat.
nunc repeto haec generi portendere debita nostro
et saepe Hesperiam, saepe Itala regna vocare.
set quis ad Hesperiae venturos litora Teucros
crederet? aut quem tum vates Cassandra moveret?
cedamus Phoebo et moniti meliora sequamur.'
sic ait, et cuncti dicto paremus ovantes.
hanc quoque deserimus sedem, paucisque relictis
vela damus vastumque cava trabe currimus aequor.

Postquam altum tenuere rates nec iam amplius ullae
apparent terrae, caelum undique et undique pontus,
tum mihi caeruleus supra caput astitit imber

TESTIMONIA.

181 Iulius Rufinianus de schem. lex. 235 R. 182 'nate ... fatis' Nonius 6, 10 Servius Aen. I 32. 431 183 Donatus ad Ter. eun. IV 4, 33. 7, 10 Isidorus orig. I 35, 14 Marcianus Capella V 514 Pompeius p. 461 L. 'casus C. c.' Claudius Sacerdos I 143 Servius Aen. II 199 186 'sed ... Hesperiae' Probi inst. I 6, 3 187 'aut ... moveret' Servius Aen. X 68 188 Nonius 251, 3 'cedamus Phoebo' Servius Aen. II 704 190 'hanc q. d.' Claudius Sacerdos I 73 191 'vastum ... aequor' Nonius 415, 4 Servius Aen. IV 566 'cava ... aequor' schol. Veron. 73, 10 K. 192 Macrobius Sat. V 6, 1 192 sq. 'nec iam ... pontus' Macrobius Sat. V 3, 3 cf. ad V 8 194 'caeruleus imber' Diomedes p. 309 P.

VARIA LECTIO.

181 LOC*orum P* 182 ЄTVM *P* nate ... fatis = V 725 ILISACIS (I *pr. m.* 2 *add.*) *P* illiacif *a*1 FACTIS *F* FATI*s P* 183 talef *b* cafandra *bc* CANE*bat P* 184 hae *c* DE*bita nostro P* 185 *et saep*E *P* 186 SED *Fybc sed P* *qui*S *P* AT (T *m.* 2 *corr. in* D) *MP* AD *m.* 2 *sup. F* littora *b* 187 *creder*ET *P* tunc *Servii exempl.* cafandra *bc* moneret *a*2*cm* 188 *cedam*VS *P* moni.i *a*1 SEQVARMVR *F* 189 *sic ait P* cun^{c}ti *b* dicti^{o}f *b* dictif *cm* parem' *b* 190 *hanc q*VOQVE *P* han^{c} *c* 191—209. 210—228 *G fol.* VII 191 *vela da*MVS *P* uaftum — aequor *in ras. a* CVCVRRIMVS *F* 192—195 : *cf.* V 8—11 192 *postqua*M *P* 193 *appare*NT *P* ulla apparet tellus *Macrobius* V 3. 3 *ex Aen.* V 8 194 *tum mi*HI *P* MI^{III} (*corr. m.* 1) *G* capud *a*1 ASTITIT^{D} *M* ADSTITIT *Gyc* adft&it *a*1

noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.
continuo venti volvont mare magnaque surgunt
aequora, dispersi iactamur gurgite vasto,
involvere diem nimbi et nox umida caelum
abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
excutimur cursu, et caecis erramus in undis.
ipse diem noctemque negat discernere caelo
nec meminisse viae media Palinurus in unda.
tris adeo incertos caeca caligine soles
erramus pelago, totidem sine sidere noctes.
quarto terra die primum se attollere tandem

STIMONIA.

199 'ingeminant ... ignes' Macrobius Sat. VI 1, 27 200 Nonius 298, 29 202 Probi inst. II 1, 46 203 anon. de nom. 14 p. 131 Keil. Servius ecl. IX 52 203 sq. 'tris ... erramus' schol. Hor. carm. II 2, 46 Servius Aen. I 745 'tris ... pelago' Nonius 502, 14 Priscianus 775 P. schol. Persii V 41 205 sq. 'quarto ... montis' Nonius 6, 29

RIA LECTIO.

195 *nocte*M *P* HIEM *G* iemem *a*1 ignem *m* un.da (da *m.* 2 *in* r.) *γ* 196 *conti*NVO *P* uoluont *γ* VOLVVNT *FGMabc* 197 QUA *F aequ*ORA *P* difpfa (a *eras.*) *c* 198 INVOLVERE (IN *m.* 2 *d.*) *F involv*ERE *P* nymbi *γ* humida *γc* 199 *abstu*LIT *P* RVPTIS *FMPγabcψ*, *Macrobius*, *quo teste* abruptis *etiam Lucretius ipsit : cf.* XII 451 ABRVPTI *G*, *Moret. sec.*, *Lucretii* II 214 *exemria* 200 *excutim*VR *P* 201 *ipse diem nocte*M *P* 202 *nec meisse P* UIAMEMEDIA (ME *pr. ut vid. eras.*) *M* 203 *tris adeo in-*TOS *P* incert. i (*eras.* g) *c* SOLES (E *fort. corr. ex* I) *F* SO-S *G* 204 *erramus pela*GO *P* TOTIDEM (TO *perrosum*, το *m. rec.*, τo *rr. ex* τu *ut vid.*) *F* NOCTIS *G*, *Nonii exempl.* 'hinc Pelopis genMaleaeque sonantia (male equifonantia *Bern.* 172) saxa Circumstant, riterque undae terraeque minantur. Pulsamur (pulfamuf *Bern.*) saevis circumsistimur undis. *Hi* (hic *Bern.*) *versus circumducti inventuntur et extra paginam in mundo' Servius Danielis. Haec si ndo ipsius Vergilii sunt, scripta fuerunt ante quam versus* 192—4, *ut nunc sunt, in textum recepti erant : nam nec v.* 193 *nec* 200 *sqq., ibus nihil omnino cerni potuisse narratur, conciliari possunt cum loponnesi Maleaeque commemoratione* 205 *quarto terra* DIE *P* arto die terra *Nonii exempl.* DIEM *G* PRIAMUM *M* adtollere *γ* olle *a*1 TANTEM *P*

visa, aperire procul montis ac volvere fumum.
vela cadunt, remis insurgimus, haut mora nautae
adnixi torquent spumas et caerula verrunt.
servatum ex undis Strophadum me litora primum
excipiunt. Strophades Graio stant nomine dictae
insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno
harpyiaeque colunt aliae, Phineia postquam
clausa domus mensasque metu liquere priores.
tristius haut illis monstrum, nec saevior ulla

TESTIMONIA.

206 'visa ... montes' Servius Aen. I 107 'aperire ... fumum' Servius Aen. VI 406 208 Nonius 420, 4. 446, 27 209 sq. 'servatum ... accipiunt' Servius Aen. III 569 210 'Graio ... dictae' Servius Aen. I 646 211 Charisius 3. 4 Marius Victorinus 2474 P. Terentianus Maurus 1654 'insulae ... magno' Probi inst. I 15 Claudius Sacerdos I 110 Mallius Theodorus 531 G. gramm. in Prisciani ed. Hertziana I 192 Maximus Victorinus 5 p. 457 Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. Diomedes 424 Servius de ratione ult. syll. 1802 Cledonius 1884 Alcuini gramm. 2085 Beda 2354. 2376 Marius Victorinus 2471. 2478. 2506 P. Marcianus Capella III 278 Pompeius 51 L. Servius Aen. I 41 'dira C.' Donati ars III 6, 2 Pompeius 169 L. 211 sq. 'quas ... aliae' Nonius 250, 9 212 'harpyiaeque c. a.' Charisius 3 P. 'harpyiaeque c.' Probi inst. I 14, 3 Marius Victorinus 2474 P. 212 sq. 'Phineia ... domus' anon. art. gramm. 20 p. 80 Endl. Charisius 128 Diomedes p. 310 P. Charisii exc. 535, 19 K. 214 schol. Iuven. IX 38

VARIA LECTIO.

206 *visa aperire* pROCVL *P* montef ac *c* A (A *erasa, sup. m.* 2) *F* auoluere *b* 207 *vela — r*EMIS *P* INSINSVRGIMVS *G* HAVD *Fb* moram *c*1 NAUAE *M* natae *γ* nocte *c* 208 *sq. abscissi in G* 208 = IV 583 obnixi *Nonius* 446 *testatur* 209 *in mg.* A *m. ant. F* Seruatam *a* littora *b*1*c* PRIMum *P* PRIMA *My* pm.m *a*1 pmum *a*2 · 210 *ima pag. m. ant. add., et adp.* B *in mg., F* EXCIPIVNT *FGPya2b2cm* ACCIPIVNT *M* ..xepiunt *a*1 ..cipiunt *b*1 GAIO *P* gaio *γ* DICTae *P* 211 INSVLA *F* infule *γ* INMAGNO *superscr. M* CAELENO *Fc* CAELENO (A *fere abrasa*) *M* CAELENO *G* Celeno *γ* *Nonii exempl.* caelono *b*1 212 HARPYIAE (I *rubra*) *M* Harp.iae *γ* harpie *a* Arpyae *c* PHYNEIA *F* PINEIA *G* phinea *c* finela *γ* 213 CLAVSAS *F* Clafa *c* domuf ..... menfaf *γ* METVS *G* 214 AUT (H *rubra*) *M* HAVD *Fabc2* aud *c*1 habet *schol. Iuven.* illi *schol. Iuven.* nec (c *in*

pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis.
virginei volucrum voltus, foedissima ventris
proluvies uncaeque manus et pallida semper
ora fame.
huc ubi delati portus intravimus, ecce
laeta boum passim campis armenta videmus
caprigenumque pecus nullo custode per herbas.
inruimus ferro, et divos ipsumque vocamus
in partem praedamque Iovem; tum litore curvo
extruimusque toros dapibusque epulamur opimis.
at subitae horrifico lapsu de montibus adsunt
harpyiae et magnis quatiunt clangoribus alas,
diripiuntque dapes contactuque omnia foedant

TESTIMONIA.

216 sq. 'foedissima ... proluvies' Nonius 373, 12 219 sq. Priscianus 773 221 Macrobius Sat. VI 5, 14 Priscianus 677. 732 223 sq. 'et litore ... toros' schol. Hor. carm. I 33, 13 225 Probi inst. I 12, 1

VARIA LECTIO.

ras.) *c* SEVIOR *G* 215 *ima pag. add., cum v.* 214 *ultimus huius*, 216 *primus sequentis pag. sit, c* ſtigiiſ *ybc* 216 *'si subdistinguas* virginei, *maior erit admiratio' Servius* uoltuſ *γ* UULTUS *FGMabc* VESTRIS *F* 217 Prolu..ef *b* 218 famae *γ* 219 delati (a *corr. ex* e) *γ* aecce *γ* 220 boum *testatur Priscianus* 221 herbam *χ*, *Servius*, *Prisciani libri, nisi quod* herbas *Lugd. m.* 1 *p.* 732 222 diuoſ (o *corr. ex* e *ut vid.*) *γ* 223 predam *ut vid. a*1 predae *a*2 LITORe *curvo P* littore *b*1 224 EXTRVIMVSDAPIBVSQVEEPVLAMVROPIMIS *G*1 EXTRVIMVSTORODAPIBVSQVEEPVLAMVROPIMIS *in ras. G*2 thoroſ *c* EPVLAMur *opimis P* epulemur *a*1 OPINIS *M* 225 at (t *m.* 2 *in ras.*) *γ* AD *Pa*1*b* horifico *b* LABSV *G* *adsunt P* 226 HARPYIAE (I *rubra*) *M* Harpi..ae *c* Harpiae *a* Arpiae *γ* CLANGORIBus *alas P* GL.·.ANCORIB· (GL.·.ANC *manum alienam passae*) *M* plangoribus *nonnulli Pieriani* clangoribus *Servius* alaſ (l *in ras.* 2 *litt.*) *b* auraſ *a* auraſ (aur *in ras.*) *γ* : *cf.* VI 561 *'sed sane hic versus, qui circumductus est, talis auditur :* resonant magnis stridoribus alae' *Servius Danielis* (*om. Cass. Bern.* 172) 227 *nihil superest praeter apices superiores literarum* DIRIPI *in G* contactu (t *post. m.* 2 *in ras.*) *γ* FOedant *P* foedunt *a*1

maximus unde pater, si rite audita recordor,
Teucrus Rhoeteas primum est advectus in oras
optavitque locum regno. nondum Ilium et arces
Pergameae steterant; habitabant vallibus imis.
hinc mater cultrix Cybeli Corybantiaque aera
Idaeumque nemus; hinc fida silentia sacris,
et iuncti currum dominae subiere leones.
ergo agite, et divom ducunt qua iussa sequamur,
placemus ventos et Gnosia regna petamus.
nec longo distant cursu: modo Iuppiter adsit,
tertia lux classem Cretaeis sistet in oris.'

TESTIMONIA.

108 Charisius 65 Priscianus 692 P. 'Teucrus' Charisius 11 109 'optavitque l. r.' Nonius 358, 16 Isidorus orig. XV 2, 3 (cf. Aen. I 425) Arusianus p. 250 L. Servius Aen. I 70. 425 110 'habitabant v. i.' Arusianus p. 233 L. 111 'hic ... Cybele' Nonius 250, 8 Servius Aen. X 220 'uirgl. Ciuelus, mons frigiae' gloss. Zic. p. 8 112 'et fida s. s.' schol. Hor. carm. III 2, 26 116 anon. de verbo 12 p. 151 Endl. 'modo l. adsit' Macrobius diff. 15, 19 Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 9 116 sq. 'modo ... oris' schol. Hor. carm. I 22, 20

VARIA LECTIO.

107 *ma*XIMVS *P* 108 *teucrus roet*lHEAS *P* Teuchruf *in ras.* *b* Teucruf (uf *eras.*) *γ* roetheaf *b*, *Charisii cod.* rho&eaf *a* r&heaf *c* 'Rhoeteas ... *licet alii* Rhoetias *legant propter Rhoetiam Sithonis filiam*' *Servius* PRIMVSEST (M *sup. minio*) *M* primum (*om.* est) *Charisii cod.* IN *FPyabc Priscianus*, *Charisius* AD *M* 109 *optavitque loc*VM *P* Obtauitque *b* Optauitq; *c* dum *γ* AT *P* 110 *pergameae ste*TERANT *P* Pergame *a* 111 *hinc mater c*VLTRIX *P* hic *Nonii et Servii Aen.* X 220 *exempl.* cybeli *c*2, *confirmant Servius, Nonius, gloss. Zic.* cybeli. *a* cybili. *c*1 cybile *χ* CYBELE *FMP* cybelle (l *pr. erasa*) *γ* cibele *b* 'Cybeli, *i. e. montis Phrygiae ... nonnulli* cultrix Cybele *legunt, ut sit quasi Cybeleia.*' *Servius: cf.* XI 768 Cybelae *Heinsius* coribantiaq: aera *in ras. b* 112 *idaeumque n*E-MVS *P* Ideum *bc* hinc] et *schol. Hor.* 113 *et iuncti cur*RVM *P* iunti *γ* uincti *c* fubire *γ* leonif *a*1 114 *ergo — d*IVOM *P* diuom *γ* DIVVM *FMabç* 115 *placemus ve*NTOS *P* placamuf (a *post. corr. in* e) *γ* cnofia *a*1 CaNOSIA (C *m. sec. corr. in* Ç) *F* GNOSIA *MPya2bc* PETAMVS (MVS *m.* 2 *in ras.*) *F* 116 curfum *γ*1 curfu modo *superscr. a* affit *b*2

sic fatus meritos aris mactavit honores,
taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,
nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.
Fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaque litora Cretae,
hoste vacare domum, sedesque astare relictas.
nauticus exoritur vario certamine clamor;
hortantur socii Cretam proavosque petamus.
linquimus Ortygiae portus pelagoque volamus,
bacchatamque iugis Naxum viridemque Donusam,

TESTIMONIA.

118 sq. Macrobius Sat. III 4, 6 118 'meritos ... honores' Nonius 320, 20 119 Gellius XIII 27, 3 Macrobius Sat. III 10, 5 V 13, 11 Servius Aen. I 378 120 Servius Aen. IV 58 121 sq. 'fama ... ducem' Nonius 305, 17 Servius Aen. XI 264 121 schol. Hor. carm. II 2, 8 123 'hoste v. d.' Arusianus p. 265 L. 124 Nonius 333, 21 125 'bacchatamque i. N.' Probi inst. II 1, 55 schol. Hor. carm. III 3, 43

VARIA LECTIO.

117 cretacif *b* CRETEIS (A *rubra*) *M* CRETEIS *Pc* craeteif *γa* CRAETEI *F* 'Cretaeis, *ut* Aetneis' *Servius* horif *a* 118 AGRIS *P* matauit *b* MACTABIT *F* mactabat *Macrobii et Nonii exempl.* 119 ɪibi (*eras.* ɪ, ɪi *m.* 2) *γ* appollo *γ*1*a* 120 NIGRA *F* ze.phyrif *b* zepherif (zephoerif?) *c* ALB*am P* 121—123. 124—126. 127—146 *F fol. XXVI* 121 REGNIS *F* 122 IDOMEA *F* Idomenia *γ*1 Idomenaea *b*1 SERTA *P* DESERTAS *M* littora *bc* craetę *b* 123 'hoste: *multi hic distinguunt' Servius* VACERE (*corr. m. ead. ut* II 441) *F : cf. Lachmannus Lucr.* 191 DOMVM *FPγ*1 DOMOS *Mab*2ç, *Arusiani Cod.* domuf *b*1 ASTARE *FPb* ADSTARE *Mya* aſta^{re} *c* RELICTA*s P* *Post* 123 *sequentia Peerlkampus sic:* 128 *sq.* 124—127. 130. 131, *Wagnerus sic ordinat:* 128—130. 124—127. 131 129 proauof (ſ *in ras.*) *a* 124 *sq. inverso ordine m* IIORTYGIAE *P* ortigiae *b* VOLA*mus P* 125 Baccatam *b* Bacchatum *a*1 Bacatum *c* NAXVM *FPγ*1 NAXO *M* naxon *abc* Donusam '*aliquot*' *Pieriani* DONYSAM (Y *vel* V *in ras.*) *F* DONYSA*m P* DONYSAM *M* doniſam *γabc*

nudati socii, iuvat evasisse tot urbes
Argolicas mediosque fugam tenuisse per hostis.
interea magnum sol circumvolvitur annum,
et glacialis hiemps aquilonibus asperat undas:
aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis,
postibus adversis figo et rem carmine signo
'AENEAS HAEC DE DANAIS VICTORIBUS ARMA.'
linquere tum portus iubeo et considere transtris.
certatim socii feriunt mare et aequora verrunt.
protinus aërias Phaeacum abscondimus arces,
litoraque Epiri legimus portuque subimus
Chaonio et celsam Buthroti accedimus urbem.

TESTIMONIA.

282 'iuvat ... urbes' Servius Aen. II 12 282 sq. 'iuvat ... Argolicas' schol. Hor. epod. II 50 'iuvat ... hostes' anon. de verbo 35 p. 166 Endl. 'evasisse ... hostes' Seneca epist. 104, 10 284 Macrobius Sat. I 14, 5 Isidorus de nat. rer. 27 p. 53 B. Servius Aen. I 269 286 Servius Aen. X 381 287 'postibus a. f.' Servius Aen. I 248 287 sq. 'et rem ... arma' Servius ecl. V 42 288 'Aeneas ... Danais' Servius ecl. VII 29 289 'linquere' Claudius Sacerdos I 95 290 Nonius 516, 27 291 Charisius 188 Nonius 376, 24 Servius Aen. III 416 292 'litoraque E. l.' Nonius 332, 13 Servius Aen. II 208 III 127 X 815 292 sq. 'portu ... Chaonio' Asper 112, 21 K. Probi inst. I 4, 19 293 'Buthroti urbem' Servius Aen. I 565 VII 714

VARIA LECTIO.

282 *nuda*TI *P* EVASSISSE *P* euaſſiſe *a* euaſiſe *b* 283 *argoli*CAS *P* fu.gam *c* HOSTES *Pγlab* oſtef *c* 284 *interea* *P* 285 *et glac*IALIS *P* glacia^{lif} *γ* hiemf *c* VNDIS *P* 286 *aere* CAVO *P* clypeum *γ* 287 *posti*BVS *P* 288 *aen*EAS *P* DANAVIS *P* dan.eif *a* 289 *li*NQVERE *P* tom *c* 290 *cer*TATIMI *P* uer.unt *c* 291 *pr*OTINVS *P* PHEACVM *Mγ* 292 *litora*QVe *ep*IRI *P* Littora *b*1 epyri *γa* PORTUS *M* portu *γ* 293 *chaonio et c*ELSAM *P* CHAONIO *M* chaonias *m* '*nam si* Chaonios *legeris*, *non* Chaonio, *difficilis est scansio non excluso* s' *Servius*. 'portusque s. Chaonio *pro* Chaonii maris portus, *quamvis legatur* portusque s. Chaonios. *Est ergo genitivus* Chaonio' *Probi inst.* portu Chaonio *dativos esse intellexerunt Asper et Servius*. BRUTOTI (R *sup. rubra*) *M* botroti *b* bythroti *c*

·uas aut aegra trahebant
.urere Sirius agros,
.m seges aegra negabat.
rtygiae Phoebumque remenso
mari veniamque precari,
·n rebus ferat, unde laborum
.ilium iubeat, quo vertere cursus.

·rat, et terris animalia somnus habebat:
·s sacrae divom Phrygiique penates,
·os mecum ab Troia mediisque ex ignibus urbis
extuleram, visi ante oculos astare iacentis

TESTIMONIA.

142 Nonius 395, 19 Probi inst. I 4, 14 Servius ge. III 555 144 **'hortatur ... mari'** Augustinus de gramm. 1981 P. 145 **'quam ... ferat'** Nonius 205, 11 Cledonius 1895 P. **'unde l.'** Probi inst. I 9, 3 145 sq. **'unde ... iubeat'** Nonius 413, 2 147 **'nox erat'** (non indicato loco: cf. IV 522 VIII 26) Charisius 2 Diomedes 423 Marius Victorinus 2474 P. Probi inst. I 3, 2. 14, 2 148 Servius Aen. I 378 148—150 **'Phrygii ... extuleram'** Servius Aen. IX 259

VARIA LECTIO.

140 *linq*VEBANT *P* dulcif *c* trahaebat *b* 141 *corpor*A *P* tum (t *in ras.*) *a* fariuf *c* 142 *areb*ANT *P* SEDES *M* SEGRES *P* AEGRA (G *m.* 2 *add.*) *P* negaba.t *γ* negabant *a*1 NEGARE (R *m.* 2 *corr. in* B, E *in* T) *F* 143 RVSVS *F* RVRSVS *Myabc* *rursu*S *P* ORACLVM (V *in ras.*) *F* ora..lum *a* oraculũ *bc* ortigiae *γb* foebum *γ* 144 *horta*TVR *P* pat (t *m.* 2 *γ* IRE (I *m.* 2 *add.*) *P* PRAECARI *Fyb* 145 *quam f*ESSIS *P* Quem *c*1*m* laborem *c* 146 TEMPTARET *F* *tempta*RE *P* TEMPTARE *M* temptari *Servii e.exempl.* UERTEREI *M* *'quidam* auxilium *distinguunt, ut sequatur*: iubeat quo vertere cursus' *Servius* 147—152. 153—173 *F fol. XXVII* 147 *nox erat* habeat *a* 148 *effigie*S *P* DIVVM *libri* phygii *γ* frigii *b* phyrigii *c* 149 *quos P* AB *F* AB *P* A *Myabc* TROIA *F* 150 *extu*LERAM *P* uifa *b*1 *'non adstabant, sed videbantur. unde et* visa *dicuntur' Servius: cf.* 172 ASTARE *FP* ADSTARE *Mya* .aftare (af *c corr.*) *b* afftare *c* IACENTIS (*apice rubro*) *M*

Oliarum niveamque Parum sparsasque per aequor
Cycladas et crebris legimus freta concita terris. 127
prosequitur surgens a puppi ventus euntis, 130
et tandem antiquis Curetum adlabimur oris.
ergo avidus muros optatae molior urbis
Pergameamque voco, et laetam cognomine gentem
hortor amare focos arcemque attollere tectis.
iamque fere [sicco subductae litore puppes;] 135
conubis arvisque novis operata iuventus,
iura domosque dabam: subito cum tabida membris
corrupto caeli tractu miserandaque venit
arboribusque satisque lues et letifer annus.

TESTIMONIA.

126 'niveamque P.' schol. Hor. carm. I 19, 7 126 sq. 'niveam ... Cycladas' Servius Aen. VIII 103 'sparsas ... Cycladas' schol. Hor. carm. I 14, 19 127 'Cycladas ... legimus' Probi inst. I 5, 1 'et ... terris' Nonius 205, 24 'crebris ... terris' Isidorus orig. X 154 130 Macrobius Sat. V 13, 16 Servius Aen. I 156 134 'hortor a. f.' schol. Persii III 26 anon. de verbo 34 p. 164 Endl. Servius Aen. I 704 135 Maximi Victorini de fin. 19 gloss. p. 466 Endl. 138 sq. 'corrupto ... lues' Isidorus de nat. rer. 39, 1 138 'corrupto c. t.' Philargyrus ge. III 478

VARIA LECTIO.

126 OLLARUM, *i. e.* Oliarum *F* oliaron '*aliquot*' *Pierium* OLEARUM *Py*1*a* OLEARON *Mbc* PARVM *FPy*1 paron *abc* PHARON *M* AEQuor *P* 127 Cyclades *Probi inst.* confita *χ* concita *testatur Servius* 130 pupi *a* uentof *c* EVNTIS (I *an* E, *non liquet*) *P* euntef *bc*2 131 SETANDEM *M* ADGABIMV*r P* ADLABITUR *M* *oris P* 132 auidif *c* obtate *γ* MELIOR (*corr. m. ead. ut* 123) *F* VRBis *P* 133 PERGAMEUM (U *m. ant. corr. in* A) *F* et *m.* 2 *sup. b* LAETAM (L *m.* 2 *corr. ex* T) *F* COGNOMine *gentem P* 134 amari *a*1 ATTOLLERe *tectis P* adtollere *γ* arcem ... tectis *cum versibus* 135 *sq. spuria habet Peerlkampus* 135 iam Berecyntheo *coni. Wagnerus* ferre *a*1 sicco ... puppes *tueri non audeo* SICCOE *M* littore *bc* PVPPEs *P* pupef *a* 136 Conubif *b* CONVBIIS *FMPya*2*cψ* conubii *a*1 NOVIS (V *m.* 2 *in ras.*) *F* nouif *c* IVVENTus *P* 137 DEBANT *P* DABAMT (M *corr. ex* N) *F* TABI*da membris P* tarida *ut vid. a*1 mbrif *c* 138 tratu *a* miferanda. q; *c* VEnit *P* 139 *arbo*RIBVS *P* LVOES *Pb*1 loetifer *bc*

linquebant dulces animas aut aegra trahebant
corpora, tum steriles exurere Sirius agros,
arebant herbae et victum seges aegra negabat.
rursus ad oraclum Ortygiae Phoebumque remenso
hortatur pater ire mari veniamque precari,
quam fessis finem rebus ferat, unde laborum
temptare auxilium iubeat, quo vertere cursus.

Nox erat, et terris animalia somnus habebat:
effigies sacrae divom Phrygiique penates,
quos mecum ab Troia mediisque ex ignibus urbis
extuleram, visi ante oculos astare iacentis

TESTIMONIA.

142 Nonius 395, 19 Probi inst. I 4, 14 Servius ge. III 555 144 'hortatur ... mari' Augustinus de gramm. 1981 P. 145 'quam ... ferat' Nonius 205, 11 Cledonius 1895 P. 'unde l.' Probi inst. I 9, 3 145 sq. 'unde ... iubeat' Nonius 413, 2 147 'nox erat' (non indicato loco: cf. IV 522 VIII 26) Charisius 2 Diomedes 423 Marius Victorinus 2474 P. Probi inst. I 3, 2. 14, 2 148 Servius Aen. I 378 148—150 'Phrygii ... extuleram' Servius Aen. IX 259

VARIA LECTIO.

140 *ling*VEBANT *P* dulcif *c* trahaebat *b* 141 *corpor*A *P* tum (t *in ras.*) *a* fariuf *c* 142 *areb*ANT *P* SEDES *M* SEGRES *P* AEGRA (G *m.* 2 *add.*) *P* negaba. t *γ* negabant *a*1 NEGARE (R *m.* 2 *corr. in* B, E *in* T) *F* 143 RVSVS *F* RVRSVS *Myabc* *rursu*S *P* ORACLVM (V *in ras.*) *F* ora..lum *a* oraculū *bc* ortigiae *γb* foebum *γ* 144 *horta*TVR *P* patī (ī *m.* 2) *γ* IRE (I *m.* 2 *add.*) *P* PRAECARI *Fγb* 145 *quam f*ESSIS *P* Quem *c*1*m* laborem *c* 146 TEMPTARET *F* *templa*RE *P* TEMPTARE *M* temptari *Servii exempl.* UERTERE *M* '*quidam* auxilium *distinguunt*, *ut sequatur*: iubeat quo vertere cursus' *Servius* 147—152. 153—173 *F fol. XXVII* 147 *nox erat* *P* habeat *a* 148 *effigie*S *P* DIVVM *libri* phygii *γ* frigii *b* phyrigii *c* 149 *quos P* AB *F* AB *P* A *Myabc* TROIIA *F* 150 *extuLERAM P* uifa *b*1 '*non adstabant*, *sed videbantur*. *unde et* visa *dicuntur*' *Servius*: *cf.* 172 ASTARE *FP* ADSTARE *Mya* .aftare (af *e corr.*) *b* afftare *c* IACENTIS (*apice rubro*) *M*

in somnis, multo manufesti lumine, qua se
plena per insertas fundebat luna fenestras,
tum sic adfari et curas his demere dictis:
'quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
hic canit, et tua nos en ultro ad limina mittit.
nos te Dardania incensa tuaque arma secuti,
nos tumidum sub te permensi classibus aequor
idem venturos tollemus in astra nepotes
imperiumque urbi dabimus. tu moenia magnis
magna para, longumque fugae ne linque laborem.
mutandae sedes. non haec tibi litora suasit
Delius aut Cretae iussit considere Apollo.

TESTIMONIA.

155 Servius Aen. III 188 156 sq. Isidorus orig. I 35, 8 158 Servius Aen. I 22 159 sq. 'tu ... para' schol. Veron. 87, 13 K. Servius Aen. II 294 161 sq. 'non ... Apollo' schol. Persii II 30 162 'aut ... Apollo' Pompeius p. 355 L. 'Cretae ... Apollo' Cledonius 1922

VARIA LECTIO.

151 *in P* 'in somnis: *multi hic distinguunt, et volunt unam partem esse orationis, i. e. vigilantis ... multi* in somnis *dicunt et posterioribus iungunt, unde et* visi' *Servius.* MANUFESTI *F* MANIFESTI *MPabc* manifeſto *γ*1 152 *pleNA P* FUNDEBANT (*puncto rubro*) *M* fundebat (t *m. 2 in ras. duarum lit.*) *γ* 153 = VIII 35 *tuM P* ADFARIS *P* if *b* 'hic versus in multis non invenitur, qui tamen admodum necessarius est' *Servius: cf.* II 775 *Fortasse verba* et curas ... dictis *hic a poeta non posita sunt.* 154 *quod tiBI P* ORTHYGIAM *F* ortigiam *b* appollo eſt *a* Apollost *ed. Lipsiensis* 155 *hic — tuA P* en *in ras. a* & *γ* ET *P* 156 *nos te dardanIA P* 157 *nos tumiduM P* TVMETVM (*corr. m. ant.*) *F* permenſi. *c* PERMESI *M* permiſſi (*voluit* permessi) *Sprot. m.* 1 '*multi autem* permensi *sine* n *legunt a verbo* permetior. *Hic versus variasse dicitur' Servius : cf.* XI 244 CLASIBVS (*sup. m. ant.*) *F* 158 *idem venturOS P* tollem' *b* in] ad *Servius Aen.* I 22 ASRTA *M* 159 *imperiumquE P* . 160 *magna para P* ſige *a*1 LINQ· *M* 161 *mutandae sedES P* littora *b*1 litoram *a*1 162 conſidere *schol. Persii teste O. Jahnio* considere *Cledonius* appollo *a* pollit *c*

iussa mori, quae sortitus non pertulit ullos
nec victoris eri tetigit captiva cubile!
nos patria incensa diversa per aequora vectae
stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum,
servitio enixae, tulimus, qui deinde secutus
Ledaeam Hermionen Lacedaemoniosque hymenaeos
me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.
ast illum ereptae magno flammatus amore
coniugis et scelerum furiis agitatus Orestes
excipit incautum patriasque obtruncat ad aras.
morte Neoptolemi regnorum reddita cessit

TESTIMONIA.

323 'quae ... ullos' Nonius 223, 10 326 sq. 'stirpis ... tulimus' Nonius 458, 30 'iuvenem ... tulimus' Nonius 405, 23. 407, 13 326 Nonius 391, 3 Servius Aen. III 247 'stirpis A. f.' Priscianus 588 Probus de nom. 30 p. 220 E. schol. Hor. carm. II 4, 2 Servius Aen. II 491 'iuvenem superbum' schol. Veron. 82, 20 K. 327 'servitio e. t.' Charisius 54 P. Nonius 279, 10 Donatus ad Ter. Andr. IV 1, 52 328 'Ledaea H.' Diomedes 310 P. 'Lacedaemoniosque h.' Servius Aen. XII 941 330 'ast ... magno' Claudius Sacerdos I 79 331 sq. 'et ... incautum' Nonius 293, 18 'et ... aras' Servius Aen. XI 264 332 Macrobius Sat. IV 3, 15 'excipit i.' Servius ecl. III 18 'incautum ... aras' Philargyrus ge. III 469 cf. Servius Aen. IV 70

VARIA LECTIO.

323 *iussa* A *P* fortituſ (ſ *post. in ras.*) *a* impulit *m* 324 *nec P* heri *b* haeri *c* 325 *no*S *P* VECTI (*sup. m. rec.*) *F* : *cf.* VII 228 326 *stirpi*S *P* acilleae *γ* ACHILLE *P* achille *a*1 FASTUSI *M* faſtoſ *c* 327 *serv*ITIO *P* Seruit. io *c* enixe *a Donati exempl., Charisii cod.* inixe *c* enixae *testantur Nonius et Servius* ulimuſ *a* tulonuſ *c*1 328 Led. eam *γ*2 (Ledaeam *ut vid. γ*1) *ledae*AM *P* LEDEAM *Fb* hermionem *γa*1*b* LACAEDEMONIOS *F* lacedemonioſ *γc* hymeneoſ *γ*2*b* hymmœoſ, *ut vid.*, *γ*1 himeneoſ *c* 329 *me fa*MVLO *P* HABENDA*m F* 330 *ast ill*VM *P* flamatuſ *γ* INFLAMMATVS *Ma*2*bc* 331 *con-iu*GIS *P* coniugiſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* agitatoſ. (ſ *in ras.*) *a* horeſteſ *c* 332 Excepit *a*1 *excipi*T *P* ..ad (d *corr. ex* ti *ut vid.*) *c* 333 *mort*E *P* M.... *γ* NEOPTOLEM *F* nep. tolemi *a* RENORUM (G *rubra*) *M* effit *b*2 efit *b*1

pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos
Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit,
Pergamaque Iliacamque iugis hanc addedit arcem.
set tibi qui cursum venti, quae fata dedere?
aut quisnam ignarum nostris deus appulit oris?
quid puer Ascanius? superatne? et vescitur aura,
quae tibi iam Troia . . . . . .
. . . . . .
ecqua tamen puerost amissae cura parentis?
ecquid in antiquam virtutem animosque virilis

TESTIMONIA.

334 sq. cf. Servius ge. I 8 335 Probus 26, 30 K. 337 Nonius 251, 16 338 'nostris ... oris' gloss. in Barth. adv. XXXVIII 15 339 Nonius 388, 30 'quid ... superatne' Servius ge. II 314 'superatne ... aura' Servius Aen. XII 639 340 'quem ... Troia' Claudius Sacerdos I 113 341 Charisius 79 P.

VARIA LECTIO.

334 *par*S *P* Praſ *c* P... *γ* fors *Voss. unus* heleno *b* cha. oniof chavonios?) *a* Campos *ut nomen pr. Servius* 335 *c*HAONIAM *P* 336 (Pergame *c* *pe*RGAMA *P* PERGAMIAM *M* : *cf.* 133 Pergam. a. *γ* 'Pergama *legendum*, *non ut plerique* Pergameam, *qui per imperitiam etiam contra metrum sentiunt*' *Servius* ILICAM *P* ilia *c* addedit *γ* 1 *a* ADDIDIT *FMb* ADDIT *Pc* 337 SED *Fyabc sed* P TI *F* CVRSV *F* 338 *aut qui*SNAM *P* 339—343 *spuria habet Peerlkampus* 339 *quid puer asc*ANIVS *P* QUIT *M* afchaniuf *γ* ueſcitur (ueſ *in ras.*) *a* AVRA·S *F* aura, *Wagnerus* aura? *vulgo* 340 *sq. spurios habet Heynius* 340 *quae tibi ia*M *P* QVAE *M* QVEM *Fyabc*, *Servius* 'quem ... dedit *aut aliquid tale subauditur*' *Claudius Sacerdos* '*hemistichium nec in sensu plenum*' *Servius* peperit fumante Creuſa *sex Heinsiani* natum fumante reliqui *Hamburg. alter* ob sessa est enixa Creuſa *Hugenian.* est obsessa e. C. *Walt.* peperit florente C. *Guelph. De Creusae vita quaerit Andromache*, *cui aliquo modo statim responsum esse necesse est propter v.* 341 341 *ecqua tame*N *P* ETQUA *Myac* Et qua. (a *e corr.*) *b* PVEROST *F* PVEROEST *MPyabc*, *Charisii cod.* quae tamen et puero est *m* MISSA (A *sup. rubra*) *M* ammiſſae *γ* amiſe *a* amiſſa *c*1 amissi *Charisius Fabricii* 342 *ecquid in a*NTIQVAM *P* ECQUIT *M* etquid *ybc* Et. quid *a* uirileſ *ab* urileſ *c*

et pater Aeneas et avonculus excitat Hector?
talia fundebat lacrimans longosque ciebat
incassum fletus, cum sese a moenibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus adfert
adgnoscitque suos laetusque ad limina ducit.
[et multum lacrimas verba inter singula fundit.]
procedo, et parvam Troiam simulataque magnis
Pergama et arentem Xanthi cognomine rivom
adgnosco Scaeaeque amplector limina portae.
nec non et Teucri socia simul urbe fruuntur.
illos porticibus rex accipiebat in amplis:
aulai medio libabant pocula Bacchi

TESTIMONIA.

343 Servius Aen. I 272 VIII 561 344 'talia f. l.' Nonius 312, 33 'lacrimasque c.' Servius Aen. XII 104 346 'Priamides' Probi inst. I 4, 14 350 'et ... rivum' Philargyrus ge. III 151 353 Donatus ad Ter. eun. V 9, 52 schol. Hor. serm. II 8, 67 gloss. in Barth. adv. XXXVII 5 Servius Aen. VIII 177 354 Priscianus 561. 728. 1039 P. Servius Aen. VII 464 'aulai m.' Charisius 7 Diomedes 435. 437 Velius Longus 2222 Scaurus 2254 P. Charisii exc. 538, 27 K. Claudius Sacerdos I 85 anon. de nom. 1 p. 127 Endl. Pompeius 448 L.

VARIA LECTIO.

343 : *cf.* XII 440 *et — aene*AS *P* auonculuſ *γa* AVONCVLVS (O *m. 2 corr. in* V, *P* AUUNCULUS *Mbc* '*quidam* avunculus *humiliter in heroico carmine dictum accipiunt*' *Servius* haector *bc* 344 *talia fun*deBAT *P* lacrima. ſ *a*2 (lacrimanſ *a*1) 345 *incassum ſ*LETVS *P* 346 PRIAMIHIDES *P* multiſ elenuſ *a* HELENVSMVLTIS *P* comi. tantibuſ *b* ADFE*rt P* offert (o *corr. in* a) *b* 347 *in ras. a* Agnoſcit *ab* 348 *nullo modo cum v.* 347 *conciliari potest, quo* laetus *fuisse narratur Helenus: post v.* 320 *posuit Peerlkampus, sed ut corrigeret:* Singultim, et lacrimas. *Equidem dittographiam agnosco versus* 344, *ut fortasse* haec multum lacrimans v. i. s. fundit *scriptum fuerit.* 348 LACRIMANS *P* lacrimaſ (ſ *m. 2 in ras.* 2 *lit.*) *γ* 'lacrymas ... *nam si* lacrymans, *quid fundit?*' *Servius* FINdit *P* 349 PARUM *M* TROIA *M* MAGN*is P* 350 xanti *b* riuom *γ* RIUU˜ *Mbc* riuum *a* 351 AGNOSCO *Mab* SCEAE *Pbc* ſce. ae (aſ ſceae) *γ* 353 acciebat *c* 354 aulai in medio *a*1*b*1, *Prisciani φ, Claudius Sacerdos, Velius Longus et Scaurus Putschii* po..cula *c* bachi *γc*

impositis auro dapibus, paterasque tenebant.

Iamque dies alterque dies processit, et aurae
vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro:
his vatem adgredior dictis ac talia quaeso.
'Troiugena, interpres divom, qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis
et volucrum linguas et praepetis omina pinnae,
fare age (namque omnis cursum mihi prospera dixit
religio, et cuncti suaserunt numine divi
Italiam petere et terras temptare repostas;
sola novom dictuque nefas harpyia Celaeno

TESTIMONIA.

355 'impositis a. d.' Priscianus 909 359—361 Diomedes 439 Beda de trop. 375 Cap. 359 sq. Charisius 250 P. Donati ars III 5, 2 Pompeius 454 L. Servius Aen. I 120 III 200 X 175 359 'Troiugena i. d.' Nonius 328, 25 'Troiugena' Servius Aen. III 550 359 sq. 'qui numina . . . sentis' Claudius Sacerdos I 130 360 Charisius 9 P. 'qui . . . laurus' Charisii exc. 530, 9 K. 'Clari' gloss. Petri p. 12 361 schol. Hor. carm. III 27, 11 'praepetis o. p.' schol. Lucani I 588 365 sq. Nonius 430, 11 'sola . . . canit' Nonius 430, 3

VARIA LECTIO.

355 Impoſiti *b* Impoſitiſ (ſ *post. e corr.*) *a* dabib; *c* 357 VECANT *P* cerba. ſuſ *b* 358 If *c1* autem *a1* 359 DIVVM *libri* MVNIMA *P* 'divum qui numina: *potest et* interpres divum *distingui*' *Servius. Post* DIVM *interp. M* 360 CLARI (I *sup. m. rec.*) *M* CLARI *Py1*, *grammaticorum excepto Donato* ω. '*sane quaeritur, utrum* Clarii *geminandum sit* i-, *et sciendum aliter non procedere, nam* cla *brevis invenitur*' *Servius.* LVROS *M2y2*, *Servii, Donati, Bedae ex.* laudoſ *c* laurus *testatur Charisius* ſedera *c1* 361 qui volucrum *schol. Hor.* PRAEPITIS *M : cf. Lachmannus Lucr.* 20 p̃. petiſ *b* OMNIA *P* PINnae *P* pennae *b1* 362 FACE *M* OMNIS *Py1* OMNEM *Mabc* '*hypallage est: nam non* omnem cursum *prospera dixit religio, sed* omnis religio *dixit prosperum cursum*' *Servius* PRo*spera dixit P* 363 RELIGIO *M* Relligio *ac* Relli. gio *b* numina *γ* 364 temtare *b* REPOSTAs *P* 365 NOVOM *P1* nouom *γ* NOUM *M* nouum *abc* dicti .. neſaſ *c* dictumque neſaſ *b1* HARPEIA *M* harpi . a (i *corr. ex* y) *γ* arpyia *ac* CALaeno *P* celeno *c* caelono *c*

prodigium canit et tristis denuntiat iras
obscenamque famem) quae prima pericula vito?
quidve sequens tantos possim superare labores?'
hic Helenus caesis primum de more iuvencis
exorat pacem divom vittasque resolvit
sacrati capitis, meque ad tua limina, Phoebe,
ipse manu multo suspensum numine ducit,
atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos:
'nate dea (nam te maioribus ire per altum
auspiciis manifesta fides, sic fata deum rex
sortitur volvitque vices, is vertitur ordo),
pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres
aequora et Ausonio possis considere portu,
expediam dictis; prohibent nam cetera parcae

TESTIMONIA.

367 Nonius 357, 4. 364, 2 'obscenamque f.' Festus p. 201 M. 369 sq. 'hic ... divum' Nonius 400, 13 370 'exorat p. d.' Nonius 371, 2 Servius Aen. X 31 'exorat p.' diff. serm. in Rothii Suet. 317, 8 370 sq. 'vittas ... capitis' Servius Aen. II 134 VI 48 372 Servius Aen. VI 54. 151 'multo ... ducit' Servius Aen. VI 722 374 'nate ... maioribus' Diomedes 423 374 sq. 'nam ... fides' Servius Aen. VII 147 375 sq. 'sic ... sortitur' Servius Aen. VIII 398 378 sq. 'et ... dictis' Nonius 296, 28 379 sq. 'prohibent ... scire' Macrobius somn. Sc. I 7, 3 'prohibent ... Helenum' Servius Aen. III 712

VARIA LECTIO.

366 et .. triſtiſ *b* et triſtef *c* IRA*s P* 367 Obſcaenam *b* famen *m* *b* PERICV*la vito P* UITTO *M* 368 Quidue. (e *ex corr.*) *b* Qui.due *c* L*abores P* 369 *hic h*ELENVS *P* elenuf *h* *γ* elenuf *b* ceſif *γ* ce.ſif *b* caeciſ *c*1 370 *exora*T *P* DIUUM *Myabc* uitaſ *a*1 uitaſ *t* *c* 371 *sacra*T *P* AT *P* TV *A* *P* phoebae *a* 372 *ipse m*ANV *P* VOLT*u* SVSPENSVM *P* *'si* suspensus, *ipse numinis plenus; si* suspensum, *me sollicitum et attentum' Servius.* DICIT *M* 373 *atq*VE *P* 374 *nat*E *P* nã.te (*eras.* n *vel* c) *c* maioribus *scribi vult Diomedes* 375 *auspic*IIS *P* Aufpitiif *bc* 367 *sortit*VR *P* hiſ *γ* 377 *pauc*A *P* 378 *aequ*ORA *P* consistere *m* 379 *expe*DIAM *P* Expidiã *c* ca&era *c* parcae (cae *m.* 2 *in ras.*) *γ*

scire Helenum farique vetat Saturnia Iuno.
principio Italiam, quam tu iam rere propinquam
vicinosque, ignare, paras invadere portus,
longa procul longis via dividit invia terris.
ante et Trinacria lentandus remus in unda
et salis Ausonii lustrandum navibus aequor
inferuique lacus Aeaeaeque insula Circae,
quam tuta possis urbem componere terra.
signa tibi dicam, tu condita mente teneto:
cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
litoreis ingens inventa sub ilicibus sus
triginta capitum fetus enixa iacebit
alba, solo recubans, albi circum ubera nati,
is locus urbis erit, requies ea certa laborum.
nec tu mensarum morsus horresce futuros:

TESTIMONIA.

380 'Saturnia I.' Charisius 245 381 Asper 112, 3 K. 382 Probi inst. I 7, 2 Servius Aen. IX 641 383 schol. Lucani VII 479 'via ... terris' schol. Lucani I 98 384 Probi ars minor 602 Priscianus 994 Alcuini gramm. 2137 P. Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 572 'lentandus ... unda' Diomedes 334 386 'Aeaeaeque i. C.' Claudius Sacerdos I 84 387 Nonius 257, 10 389 Probi ars minor 691 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 275 391 Nonius 297, 8 'triginta ... enixa' Diomedes 371 393 'hic ... erit' Nonius 341, 10 Cledonius 1923

VARIA LECTIO.

380 *sc*IRE *P* 'scire: *hic distinguendum. ... male autem sentiunt, qui distinguunt* scire Helenum' *Servius. Interpunctione caret M* 381 *pr*INCIPIO *P* QVAM *m. 2 sup. P* POPINQVAM *P* 382 eICINOS *P* parf *γ* PARS *P* 383 *lo*NGA *P* sera *schol. Lucani* dividit intervallis *Peerlkampus* 384 *ante et* tRINACRIA *P* & *superscr. c, om. Aldhelmus* lantanduf *a* 385 *et — ausonI*I *P* 386 *infernique* lACVS *P* AEAEQ· (AE *sup. minio*) *M* aeque *γ* eae aeque *c* INSOLA *P*1 387 *quam — p*OSSIS *P* CONPONERE *Pya* 388 *signa — di*CAM *P* 389 *cum tibi sol*LICITO *P* follito *c* FLVMINIS (V *rec.*) *M* 390—393 = VIII 43—46 390 *litoreis in*GENS *P* 391 *triginta P* CAPITUM (UM *minio p.*) *M* FETTUS *M* IACEBAT *M* 393 hif *γ* hic, *ut* VIII 46. *Nonius et Cledonius* 394 CORRESCE *M* or-

fata viam invenient aderitque vocatus Apollo.
has autem terras Italique hanc litoris oram,
proxima quae nostri perfunditur aequoris aestu,
effuge: cuncta malis habitantur moenia Grais.
hic et Narycii posuerunt moenia Locri
et Sallentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus, hic illa ducis Meliboei
parva Philoctetae subnixa Petelia muro.
quin ubi transmissae steterint trans aequora classes,
et positis aris iam vota in litore solves,
purpureo velare comas adopertus amictu,
nequa inter sanctos ignis in honore deorum
hostilis facies occurrat et omina turbet.
hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto,
hac casti maneant in religione nepotes.

TESTIMONIA.

395 'aderit ... Apollo' Servius Aen. III 370 VII 136 396 'Italique h. l. o.' schol. Veron. 81, 21 K. 398 'cuncta ... Grais' Arusianus p. 233 L. Servius Aen. III 550 399 Probi ars minor 735 Augustinus de gramm. 2009 Servius Aen. XI 265 ge. II 438 400 sq. 'et ... Idomeneus' Servius Aen. III 121 401 'Lyctius I.' Servius ecl. V 72 405 Servius Aen. XII 169 'purpureo adopertus amictu' Servius Aen. VIII 288 406 sq. Servius Aen. III 178 VIII 110 409 Probi inst. I 18, 3 Charisius 248 Diomedes 436 'maneant ... nepotes' Isidorus orig. I 34, 2

VARIA LECTIO.

refce γ 395 inueniant $\gamma 1$ ad.erit *b* 396 italif *b*1 littorif *b*1*c* 397 nostri] nri γ 398 CONCTA *P* HABITANTVR (H *m.* 2 *add.*) *P* GRAIIS *P* grecif *b* 399 NARYCII (T *rubra*) *M* naricii *yab* 400 ſa.lentinoſ *c* ſalentinoſ *b* MILITEM *M* 401 Lictiuſ *b* IDOMENAEUS *M* idume..uſ *a* ...hic *c* MELIBOEE *Py*1 402 phylotete *b* PETILIA *Pyabc, Servii exempl.* 403 Qui *b* tranſmiſſae *b* 'transmissi *quidam* transmissae *legunt*, *ut sit praepositio*, trans *autem adverbium*, *ut* (*sit*) *transtulit*' *Servius Bern.* 172. *Videntur distinxisse:* quin ubi trans missae steterint trans aequora c., *ut in c* TRANSMISSAE · STETERINT· *M* *Classes P* 404 LITORA *M* 407 occurr& *a*1 oma *c*1 oma *c*2 TVRB*et P* 408 SOCIOS *M* IPS*e teneto P* ten&ō (en *in ras.*) *c* 409 Ac γ relligione *ab*, *Charisius*, *Diomedes* NEPO*tes P*

ast ubi digressum Siculae te admoverit orae
ventus et angusti rarescent claustra Pelori,
laeva tibi tellus et longo laeva petantur
aequora circuitu, dextrum fuge litus et undas.
haec loca vi quondam et vasta convolsa ruina
(tantum aevi longinqua valet mutare vetustas)
dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
una foret: venit medio vi pontus et undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes
litore diductas angusto interluit aestu.
dextrum Scylla latus, laevom inplacata Charybdis
obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
sorbet in abruptum fluctus rursusque sub auras
erigit alternos et sidera verberat unda.

TESTIMONIA.

411 'et ... Pelori' Servius Aen. III 530 414—419 Seneca nat. qu. VI 30, 1 414-417 'haec ... foret' Nonius 377, 6 414 'haec ... quondam' Nonius 341, 9 415 Tertullianus de pallio 1 Servius Aen. II 639 ecl. VIII 27 416 sq. 'cum ... foret' Charisius 188 Caper de orthogr. 2243 Beda 2343 Servius Aen. VII 601 418 'Hesperium S. l. a.' Seneca ad Marciam de consol. 17, 2 420—432 Macrobius Sat. V 6, 4 421 sq. 'atque ... fluctus' Servius Aen. I 117 422 'sorbet ... fluctus' Servius Aen. XII 451 423 'sidera v. u.' Isidorus orig. I 36, 21

VARIA LECTIO.

410 *orae P* 411 P*elori P* 412 Leua (*bis*) *γ* longo *in mg. add. c* PETANTV*r P* 413 V*ndas P* 414 conuolſa *γb* CONUULSA *Mac* *ruina P* 415 *tantu*M *P* LET *P* uale *b* mut.are *γ* 416 Diſiluiſſe *γ* *dissilu*ISSE *P* protenus *χ* *ut praecipiunt Caper et Beda* protinus *Charisius et Servius* atraq: *c* 417 *una fo*RET *P* medio] ingenti *Seneca* medio *Servius* potuſ *γ* undis] ingens *Seneca* 418 *hespe*RIVM *P* aſiculo *a* 419 Littore *b1c* *lito*RE *P* aequore *Seneca* DEDUCTAS *Mab1* d..uctuſ *c1* (diductaſ *c2*) 420 *dext*RVM *P* ſcilla *ac* laeuom *γ* LAEUUM *Mc* leuum *ab* carybdiſ *b* caribdiſ *c* caripdiſ *a* 421 *obsid*ET *P* OBSIDET · EST (EST *eras.*) *M* Obſ.idet *c* BARATRI *M* baratri *ab* VASTOS (S *m.* 2 *add.*) *P* vasto *Servius* 422 *sorb*ET *P* abrutum *a* arubtũ *b* aruptum *c* FLUCTUM (M *erasa, sed ut* 2 *vel adeo* 3 *literae subesse potuerint*) *M* 423 *erigi*T *P*

at Scyllam caecis cohibet spelunca latebris
ora exertantem et navis in saxa trahentem.
prima hominis facies et pulchro pectore virgo
pube tenus, postrema immani corpore pistrix
delphinum caudas utero commissa luporum.
praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni
cessantem longos et circumflectere cursus,
quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam et caeruleis canibus resonantia saxa.
praeterea siqua est Heleno prudentia, vati
siqua fides, animum si veris implet Apollo,
unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum

TESTIMONIA.

426—428 Seneca epist. 92, 9 426 sq. 'et ... tenus' Nonius 377, 31 'virgo ... pistrix' Charisius 113 427 'pube t.' Arusianus p. 263 L. Charisius 53 Cledonius 1934 Servius in Donat. 1797 P. 428 Nonius 248, 26 anon. de nom. 16 p. 131 Endl. 429 Nonius 371, 24 Servius Aen. I 135 431 sq. 'quam ... Scyllam' Diomedes 406. 407 Cledonius 1923 Servius Aen. XI 263 434 'animum ... Apollo' Arusianus p. 234 L. 435 Iulius Rufinianus de schem. lex. 233 R. Diomedes 408 435 sq. 'unum ... praedicam' de orthogr. 2794 P. 'proque ... praedicam' Servius Aen. III 546

VARIA LECTIO.

424 atfcillam *a* atfyllam *c*2 adfyllam *c*1 ASTYLLAM (T *inf. corr. in* C) *M* aft fcyllam χ *at sc*YLLAM *P* cecif γ CROHIBET *P* prohibet *Macrobii Cantabr. et Bened.* SPELVNCHA *P* 425 *ora P* extantem *a*1 exfertantē *c* traentem *b* 426 *p*RIMA *P* PULCHO *M* pulcro *bc* PECTO *M* pectora *c*1 427 *pul*E *P* immani *b* inmani *c* pistris *Senecae Guelf.* pristis *codd. aliquot Pieriani* 'pistrix: *si navem intellegas, (haec?)* pistris huius pistris *facit, si de belua*, haec pistrix huius pistricis *facit' Servius Bern.* 172 *et Cass.* 428 Delfinum *bc* de?LPHINVM *P* 429 *p*RAESTAT *P* Preftat γ trinarii *b* pachini *yab*1*c* 430 *cessan*TEM *P* circumflecte*re c* 431 *quam — i*NFORME *P* antrho *a* 432 *scyllam et ca*ERVLEIS *P* CAERULAEIS *M* ceruleif γ 433 *nulla interpunctione M praeterea si P* heno *a* '*in homine enim* prudentia *est, in vatibus* fides' *Servius, unde appareret et ipsum* vati *cum sequentibus coniunxisse* 434 *si — a*NIMVM *P* FIDES (FI *minio p.*) *M* animam *Arusianus* inplet *b* appollo γ 435 *unum —* TIBI *P* ILLUT *M* unumγ1 natae γ proquo γ1 praeque *ac*

praedicam et repetens iterumque iterumque monebo:
Iunonis magnae primum prece numen adora,
Iunoni cane vota libens dominamque potentem
supplicibus supera donis, sic denique victor
Trinacria finis Italos mittere relicta.
huc ubi delatus Cymaeam accesseris urbem
divinosque lacus et Averna sonantia silvis,
insanam vatem aspicies, quae rupe sub ima
fata canit foliisque notas et nomina mandat.
quaecumque in foliis descripsit carmina virgo,
digerit in numerum atque antro seclusa relinquit,
illa manent immota locis neque ab ordine cedunt;
verum eadem verso tenuis cum cardine ventus
impulit et teneras turbavit ianua frondes,
numquam deinde cavo volitantia prendere saxo
nec revocare situs aut iungere carmina curat:

TESTIMONIA.

436 Quintilianus II 13, 8 437 Macrobius Sat. III 4, 10 Servius Aen. I 378 II 296 III 261 'Iunonis m.' Servius Aen. III 547 IV 92 'prece n. a.' Charisii exc. p. 549, 26 K. 438 sq. 'Iunoni ... donis' Augustinus de civ. dei X 21 438 'Iunoni ... libens' Servius Aen. III 261 443 'insanam v.' schol. Persii III 5 'insanam v. a.' schol. Persii III 46 444 'foliis ... mandat' Priscianus 783 Victorinus ad Cic. de inv. p. 69 Or. 446 Servius ge. II 267 'digerit in n.' Nonius 352, 15 447 'illa m. i. l.' Probi inst. I 6, 2

VARIA LECTIO.

436 *praedicam* cT *P* Predicam *y* Predicanf *c*1 praecipiam *Quintilianus* iterũ iterũq: *c* iterum iterumque *ya* 437 *iunonis m*AGNAE *P* praece *yc* ADORA·T *M* 438 cane (an *in ras.*) *c* uota *sup. c* 439 Suplicibuf *ya* 440 finef *b* MISERE *P* mifcere *y*1 mi.tere *y*2 metiere *b*2*c*2 metire *m* 441 CYMEAM (*corr. minio*, I *fuit* V) *M* cymeam *yabc* Cumaeam *Servius* 442 : *cf.* VI 704 LATVS *P* 444 Facta *a*1*b* NATAS *M* 445 DESCRIBSIT *MP* 446 DEGERIT *M* se clausa *m* RELINQUAT *M* 447 immota *b* caedunt *bc* 448 cũ. *c* 449 TERRIS *P* flamine *Io. Schraderus* ianua *legit Servius. An* limine? 450 PREDERE (*sup. minio*) *M* SAXAo· *M* 451 ungere *c*

inconsulti abeunt sedemque odere Sibyllae.
hic tibi nequa morae fuerint dispendia tanti,
quamvis increpitent socii et vi cursus in altum
vela vocet possisque sinus implere secundos,
quin adeas vatem precibusque oracula poscas.
ipsa canat vocemque volens atque ora resolvat.
illa tibi Italiae populos venturaque bella
et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem
expediet, cursusque dabit venerata secundos.
haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri.
vade age et ingentem factis fer ad aethera Troiam.'
Quae posquam vates sic ore effatus amico est,
dona dehinc auro gravia sectoque elephanto
imperat ad navis ferri, stipatque carinis
ingens argentum Dodonaeosque lebetas,

TESTIMONIA.

452 Nonius 125, 28 453 schol. Hor. carm. I 28, 35 454 'quamvis i.° s.' Claudius Sacerdos I 73 456 Servius Aen. II 114 460 'cursus . . . secundos' Gellius XV 13, 10 Priscianus 792 P. (387 H.) Nonius 188, 13 schol. Hor. serm. II 1, 124 . 464 Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. (1830 P.) Pompeius p. 50 L. 466 'Dodonaeosque l.' Servius Aen. V 110

VARIA LECTIO.

452 habeunt *ab* odore *c*1 fybyllae *γ* fybille *c* fibillae *b*1 453 MORA *M* TANti *P* tantae *Acronis Guelph.* 454 increpitant *a* in altum *P* rursus ... vocent *Wakefieldus : cf.* V 764 455 VOCET *MP* uocent *γac*1 INPLERE *Pγb* SECVNdos *P* 456 PRAECIBUS *Ma* POScas *P* poſcat *c* 457—475. 476—494 *G fol. VIII* 457 NAT *M* can.t (canet?) *b*1 reſolu& *γ* reſolu..*b*1 Resolvat *P* 458 Illa. *b* BELLa *P* 459 Laborem *P* 460 Expidi& *c* SECVNdos *P* sacerdos *m* 461 QVE (*corr. m.* 1) *G* nr̃a ..... liceat *c* monori. *c*1 462 a&era *c* 463 QVE *G* POSQVAM *G* POSTQVAM *ceteri* ORAE *P* &fatuſ (*i. e.* ecfatus) *γ*1 464 aura *c* gravia a sectoque *Lachmannus Lucr.* 76 'a *finalitatis ratione producitur, sed satis aspere' Servius* que. (*e m.* 2) *γ* helephanto *ab*1 465 NAVES *G* 466 DODONEOS *GMγab* DODONEAS *P*

loricam consertam hamis auroque trilicem
et conum insignis galeae cristasque comantis,
arma Neoptolemi. sunt et sua dona parenti.
addit equos additque duces, 470
remigium supplet, socios simul instruit armis.

Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora nequa ferenti.
quem Phoebi interpres multo compellat honore:
'coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo, 475
cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,
ecce tibi Ausoniae tellus: hanc arripe velis.
et tamen hanc pelago praeterlabare necessest:
Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo.

TESTIMONIA.

467 'hamis a. t.' Servius Aen. V 401 IX 604 X 754 'squamis auroque t.' Servius ge. IV 91 471 'remigium s.' Servius Aen. VIII 79 472 sq. 'interea ... Anchises' Nonius 234, 28 473 'fieret ... ferenti' Servius Aen. VII 27 ge. II 311 475 Quintilianus VIII 6, 42 Gellius XV 13, 10 Priscianus 730 Nonius 281, 3. 286, 20 Arusianus p. 222 L. anecd. Paris. Eckst. 11, 25 Servius Aen. I 335 XI 109 476 Priscianus 742 477 Priscianus 1072

VARIA LECTIO.

467 hamif *b* amif *ac* squamis *Servius ge.* IV 91, *sed* hamis *h. l. interpretatur* 468 GAELEAE *P* comantif (a *in ras.*) *b* comantef *c* 469 neo ptolomi *c* PARENTIS *P* parenti. *γ* 470 *sq. spurios habet Peerlkampus, interpretatur Servius.* 471 : *cf.* VIII 80 SVPLET *My* fubpl& *a* INSTRUET (I *sup. minio p.*) *M* intruit *b* 472 *i*NTEREA *P* 473 *a*NCHISES *P* FVRENTI *P* ferenti *Servius* 474 *q*VEM *P* MVLTOS *G* compallat *b*1 compellat (pellat *in ras.*) *c* 475 *abscissus in G* cONIVGIO *P* anchifa *a*2*c*, *Nonii et Gellii ω, anecd. Paris., Servius* anchifa. *γ* achy.fa (a *post. e corr.*) *b* ANCHISAE *M* ANCHISAE *P* anchife *a*1, *Quintiliani ω*, *Priscianus*, *Arusianus* 476 *cura dEVM G* D.EVM *G* pergaeif *b* EREPTA *P* creptae *c*, *Prisc. Lugd. ruinis G* 477 *ecce — ausoNIAE P* aripe *bc* 478 *et — hanC P* PRAETERLABRE *P* PRAETERLABÉRE *M* pterlabore *a*1*b*1 propter labare *c*1 praeterlabere *m* NECESSEEST *GPγabc* 479 *ausoniae parS P* pluf *ut vid. c*1 paf *c*2

vade' ait, 'o felix nati pietate. quid ultra
provehor et fando surgentis demoror austros?'
nec minus Andromache digressu maesta supremo
fert picturatas auri subtegmine vestes
et Phrygiam Ascanio chlamydem (nec cedit honore)
textilibusque onerat donis, ac talia fatur:
'accipe et haec, manuum tibi quae monimenta mearum
sint, puer, et longum Andromachae testentur amorem,
coniugis Hectoreae. cape dona extrema tuorum,
o mihi sola mei super Astyanactis imago.

TESTIMONIA.

480 'vade ... pietate' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 70 Victorinus ad Cic. de inv. p. 73 Or. 481 'et ... austros' Servius Aen. III 130 482 'digressu supremo' schol. Iuven. III 1 484 'Phrygiam chlamydem' Isidorus orig. XIX 22, 22 'et ... chlamydem' Servius Aen. IX 582 486 sq. 'accipe ... puer' Macrobius Sat. V 6, 2 Nonius 239, 24 486 'manuum ... mearum' Servius Aen. VI 512 487 'et ... amorem' Nonius 339, 5 488 'cape ... tuorum' Nonius 254, 3 489 sq. Macrobius Sat. IV 5, 10 V 6, 7 Nonius 169, 18 489 Probi ars minor 676 Diomedes 408 Priscianus 981. 982. 1037 P.

VARIA LECTIO.

480 *vade ait o felEX P* AGE *M : cf.* 462 QUOD *M* 481 *provehor et P* Proueor *yc1* FAND (*corr. m.* 1) *G* 482 *nec — aNDROMACHE P* degreffu *b1* digreffum *ut vid. c1* SVPRAE*mo G* fupraemo *a* 483 *fert picturATAS P* FER *G* AURIS (*puncto rubro*) *M* SVBTEGMINE *G, Servius* SUBTEGMINE *M* fubte.mine *yb* SVBTEMINE *Pac* 'sub tegmine (tecmine *Bern.*) ... *nam male quidam* subtemen (sub tegmen *Cass.*) *stamen accipiunt' Servius Bern.* 172. 363, *Cass.* 484 *sq. Inperfectus hic locus a poeta relictus esse videtur Heynio et Wagnero* frigiam *ac* afcano *c* afchanio *y* CLAMYDEM *M* clamidem *abc* chlamidem *y* HONORE *Pyla, Silius* XII 412 HONORI *GMy2bc* 'honori ... *Scaurus vero* honore *legit' Servius* 485 VEXTILIBVS *G* Textilibif *c* que *om. G* ONERISAT *G* honerat *yb* DONIT *P* 486 ACCIPE· *M* MANVM *Gy* que *y* monimenta *b* MONVMENTA *GM* manuumque tibi monimenta *Nonius* 239 MEARU (*lin. sup. rubr.*) *M* MEARum *G* 487 ANDROMACHE *MPac* andromace *y* AM*orem G* 488 CONIUGIS *M* haectoreae *yabc* EXTREAMA *G* TVORV*m G* 489 MEIS *M* ASTYAACTIS *M* afti.anactif *y* aftianactif *ac* aftianac.tif *b1*

sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat;
et nunc aequali tecum pubesceret aevo:'
hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis:
'vivite felices, quibus est fortuna peracta
iam sua; nos alia ex aliis in fata vocamur.
vobis parta quies, nullum maris aequor arandum,
arva neque Ausoniae semper cedentia retro
quaerenda. effigiem Xanthi Troiamque videtis,
quam vestrae fecere manus melioribus, opto,
auspiciis et quae fuerint minus obvia Grais.
siquando Thybrim vicinaque Thybridis arva
intraro gentique meae data moenia cernam,
cognatas urbes olim populosque propinquos

TESTIMONIA.

490 Iulius Rufinianus 214 R. 'sic ille ... ferebat' Seneca frgm. p. 436 H. 'sic ora f.' Servius Aen. I 256 492 Probi ars minor 530 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 248 496 'arva ... semper' Probi inst. I 18, 12. 497 sq. 'effigiem ... manus' Servius Aen. III 104 497 'effigiem ... videtis' Servius Aen. X 60 498 'quam v. f. m.' Servius Aen. IV 655 500 Servius Aen. IV 291

VARIA LECTIO.

490 fc ille *a* ille *om. Nonii exempl.* tenebat *Iulius Rufinianus* 491 AENVO *P* auo *b* 492 ADFABAR, *sed eras.* ABA, *G* ADFABOR *P* adfabor *c*1 adfabar, aɫ adfabor, *γ* 494 *absciss. G* 495—532 *G fol. IX* 495 AE*quor arandum G* 496 neque, aɫ nec *γ* NEC *G* CEDEN*tia retro G* caedentia *c* 497 QVAENDA (*corr. m.* 1) *G* effigiam *c* EFFIGIES *G* xhancti *a* xhanti *b* Q*ue videtis G* VIDETIs *P* uidentif *γ*1 498 ueſtre *γ* faecere *γ*1*a*1 MELI*oribus opto G* 499 ASPICIS (*corr. m.* 1) QVE *G* FVERINT *MP* fuerint *γc* FVERIS *G* fuerit *ab* 'fuerit ... *alii* fuerint *legunt et volunt esse maledictum in Graecos, ut ad auspicia referas, quod non procedit' Servius.* OBVI*a grais G* *gr*AIS *P* graiif *c*1 500 tybrim *b* tyb.rim (*erasa* e) *c* : *cf. Servius* THy*BRIDIs arva P* TH*ybridis arva G* thibridif *γ* tybridif *bc* 501 INTRO (*corr. m. ant.*) *G* MOENIA CE*rnam P* MOEN*ia cernam G* 502 COGNAS *G* Cognatif *c* cognatasqui *χ* cognatasque *Servius* PROPINQVOS· *M* proprinquof *c* PROPIN*quos P* P*ropinquos G*

Epiro Hesperia, quibus idem Dardanus auctor
atque idem casus, unam faciemus utramque
Troiam animis; maneat nostros ea cura nepotes.'

Provehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,
unde iter Italiam cursusque brevissimus undis.
sol ruit interea et montes umbrantur opaci.
sternimur optatae gremio telluris ad undam
sortiti remos, passimque in litore sicco
corpora curamus: fessos sopor inrigat artus.
necdum orbem medium Nox Horis acta subibat:
haut segnis strato surgit Palinurus et omnis
explorat ventos atque auribus aëra captat;
sidera cuncta notat tacito labentia caelo,

STIMONIA.

503 'Dardanus Hesperia' Servius Aen. IV 36 506 schol. Hor. rm. I 3, 20 507 'unde i. I.' Servius Aen. I 157 510 'sortiti r.' rvius Aen. VIII 445 511 Nonius 274, 9 513—517 Macrobius Sat. 11, 10—13 515 Servius Aen. II 255 'sidera c. n.' de gen. nom. l Haupt.

RIA LECTIO.

503 Epyro *a* Ephyro *c* epiry *m* HESPERIAM *GMγ1a1* hefperia. '*distinguendum autem* populosque propinquos Epiro, *et sequenus ostendit quomodo* Hesperia, *i. e. quibus populis auctor est Darnus ... et est de loco adverbium*, Dardanus *Ἐσπερόθεν*' *Servius: cf. m ad* IV 36. *Coniungebat igitur* populosque propinquos Epiro, Hespei quibus idem Dardanus auctor *e. q. s.* DARDANVs *auctor P* DARnus *auctor G* autor *c* 504 UNA *M* FACIAMVS *G* faci. muf *b1* iemuf *b2* VTRAM*que P utramque G* 505 animuf *a1* . maneat norf *c* EA CVR*a nepotes P* E*a cura nepotes G* cura *a* 6 Proueimur *γ* CERAV*nia iuxta G* CERAVINA IVXT*a P* 507 ERITER *P* BREVIS*simus undis G* unde *b* 508 VMBR*antur opaci* 509 obtate *γ* TELLV*ris ad undam G* TELLURIST *M* 510 TORe *sicco G* littore *b1* 511 : *cf. ge.* IV 190 curamuf (f *m.* 2, *it fortasse* r) *γ* FESSUS *M* OPOR (*corr. m.* 1) *G* IN*rigat ars G* 512 *sq. abscissi in G* 512 orif *b* orif *γc* 513 Haud *abc* anef *γ2* 514 *explorat ven*TOS *G* ara *ut vid. c1* 515 *sidera ncta G* tacita *γ*

arcturum pluviasque hyadas geminosque triones,
armatumque auro circumspiciȝ Oriona.
postquam cuncta videt caelo constare sereno,
dat clarum e puppi signum: nos castra movemus
temptamusque viam et velorum pandimus alas.
iamque rubescebat stellis Aurora fugatis,
cum procul obscuros collis humilemque videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates,
Italiam laeto socii clamore salutant.
tum pater Anchises magnum cratera corona
induit inplevitque mero divosque vocavit
stans prima in puppi:

TESTIMONIA.

516 Appuleius de deo Socr. p. 667 517 Probi inst. I 17, 1 Marius Victorinus 2473 P. Marius Plotius p. 250. 251 G. schol. Lucani I 665 schol. Veron. 81, 6 K. 519 'dat . . . signum' Servius Aen. II 256 'nos c. m.' Servius Aen. II 462 III 563 IV 604 V 669 XI 445 520 'et velorum p. a.' Servius Aen. I 224 'velorum p. a.' Isidorus orig. XIX 3, 1 Servius Aen. I 301 II 462 VI 14 522 sq. 'humilemque v. I.' Servius Aen. I 381 IV 138 525 sq. 'magnum . . . mero' Servius Aen. I 724 'magnum . . . induit' Servius Aen. VII 147 527 Priscianus 761 P. 'stans c. in p.' Donati ars II 16, 5

VARIA LECTIO.

516 = I 744 *arcturum pl*VVIAS *G* Ar. cturum *γ* pliadaſ *γ*1ȝ, *Macrobius* pluvias *Servius* hydaſ *γ* 517 *armatumque G* suspexerit *Plotius p*, 250 Oreiona *Quintiliani* IX 4, 65 *Flor.* Oreione *eiusdem Turic. Ambr. Guelf., si maxime huc spectare recte putatur.* orionem *Macrobii* § 10 *et* 12 ω, *nisi quod* oriona *Salisb. et* § 12 *Par. a* 518 *postquam cu*NCTA *G* *p*OSTQVAM *P* u. d& *γ* 519 *dat* — *p*VPPI *G* *dat P* e *superscr. b* puphi (h *erasa*) *c* pupi *a* 520 *temptamusque G temp*TAMVSQ· *P* uoloru̅ *c* 521 *iamque rubesc*EBAT *G* *iamq*VE *P* 522 *cum pr*OCVL OBSCVROS *P cum procul ob*SCVROS *G* COLLES *Py*1c 523 *inter lineas add. a, in mg. m.* 2 *add. b* *italiam ital*IAM *P italiam italiam G* Italiā *c* 524 *italiam laet*O *P italiam laeto G* sOCII *G* focio *γ*1 525 *tum* — *a*NCHISES *P tum* — *anc*HISES *G* achifeſ *b* 526 *induit inple*VIT *P induit inplevi*T *G* impleuit *bc* 527 : *cf.* VIII 680 X 261 STANT *M stans GP* celſa, aſ prima *γ* IMA *P* CELSA *Mabc, Donatus. prima G Fortasse* prima *Priscianus quoque legit, quamquam in exemplaribus eius hic quidem* celsa *legitur; sed in altero loco* VIII 680 *ipsum* prima *extat, ut libra-*

'di maris et terrae tempestatumque potentes,
ferte viam vento facilem et spirate secundi.'
crebrescunt optatae aurae, portusque patescit
iam propior, templumque apparet in arce Minervae.
vela legunt socii et proras ad litora torquent.
portus ab euroo fluctu curvatus in arcum,
obiectae salsa spumant aspargine cautes,
ipse latet: gemino dimittunt bracchia muro
turriti scopuli refugitque ab litore templum.
quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
tondentes campum late, candore nivali.
et pater Anchises 'bellum, o terra hospita, portas:
bello armantur equi, bellum haec armenta minantur.
set tamen idem olim curru succedere sueti

TESTIMONIA.

528 Boethius p. 561 ed. Bas. 529 Boethius 561 Servius Aen. III 688 530 sq. 'portus ... propior' Servius Aen. II 275 533 Servius Aen. VI 42 534 'salsa ... cautes' Velius Longus 2235 'spumant a. c.' Nonius 405, 5 536 'refugitque ab l. t.' Arusianus p. 258 L. 538 Diomedes 453 539 'bellum ... portas' Charisius 77 Priscianus 650. 749. 765 schol. Lucani III 43 VIII 748 'hospita terra' Probi ars minor 225 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 195 'hospita tellus' Augustinus de gramm. 1983 P. 539—543 'bellum ... ait' Probus 15, 10 K. 539 sq. 'bellum ... minantur' Iulius Rufinianus 231 R. 540—543 'bello ... ait' Servius Aen. 1443 541 Asper 112, 20 K.

VARIA LECTIO.

rius fortasse utrumque versum permutaverit. *in G* 528 *di — ter*RAE NTE *G* *di maris P* Dii *ya* POTES *G* 529 *ferte — v*ENTO *P* *ferte viam ven*TO *G* fpirante *b1* 530 Crebefcunt *c* Crebefcunt *γ* *crebrescunt G* optate *yb* 531 *sq. abscissi in G* 531 IAM (IA *minio p.*) *M* PROPRIOR *Pya1b* arce. *a* mineuae *b* 532 poraf *c* LITORATORA *P* littora *b1c* 533 euro *a* 534 ASPARGINE *MPya*, *Velius Longus*, *Nonii* ω afpergine (er *in ras.*) *b* afpgine *c* 535 'latet ... *nam secundum Donatum* late patet, *non stat versus' Servius.* DIMITTUNT *Pc*, (at de) *γ* DEMITTVNT *Mab* brachia *yabc* 536 fcopoli *c* A *Mb* littore *b* 537 Quatuor *c* 538 Tondentif *c* campo *c* campum *Servius* late.. *b* 539 O *M* .portaf *c* 540 armatur *c* MINANtur *P* 541 SET *M*, *Asper* SED *Pyabc* currus *Probi exempl.* curru *testantur Servius et Asper* curru ..... fuccedere (fu *m.* 2) *γ*

quadrupedes et frena iugo concordia ferre:
spes et pacis' ait. tum numina sancta precamur
Palladis armisonae, quae prima accepit ovantis,
et capita ante aras Phrygio velamur amictu,
praeceptisque Heleni, dederat quae maxima, rite
Iunoni Argivae iussos adolemus honores.
haut mora, continuo perfectis ordine votis
cornua velatarum obvertimus antemnarum
Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva.
hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
cernitur, attollit se diva Lacinia contra
Caulonisque arces et navifragum Scylaceum.

TESTIMONIA.

545 'capite ... amictu' Iulius Rufinianus 255 R. 547 Servius Aen. V 783 549 Diomedes 497 schol. Lucani V 427 schol. Persii I 92 Augustinus de mus. V 3. 8 550 Priscianus 732 551 'hinc s. H.' Probi inst. I 17, 3 552 'attollit ... contra' Nonius 246, 3 schol. Lucani II 434 553 schol. Hor. carm. I 16, 10 II 6, 22 'navifragum

VARIA LECTIO.

542 Quadripedef (i *erasa*) *c* 543 et (t *in ras.*) *ac* ẽ (*i. e.* est) *b* est *m* ex, *superscr. m. eadem* est *Servius Cass.* et *Bern.* 172 at, at ait *γ* TVM (T *erasa*) *P* cum *Menag. alt.* nimina *c* feã... *c* facra *χ* PRAECAMUR *Mab* PRECAMVR *P* 544 Paladif *b* ARMISONAE (l *corr. ex* E *ut vid.*) *P* primum *c*1 ouantef *c* OVANtis *P* 545 CAPITE *P* capite *Iulius Rufinianus* cap.. *a*1 capute *χ* caput *Ladevicus* NTE *M* ARAM *Pγ*1, *Iulius Rufinianus : cf.* 404 phrigio *b*1 uelamur (r *e corr.*) *b* uelamuf *χ* velabar *Iulius Rufinianus* AMICTu *P* 546 helenif *c*1 MAXima *rite P* ritae *b*1 547 HONores *P* 548 Haud *abc* continio *c* Votis *P* 549 uelatorũ *c*1 ANTEMnarum *P* antomnarũ *c* 550 domof (o *post. m.* 2) *γ* LINquimus arva *P* 551 herculaei *b*1 HERCVLEIS *P* TArenti *P* 552 Cernitum *γ*1 atollit *c* CONTRa *P* 553 Cauloni. *a*1 Aulones *Rottend. pr.* aulonis *Acronis* I 16 *Fabriciana*, II 6 *ω* 'Aulonis ... *Aulon mons est Calabriae ut Horatius (carm.* II 6, 18*), in quo oppidum fuit a Locris conditum, quod secundum Hyginum ... Aulon est. alii a* Caulo, *Clitae Amazonis filio conditum tradunt' (sc. oppidum) Servius. cf. Steph. Byz. p.* 147, 9. 369, 15 *M. Strabo* VI *p.* 261 *Cas.* SCYLLACAEUM *Mc*1 feylaceum *b*2 feilaceum *b*1

tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna,
et gemitum ingentem pelagi pulsataque saxa
audimus longe fractasque ad litora voces,
exultantque vada atque aestu miscentur harenae.
et pater Anchises 'nimirum haec illa Charybdis;
hos Helenus scopulos, haec saxa horrenda canebat.
eripite, o socii, pariterque insurgite remis.'
haut minus ac iussi faciunt, primusque rudentem
contorsit laevas proram Palinurus ad undas:
laevam cuncta cohors remis ventisque petivit.
tollimur in caelum curvato gurgite, et idem
subducta ad manis imos desedimus unda.
ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere,
ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.

STIMONIA.

' schol. Lucani I 503 554 'Trinacria c. A.' Servius Aen. III 384 556 'fractasque ... voces' Diomedes 414 Isidorus orig. III 19, 2 rvius Aen. III 669 557 Nonius 66, 2 561 sq. 'primus ... uns' Eutychius II 4 (2174 P.) 564 'tollimur ... gurgite' schol. Luni V 641 566 sq. Macrobius Sat. V 6, 8 567 Nonius 292, 28

RIA LECTIO.

554 flutu *c* tina. cria *b* ETNA *Py* a&hna *c* ethna *b* 555 pulfata *post. e corr. ut vid.*) *γ* 556 Audi.. muf *c* FRASTAS *M* ad lit-a *b1* ADLITORA *M* ab litora *γ* ab litore *c*, *Diomedis ω* 557 *e*XVLNT *P* EXSVLTANT *M* miſentur *a1* arenae *b* 558 achiffef *b* c *γ1c* HIC *MPb1* CARYBDIS *Mc* caripdiſ *ab1* carypdiſ *b2* 559 cabat (bat *m.* 2) *c* 560 Eripiti *c1* O *M* 561—586 *Veron. fol.* 246 561 : *cf.* 236 Haud *abc* hac *γ* faſiunt *b* rudentẽ. *γ* rudente redentem *b* ruentem *Hofmannus* tridentem *Heinsius conl.* 143 'si ruentem proram, *i. e. stridentem et sonantem in tempestate' Servius Bern. 2, ut videatur alteram lectionem additurus fuisse* 562prã *e corr. in s. b* VNDAsM *P* 563 *l*AEVAM *P* Leuã *b* UENTISREMISQ· *M* 4 *t*OLLIMVR *P* 565 ſubducta (a *in ras.*) *b subduc*TA *P* manef *bc* imoſ *γ* DESIMVS *V* 566 *ter scop*VLI *P* ſcopoli *bc* ſcopoli *ya* CAUSA *M* dede.. *a1* 567 *ter spu*MAM *P* ſpunã *c* ELSAM *e corr.*) *M* helifã *b* E *M* udimuſ *b*

interea fessos ventus cum sole reliquit,
ignarique viae Cyclopum adlabimur oris.
Portus ab accessu ventorum immotus et ingens
ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
interdumque atram prorumpit ad aethera nubem
turbine fumantem piceo et candente favilla
attollitque globos flammarum et sidera lambit,
interdum scopulos avolsaque viscera montis
erigit eructans liquefactaque saxa sub auras
cum gemitu glomerat fundoque exaestuat imo.
fama est Enceladi semustum fulmine corpus
urgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam
impositam ruptis flammam expirare caminis,
et fessum quotiens mutet latus, intremere omnem

TESTIMONIA.

568 Servius Aen. III 177 'fessos ... reliquit' Servius Ae 67 570—577 Macrobius Sat. V 17, 10 Gellius XVII 10, 10 574 de miraculis mundi p. 70 ed. Haupt. 570 'portus ... in Servius ecl. II 25 573 'turbine f. p.' de gen. nom. 102 ed. 'candente f.' Servii ars p. 524 L. 574 'et sidera l.' sch sii prol. 5 577 'fundoque e. i.' Nonius 247, 13 578 sq. 'f hac' Probus 10, 19 K. 578 'fama est E.' Servius Aen. VI 1

VARIA LECTIO.

568 *interea f*ESSOS *P* uentof *a* REQUIT *M* reliquid *l* 569 *ignarique v*lAE *P* ciclopum *c* cyclobum *a*1 horif *a* 57 *tus ab acce*SSV *P* aſcenſu *cod. Bobiensis de mirac.* inmotu ingens] undis *Peerlkampus. An* ignis? 571 *ipse sed hor*RIFICIS *P Mc* orificif *b* horri ficif *c* ſonat (ſ *e ras.*) *a* ſonat *bcm* eth *in ras.*) *b* &hna *c* 572 *interdumq*VE *P* atram (m *m.* 2 *in* ad *om. γ* 573 *turbine fum*ANTEM *P* cadente *b* 574 *atl gl*OBOS *P* 575 *inter*DVM *V interdum P* sCOPVLOS *P* A *Pγ*1*ab*1*c* AV*u*LSA *V* montef *γ*1 576 Egerit *cχ* 578 semustu *Vatic.* femiuſtum *a* 'semustum *pro* semiustum' *Servius ful* 579 mole (l *m.* 2), at more *γ* *ingentemque insupe*R *V* eth 580 INPOSITAM *Mya* inpositum *Bothius, Peerlkampus* RVPTA *mam expira*RE *V* EXSPIRARE *M* 581 FESS*um — om* quotief *b* MVTET *MP* mutat *γ*1 motat *γ*2 motet *a*2*b*2*c* 'mota *quenter movet. Nam si* mutat *legeris, dat refectionem labori, q alii* mutat *accipiunt' Servius*

murmure Trinacriam et caelum subtexere fumo.
noctem illam tecti silvis immania monstra
perferimus, nec quae sonitum det causa videmus.
nam neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra
siderea polus, obscuro set nubila caelo,
et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Postera iamque dies primo surgebat eoo,
umentemque Aurora polo dimoverat umbram:
cum subito e silvis macie confecta suprema,
ignoti nova forma viri miserandaque cultu
procedit supplexque manus ad litora tendit.
respicimus: dira inluvies inmissaque barba,
consertum tegumen spinis, at cetera Graius.

TESTIMONIA.

583 sq. 'noctem ... perferimus' Servius Aen. I 201 585 sq. 'nam ... polus' Priscianus 1034 'nec lucidus ... polus' Macrobius Sat. VI 4, 19 585 'nam ... ignes' Probus 17, 2 K. 587 Macrobius Sat. VI 1, 14 Servius Aen. I 80 588 'primo s. e.' Probi ars minor 374 Cledonius 1884 Marius Victorinus 2473 P. Servius Aen. I 489 590 'cum ... confecta' Probi inst. I 4, 23 593 'respicimus d. i.' Nonius 125, 30. 130, 9. 330, 5. 373, 13

VARIA LECTIO.

582 '*murmure — fu*MO *V* trinacriam (*c m.* 2) *γ* 583 *noctem — mons*TRA *V* nocte illa *χ*, *Servii Aen.* I 201 *ex.* '*melius per accusativum dixit*' *Servius ad h. l.* TECTIS *M* IMMŪNIA *M* inmania *ac* inmania *b* MOSTRA *M* moſtra *b* MONSTRA *Pyac* 584 Proferimuſ *a*1 585 *nam — ig*NES V neq: luciduſ *c* ÆTHRA *P* ethera *b*1 eth.ra *b*2 aether *Prisciani Sangall. Carol.* 586 *Nihil legi potuit in V* Sidere[a] *a* ſed *γ*2*abc* 587 inimbo *a* innymbo *c* 588 Poſtea *c* E·O·O *M* 589 humentem *γ* 590 ſibito *c* SVPPREMA *P* ſubprema *γ* ſu.p̃ma *b* ſupraema *a* ſupremia *c*1 591 Ignotą *a* CVLTu *P* 592 ſupplex[q:] *c* littora *bc* TENDIt *P* 593 inluuieſ *a* dirae illuviae *Nonii* 125 *Wolf.*, dira inluvie *ceteri eiusdem* INMISSAS *M* inmiſa *a* immiſſa, aſ p̃miſſa *γ* inmissa *Servius* BA*rba P* 594 tegi.men *γb* SPI*NIS P*. ſpiniſ *b* GRA*ius P* graiuſ (iu *e corr.*) *b*

[et quondam patriis ad Troiam missus in armis.]
isque ubi Dardanios habitus et Troïa vidit
arma procul, paulum aspectu conterritus haesit
continuitque gradum; mox sese ad litora praeceps
cum fletu precibusque tulit: 'per sidera testor,
per superos atque hoc caeli spirabile numen,
tollite me, Teucri; quascumque abducite terras:
hoc sat erit. scio me Danais e classibus unum,
et bello Iliacos fateor petiisse penates.
pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
spargite me in fluctus vastoque immergite ponto.
si pereo, hominum manibus periisse iuvabit.'

TESTIMONIA.

595 Servius Aen. II 99 599 sq. 'per ... numen' Charisius 208 600 'per ... caelum' Iulius Rufinianus 269 R. 601 Donatus ad Ter. hec. III 1, 4 602 Charisius 5 Diomedes 430 'scio ... unum' Macrobius diff. 15, 19 Servius Aen. IV 425 602 sq. 'scio ... penates' Donatus ad Ter. adelph. II 2, 42 Iulius Rufinianus 269 R. 604 'si ... nostri' Asper 111, 2 K.

VARIA LECTIO.

595 *hinc alienum videri monuit Heynius conl.* II 87. *Mihi incohata versus* 603 *dittographia videtur esse eaque falsum in locum e margine inlata* ut *Hugen.* quodda n c PATRIS *M* AT *M*1*Pγ* *armis P* et patriis, ut quondam ad Troiam missus, in armis *Peerlkampus* 596 Hif *γ* nam, *si servaretur v.* 595, *coni. Heynius* VIDI*t P* 597 *haesit P* 598 littora *ab*l *praeceps P* tendit *m* 599 *cu*M *P* fle.tu (e *m.* 2) *b* praecibuf *ab*l pcebuf *c*1 600 *pe*R *P* caelum *Iulius Rufinianus* SPERABILE *M*1 L NUMEN *M* NOMEN (LV *m. rec.*, N *eras.*, O *corr. m. ant. in* V) *P* lumen *γabc* LV 601 *to*LLITE *P* quescumque *nonnulli Pieriani* B ADDUCITE *M* TERRIS *M* 602 HOC *P* daniif *c* 603 *e*T *P* i.liacof (i *m.* 2) *b* Argolicos *Iulius Rufinianus : cf.* VIII 374 I PETISSE (*corr. minio*) *M* PETISSE *Pγa*1 p&iif fe *c* 'causa metri addidit syllabam ut* II 25' *Servius* 604 *p*RO *P* QUO SI , (*corr. minio*) *M* S SCELERI (I *erat* E) *M* .celerif *a*1*c* 605 *s*PARGITE *P* me *sup. a* flutuf *γ* IMMERGITE *P* 606 *si P* PEREo *P* I PERISSE *M* pe.riffe *b* PERISSE *Pγa* IVBABIT *MPγ*1*c*

dixerat, et genua amplexus genibusque volutans
haerebat. qui sit fari, quo sanguine cretus,
hortamur, quae deinde agitet fortuna fateri.
ipse pater dextram Anchises haut multa moratus
dat iuveni, atque animum praesenti pignore firmat.
ille haec deposita tandem formidine fatur:
'sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulixi,
nomine Achaemenides, Troiam genitore Adamasto
paupere (mansissetque utinam fortuna!) profectus.
hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
inmemores socii vasto Cyclopis in antro
deseruere. domus sanie dapibusque cruentis
intus opaca ingens. ipse arduus altaque pulsat

TESTIMONIA.

607 sq. 'genua ... haerebat' Arusianus p. 266 L. (ex Aen. X : cf. X 523) 'genibusque v. h.' Charisius 233 Diomedes 397 610 'haud m. m.' Arusianus p. 246 L. 613 'infelicis U.' Probi inst. II 1, 46. 51 (loco non indicato : cf. 691) 614 sq. 'genitore A. p.' Probi ars minor 224 615 'mansissetque utinam' Cledonius 1923 616 Servius Aen. IV 121 617 Probi inst. I 16, 1 Charisius 4 Marius Victorinus 2474 P. 'vasto ... antro' Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. Maximus Victorinus de fin. 5 p. 457 Endl. Servius de ratione ult. syll. 1802 P. Mallius Theodorus p. 532 G. Marcianus Capella III 278 Pompeius p. 46 L. 618 Macrobius Sat. VI 8, 3 618—620 'domus ... sidera' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 56 618 sq. 'domus ... ingens' Gellius V 8, 5 619 sq. 'ipse ... sidera' Priscianus 935 Donati ars III 6, 2 Pompeius p. 469 L. Beda de trop. 381 C. 'ipse arduus' Isidorus orig.

VARIA LECTIO.

607 amplectens χ amplectans *Arusianus : cf.* X 523 que] q; *e corr. add. a* 608 que γ1 609 *sq. : cf.* II 74 610 HAVD *Mab*2*c* moratur *a* moratef *c* 611 *da*T *P* ATQ- *m.* 2 *sup. P* 612 = II 76 *ille h*AEC *P* 613 *sum p*ATRIA *P* itha.ca *b* itacha *a* VLIXEI *P* uluxei (*del.* e) *c* ulixei γ1 Ulixi *testatur Probus inst.* 614 NOMINE *Myc*1 nomen. *b* nomen *ac*2 *nomine P cf.* XII 515 achaemenidof γ ACHEMENIDES *Mb* achemeni..def *c* ADAMASTO *P* 615 *paupere* MANSISSET *P* uti.nam *b* pfectof *c* 616 *hic — t*REPIDI *P* DIUM *M* limina *in ras. c* linqunt *bc* LINQUUNT *Mya* 617 Immemoref *b*2 *inmemores P* UASTOS (*puncto rubro*) *M* CYCLOPES *P*1, *Maximi Vict. Vindob.* Ciclopes *Sergii Vindob.* Cyclopas *Maximi Vict. Bob.* 618 *deseruere P* DOMOS *My* SANIAE *Mb* faniae *c* 619 *intus opa*CA *P* intus] pinguis *Peerlkampus*

sidera (di talem terris avertite pestem!)
nec visu facilis nec dictu affabilis ulli.
visceribus miserorum et sanguine vescitur atro.
vidi egomet duo de numero cum corpora nostro
prensa manu magna medio resupinus in antro
frangeret ad saxum sanieque aspersa natarent
limina, vidi atro cum membra fluentia tabo
manderet et tepidi tremerent sub dentibus artus.
haut inpune quidem; nec talia passus Ulixes
oblitusve suist Ithacus discrimine tanto.

TESTIMONIA.

I 36, 11 Diomedes 454 620 'di ... pestem' Quintilianus XI 3, 70 Macrobius Sat. IV 6, 19 621 Macrobius Sat. VI 1, 55 Priscianus 1166 Cledonius 1873 P. anon. de verbo 36 p. 168 Endl. Servius Aen. III 644 'nec visu f.' schol. Iuven. VI 418 Claudius Sacerdos I 55 'nec visu ... effabilis' Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 571 622—625 'visceribus ... saxum' Macrobius Sat. V 13, 17 623—625 'vidi ... saxum' schol. Hor. serm. I 8, 23 Asper 113, 22 K. 623 Macrobius Sat. IV 6, 14 628 sq. 'nec ... tanto' schol. Persii II 36 Augustinus de trin. XIV 14 629 Servius Aen. II 99

VARIA LECTIO.

620 *sidera di* tALEM *P* terris *om. Quintilianus* AVERTICE *M* PESTES *M* di ... pestem *conl.* 265 *pro tibicine habeo* 621 *nec — fa*CILIS *P* affabilis *aliquot Pieriani et Heinsiani, Cledonius Putschii, confirmat Macrobius* AFEABILIS *M* EFFABILIS *Pyabc, anon. de verbo, Aldhelmus, Servius Bern.* 172 *et hic et v.* 644 nec dictu f. nec visu effabilis *Priscianus, sed* affabilis *Par. R, Bong., Vind. N* 622 uefcitur (ue *in ras.*), ł paſcit *a* paſcitur, aſ uefcitur *γ* 623 e.gom& *a* 624 refopinuſ *in ras. c* 625 ADSPERSA *M* experſa (ex *in ras.*) *bc* exspersa *Menag. cum aliis.* 'exspersa : *haec fuit vera lectio, i. e. madefacta. Nam si* aspersa *dixeris, i. e. irrorata, tapinosis et hyperbole iunguntur' Servius.* 626 lumina *Peerlkampus* 627 MANDERE *P* MANDARET (E *sup. minio*) *M* .anderet *b*1 TEPIDI *P* TREPIDI *M* trepidi *a*1 te.pidi *a*2 t.epidi *b* '*melius* tepidi, *quasi adhuc vivi, quam* trepidi, *i. e. trementes, ne sit iteratio' Servius* TREMERENT (T *post. add. m.* 2) *P* DENTISUS *M* artaſ *c* 628 Haud *ac* impune *b* 629 OBLITVSQVE *Py*1 oblituſ.ue *a* SVIEST *P* SUIEST *Myc* fuiē *b* fui *a*

nam simul expletus dapibus vinoque sepultus
cervicem inflexam posuit iacuitque per antrum
immensus saniem eructans et frusta cruento
per somnum commixta mero, nos magna precati
numina sortitique vices una undique circum
fundimur, et telo lumen terebramus acuto
ingens, quod torva solum sub fronte latebat,
Argolici clipei aut Phoebeae lampadis instar,
et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.
sed fugite, o miseri, fugite atque ab litore funem
rumpite.
nam qualis quantusque cavo Polyphemus in antro
lanigeras claudit pecudes atque ubera pressat,
centum alii curva haec habitant ad litora volgo
infandi Cyclopes et altis montibus errant.

TESTIMONIA.

630 Nonius 461, 11 631 'cervicem i. p.' Macrobius Sat. V 13, 6 631 sq. 'iacuit ... immensus' Servius Aen. VI 423 cf. Quintilianus VIII 3, 84 anecd. Paris. Ecksteinii p. 13, 19 636 'quod ... latebat' Agroetius 2271 P. 639 'fugite' Probi ars minor 819 641 'quantusque c. P.' Claudius Sacerdos I 161 643 Servius Aen. I 201 643 sq. 'curva ... Cyclopes' Arusianus p. 233 L. 644 'infandi C.' Marius Victorinus 2472

VARIA LECTIO.

630 ex dapibuſ *a* dapiduſ *c* 632 Immenſuſ *b*1 Immenſũ. (*in mg.* A Immenſuſ) *b*2 IMMENSVM *P*, *Servius ut vid.* Immenſum *γ*1*a*1 '*Cyclopa cum* iacuisse *dixit* per antrum, *prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est*' *Quintilianus et anecd. Paris. cf.* VI 423 ſaniaem *c* fruſta. (*a in ras.*) *a* FRUSTRA *M* FRUSTRA *Py*1 633 ſonummum *γ*1 comixta *c* permixta *b* magno *c* praecati *a* 634 NOMINA *M* 635 '*multi* terebramus *legunt*, *alii* tenebramus' *Servius* 637 PHOEBAEAE *Py* 638 LAETI·:· *M* VLCISCIMVR *P* ulciſſimur *c* 640 Rumpitae *γ* 641 polyphoemuſ *a*1 poliphemuſ *b*1 642 Lanigeriſ *c* cladit *c* praeſſat *a*1 praeſſaſ *c*1 643 ABITANT *P* AB *M* uolgo *γ* UULGO *Mabc* 644 ciclopeſ *γab* ET *P* ET *M* atque *γ* : *cf. ge.* IV 170 *Aen.* VIII 424. 440 erant *c*

tertia iam lunae se cornua lumine complent,
cum vitam in silvis inter deserta ferarum
lustra domosque traho, vastosque ab rupe Cyclopas
prospicio sonitumque pedum vocemque tremesco.
victum infelicem, bacas lapidosaque corna,
dant rami, et volsis pascunt radicibus herbae.
omnia conlustrans hanc primum ad litora classem
conspexi venientem. huic me, quaecumque fuisset,
addixi: satis est gentem effugisse nefandam.
vos animam hanc potius quocumque absumite leto.'

Vix ea fatus erat, summo cum monte videmus
ipsum inter pecudes vasta se mole moventem
pastorem Polyphemum et litora nota petentem,

TESTIMONIA.

645 Macrobius Sat. IV 3, 16 schol. Lucani IX 940 646 sq. 'cum ... traho' Macrobius Sat. IV 3, 9 Nonius 333, 8 647 Probi inst. I 16, 1 Charisius 4 Marius Victorinus 2474 P. 'lustra d. t.' Probi inst. I 2, 1. 7, 1. 3 'vastos ... Cyclopas' Maximus Victorinus de fin. 5 p. 457 Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. Diomedes 423 Servius de ratione ult. syll. 1802 Marius Victorinus 2472 P. Marcianus Capella III 278 Pompeius p. 46 L. 648 'sonitum ... tremesco' Arusianus p. 264 L. 649 sq. 'victum ... rami' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 48 'lapidosa ... rami' Probi ars minor 519 Servius ge. II 34 651 'omnia ... venientem' Nonius 335, 15 656 'magna se mole m.' Servius Aen. V 118

VARIA LECTIO.

645 *te*RTIA *P* CONPLENT *Py* 646 *c*VM *P* 647 *I*VSTRA *P* uaſto *a* cyclopeſ *c* ciclopeſ *b* 648 *p*ROSPICIO *P* SONITVM *P* tremiſco *a*2, *Arusianus* 649 *v*lCTVM *P* baccaſ *γ* lapidoſſa *a*1 CORONA *Pγ*1*a*1 650 *d*ANT *P* et] VET *P* . uulſiſ *c* VVLSIS *MPγab* haerbae *b* 651 CONLVSTRANT *P* primo ab litore *Nonius* CLASSEM (M *m. aliena add.*) *M* 652 PROSPEXI *M* : *cf.* 648 Conſpexi, aſ *p*ſpexi *γ* QVAECVMQVE *P* quecumque *γ* 653 SATI *P* &gentem *c* 654 ETO (E *erat* l) *M* laeto *γb* lo&o *c* 655 factuſ *c* CVMMONTE *P* cum in monte *γ*1*a* 656 uaſtaſ ſe *c*1 magna se *Servius Aen.* V 118 *ut* VIII 199 657 POLYMPHEMUM *M* poliphemum *b* polyſemum *c* littera *γ*

monstrum horrendum informe ingens, cui lumen ademptum.
trunca manu pinus regit et vestigia firmat;
lanigerae comitantur oves; ea sola voluptas
solamenque mali.
postquam altos tetigit fluctus et ad aequora venit,
luminis effossi fluvidum lavit inde cruorem
dentibus infrendens gemitu, graduturque per aequor
iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
supplice sic merito, tacitique incidere funem,
verrimus et proni certantibus aequora remis.

TESTIMONIA.

658 'monstrum ... ingens' Nonius 350, 3 'monstrum h. ingens' Pedonius 1929 'monstrum informe ingens' Servius Aen. III 431 'monstrum h.' Probi ars minor 645 'cui l. a.' Charisii exc. p. 550, K. 659 'trunca ... regit' Quintilianus VIII 4, 24 662 Isidorus orig. I 36, 17 Beda de trop. 382 C. 'postquam ... fluctus' Servius Aen. III 1 663 sq. 'luminis ... gemitu' Nonius 417, 15 663 Diomedes 377 'luminis e.' Diomedes 315 'fluvidum ... cruorem' Priscianus 861 P. 664 sq. 'graditur ... medium' Servius Aen. V 1 666 sq. 'recepto ... merito' Servius Aen. III 613

VARIA LECTIO.

658 orrendum *γ* LUME⁻⁻ *M* ademtū *γa* ADEMTU (P *minio p.*) *M* 659 MANU (M *superscr. m. rec. ut vid.*) *M* manū *a*2 (manu *a*1) manū. *b* manum *Quintilianus* manu *Servius* 660—680. 681—689 *F fol. XXX* 660 Lanigere *γ* 661 malis *Rottend. tert.* DE COLLO FISTVLA PENDET *Pyacm, m. rec. add. b* ∪ ∪ (*erasis tribus vel quatuor literis*) *F* pendebat (dependit *Montalb.*) fistula collo *Voss. alt., Montalb.* 662 aecora *b*1 663 Lumini *b* EFFOSI *P* EFFUSO *M* ecfossi *Nonii exempl.* FLUIDUM *Fc* 664 infrendeſ (e *post. corr. ex* i) *γ* infrendeſ *b* INFRENS (*sup. m. rec.*) *F* GEMITV *P* gemitum *γ*1 GRADIUR *M* 665 NECDUCM (NEC *in ras.*) *F* FLVCTV *Py*1 FLVCTVR *F* 'fluctu: *legitur et* fluctus' *Servius* tinexit *c* TEXIT *M* 666 FVGA *P* caelere *c* 667 FUMENEM (EM *m.* 2 *add.*) *F* 668 VERTIMVS *MPyabcm : cf.* V 141 certatibuſ *a* AEQVORI *P*

sensit et ad sonitum vocis vestigia torsit.
verum ubi nulla datur dextra adfectare potestas
nec potis Ionios fluctus aequare sequendo,
clamorem immensum tollit, quo pontus et omnes
contremuere undae penitusque exterrita tellus
Italiae curvisque immugiit Aetna cavernis.
at genus e silvis Cyclopum et montibus altis
excitum ruit ad portus et litora complent.
cernimus adstantis nequiquam lumine torvo
Aetnaeos fratres, caelo capita alta ferentis,
concilium horrendum: quales cum vertice celso

TESTIMONIA.

669 Servius Aen. VII 519 671 Priscianus 708 Donatus ad Ter. Andr. II 6, 6 675 Probi inst. I 12, 1 675 sq. Priscianus 908 676 'excitum . . . portus' schol. Lucani V 597 Servius Aen. XI 142 677 Nonius 261, 2 Isidorus orig. X 269 678 sq. (om. 'concilium h.') Claudius Sacerdos I 163 678 'Aetnaeos f.' Servius Aen. VIII 440 ge. II 494 679 'concilium h.' Nonius 422, 27

VARIA LECTIO.

669 SENTIT *P* ad] AT *M* VOCI *F* 670 DATVRA *F* DEXTRAM (M *add.*) *P* dextrã *c* DEXTRUM *M* DEXTRAM *Fyab* 'dextram (dextra *codd.*) adfectare, *dextram intendere . . . nam si* dextra *legeris, ut sit* dextra contingere, *caret exemplo.* [adfectare *autem quidam dicunt hoc esse: pronum animum habere ad faciendum quid occupandumque. Alii* adfacere, (adfectare?) *si* dextras *legas, pro* adfectandi *accipiunt, ut sit verbi infinitivi modo pro participio*]' *Servius Cass. et Bern.* 172, *sed ut inclusa desint in Cass.* AFFECTARE *M* 671 POTES (*sup. m. rec.*) *F* potef γ1a1 FLVCTV (LV *in ras.*) *F* 672 immenfum *ab* immenfem *c* TOLLIT PONIT *F* põtuf *γ* OMNIS *F* 673 INTREMVERE *FPabc : cf.* 581 V 505 PAENITVS *F* exterita *b* TELVS *F* 674 *in mg.* A *add. M* ITALIAS *M* curruif γ1c1 INMVGIIT *M* IMMVGIT *FPa* immugit. (t *m.* 2) *γ* immugit *bc* AETHNA *M* ethna *ab* h&na *c* 675 *om., ima pag. add. adposita nota* B *M* AD *Pγ* e. *a* fyluif *γ* ET *F* ET *P* e *γ* &c. *b* E *M*, *Probus inst.* 676 *in mg.* C *M* Excytũ *c* AT *M* littora *c* CONPLENT *FPγ* complet *χ*, *Prisc. ω exc. Bamb.* 677 aftantif *b* lumine] ETLVMINE *P* TVRVO *P1* 678 AETNEOS *M* A&hnaeof *γ* A&hneof *abc* ferentef *b1c* 679 QVLES *F* conuertice *c*

aëriae quercus aut coniferae cyparissi
constiterunt, silva alta Iovis lucusve Dianae.
praecipites metus acer agit quocumque rudentis
excutere et ventis intendere vela secundis.
contra iussa monent Heleni, Scylla atque Charybdis,
ni teneant cursus: — certum est dare lintea retro,
inter utramque viam leti discrimine parvo.

TESTIMONIA.

680 Servius Aen. III 64 684 'contra i. m.' Probi inst. I 9, 12 686 schol. Hor. carm. I 14, 9. 34, 4 Servius Aen. III 283 'ni t. c.' Priscianus 1004 P. 'certum ... retro' schol. Lucani V 430 685 sq. 'leti ... teneant' Donatus ad Ter. eun. III 3, 2 685 'leti d. p.' Servius Aen. IX 599 Servius Aen. IV 299 V 1

VARIA LECTIO.

680 QVAERCVS *Fc* QUAECUS *M* CONIFERAE *P* conifaere *γ* quonifere *b* CYPARESSI *M* 681 CONSTITERUNT (*corr. m. ant.*) *F* conftiterant *m* Conftit&erunt *c* 'constiterant *metri causa pro* consistunt' *Servius* LVCOS *P*1 luco *c* DANAE *P* 682 PRECIPITES *My* metuf (me *m.* 2), aŧ m&tuf, *γ* RUENTIS *F* rudenteſ (e *post. corr. ex* i, *ut vid.*) *b* 683 aut *m* VELA (L *corr. ex* T) *F* 684—686 *interpolatos esse Wagnerus etiam in lectt. Verg.* 397 *sq. probare studet,* 685 *et* 686 *transposui* 684 iſa *b* MONEST (N *m.* 2 *add.*) *P* MOVENT *Fγ*1 SCYLLA *FP*1 ſcyllã *c* SCYLLAM *MP*2*a*, *Servius* ſcillam *b* CHARYBDIS *F* charibdiſ *a*1 caripdi *b*1 CHARYBDI *M* CHARYBDIN *P* charibdin *γa*2 caribdim *c* carypdĩ *b*2 scyllamque charybdim *Sprot.* scyllaeque charybdis *Pieriani nonnulli* scyllae atque charybdis *Rottend. sec.* 685 *Hic redit R* Int *c* LOETI (O *minio p. m. rec.*) *F* LETI (ET *in ras.*) *R* LAETI *Mb* 686 NI *FMγ*2*ab*, *testantur Priscianus Donatus Servius* Nẽ *c* Ne *γ*1 NI *an* NE *habeat R*, *non liquet.* NEC (nei?) *P* tineant *c*1 RDARE (EST *minio p.*) *M* . '*sensus ergo talis est:* timor cogebat ut quocunque navigaremus et ventum sequi, non iudicium: sed occurrebat praeceptum Heleni vitare Scyllam et Charybdim. Quare placuit, ni (ne *Cass.*) cursus teneant, h. e. agantur et impleantur (impellantur?) inter utramque viam modico mortis interstitio, id est Scyllae et Charybdis, retro dare lintea, quod dum cogitamus, prosperior nobis flare coepit boreas. *nonnulli* Scyllam atque (et *Bern.*) Charybdim inter *distinguunt*, *ut sit ordo:* inter Scyllam et Charybdin utramque viam leti discrimine parvo ni teneant cursus, certum est d. l. r. *alius* (alii *Bern.*) *ordo est:* contra iussa monent Heleni, ne inter Scyllam et Charybdin cursum teneant.]' *Servius Bern.* 172 *et Cass.*, *sed ut*

sensit et ad sonitum vocis vestigia torsit.
verum ubi nulla datur dextra adfectare potestas
nec potis Ionios fluctus aequare sequendo,
clamorem immensum tollit, quo pontus et omnes
contremuere undae penitusque exterrita tellus
Italiae curvisque immugiit Aetna cavernis.
at genus e silvis Cyclopum et montibus altis
excitum ruit ad portus et litora complent.
cernimus adstantis nequiquam lumine torvo
Aetnaeos fratres, caelo capita alta ferentis,
concilium horrendum: quales cum vertice celso

TESTIMONIA.

669 Servius Aen. VII 519 671 Priscianus 708 Donatus ad Andr. II 6, 6 675 Probi inst. I 12, 1 675 sq. Priscianus 676 'excitum . . . portus' schol. Lucani V 597 Servius Ae 142 677 Nonius 261, 2 Isidorus orig. X 269 678 sq. (om. cilium h.') Claudius Sacerdos I 163 678 'Aetnaeos f.' Servius VIII 440 ge. II 494 679 'concilium h.' Nonius 422, 27

VARIA LECTIO.

669 SENTIT *P* ad] AT *M* VOCI *F* 670 DATVRA *F* TRAM (M *add.*) *P* dextrã *c* DEXTRUM *M* DEXTRAM *Fyab* 'dextram (*codd.*) adfectare, *dextram intendere ... nam si* dextra *legeris, ut sit* contingere, *caret exemplo.* [adfectare *autem quidam dicunt hoc esse num animum habere ad faciendum quid occupandumque. Alii* adf (adfectare?) *si* dextras *legas, pro* adfectandi *acceperunt, ut sit verbi tivi modo pro participio*]' *Servius Cass. et Bern.* 172, *sed ut inclusa in Cass.* AFFECTARE *M* 671 POTES (*sup. m. rec.*) *F* potef FLUCTU (LU *in ras.*) *F* 672 immenſum *ab* immenſem *c* POI potuſ *γ* OMNIS *F* 673 INTREMVERE *FPabc : cf.* 581 V 5 PAENITVS *F* exterita *b* TELVS *F* 674 *in mg.* A *add. M* LIAS *M* curruſ *γ* 1 c 1 INMUGIIT *M* IMMVGIT *FPa* immugit. (t *m* inmugit *bc* AETHNA *M* ethna *ab* h&na *c* 675 *om., ima pag. ad posita nota* B *M* AD *Pγ* e. *a* ſyluſ *γ* ET *F* ET *P* E *γ* E *M, Probus inst.* 676 *in mg.* C *M* Excytũ *c* AT *M* littor CONPLENT *FPγ* complet *χ, Prisc. ω exc. Bamb.* 677 aſtantiſ lumine] ETLVMINE *P* TVRVO *P*1 678 AETNEOS *M* A&hna A&hneoſ *abc* ferenteſ *b* 1 c 679 QVLES *F* conuertice *c*

epingue solum stagnantis Helori,
s proiectaque saxa Pachyni
numquam concessa moveri
rocul campique Geloi
vii cognomine dicta.
agans ostentat maxima longe
nanimum quondam generator equorum;
is linquo ventis, palmosa Selinus,
da dura lego saxis Lilybeia caecis.
hinc Drepani me portus et inlaetabilis ora
accipit. hic pelagi tot tempestatibus actis
heu genitorem, omnis curae casusque levamen,
amitto Anchisen. hic me, pater optime, fessum

TESTIMONIA.

699 Diomedes 408 'proiectaque s. P.' Isidorus orig. X 216 Servius Aen. III 706 X 587 'saxa P.' schol. Veron. 92, 24 K. 699 sq. 'proiectaque ... radimus' Macrobius Sat. VI 4, 14 Nonius 373, 23 701 'apparet C. p.' schol. Veron. 92, 26 K. 702 Pompeius p. 355 L. 704 'magnanimum ... equorum' Priscianus 743 705 'palmosa S.' schol. Veron. 93, 1 K. 707 'hinc ... portus' schol. Veron. 93, 5 K. 'inlaetabilis o.' Servius Aen. V 31

VARIA LECTIO.

698 p̃pinge *c* STAG*nantis h*ELORI *V* h.elori (l *in ras.*) *b* 699 Hinc *c* porrecta (orr *in ras.*) *b* 'proiecta, *porrecta et tenta*' *Servius* PACH*lyni V* pachini *bc* 700 *r*ADIMVS *P* nuncquã *c* MO*veri V* 701 *a*PPARET *P* CAMERINA *MPRVybcψ Servii exempl., schol. Veron.* camarina '*aliquot*' *Pieriani geloi V* 702 *Wagnerus etiam in lectionibus Verg. p.* 381 *sq. spurium iudicat* IMMANI *P* Immanif (mmani *in ras.*) *b* Inmanif (anif *m. rec. in ras.*) *c* Gela : *cf. Lachmannus ad Lucr.* VI 971 fluvii] *cf. Lachmannus Lucr.* 326 cognomina *cl* 703 arduos '*antiqui*' *Pieriani* ARDVVS *MRVybc ar*DVVS *P* AGRAGANS *M* ACRAGAS *RV* AGRAGAS *Pybc* hoſtentat *γ* ostentat moenia longe, Teque datis (*om. v.* 704) *Io. Schraderus* 704 *m*OENIA *P* *mag*NANI*mum quond*AM *V* ⁂EQVORVM *P* aequorũ *γ* 705 Selinus *χ*, *schol. Veron. auctore Longo* SELINYS *MR*, *V ut vid.* SE*Lin*YS *P* ſelynif *b* ſelinif *γc* 706 l^e^go *γ* lylybaeif *b* 707 INLAETA*bili*S *V* inletabilif *bc* 708 ACCEPIT *R* *tempestatib*VS *V* ACTIS *PRybl*cψ, *Servius : cf. ge.* I 413 actiſ *b* ACTUS *M : cf.* VII 199 I 240. 333 ACT.. *V* 709 genitore. *γ* *Omnis — lev*AMEN *V* 710 *amitto — fessu*M *V* me *sup. b* feſſũ. *b*2 feſſuſ *b*1 : *cf.* II 596, *haud male*

ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori
missus adest: vivo praetervehor ostia saxo
Pantagiae Megarosque sinus Thapsumque iacentem.
talia monstrabat relegens errata retrorsus
litora Achaemenides, comes infelicis Ulixi.

Sicanio praetenta sinu iacet insula contra
Plemurium undosum, nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
occultas egisse vias supter mare, qui nunc
ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.
iussi numina magna loci veneramur. et inde

TESTIMONIA.

687 Isidorus orig. XII 5, 54 Servius Aen. III 706 688 'vivo ... saxo' Servius Aen. I 167 689 'Megaros ... iacentem' schol. Hor. carm. I 17, 11 'Thapsumque i.' Isidorus orig. XIV 6, 35 690 sq. 'errata ... Ulixi' Priscianus 922 691 'comes i. U.' schol. Veron. 92, 11 K. 692 'Sicanio p. s.' Servius Aen. V 24 693 'Plemyrium u.' schol. Veron. 92, 15 K. Servius Aen. I 744 IV 268 694 sq. 'Alpheum ... mare' Arusianus p. 261 L. Servius ecl. X 4 696 cf. schol. Veron. 92, 22 K.

VARIA LECTIO.

in hoc inclusa desint. Videtur autem sic distinxisse: contra i. m. Heleni Scyllam atque Charybdin: inter ... cursus, certum est d. l. r., *cum alii sic distinxissent:* contra i. m. Heleni. Scyllam atque Charybdin inter ... cursus: certum est d. l. r. *In M nulla interpunctio nisi v.* 684 *post* Heleni. *De recentiorum commentis vide prolegomena.* 687 ANGVSTO *P* poelori *b* 688 AEST *F* PRAETERVEH *F* pretuehor (pret *in ras.*) *b* ofti.a *b* hoftia *ac* praetervehor ostia] ROS *in ras. R* PANTAGYAE *FMPR* megoroſ *γ1* THARSVM *R* LAPSVM (L *corr. in* T) *F* tha.pſum *b* tapſū *c* IACENTE *F* 690 *sq. om. in textu Witt., damnat Wagnerus etiam in lectt. Verg.* 381 690 retrorſuſ *b1* retrorſū. *b2* 691—716 *Veron. fol.* 247 691 : *cf.* 613 Littora *b1 lit*ORA *P* ACHEMENIDES *MPγb* achimenideſ *c* infeliceſ *c1* VLIXEI (E *m. 2 add.*) *P* uluxi *c1* 692 *si*CANIO *P* pretenta *γ* 693 PLEMVRIVM *Vγ pL*EMVRIVM *P* PLEMYRIVM *MRb2* Plemy.riū *c* Plem.rium *b1* '*Longus:* Plemurium *fuit, emendatum* Plemyrium' *schol. Veron.* ..undoſum *γ* undossi *m* 694 ORTIGIAM *Pγb* ALPHAEVM *R* AMPHEUM *M* Alpheum *firmat Servius* hac *Arusianus* huc *γ* aelidiſ (iſ *in ras*) *b* 695 Ocultaſ *c* SVBTER *Myc* ſubt̄ (t̄ *in ras.*) *b* QVI (I *corr. ex* E) *P* DUNC *M*

exsupero praepingue solum stagnantis Helori,
hinc altas cautes proiectaque saxa Pachyni
radimus, et fatis numquam concessa moveri
apparet Camerina procul campique Geloi
immanisque Gela fluvii cognomine dicta.
arduos inde Acragans ostentat maxima longe
moenia, magnanimum quondam generator equorum;
teque datis linquo ventis, palmosa Selinus,
et vada dura lego saxis Lilybeia caecis.
hinc Drepani me portus et inlaetabilis ora
accipit. hic pelagi tot tempestatibus actis
heu genitorem, omnis curae casusque levamen,
amitto Anchisen. hic me, pater optime, fessum

TESTIMONIA.

699 Diomedes 408 'proiectaque s. P.' Isidorus orig. X 216 Servius Aen. III 706 X 587 'saxa P.' schol. Veron. 92, 24 K. 699 sq. 'proiectaque ... radimus' Macrobius Sat. VI 4, 14 Nonius 373, 23 701 'apparet C. p.' schol. Veron. 92, 26 K. 702 Pompeius p. 355 L. 704 'magnanimum ... equorum' Priscianus 743 705 'palmosa S.' schol. Veron. 93, 1 K. 707 'hinc ... portus' schol. Veron. 93, 5 K. 'inlaetabilis o.' Servius Aen. V 31

VARIA LECTIO.

698 p̃pinge *c* STAG*nantis h*ELORI *V* h.elori (l *in ras.*) *b* 699 Hinc *c* porrecta (orr *in ras.*) *b* 'proiecta, *porrecta et tenta' Servius* PACH*yni V* pachini *bc* 700 *r*ADIMVS *P* nuncquã *c* MO*veri V* 701 *a*PPARET *P* CAMERINA *MPRVybcψ Servii exempl., schol. Veron.* camarina '*aliquot*' *Pieriani geloi V* 702 *Wagnerus etiam in lectionibus Verg. p.* 381 *sq. spurium iudicat* IMMANI S *P* Immanif (mmani *in ras.*) *b* Inmanif (anif *m. rec. in ras.*) *c* Gela : *cf. Lachmannus ad Lucr.* VI 971 fluvii] *cf. Lachmannus Lucr.* 326 cognomina *c*1 703 arduos '*antiqui*' *Pieriani* ARDVVS *MR Vybc ar*DVVS *P* AGRAGANS *M* ACRAGAS *RV* AGRAGAS *Pybc* hoſtentat *γ* ostentat moenia longe, Teque datis (*om. v.* 704) *Io. Schraderus* 704 *m*OENIA *P* *mag*NA*nimum quond*AM *V* ÆQVORVM *P* aequorũ *γ* 705 Selinus *χ, schol. Veron. auctore Longo* SELINYS *MR, V ut vid.* SE*lin*YS *P* felynif *b* felinif *γc* 706 lego *γ* lylybaeif *b* 707 INLAETA*bili*S *V* inletabilif *bc* 708 ACCEPIT *R* *tempestatib*VS *V* ACTIS *PRybıcψ, Servius : cf. ge.* I 413 actif *b* ACTUS *M : cf.* VII 199 I 240. 333 ACT.. *V* 709 genitore. *γ* *Omnis — lev*AMEN *V* 710 *amitto — fessu*M *V* me *sup. b* feſſũ. *b*2 feſſuſ *b*1 : *cf.* II 596, *haud male*

deseris, heu tantis nequiquam erepte periclis!
nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,
hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.
hic labor extremus, longarum haec meta viarum.
hinc me digressum vestris deus appulit oris.'

Sic pater Aeneas intentis omnibus unus
fata renarrabat divom cursusque docebat.
conticuit tandem factoque hic fine quievit.

TESTIMONIA.

712 sq. Macrobius Sat. IV 6, 4 'nec ... luctus' Servii III 379 715 Macrobius Sat. V 2, 11 Probi ars minor 735 Cl 1924 Augustinus de gramm. 2009 P. Donatus ad Ter. Andr. prol. V 2, 36 Servius Aen. III 338 717 Servius Aen. IV 116 '; Pompeius p. 302 L. 'fata r. d.' Servius Aen. VIII 189 71 toque ... quievit' Servius Aen. IV 1

VARIA LECTIO.

711 I*deseris — erepte V* ne.qui.quã *b* MEREPTE *M* (i *in ras.*) *b* 712 *nec — m*ONERET *V* QVM Q *corr. in* C) *P hos — celae*NO *V* michi *b* CALAENO *P* caeleno *γ* .celeno lono *c* 714—718 *in singulari pagina literis alienis add. in F hic — long*ARVM *V* extremus] EXTRE *P* haec] est *m* : viarum] RVM *P* 715 Hic *b* DIGRESSV*m P* VEST*ris de* PVLIT *V* uŕif *b* ORBEM *P* orb.. *γ*1 (orif *γ*2) 717 diuom *γ* *MPRbc* CVRSV *P*

P̄ UERGILI MARONIS AENEIDOS· LIB̃· III EXP̄L· INCIPIT FELICITER· *M* VERGILI MARONIS || AENEIDOS LIBER III || EXPLICIT || LIBER· IIII· FELICITER, *et in seq. pagina versus ut quos vide in proleg. : R* EXP̄L̄T̄ LIBER· III· INCIPIT̄· IIII *γ* VERGILII OVIDII NASONIS (*seq.* 10 *versus, quos v. in proleg.*) PVBLII VIRGILII MARONIS ENEIDOR̃ LIBER IIII INCIPIT *c*

P. VERGILI MARONIS

AENEIDOS

LIBER QVARTVS

At regina gravi iandudum saucia cura
volnus alit venis, et caeco carpitur igni.
multa viri virtus animo multusque recursat
gentis honos, haerent infixi pectore voltus

TESTIMONIA.

AENEIDOS IV. 1 sq. Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 531 1 Isidorus diff. II 251 Velius Longus 2230 P. Marius Victorinus p. 96 G. Atilius Fortunatianus p. 333 G. Priscianus de XII vers. Aen. 5, 84 diff. serm. in Rothii Suetonio p. 311, 32 'at r. g.' Marius Victorinus 2458 P. 10 G. 'at r. g. saucia cura' Terentianus Maurus 1950 'iandudum s. c.' Terentianus Maurus 1843 2 Priscianus 766 P. schol. Hor. carm. I 27, 12 'vulnus a. v.' de gen. nom. 104 Haupt. Servius Aen. IV 67 'caeco c. i.' Servii ars p. 499 L. 3 sq. 'multa ... honos' Seneca epist. 102, 30 Arusianus p. 259 L. Diomedes 441 P. 3 'multa ... animo' Donatus ad Ter. eun. V 9, 49 4 sq. 'haerent ... quietem' Macrobius s. S. I 3, 6 4 'haerent i. p. v.' Asper 112, 23 K.

VARIA LECTIO.

AENEIDOS IV. 1—19. 20—38 *G fol.* X 1—21. 22—42 *F fol.* XXXI 1 Ad *γ* aD *G at P* IANDVDVM *P* IAMDVDVM *FGRybc* 2 Volnuſ *γ* VVLNVS *FGMRb vu*LNVS *P* Vul.nuſ *c* VENVS *P* capitur *c* IGNi *G* IGNE *F* 'igni *pro* igne: *dativus pro ablativo' Servius.* igni *testatur Priscianus quoque* 3 MVLTA *P* mVLTA *G* RECVSAT *R* recuſat *c* *Recursat G* recurſat *γ* recurſat (rſa *in corr.*) *b* 4 *g*ENTIS *G* INFIXI *M* PECTORe *voltus G* uoltuſ (o *corr. in* u, t *m.* 2) *γ* VVLTVS *MRVbc*

verbaque, nec placidam membris dat cura quietem.
postera Phoebea lustrabat lampade terras
umentemque Aurora polo dimoverat umbram,
cum sic unanimam adloquitur male sana sororem:
'Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!
quis novos hic nostris successit sedibus hospes,
quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!
credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.

TESTIMONIA.

6 sq. Claudius Sacerdos I 170. 177 Diomedes 457 6 Nonius 335, 27 schol. Leid. ge. I 431 8 'unanimam ... sororem' schol. Hor. serm. I 3, 31 'male s. s.' Servius ge. I 105 9 Macrobius s. S. I 3, 6 Iulius Rufinianus 269 R. 'quae ... terrent' Charisius 78 10 Donatus ad Ter. hec. V 3, 19 Priscianus 1059 'quis ... nostris' Servius Aen. III 591 'nostris s. s. h.' Arusianus p. 200 L. 11 sq. schol. Hor. carm. II 4, 19 11 Isidorus orig. IX 7, 28 12 Isidorus orig. IX 7, 28 Servius Aen. IV 365 'genus deorum' de gen. nom. 80 Haupt.

VARIA LECTIO.

5 *v*ERBA *G* UERBOR (R *alt. corr. in* A) *F* membrif (if *m. 2 in ras.*) *γ* *cura quietem G* 6 *p*OSTERA *P* POSTEA *F* *p*OSTEA *G* postea *Diomedis Monac.* PHEBEA *G* TER*ras G* 7 = III 589 *u*MENTEM *GP* aurara *γ*1 DIMOVERA*t umbram G* DEMOVERAT *F*1 umbras *Claudii Sacerd.* 170 *cod.* 8 *cu*M *P* *c*VM *G* TVM *R* UNA-ANIMEM *M* unanimem *bc* '*dicimus autem et* unanimus *et* unanimis' *Servius* adloquitur (d *corr. in* l) *b* MALA *P* '*quidam* malesana *volunt hyphen legere*' *Servius.* *sana sororem G* SOROR *R* 9 *a*NNA *G* *an*NA *P* SOR (*corr. m. rec.*) *G* QVE *G* SUSPENSA *M* suspensa *Macrobii Fris. et Par.* 1 INSOMNI*a terrent G* INSONIA (M *m. rec.*) *F* infona *b* terre *c*1 terret *c*2 '*et* terret *et* terrent *legitur*, *sed si* terret *legerimus*, insomnia *erit vigilia*' *e. q. s. Servius : cf.* 5 terrent *legit Charisius: cf. Apollonius Rh.* III 636 10 *q*VIS *G* *qui*S *P* NOVOS *P*1 NOVVS *ceteri* SE*dibus hospes G* sedibus] DESEDIBVS *F* 11 *q*VEM *GP* quam] QVEM (*corr. m. rec.*) *F* quem *Marklandus ad Statii silv.* V 3, 46, *et ante eum Valesius*, *qui* armos *ut* XI 644 *intellexit* fortis *χ* PECT*ore et armis G* 12 *c*REDO *G* *c*REDEO *P* Credo. (o *e corr.*) *γ* UANOA *M* gen' *m. rec. sup. c* *esse deorum G*

degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
iactatus fatis quae bella exhausta canebat!
si mihi non animo fixum immotumque sederet,
necui me vinclo vellem sociare iugali,
postquam primus amor deceptam morte fefellit;
si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,
huic uni forsam potui succumbere culpae.
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sychaei
coniugis et sparsos fraterna caede penates,

TESTIMONIA.

invidia est? et nos fas extera quaerere regna.

TESTIMONIA.

336 Appuleius flor. III 16 'dum ... mei' Donatus ad Ter. eun. II 3, 14 337 'neque ... abscondere' Claudius Sacerdos I 72 338 sq. 'nec ... veni' Servius Aen. XII 658 340—343 'me ... colerem' Servius Aen. XII 15 341 'sponte ... curas' Cledonius 1901 P. 342 sq. 'dulces ... colerem' Servius Aen. X 59 344 'recidiva ... victis' Charisius 76 P. 345 sq. 'Italiam magnam ... sortes' Servius Aen. III 332 346 schol. Hor. carm. saec. 39 347 'hic ... patria' Marius Victorinus 2472 P. 350 'et ... regna' Priscianus 590

VARIA LECTIO.

335 nec[e] *a* me *om. Mc, suprascr.* γ memisse *c* pigeba[t] (a *corr. in* i) *c* ELISSE *M* 336 '*hic versus superioribus iungendus*' *Servius* 337 loquo. *c*1 338 nec *a* NE *Pyb* 339 THEDAS *M* te edaf (e *pr. corr. in* a) γ haud *Goth. pr.* 'haud haec in foedera veni ... *et iungendum est superiori, aut certe ad posteriora pertinet*' *e. q. s. Servius* 341 conponere $\gamma ab1$ 343 Relliquiaf *b* COLERE *M* alta *sup. c* Priami ... manerent: *cf.* II 56. *Damnat merito hoc hemistichium Peerlkampus.* 345 grineuf *a* 346 liciae γ capæffere γ capaffere *a*1 347 CARTHAGINIS *Pybc* cartaginif *a* arcef, at alte γ : *cf.* 265 348 Poeniffam *b*1 libice γ '*sane quidam in novis* (*bonis?*) *et emendatis libris pro* detinet, demeret *inventum asserunt*' *Servius* VRBIES *P* 349 aufonia. *b* teucro[r] *b* teucrif *c*1 consistere *m* 350 EXTERNA (N *m.* 2) *P* exter, a γ

me patris Anchisae, quotiens umentibus umbris
nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt,
admonet in somnis et turbida terret imago,
me puer Ascanius capitisque iniuria cari,
quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis.
nunc etiam interpres divom Iove missus ab ipso
(testor utrumque caput) celeris mandata per auras
detulit; ipse deum manifesto in lumine vidi
intrantem muros, vocemque his auribus hausi.
desine meque tuis incendere teque querellis:
Italiam non sponte sequor.'

Talia dicentem iandudum aversa tuetur
huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
luminibus tacitis, et sic accensa profatur:
'nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,

TESTIMONIA.

351 sq. Probus 17, 10 K. 'quotiens ... terras' Servius Aen. IV 119 351 'patris A.' Charisius 51 P. 353 schol. Hor. carm. I 24, 15 'et ... imago' Servius Aen. VI 695 354 sq. 'me ... fraudo admonet' schol. Lucani I 176 'me ... fraudo' Servius ge. II 98 355 Servius Aen. IV 602 'quem ... fraudo' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 24 356–358 'nunc ... detulit' schol. Hor. carm. I 10, 6 357 'testor u. c.' Probi inst. I 7, 3 357 sq. 'celeris ... detulit' Nonius 289, 24 358 sq. 'ipse ... muros' Servius Aen. IV 279 359 'vocemque ... hausi' Quintilianus VIII 3, 54 Nonius 319, 29 Donatus ad Ter. hec. III 3, 3 Isidorus orig. XI 1, 46 Pompeius 441 L. Servius Aen. I 208. 614. 738 360 Arusianus p. 222 L. 361 Donatus ad Ter. hec. I 2, 67 Servius Aen. I 482 363 sq. 'totum ... tacitis' Nonius 463, 19 364 'luminibus t.' schol. Lucani VIII 171 'sic a. p.' schol. Lucani III 356 365 Marius Plotius p. 251 G. Servius Aen. II 540 'nec ... parens' Claudius Sacerdos I 72 365—367 Macrobius Sat. V 11, 14

VARIA LECTIO.

351 Ma (a *corr. in* e) γ UMENTIB· *M* humentibuſ γ 354 aſchaniuſ γ 355 HESPERIOE *M* FRAUDE *M* *Fortasse unum versiculum additurus erat poeta, ne* admonet *ex v.* 353 *repetendum esset.* 356 DIUUM *Myabc* 357 capud *a*1*c* 358 in *om.* χ 359 AUSI *Mb* AVSI *Pyc* 360 *Paulo abruptius Aeneas orationem concludere videtur.* INCEDERE *M* QUAERELLIS *M* quaereliſ *b* 362 iamdudũ *yabc* 365 TIBIDIUA (*minio p. excepta litera* A) *M*

perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.
nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reservo?
num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
num lacrimas victus dedit aut miseratus amantemst?
quae quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno
nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.
nusquam tuta fides. eiectum litore, egentem
excepi et regni demens in parte locavi
[amissam classem, socios a morte reduxi]
(heu furiis incensa feror): nunc augur Apollo,
nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso

TESTIMONIA.

366 sq. 'sed . . . Caucasus' Nonius 285, 3 schol. Hor. carm. I 22, 7 III 11, 32 367 'Hyrcanae . . . tigres' Gellius XII 1, 20 Priscianus 865 P. Isidorus orig. XIV 3, 33 schol. Lucani I 328 368 Priscianus 799 P. 369 sq. Donatus ad Ter. adelph. III 2, 8 Iulius Rufinianus 231 R. 370 'aut . . . est' Arusianus p. 246 L. Pompeius 320 L. Servius Aen. I 597 371 sq. 'iamiam . . . aequis' Macrobius Sat. VI 1, 59 372 schol. Hor. carm. saec. 65 Servius Aen. I 23 373 'nusquam t. f.' Seneca nat. quaest. IV 1, 19 Isidorus orig. II 21, 15 Donatus ad Ter. Andr. II 5, 14 adelph. III 2, 32 373 sq. 'eiectum . . . locavi' Seneca de benef. VII 25 Priscianus 1214 P. 'eiectum . . . excepi' Priscianus 1181. 1184 P. Servius Aen. I 577 375 Priscianus 569 P. 376 sq. 'nunc . . . sortes' Donatus ad Ter. eun. I 1, 23 377 sq. Iulius Rufinianus 271 R. 377 Servius Aen. XI 403 'nunc L. s.' Servius Aen. XII 516

VARIA LECTIO.

367 ADMORVNt (T *m.* 2) *P* 369 NUNC (*corr. minio*) *M* FLLETU *M* fl&a *γ*1 NOSTRoA (*corr. m.* 2) *P* .exit *α*1, flexit *α*2 370 Non *c* haut *γ* haud *Arusianus* nec *Servius Aen.* I 597, *Pompeius* miferat *α*1 AMANTEMST *P* AMANTEMEST *Mybc* amantem (÷ *m.* 2 *add.*) *a* 371 *qu*AE *P* iam^iam *c* 372 NES *M neC P* 373 *n*VSQVAM *P* electum *γ* *'est separandum* eiectum, litore egentem, *i. e.* egentem litoris ... *vel si iungas* eiectum litore, *pro* in litus' *Servius.* 'eiectum litore *dixit pro* in litus, *quamvis quidam distinguentes* eiectum, *ad consequens verbum dicunt* litore egentem suscepi et r. d. in p. l.' *Priscianus* 1214 374 *ex*CEPI *P* suscepi *Priscianus* 375 *deleri voluit Bryantius* *a*MISSAM *P* Ammiffam *γa* eiectam *ex v.* 373 *Prisciani exempl.* a flammis *Peerlkampus*, *ingeniose : cf.* I 525. 541 376 *h*EV *P* Eu *γ* *Interpunctione* locavi : nunc *coniunxi* auctor *m*

interpres divom fert horrida iussa per auras.
scilicet is superis labor est, ea cura quietos
sollicitat. neque te teneo neque dicta refello:
i, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.
spero equidem mediis, siquid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis et nomine Dido
saepe vocaturum. sequar atris ignibus absens,
et, cum frigida mors anima seduxerit artus,
*omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, poenas.
*audiam, et haec manis veniet mihi fama sub imos.'
his medium dictis sermonem abrumpit et auras
aegra fugit seque ex oculis avertit et aufert,
linquens multa metu cunctantem et multa parantem
dicere. succipiunt famulae conlapsaque membra
marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.

TESTIMONIA.

379 sq. 'scilicet ... sollicitat' Seneca suas. IV 4 p. 23, 7. 24, 1 B. schol. Hor. carm. I 34, 2 III 3, 30 Servius Aen. IV 314 379 'scilicet ... est' Quintilianus IX 2, 50 Iulius Rufinianus 196 R. Probi inst. I 10, 4 Donatus ad Ter. Andr. I 2, 14 'scilicet is s.' Claudius Sacerdos I 75 381 Donatus ad Ter. adelph. I 2, 54 Pompeius 8 L. Servius Aen. VII 426 'i ... ventis' Quintilianus IX 2, 48 'sequere ... undas' Isidorus orig. II 21, 18 Rufinianus 216 R. 382 sq. 'mediis ... scopulis' Nonius 398, 15 383 sq. 'et ... vocaturum' Charisius 47. 94 P. Cledonius 1891 P. 384 'sequar ... absens' schol. Lucani VII 808 385 Probi inst. I 11, 1 Servius Aen. III 140 'frigida m.' schol. Hor. serm. II 1, 61 386 schol. Hor. epod. V 89 387 Cledonius 1872. 1913 P. Pompeius 291 L. 391 'suscipiunt ... membra' Caper de orthogr. 2242 P. 391 sq. 'collapsa ... reponunt' schol.

VARIA LECTIO.

378 DIVOM *P1* DIUUM *MP2yabc* 379 hif *γ* 381 ll *M* '*sane multi* Italiam *distinguunt, ut sequatur:* ventis pete regna per undas' *Servius. Post* pete *dist. M* p&o *γ1* 382 medii *Nonii exempl.* POSCUNT *M* 383 fcopolif *a1* 384. 386. 385. 387 *Peerlkampus. Mihi poeta non absolvisse videtur hunc locum: nam aut* 386 *aut* 387 *abundat. Haesisse etiam veteres Servii prodit paraphrasis.* 384 ignibus, absens Omnibus *Peerlkampus* 385 cum] con *c* FRIGIDAM *M* animã *a* 387 AVDIATM·ET (T *m.* 2 *add.*) *P* MANES *Mb* imaf *c* 390 m&ᵛ *γ* parentem *γ1* UOLENẼ *Mc : cf.* II 790 391 SVCCIPIVNT *P ut* I 175 VI 249: *cf. etiam Servius Aen.* I 44 SUSCIPIUNT *Myabc secundum Velii Longi* 2226 *distinctionem.* 392 STRssTIS *M*

At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
solando cupit et dictis avertere curas,
multa gemens magnoque animum labefactus amore
iussa tamen divom exsequitur classemque revisit.
tum vero Teucri incumbunt et litore celsas
deducunt toto navis. natat uncta carina,
frondentisque ferunt remos et robora silvis
infabricata fugae studio.
migrantis cernas totaque ex urbe ruentis.
ac velut ingentem formicae farris acervom
cum populant hiemis memores tectoque reponunt:
it nigrum campis agmen praedamque per herbas
convectant calle angusto, pars grandia trudunt
obnixae frumenta umeris, pars agmina cogunt
castigantque moras, opere omnis semita fervet.
quis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus,
quosve dabas gemitus, cum litora fervere late
prospiceres arce ec summa totumque videres

TESTIMONIA.

Lucani V 709 398 'natat u. c.' Eutychius II 15 Servius Aen. I 538 VI 16 401 Macrobius Sat. V 14, 10 Charisius 211 P. 'migrantis c.' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 39 III 1, 2 eun. II 3, 83 Servius Aen. IV 491 403 Lactantius de ira dei 7 404 'it n. c. a.' Seneca nat. qu. prol. 10 Servius Aen. XI 142 404 sq. 'praedam ... angusto' Nonius 197, 17 405 'pars g. t.' Servius Aen. I 212 407 Nonius 251, 28 408—411 Donatus ad Ter. adelph. IV 5, 34 408 sq. 'quis ... gemitus' Priscianus 1072 409 'cum ... late' Probi inst. I 7, 7

VARIA LECTIO.

393 linire *γ*1 394 auortere *Mentel. tert.* 395 *om. Parrhas., fortasse recte: cf.* 438 *sq.* 448 *sq.* V 5 396 DIVVM *libri* 398 TOTOQ· *M* nauef *b* 399 feront *c* ramos *χ* remos *legit Servius* robore *b*1 401 Migrantef *ab* ruentef *bc* 402 UELUTI *Mac* aceruom *γ* ACERUUM *Mabc* 403 hyemof *c*1 404 PREDAM *M* herbam *b*, *Nonius* 405 PRAS (A *inf. eras.*) *M* 406 humerif *yab* 407 OPERAE *M* opera *Nonii exempl.* 408 TUNC *M* nunc *Donati ex.* 409 DEBAS *Mc* 410 ET *M* EX *Pyabc*

misceri ante oculos tantis clamoribus aequor!
improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis!
ire iterum in lacrimas, iterum temptare precando
cogitur et supplex animos summittere amori,
nequid inexpertum frustra moritura relinquat.

'Anna, vides toto properari litore: circum
undique convenere; vocat iam carbasus auras,
puppibus et laeti nautae imposuere coronas.
tu lacrimis evicta meis, tu prima furentem
his, germana, malis oneras atque obicis hosti.

* * * * *

hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
et perferre, soror, potero. miserae hoc tamen unum
exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus;

TESTIMONIA.

415 Nonius 296, 2 Donatus ad Ter. Andr. II 1, 11 'ne ... frustra' Probi inst. I 10, 4 416 Priscianus 989. 1001 P. 548 sq. 'tu ... malis' Servius Aen. IV 418 549 Probi inst. I 7, 2 419 sq. 'hunc ... potero' Macrobius Sat. IV 6, 6 Donat. ad Ter. Phorm. II 1, 9. 20 Servius ecl. IX 3 419 Donati ars III 3, 2 Claudius Sacerdos I 106 Charisius 242 Diomedes 444 P. Pompeius 439 L. Servius Aen. I 543 XI 275 ecl. VIII 26 'tantum s. d.' Quintilianus VIII 2, 4 420 sq. 'miserae ... mihi' Donatus ad Ter. adelph. III 1, 4 421 sq. 'solam ... sensus' Nonius 32, 7 Donatus ad Ter. Andr. II 1, 1 'solam ... colere' Donatus ad Ter. eun. III 1, 17 Phorm. I 2, 42 Nonius 250, 16 Probi ars minor 658 Servius Aen. IV 305 423 Nonius 346, 31 Servius Aen. IV 293

VARIA LECTIO.

412 quid ... cogis = III 56 414 COGITOR *P*1 fubmitere *b*

415 fr. uftra *γ* RELINQUIT (*corr. minio*) *M* relinquid *c* 416 PROPERI *P* *Interrogandi signum post* litore *posuit Wagnerus* litore: circum Vndique *Marklandus ad Statii silv.* II 5, 13 LITORE CIRCVMUNDIQ· *M*, *Priscianus*, *Servius* 417 *u*NDIQVE *P* 418 = *ge.* I 304. *p*VPPIBVS *P* naute *γ* IMPOSVERE *P* '*Probus sane sic adnotavit:* si hunc versum omitteret, melius fecisset' *Servius* 548 *sq. hic inserendos esse demonstrare conatus sum in emend. Verg.* 5 *sq. Sed quoniam vel sic hiat oratio, non absolvisse locum putandus est poeta.*

549 honeraſ *γ* 419 tantum potui *χ*, *Claudius Sacerdos* 420 *e*T *P* 421 *e* SEQVERE *P* 422 *te P* archanoſ *ac*1

sola viri mollis aditus et tempora noras.
i, soror, atque hostem supplex adfare superbum.
non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuravi classemve ad Pergama misi,
nec patris Anchisae cineres manesve revelli,
cur mea dicta neget duras demittere in auris.
quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti:
expectet facilemque fugam ventosque ferentis.
non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro,
nec pulchro ut Latio careat regnumque relinquat;
tempus inane peto, requiem spatiumque furori,
dum mea me victam doceat fortuna dolere.
extremam hanc oro veniam (miserere sororis),
quam mihi cum dederit, cumulatam monte remittam.'

TESTIMONIA.

424 Nonius 463, 25 Servius Aen. IV 496 425 'non ... Danais' Macrobius diff. 15, 10 425 sq. 'non ... iuravi' anon. de verbo 12 p. 151 Endl. schol. Hor. carm. I 15, 7 'non Aulide iuravi' schol. Lucani V 236 427 Servius Aen. X 150 'manesve r.' Diomedes 369 433 Priscianus 704 'requiem s. f.' Charisius 52. 102. 114 P. exc. Charisii 547, 35 K. 435 'miserere s.' Arusianus p. 246 L.

VARIA LECTIO.

424 II *P* II *M* adferre *c*1 425 excidere χ, *anon. de verbo* 426 aut pgama *c*1 427 anchife *γ* CINERES *Pyabcm Servii exempl.* : *cf.* V 55. 81 CINEREM *M* : *cf.* 34 mane *b*1 reuulſi *Oblongus Pierii* revelli, *non* revulsi' *Servius* 428 NEGET *P* NEGAT *M* negat *γabc* 'cur mea dicta negat: *non interrogat, sed queritur; quidam* revelli *iungunt, ita ut sequatur:* cur mea dicta negat' (neget?) *Servius* DIMITTERE *Pyabc* AURES *M*2*b* aur.ſ *γ* auraſ *c* 430 FACILEM (L *add.*) *P* UESTOS *M* furentiſ *a*1 431 coiugium *γ* ANTIQVVM (V *m.* 2 *add.*) *P* ANTIQUUM *Myabc* 432 PULCRO *M* pulcro *ac* lato *γ* regnum . ue *γ* relinquit *c* 433 furoris *Mentel. m. pr., exc. Charisii* 434 furtuna *γ*1 DOLORE *M* dolore *γ*1*c*1 : *cf.* 474 435 *sq. damnat Peerlkampus : cf.* 429 ora *Ladevicus*]. miserere sororis] *quae tales ad preces redacta sit. Nisi forte ex v.* 478 *imitatione interpolata sunt.* 436 CUMDEDERIT *MPγ*1 cum dederiſ *γ*2*ab* condederiſ *c* CUMULATA *M* comulatã *b* MORTE *libri* sorte *Schraderus* remitto *b*1 relinquam χ '*sensus est*: quod beneficium cum mihi cumulatum dederis, sola morte

Talibus orabat, talisque miserrima fletus
fertque refertque soror. set nullis ille movetur
fletibus, haut voces ullas tractabilis audit:
fata obstant, placidasque viri deus obstruit auris.
ac velut annoso validam cum robore quercum
Alpini boreae nunc hinc nunc flatibus illinc
eruere inter se certant; it stridor, et altae
consternunt terram concusso stipite frondes;
ipsa haeret scopulis et quantum vertice ad auras
aetherias, tantum radice in Tartara tendit:
haut secus adsiduis hinc atque hinc vocibus heros
tunditur et magno persentit pectore curas,

TESTIMONIA.

441—446 Macrobius Sat. V 6, 13 442 'Alpini boreae f. r.' Asper 115, 9 K.

VARIA LECTIO.

derelinquam; *et hic intellectus est melior*, quam mihi cum dederis cumulatam, *quod sorori loquitur, quam lectionem Tucca et Varus probant. Nam male quidam legunt:* quam mihi cum dederit, *i. e. Aeneas*, cumulata morte relinquam, *et volunt intelligi:* acceptum ab illo beneficium mea morte cumulabo et sic relinquam ... *sed elocutio non procedit. Nemo enim dicit* veniam cumulata, *sed* cumulatam. [*Alii ita intelligunt:* reddam illi gratiam, occidam illum ... *an perplexe locuta est, ut solent loqui mali aliquid molientes?* cumulatam *autem* veniam *num quid solidam et plenam, et cui nihil desit debemus accipere?*]' *Servius* (*desunt in Cass.*) 437 horabat *c* talef *b* 438 FRET (*corr. minio*) *M* REFER *P* REFRET *M* SED *MP*2*yabc* 439 haud *Goth. pr.* AUT *MPyabcψ* illaf *b*1 440 Fa.ta *b* AVRES *Pyab* auraf *c* 441 uelud *c* QUAERCU~ *M* 442 hinc] hunc *b*1 fl&ibuf *b*1 443—463. 464—484 *F fol.* XXXVI 443 IRUERE *in ras. F* alte *b*, *Macrobii exempl.* 'alte *aut iugiter et diu, aut ex alto cadentes*' (altae) *Servius* 444 COCVSSO *P* ..ftipite (f *in ras.*) *b* 445 illa *Macrobii exempl.* her& *y* erat *b*1*c*1 fcopolif *ab* quantum ... tendit = *ge.* II 291 *sq.* oras *mavult Lachmannus Lucr.* 167 446 RADICE *Fa*1*bc*, *Servii exempl.* RADICEM *P* RADICEM *Myaz* tarthara *ya* mittit *Oblongus Pierii*, *χ* 447 HAVD *FPabc* affiduif *b*2*c* ATQ- HINC *sup. m.* 2 *F* adq; *c* HERUS *F*1 448 persensit *m*

vidit et aequatis classem procedere velis
litoraque et vacuos sensit sine remige portus,
terque quaterque manu pectus percussa decorum
flaventisque abscissa comas 'pro Iuppiter! ibit
hic' ait 'et nostris inluserit advena regnis?
non arma expedient totaque ex urbe sequentur,
diripientque rates alii navalibus? ite,
ferte citi flammas, date tela, impellite remos!
quid loquor, aut ubi sum? quae mentem insania mutat,
infelix Dido? nunc te facta impia tangunt?
tum decuit, cum sceptra dabas. en dextra fidesque,

TESTIMONIA.

587 'aequatis ... velis' Servius Aen. V 844 590 sq. 'pro ... regnis' Marius Victorinus 2475 'pro ... nostris' Charisius 5 'pro ... ait' Macrobius Sat. IV 2, 2 VI 6, 16 Probi inst. I 3, 3. 16, 2 Sergius in Donat. 1956 591 Charisius 3 'hic ... nostris' Marius Victorinus 2478 P. 'et ... regnis' Macrobius Sat. IV 3, 7 Arusianus p. 235 L. 592 Quintilianus IX 2, 11 Augustinus de civ. dei XVI 6 593 sq. 'alii ... remos' Claudius Sacerdos I 126 Charisius 251 Diomedes 443 Priscianus 1039 P. 'ite ... remos' Pompeius 377. 463 L. 'ite ... tela' Donati ars III 5, 2 593 'alii ... ite' schol. Lucani III 755 594 Priscianus 1105 P. Beda de tropis p. 340 'ferte c. flammas' Servius Aen. IV 384 595 'quid ... sum' Quintilianus IX 3, 25 596 sq. 'infelix ... dabas' Priscianus 841 'tum ... dabas. num ... tangunt' Cledonius 1924 P. 596 'nunc ... tangunt' Probi ars minor 733 597 Donatus ad Ter. Andr. III 3, 13 'tum ... dabas'

VARIA LECTIO.

periora languere sensit Wagnerus. E *M* et (*i. e.* ec) *Rottend. sec.* c *m.* 2 *add. c* ut] cum *b* PRIMAM *Pa* primam *γ* PRIMVM *Mbc* 587 arquatis *C. Fr. Hermannus mus. Rhen.* V 621 aequatis *testatur Servius et hic et* V 844 uelif (lif *m.* 2) *γ* 588 remige (nrig *m.* 2 *in ras.*, g *ex* R r *ut vid.*) *γ* PONTUS *M* 590 Flauentef *c* abfcifa *γ* abfcifa *abc* ABSCIASA *P* iupiter *γc* 591 hinc *χ* 593 deripient *Heinsius, defendit Wagnerus lect. Verg.* 342 : *cf.* I 211 alii navalibus ite *coniuncta ut in M legerunt Charisius Diomedes Priscianus Claudius* 594 FERFTE *P* flammaf, aſ ferrũ *γ* : *cf.* IX 37 ferrum *Prisciani* 1039 *et Diomedis ω* (*nisi quod* cum eptex *pro* citi ferrum *in Par. A legitur, quod explicare nequeo*) uela *Menag. pr., Prisciani* 1039 *Reg. et Bong.*, 1105 *Reg. et Par. O* IMPELLITE *Pabc* 596 NVNc *P* num *Probi ars minor, Cledonius* facta (c *erasa*) *a* fata *χ, Probi a. m. ed. princ., cod. Paris., Prisciani Reg.* 597 TVM *Mbc, Cledonius* TVNC *Pγa, Prisciani exempl.* con *c* dabat *Probi a. m. Bobiens.*

multaque praeterea vatum praedicta piorum
terribili monitu horrificant. agit ipse furentem
in somnis ferus Aeneas; semperque relinqui
sola sibi, semper longam incomitata videtur
ire viam et Tyrios deserta quaerere terra.
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus
et solem geminum et duplicis se ostendere Thebas,
aut Agamemnonius scaenis agitatus Orestes
armatam facibus matrem et serpentibus atris
cum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.

Ergo ubi concepit furias evicta dolore
decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque
exigit et maestam dictis adgressa sororem
consilium voltu tegit ac spem fronte serenat:

TESTIMONIA.

464 Priscianus 771 Servius Aen. IV 65 468 'et ... terr vius Aen. X 782 470 Terentianus Maurus 1204 471 'aut .. nis' Marius Victorinus 2480 'Orestes Agamemnonius' Diom 310 475 sq. 'decrevit ... exigit' Nonius 291, 20 475 'de que m.' Nonius 285, 20 schol. Hor. carm. I 37, 29 477 'spen Servius Aen. I 209

VARIA LECTIO.

464 MVLTA (M *erasa vel in ras.*) *F* PIORVM *M* PRIORVM *F. Prisciani exempl.* 'priorum: *legitur et* piorum' *Servius* 465 *m.* 2 *sup. P* 466 iN *P* RELIQVI *Mc* 467 *so*LA *P* SOLAM LONGAM *superscr. M* 468 *i*RE *P* Teucros *Schraderus* Tyric *vius* defertaf quaerere terraf *c*2*χ* 469 IIEVMENIDVM *Fya* DI *sup. m. rec. F* 470 gemnum *γ*1, gemi.um *γ*2 duplici *b* (S *m. ant.*) *F* HAEBAS (*corr. m. ant.*) *F* 471 AGAMEMNONE SCAENIS *FMPa*, *Marius Victorinus*, *Servius* fceniſ *ybc* cenis riis *ex* III 331 *Pieriani 'aliquot'* Poenis *Marklandus epist. cr et ad Statii silv.* III 3, 15 saevis *Hildebrandus in Iahnii annal* 175 472 FACIB-M *F* 473 VLTRICIS *ut rid. F* ultricef (l *corr ex* i) *γ* DIRAE *F*2*My*2*abc*, *Servius* DIVAE *F*1*Py*1 : *cf.* 610 V 475 TEMPVs *P* IPSA (A *m.* 2 *in ras.*) *F* 476 AC *M* m (a *post. corr. fort. ex* u) *γ* fictiſ *b*2, *Menag. pr.* factiſ (fa s *ras.*) *γ* 477 uoltu tegit *γ* VLTVTEGIT *Mab* VOLVITELE *post. corr. in* T) *F* ac (c *in ras.*) *b* ſerena *c*1

infandum caput ac terris adnare necessest
et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret:
at bello audacis populi vexatus et armis,
finibus extorris, complexu avolsus Iuli
auxilium inploret videatque indigna suorum
funera; nec, cum se sub leges pacis iniquae
tradiderit, regno aut optata luce fruatur,
sed cadat ante diem mediaque inhumatus harena.
haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.
tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum
exercete odiis cinerique haec mittite nostro
munera. nullus amor populis nec foedera sunto.
exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
qui face Dardanios ferroque sequare colonos,
nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.
litora litoribus contraria, fluctibus undas
inprecor, arma armis: pugnent ipsique nepotesque.'

TESTIMONIA.

613 'et terris . . . est' Servius Aen. VI 16 614 Nonius 455, 80 616 Nonius 15, 2 'finibus e.' Arusianus p. 229 L. 618 sq. 'nec . . . tradiderit' Servius Aen. I 6 620 'mediaque i. h.' Servius Aen. VI 332 622 sq. 'tum . . . odiis' Nonius 205, 2 627 schol. Hor. carm. II 10, 17 Servius Aen. I 20 628 sq. Donati ars III 5, 2 Claudius Sacerdos I 123 Charisius 251 P. Beda de trop. 378 C. 'litora . . . inprecor' Servius Aen. I 108 628 Diomedes 442 P. Pompeius 462 L.

VARIA LECTIO.

613 hac γ1 NECESSEEST *Pyabc* 614 et si χ id si *coni. Heinsius* 615 ET *M* Et *b*1 populi. *b* 616 CONPLEXV *Py* compressu *Macrobii Salisb.* conspectu *Nonius* auolſuſ γ auulſuſ *abc* 617 inploret *abc* IMPLORENT *M* 619 Tradederit γ1 620 in media *c* que *om.* '*bona pars codd.*' *Pierii* arena *b* *Desiderat Peerlkampus tale aliquid:* praeda feris iaceat. 621 PRAECOR *M* 622 O *M* 623 CINERII *P* VNOSTRO *P* 624 nec *in ras. b* 625 hinc *Peerlkampus* ex *testatur Servius* 626 Qui. (i *in ras.*) *a* fequere *b*1 629 deprecor *Claudii Sacerd. cod.* NEPOTESQVE *Mbcm*, *Charisii cod.*, *testatur Donatus: cf.* VII 470 NEPOTESQVE (QVE *fere eras.*) *P* nepoteſ. *a* nepoteſ $\gamma\chi$ *Beda, Servii exempl.* pugnent i. n. *rescindi voluit Schraderus*

dulce caput, magicas invitam accingier artis.
tu secreta pyram tecto interiore sub auras
erige, et arma viri, thalamo quae fixa reliquit
impius, exuviasque omnis lectumque iugalem,
quo perii, super inponas: abolere nefandi
cuncta viri monimenta iuvat, monstratque sacerdos.'
haec effata silet; pallor simul occupat ora.
non tamen Anna novis praetexere funera sacris
germanam credit nec tantos mente furores
concepit aut graviora timet quam morte Sychaei.
ergo iussa parat.

TESTIMONIA.

493 'magicas i. a.' Probi inst. I 7, 2 'magicas ... artis' Probi inst. I 18, 4 Arusianus p. 210 L. Diomedes p. 332. 436 Servius Aen. III 90 IV 646 494 sq. 'tu ... erige' Arusianus p. 261 L. 494 'tu ... interiore' Charisius 196 P. 495 sq. 'thalamo ... impius' Quintilianus VIII 6, 29 496 sq. 'lectum ... inponas' Diomedes 433 499 'pallor ... ora' schol. Hor. epod. VII 15 500 Servius ecl. VII 12 503 Marius Victo-

VARIA LECTIO.

493 MAGICA *M* magis *Probi inst.* I 7, 2 *cod.* ARTES (T *in ras.*) *P* artef *γab*, *Diomedis libri* 494 tū *cod. Neap.* tum *ed. pr. Charisii sed* tu *excerpta cod. Parisini* piram *γb* ININTERIORE *Pγ* 495 erige *e post. corr. ex* a, *ut vid.* *γ* ARAM *F* in thalamo *c* 496 EXSVVIAS *F* omnef *b* *minus apertum. subdistinguendum enim est pro voluntate dicentis. hoc enim voluit intellegi Dido, non esse lectum iugalem quo perierit. inmorandum est ergo et respirandum post* iugalem *et sic inferendum cum ὑποχρίσεως affectu* quo perii *Diomedes* 497 SVPERIMPONAS *Pγb* fuper inponaf *a*. *Diomedes* fup impona. f *c2* fup imponenf *c1* superinpones *Franc.* SVPERIMPONANT *F* SUPERINPONANT *M* 498 MONUMENTA *FMc1* muat *a1χ*. *Servius* IVAT *F* IVBET *P* IURET *suprascr. et eras.* 3 *lit.* *quarum prima* U *M* iubat *a corr. in e* ; iubet *a2bc* MONTRAT *P* 500 ANNANOVIS AN *post. fere eras.* *P* PRETEXERE *M* p.. texere *m. 2 a* praetexere *Servius* 501 TANTOS T *pr. fere eras.* *P* 502 CONCEPIT *Fb1* CONCIPIT *MPγab2c* aut *c* haud *γ2* aut *γ1* haud *χ* SYCHEI *Pc* fychey *γ* fichaei *b* *aut* quam *detrahimus, et stat elocutio, aut subaudimus:* graviora timet posse contingere quam quae morte Sychaei vel fecit vel passa est Dido *Servius. Intellegendum est:* quam quae in morte S. timuerat.

Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.
hic, postquam Iliacas vestes notumque cubile
conspexit, paulum lacrimis et mente morata
incubuitque toro dixitque novissima verba:
'dulces exuviae, dum fata deusque sinebant,
accipite hanc animam meque his exsolvite curis.
vixi et quem dederat cursum Fortuna peregi,
et nunc magna mei sub terras ibit imago.
urbem praeclaram statui, mea moenia vidi,
ulta virum poenas inimico a fratre recepi,
felix, heu nimium felix, si litora tantum
numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.'
dixit et os inpressa toro 'moriemur inultae,

ITIMONIA.

650 Servius ecl. VIII 20 651 Macrobius Sat. IV 6, 10 'dul-
e.' Servius Aen. IV 496 652 'me ... curis' Servius Aen. IV 2
653 Seneca epist. 12, 9 de vita beata 19 de benef. V 17 654
arisius 210 P. schol. Hor. carm. I 24, 15 655—658 Servius Aen.
696 655 Servius Aen. IV 75 656 Donatus ad Ter. Phorm. I 4,
'ulta v.' Servius Aen. I 363 657 sq. Macrobius Sat. VI 1, 42
650 sq. 'moriemur ... ait' Macrobius Sat. IV 2, 2 Servius Aen.
847

RIA LECTIO.

γ1, *Donati exempl.* 648 *hiC P* poſcam (*i. e.* posquam) *c*
)CTUM *M* 649 *co*NSPEXIT *P* paululum *a*1 lacrumis '*aliquot*'
eriani 650 *i*NCVBVIT *P* 651—662 *F fol. XXXVIIII* 651 *d*VL-
N
S *P* EXVVIAE (V *pr. in ras.*) *F* SINEBAT *P* SINEBAT *Mb* 652
CIPITE *P* me γ2, ne *ut vid.* γ1 abſoluite *c* 653. 656. 655. 654
I
c ordine Peerlkampus 653 VIX *F* PEREGTI (E *post. in ras.*) *F*
654 nunc] ñ, *i. e.* non *Charisii Neap. et fragm. Paris.* magna. γ
MEIS *M* meis *Charisii Neap.* iret *Charisii fragm. Paris.* ire
eap., unde nolim conicere Charisium hunc versuum ordinem 653. 655
658. 654 *legisse* 655 *sq. inverso ordine Mentel., Menag. alt., Sprot.:*
AE
n male, si quid video. 655 PRRCLARAM *M* STAT. VI (*erasa una*
)*P* ſtui *c* '*alii per interrogationem irridentis accipiunt, quasi non*
factum quod volebat' Servius. 656 a^{b} c A *M* '*alii haec quasi*
interrogationem volunt accipi, ut nihil dicat esse perfectum ...
en melior est sensus superior ... ut ordo sit: urbem praeclaram et
moenia statui vidi' *Servius* 659 hoſ γ moriamur *b*1

set moriamur:' ait 'sic sic iuvat ire sub umbras. 660
hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, et nostrae secum ferat omina mortis.'
dixerat, atque illam media inter talia ferro
conlapsam aspiciunt comites ensemque cruore
spumantem sparsasque manus. it clamor ad alta 665
atria; concussam bacchatur Fama per urbem.
lamentis gemituque et femineo ululatu
tecta fremunt, resonat magnis plangoribus aether,
non aliter quam si inmissis ruat hostibus omnis
Carthago aut antiqua Tyros, flammaeque furentes 670

TESTIMONIA.

660 'sic sic ... umbras' Isidorus orig. I 35, 10 'iuvat ... umbras' Charisius 210 P. 661 sq. 'hauriat ... Dardanus' Nonius 487, 32 Donati ars III 2, 3 Claudius Sacerdos I 89 Charisius 239 P. Pompeius 434 L. schol. Hor. carm. IV 6, 12 Servius Aen. IV 159 XII 946 schol. Veron. 100, 24 K. 661 'hauriat ... ignem' Servius Aen. IV 359 664 sq. 'ensem ... manus' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 19 668 'resonat ... aether' Arusianus p. 258 L. 669 sq. 'non ... Tyros' Macrobius Sat. IV 6, 5 Iulius Rufinianus 214 R.

VARIA LECTIO.

660 SED *FPγabc* MORIAMVR (A *m.* 2 *in ras.*) *F* AIT *F* fi[c] fic *γa* 'sic? sic *quasi interrogatio et responsio ... unde alii dicunt verba esse se ferientis.* [*alii ita distinguunt:* sed m. ait, *et* sic *post adiciunt:* sic sic iuvat ire s. u.]' *Servius* IVAT *F* IVBAT *M* (uolat *Charisii cod.* uolitare *ed. pr.*) fub (b *m.* 2) *γ* 661 cludelif *γ* 662 SECUM NOSTRAE *M teste Fogginio* omn. a *γ*2 omnia *γ*1 663—667. 668—688 *F fol. XL* 663 ADQVE *F* ILLA (*corr. m. rec.*) *F* 664 CONLABSAM *FMP* accipiunt *Menag. alt.* 665 IP *P* ET *FM*1 AT *P* 666 fama *vulgo* 667 LAMENTISCVM *M* GEMITV *M* FEMINEo (O *m.* 2 *add.*) *P* VLVLATOV *M* 668 FREMVNT (F *fort. corr. ex* T) *F* magnis *om. Arusianus, qui fortasse* magnis resonat *in suo exemplari invenerat, ut habet Voss. alt. Nec id displicet.* plangoribuf (p *e corr. m. ant.*) *b* CLANGORIBVS *Pa, Arusiani Gu.* 669 ALTER *F* IMMISSIS *Mb* IMMISSA *F* RVIT *P In mg.* ※ *et ad* 671 B *in F* 670 *hic om., post* 677 *addita in mg.* ※ *nota F* Cartago *ac* tyrof *γ* tyruf *aχ*

at non infelix animi Phoenissa, neque umquam
solvitur in somnos oculisve aut pectore noctem
accipit: ingeminant curae, rursusque resurgens
saevit amor, magnoque irarum fluctuat aestu.
sic adeo insistit secumque ita corde volutat:
'en quid ago? rursusne procos inrisa priores
experiar, Nomadumque petam conubia supplex,
quos ego sim totiens iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes atque ultima Teucrum
iussa sequar? quiane auxilio iuvat ante levatos
et bene aput memores veteris stat gratia facti?
quis me autem, fac velle, sinet ratibusve superbis
invisam accipiet? nescis heu, perdita, necdum

TESTIMONIA.

529 'at ... Phoenissa' Iulius Rufinianus 246 R. Servius Aen. IX 123 520 sq. 'nec ... somnos' schol. Hor. carm. III 7, 8 530 sq. 'oculis ... accipit' Macrobius Sat. VI 6, 7 534 'en ... ago' Donatus ad Ter. eun. I 1, 1 Probi inst. I 1, 1. 2, 1 Servius Aen. I 37 534 sq. 'en ... experiar' Macrobius Sat. IV 6, 11 Iulius Rufinianus 212 R. 535 'nomadum ... supplex' Servius Aen. I 73 536 Servius Aen. II 344 IV 399 VII 190 ecl. VIII 18 537 'Iliacas i. e.' Probi inst. I 10, 3 Cledonius 1931 P. 539 'et ... stat' Probi inst. I 9, 10 541 sq. 'nescis ... gentis' Donatus ad Ter. eun. I 1, 5 'necdum ... gentis' schol. Hor. carm. III 3, 21 Servius Aen. I 468

VARIA LECTIO.

529 animiſ *b*1 foeniſſa *γ*1, poeniſſa *γ*2 NEQVE (Q *corr. in* C, VE *eras.*) *P* NAEQ· *M* nec *γabc*, *schol. Hor.* 530 OCVLISVE (VE *add. m.* 2) *P* oculiſque *aχ*, *Macrobii exempl.* 531 ruſſuſ c 532 : *cf.* VIII 19 XII 486 SAEVITI *P* AESTV (A *add. m.* 2) *P* 534 en quid agam *χ* heu quid ago *m* heu quid agam? *Donatus : cf.* 283. X 675 ruſſuſne *in ras. c* 535 Experior *c*1 nomadum *γc* numadum *a*1 Numidum *Servii exempl., qui tamen* 'numidas, *i. e.* vagos' *interpretans* Nomadum *et ipse legisse videtur : cf.* 320 536 ſim *γ* quosne ego sum *Peerlkampus* 537 AGITUR *M* atque] at *sup. b* 538 *om., in mg. m. ant. add. c* SEQUIANE *M* 539 aut *bcm* apud *ac* SAT *P* 540 SINAT *P* sinet *Servius* ratibuſq: *b* ratibusque *χ*, *Servii exempl.* 541 INUISAM *M* Inuiſam (ui *in ras.*) *b* Inriſam (r *m.* 2 *in ras.*) *γ* : *cf.* 534 'irrisam, *alii* invisam' *Servius*

Laomedonteae sentis periuria gentis?
quid tum? sola fuga nautas comitabor ovantis?
an Tyriis omnique manu stipata meorum
inferar et quos Sidonia vix urbe revelli,
rursus agam pelago et ventis dare vela iubebo?
quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem.
non licuit thalami expertem sine crimine vitam
degere, more ferae, talis nec tangere curas;
non servata fides cineri promissa Sychaeo.'
tantos illa suo rumpebat pectore questus.

Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,
carpebat somnos rebus iam rite paratis.
huic se forma dei voltu redeuntis eodem
optulit in somnis rursusque ita visa monerest,
omnia Mercurio similis, vocemque coloremque

TESTIMONIA.

545 Probi inst. I 7, 2 'quos ... revelli' Servius Aen. I 361 547 Maximus Vict. de carm. her. 5 'ferro ... dolorem' schol. Hor. carm. III 27, 37 550 sq. 'non ... ferae'. Quintilianus IX 2, 64 schol. Hor. carm. I 31, 18 'expertem ... ferae' Servius Aen. IV 458 'sine ... degere' Arusianus p. 225 L. 552 Servius Aen. IV 34. 50. 458 553 Nonius 196, 4 555 Probi inst. I 9, 10 556 'forma d.' Servius Aen. IV 571 558 sq. Isidorus orig. II 21, 40 anecd. Paris. Eckst. 19, 13 'omnia ... flavos' Servius Aen. I 332 558 Donatus ad Ter. adelph. II 3, 10 Marius Plotius p. 249 G. 'omnia M. s.' Charisius 84 Diomedes 459 P. 'similis Mercurio' appendix ad Probi artem min. 31 p. 442 Endl.

VARIA LECTIO.

542 Laumedonteae *b* I 543 QVIT *MP* quid *yabc* ouantef *c* 544 MANVS *P* 545 INFERET *M* 'insequar; *alii* inferar' *Servius* QVŌ *P* quod *γ* 1 546 uella *c* 1 547 ef *sup. b* 548 *sq. post* 418 *collocavi* 550 talami *a* 551 'ferae ... *multi* fere *adverbium volunt' Servius.* ferae *vindicat Quintilianus* 552 *in ras. m. rec. b* ficheo *ac* suchaco *Pieriani* SYCHAEIES *P* SYCHAEI *M* 'Sichaeo *pro* Sichaeio *vel* promissa Sichaeo non servata cineri' *Servius* 553 fuof *a* 555—575. 576—583 *F fol. XXXVIII* 555 IAMRETE (M *in ras.*) *F* iam rite (amrite *in ras.*) *b* 557 oPTVLIT *P* OBTVLIT *FMyab* RVRSVS (R *all. in ras.*) *F : fuitne* russus? ITA *m.* 2 *sup. F* iussa, *i. e.* uissa *Franc.* monereſt *γ* MONEREEST *FMabc* 558 oMNIA *P*

et crinis flavos et membra decora iuventae:
'nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos,
nec quae te circum stent deinde pericula cernis,
demens, nec zephyros audis spirare secundos?
illa dolos dirumque nefas in pectore versat,
certa mori, variosque irarum concitat aestus.
non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?
iam mare turbari trabibus saevasque videbis
conlucere faces, iam fervere litora flammis,
si te his attigerit terris Aurora morantem.
heia age, rumpe moras. varium et mutabile semper
femina.' sic fatus nocti se inmiscuit atrae.

TESTIMONIA.

559 schol. Hor. carm. I 10, 3 'et c. f.' Nonius 202, 25 'et membra d. i.' Servius Aen. I 590 560 Nonius 283, 3 562 'nec - - . secundos' Servius Aen. IV 223 V 2 563 'illa ... nefas' Consentius 2035 P. 564 'certa m.' Servius Aen. VI 456 565 Nonius 307. 32 567 'iam ... flammis' Nonius 503, 17 569 sq. 'eia ... femina' schol. Hor. carm. I 5, 7 'varium ... femina' Donatus ad Ter. hec. II 1, 17 Isidorus orig. XVIII 15, 9 Cassiodorus de dial. T. II p. 547 b ed. Ven. a. 1729 Servius Aen. I 661 'varium et m. genus' Isidorus orig. II 30, 6 569 'eia a. r. m.' Probi inst. I 13, 2 Claudius Sacerdos I 55. 81 Charisius 172

VARIA LECTIO.

559 *c*T *P* membra ac *schol. Hor.* IVVENTAE *Pya, schol. Hor., Servius* iuuenta. *b* IVVENTA *Mc, anecd. Paris.* IVENTA *F* 560 *n*ATE *P* potef — fomnof *in ras. b* poten oc *ut vid. c*1 potef. boc *c*2 hoc *o m. 2 γ* . CA SV *erasa una lit. inter* A *et* S, *F: fuitne* cassu? 561 *n*EC *P* Nec *γ* te quae *cm* 562 zephyrof yrof *m. 2 in ras.*, zaephirof *c* SPERARE *Fa*1 SECVNDOS OS *m. 2 in ras.*, *F* 563 ILLAS *M* uerfat at *in ras. a* 564 *cf.* 532 VARIOS *FPyb2cm* fluc'uat SUARIO *M* uario *ab*1 CONCITAT *FPcm* concitat *γ* FLVCTVAT *Mab* AESTVS *Pyb2cm* AESTV *FMab*1 565 FVGIS *V in ras.*, *Fa* HIC *M* IN *F* : *cf. ge.* I 203 *Aen.* VI 578 566 TVRBARE *ut vid. F* TRABRIBUS *M* 567 litora fervere *Nonius* littora *b*1 flammaf *c*1 568 Sith .if *a* attegerit *a*1 569 *cf. ge.* III 42 heia age] *cf. Lachmannus Lucr.* 164 rompe *c* 570 fatif *γ* IMMISCUIT *M* IAMMISCUIT *F*

Tum vero Aeneas subitis exterritus umbris
corripit e somno corpus sociosque fatigat:
'praecipites vigilate, viri, et considite trastris;
solvite vela citi. deus aethere missus ab alto
festinare fugam tortosque incidere funis
ecce iterum stimulat. sequimur te, sancte deorum,
quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes.
adsis o placidusque iuves et sidera caelo
dextra feras.' dixit vaginaque eripit ensem
fulmineum strictoque ferit retinacula ferro.
idem omnis simul ardor habet, rapiuntque ruuntque:
litora deseruere, latet sub classibus aequor,
adnixi torquent spumas et caerula verrunt.

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
regina e speculis ut primam albescere lucem

TESTIMONIA.

572 sq. 'socios ... viri' Nonius 304, 6 573 'praecipites v. v.' Servius Aen. V 144. 456 574 'solvite v. c.' schol. Hor. carm. III 2, 20 575 Servius Aen. III 640 'festinare f.' Arusianus p. 231 L. 576 sq. 'sequimur ... es' Charisius 239 schol. Veron. 88, 32 K. 576 'sequimur ... deorum' Charisius 240 582 'latet ... aequor' schol. Lucani III 566 V 707 IX 35 584 sq. Macrobius Sat. V 6, 15 Charisius 245 Diomedes 456 P. Beda de trop. 382 C. Isidorus orig. I 36, 15 Donati ars III 6, 2 584 Macrobius Sat. VI 1, 25 585 Macrobius Sat. VI 1, 31 Pompeius 471 L. Servius Aen. XI 183 586 sq. Servius Aen. V 1

VARIA LECTIO.

571 Tum de uero *voluit* tum demum, *ni f.* e1 572 E *M* 573 *'sane nonnulli ita distinguunt:* sociosque fatigat praecipites, *ut allocutio hinc videatur incipere:* vigilate' *c. q. s. Servius* uiri — transtris *in ras. b* CONSEDITE *F ut vid.*, *M1* TRASTRIS *F* TRANSTRIS *ceteri* 575 FVNES *Fγ2bc* 576 INSTIMVLAT *quod potest ortum esse ex* istimulat *scriptura Pγc* INSTIMVLAD *b in ras. F* sanctae *γ* scae *a erasa a* *'aut distinguendum* sancte, *aut* sancte deorum *secundum Ennium dixit' Servius* 577 tuo *'plerique' Pierium* iterum *testatur Servius* 578 IVVES IVV *angusto spatio in ras., ut* IVES *scriptum fuisse videatur F* 579 *'ripit γ* 581 omnef *b* 583 = III 208. *ut dubitem an hic genuinus sit.* SPVMANS *M* 584 *sq.* = IX 459 *sq.*, *displicuerunt hic Peerlkampo non immerito.* 585 liquens *Diomedis codd.* 586 *post su-*

occurrit tellus, maria undique et undique caelum:
olli caeruleus supra caput astitit imber
noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.
ipse gubernator puppi Palinurus ab alta
'heu! quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?
quidve, pater Neptune, paras?' sic deinde locutus
colligere arma iubet validisque incumbere remis,
obliquatque sinus in ventum ac talia fatur:
'magnanime Aenea, non, si mihi Iuppiter auctor
spondeat, hoc sperem Italiam contingere caelo.
mutati transversa fremunt et vespere ab atro
consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
nec nos obniti contra nec tendere tantum
sufficimus. superat quoniam Fortuna, sequamur,

TESTIMONIA.

9 'caelum undique et undique pontus' Quintilianus XII procem. 4 'caelum undique et undique pontus. nunc unda tenebris inhorrescit, et caeca nocte nimborum spumei fluctus canescunt. hortaris ut tumida vela suspendam, rudentes explicem, clavum regam' Hieronymus epist. ad Rufinum 1 10 Priscianus 994 11 'inhorruit u. t.' Arusianus p. 239 L. schol. Hor. carm. I 23, 5 13 Priscianus 1034. 1060 schol. Veron. 102, 30 K. 'heu ... cinxerunt' Probi inst. I 9, 7 'quianam' Quintilianus VIII 3, 25 'quianam ... nimbi' Charisius 172 Priscianus 1027 14 'quidve ... paras' schol. Hor. carm. I 3, 3 Servius Aen. III 89 15 Nonius 273, 19 Priscianus de XII vers. Aen. 2, 11 'colligere a. i.' Servius Aen. I 119. 183 15 sq. 'validis ... ventum' Servius Aen. I 104 17 'magnanime A.' Pompeius 115 L. Cassiodorus de dial. (T. II p. 547 b ed. Ven. 1729) 19 'mutati t. f.' Servius ge. I 318 20 Isidorus de nat. rer. 32 p. 58 B. 'atque ... aer' Isidorus orig. XIII 7, 2 Servius Aen. I 71. 587 21 sq. 'nec nos ... sufficimus' Nonius 386, 6 21 'nec ... contra' Servius Aen. II 378

VARIA LECTIO.

9 teluſ γ caelum undique et undique pontus *ut* III 193 *Longob.*, *Quintilianus*, *Hieronymus* 10 SVPPRA *P* ASTITIT *Pb*2 astetit *Prisciani* φ ASTITIT *M* adſtitit *yab*1 *ut vid.*, *c* 11 hiemen *c* inorruit *b* inorruit *c* tenebr. if (i *m. rec. in ras.*) *a* 14 quique *schol. Hor.* 15 corripere *prop. Ladevicus* colligere *testantur Servius et Nonius* 16 ſonuſ γ1 17 MAGNANIMAE *M* 18 HOC *M* contigere γ 19 ATRO *M* atro *testatur Servius* 20 nubes *Isidorus de nat. rer.* 22 QUONIAM *superscr. M*

quem secum patrios aiunt portare penates,
quem subiisse umeris confectum aetate parentem!
non potui abreptum divellere corpus et undis
spargere, non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium patriisque epulandum ponere mensis?
verum anceps pugnae fuerat fortuna. fuisset:
quem metui moritura? faces in castra tulissem
inplessemque foros flammis natumque patremque
cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
tuque harum interpres curarum et conscia Iuno,
nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes,
et dirae ultrices et di morientis Elissae,
accipite haec meritumque malis advertite numen
et nostras audite preces. si tangere portus

TESTIMONIA.

Probi ars minor 733 599 Arusianus p. 259 L. 'quem ... parentem audierat' Donatus ad Ter. Andr. II 5, 14 600 sq. 'non ... spargere' Donatus ad Ter. Andr. IV 3, 3 schol. Hor. carm. III 27, 46 600 'non ... corpus' Servius Aen. I 663 IV 436. 563 603 Donatus ad Ter. Phorm. I 3, 7 Iulius Rufinianus 270 R. 605 'inplessemque f. f.' Cledonius 1895 P. 605 sq. 'natum ... dedissem' Servius Aen. IV 508 606 Priscianus 882 schol. Hor. serm. I 9, 72 'memet ... dedissem' Claudius Sacerdos I 79 607 'sol qui t.' Diomedes 423 608 Nonius 328, 26 609 Servius ecl. III 26 610 'nec di m. E.' Servius Aen. XII 538 612—620 'si ... arena' Macrobius Sat. V 12, 5

VARIA LECTIO.

598 AIUNT (I *sup. minio p.*) *M* PORTASSE *M*, *fortasse Servius, qui* 'ubi sunt qui aiunt patrios penates portasse' *exponat.* 599 '*quidam in utroque versu pro* quem *legunt* qui, *ut sit vetus figura*' *Servius* subiſſe *b* humeriſ *ya* UMERAS *M* VMERO *P* 600 apreptum *c* avulſum *Donati exempl.* DEVELLERE *Pyla* 602 *as*CANIVM *P* patriſ. (ſ *m. 2 corr. ex* i, *ut vid.; erasa* ſ) *γ* 603 *v*ĖRVM *P* pugna *b*1 605 *i*NPLESSEM *P* IMPLESSEM *Mabc* Implefem *γ* 606 et memet *schol. Hor.* 608 harum *γ* arum *c* carum *Nonius* concia *γ* 609 HAECATE *Pb*1 HAECATE *M* haechate *γ* haecaten (n *erasa*) *a* triuiſ *a* 610 dire *γ* DI *M* DII *Pya* eliſae *γ* 611 que (e *m. 2 in ras.*) *γ* 612 praeceſ *γ* ſi *m. 2 in ras. γ*

infandum caput ac terris adnare necessest
et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret:
at bello audacis populi vexatus et armis,
finibus extorris, complexu avolsus Iuli
auxilium imploret videatque indigna suorum
funera; nec, cum se sub leges pacis iniquae
tradiderit, regno aut optata luce fruatur,
sed cadat ante diem mediaque inhumatus harena.
haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.
tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum
exercete odiis cinerique haec mittite nostro
munera. nullus amor populis nec foedera sunto.
exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
qui face Dardanios ferroque sequare colonos,
nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.
litora litoribus contraria, fluctibus undas
inprecor, arma armis: pugnent ipsique nepotesque.'

TESTIMONIA.

613 'et terris . . . est' Servius Aen. VI 16 614 Nonius 455, 80 616 Nonius 15, 2 'finibus e.' Arusianus p. 229 L. 618 sq. 'nec . . . tradiderit' Servius Aen. I 6 620 'mediaque i. h.' Servius Aen. VI 332 622 sq. 'tum . . . odiis' Nonius 295, 2 627 schol. Hor. carm. II 10, 17 Servius Aen. I 20 628 sq. Donati ars III 5, 2 Claudius Sacerdos I 123 Charisius 251 P. Beda de trop. 378 C. 'litora . . . inprecor' Servius Aen. I 108 628 Diomedes 442 P. Pompeius 462 L.

VARIA LECTIO.

613 hac γ1 NECESSEEST *Pyabc* 614 et si χ id si *coni. Heinsius* 615 ET *M* Et *b*1 populi. *b* 616 CONPLEXV *Py* compressu *Macrobii Salisb.* conspectu *Nonius* auolſuſ γ auulſuſ *abc* 617 imploret *abc* IMPLORENT *M* 619 Tradederit γ1 620 in media *c* que *om.* '*bona pars codd.*' *Pierii* arena *b* *Desiderat Peerlkampus tale aliquid:* praeda feris iaceat. 621 PRAECOR *M* 622 Ō *M* 623 CINERII *P* VNOSTRO *P* 624 nec *in ras. b* 625 hinc *Peerlkampus* ex *testatur Servius* 626 Qui. (i *in ras.*) *a* fequere *b*1 629 deprecor *Claudii Sacerd. cod.* NEPOTESQVE *Mbcm*, *Charisii cod.*, *testatur Donatus: cf.* VII 470 NEPOTESQVE (QVE *fere eras.*) *P* nepotef. *a* nepotef $\gamma\chi$ *Beda, Servii exempl.* pugnent i. n. *rescindi voluit Schraderus*

nunc ultro ad cineres ipsius et ossa parentis
(haut equidem sine mente reor, sine numine divom)
adsumus, et portus delati intramus amicos.
ergo agite et laetum cuncti celebremus honorem:
poscamus ventos, atque haec me sacra quodannis
urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.
bina boum vobis Troia generatus Acestes
dat numero capita in navis; adhibete penates
et patrios epulis et quos colit hospes Acestes.
praeterea, si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit radiisque retexerit orbem,
prima citae Teucris ponam certamina classis;
quique pedum cursu valet et qui viribus audax
aut iaculo incedit melior levibusque sagittis,
seu crudo fidit pugnam committere caestu,
cuncti adsint meritaeque expectent praemia palmae.

TESTIMONIA.

59 Lactantius instit. div. I 15 60 Nonius 287, 24 'templis s. f. d.' Servius Aen. I 73 62 sq. 'adhibete ... epulis' Arusianus p. 210 L. 64 sq. 'praeterea ... extulerit' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 69 'praeterea ... diem' Claudius Sacerdos I 74 66 schol. Hor. epod. IX 20 67 Nonius 242, 19 68 'aut ... melior' Servius Aen. I 46 'iaculo i. m.' de gen. nom. 83, 18 H. 69 Servius ge. III 20 70 'meritaeque e. p. p.' Servius Aen. I 209

VARIA LECTIO.

55 adl̄ ET (T *corr. in* D) *M* ORA *P* 56 Haud *abc* Aut *γ*1 DIVVM *MPyab* diue *c* 57 intra. muſ *c* : *cf. Lachmannus Lucr.* 291 59 VENTOS *libri, Lactantius, Servius : cf.* 772 *sqq.* veniam *Waddelius* votis *Peerlkampus* manes *Wagnerus*, *'si hariolationi locus esset'* ADQVE R mea *bc*1 QVODANNIS *Py* qt̄aumſ (t *e corr.*) *b* QVOT-ANNIS *R* QVOTANNIS *Mac* 60 orbe velim positam *Nonii exempl.* templiſ ſibi fer(re) *in ras. γ* 61 Troia vobis *m* 62 *sq. post* 68 *b* 62 NABIS *M* nauef *a* 65 AURARO *M* 66 CITAEA *P* cite *γ* CITATAE *R* 67 Qui. que *c* 'viribus audax: *hoc ad omnia pertinet. Et potest non subdistingui, quamvis quidam luctationem accipiant, quod non reddidit' Servius* 68 arcu *Peerlkampus* iaculo *Servius* incendit *γ*1 VE *Rb* 69 CRUDU *M*1 70 merite *γ*2 meriti *γ*1 EXSPECTENT *MR* expectant *γa*1 premia *γ*

At regina, pyra penetrali in sede sub auras
erecta ingenti taedis atque ilice secta,
intenditque locum sertis et fronde coronat
funerea; super exuvias ensemque relictum
effigiemque toro locat, haut ignara futuri.
stant arae circum, et crinis effusa sacerdos
ter centum tonat ore deos, Erebumque Chaosque
tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.
sparserat et latices simulatos fontis Averni,
falcibus et messae ad lunam quaeruntur aënis
pubentes herbae nigri cum lacte veneni;
quaeritur et nascentis equi de fronte revolsus
et matri praereptus amor.

TESTIMONIA.

rinus 2473 P. 506 'intenditque l. s.' Servius Aen. II 237 V 403 507 'ensemque r.' Servius Aen. IV 495 508 Servius ecl. VIII 75 510 'ter ... deos' Asper 114, 20 K. 511 Probi inst. I 17, 2 'tria v. o. D.' Isidorus orig. VIII 11, 57 schol. Germanici p. 111 B. Servius ecl. VIII 75 512 Macrobius Sat. III 1, 7 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 19 Servius Aen. II 116 513—516 Appuleius apolog. 30 513 sq. Macrobius Sat. V 19, 9 514 'pubentes h.' Servius Aen. XII 413 'nigri ... veneni' Macrobius Sat. VI 6, 9 schol. Hor. carm. I 12, 27 serm. I 4, 85 515 sq. schol. Iuvenalis VI 616 Lucani VI 456

VARIA LECTIO.

504 AD *Py* PYRA-M *M ex* 494 pyra (r *corr. ex* p, a *m. 2 in ras. 2 litt.*) *γ* '*notatus est hic versus: vitiosa est enim elocutio, quae habet exitus similes, licet sit casuum dissimilitudo*' *Servius*, pyra *firmans* 505 TAEDIS (I *an* E *non. liq., cras.*) *P* ADQVE *F* 506 CORONANT *F* 507 funereaſ *γ*1 508 thora *c*1 HAVD *FPabc* 509 *st*ANT *P* ARE *F* crineſ *c* 510 *t*ER *P* DEOSM (OS *in ras.*) *F* herebum *b* 511 *t*ERGEMINAM *P* HAECATEN *P* haecaten *γ* haecat.en *c* 512 *s*PARSERAT *P* fontef *γ*1 513 *f*ALCIBVS *P* MESSE *FM* QVAERANTVR (*corr. m. rec.*) *F* queruntur *γ* AENEIS *F* aheneis '*plerique*' *Pieriani : cf.* II 470 IX 165 514 *p*VBENTES *P* nigrum ... venenum *schol. Hor. carm.* 515 QUAERENTISTUR *M* FRONTE (T *m. rec. in ras.*) *K* REVVLSVS *Pyabc* REVVLSVS (S *alt. m. rec. in ras.*) *F* revulsum *schol. Iuvenalis* 516 praer.ptuſ *γ* praeruptuſ *c*1*χ*, *schol. Lucani* '*si quis* praereptum *habeat*' *Plinius n. h.* VIII 42, 66

dixerat haec, adytis cum lubricus anguis ab imis
septem ingens gyros, septena volumina traxit,
amplexus placide tumulum lapsusque per aras,
caeruleae cui terga notae maculosus et auro
squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
mille iacit varios adverso sole colores.
opstipuit visu Aeneas. ille agmine longo
tandem inter pateras et levia pocula serpens
libavitque dapes rususque innoxius imo
successit tumulo et depasta altaria liquit.
hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
incertus, geniumne loci famulumne parentis
esse putet: caedit binas de more bidentis
totque sues, totidem nigrantis terga iuvencos,
vinaque fundebat pateris animamque vocabat

TESTIMONIA.

84 cf. schol. Veron. 94, 23 K. 'adytis . . . imis' Nonius 191, 17 'adytis' Servius Aen. V 48 87 'caeruleae . . . notae' Nonius 354, 24 87 sq. 'maculosus . . . fulgor' Nonius 430, 26 93 'successit t.' Servius Aen. V 48 'altaria' schol. Veron. 94, 25 K. 95 'incertus . . . loci' schol. Veron. 95, 1 K. 96 'caedit . . . bidentis' Nonius 272, 7 Servius Aen. V 78 96. 98 'mactat binas . . . bidentes Vinaque f. p.' (om. 97) Servius Aen. IV 200 98 sq. Macrobius Sat. V 7, 2 98 'vina-

VARIA LECTIO.

84 ADYTUS (TUS *minio p.*) *M* aditiſ *γab* libricuſ *b* A*ng*VIS *V* 85 *ingens — volumi*NA *V* ſeptene *γ*1 86 PLACIDAE *R* *placide — lapsu*S *V* LABSUS *M* 87 *terga — et V* PERGA *P* no.te *γ* 88 SQ*uamam — nubibus V* AMC℥ (*ut vid.*) *V* 89 : *cf.* IV 701 89 M*ille — V* τa.it (τ *pr. corr. ex* i) *γ* TRAHIT *Rc* trait *ab* VARIOSVANOS (*corr. m. rec.*) *P* 90 OBSTIPVIT *MPR Vγab* ꝓuiſu *a*1 V*isu aenea*S *V* *agmine longo V* P*atera*S *V* LAEVIA *R* 92 ruſuſ *c* RVRSVS *MPRγab* INNOXIMUS *M* 93 LIN·QUIT *M* linquit *m* 94 IN*cepto*S *V* incoeptoſ *b* HONORAT *R* 95 Incertoſ *γ* GENI*u*MNE *V* LOCUM *P* 96 CAEDITBINAS *M* : *cf.* 61. 77 CAEDITQ·BINAS *R* CAEDITQVINAS *PVγabcm*, *Nonius : testatur Servius Aen.* V 78 mactat binas *Servius Aen.* IV 200 bedenteſ *c* 97 SUOS *M* nigranteſ (t *e corr.*, e *corr. ex* i) *γ* nigranteſ *ab* 98—101 *om. Dorvill.* 98 ſudebat *b*

Anchisae magni manisque Acheronte remissos.
nec non et socii, quae cuique est copia, laeti
dona ferunt, onerant aras mactantque iuvencos,
ordine aēna locant alii fusique per herbam
subiciunt veribus prunas et viscera torrent.

Expectata dies aderat nonamque serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant,
famaque finitimos et clari nomen Acestae
excierat: laeto complerant litora coetu
visuri Aeneadas, pars et certare parati.
munera principio ante oculos circoque locantur
in medio, sacri tripodes viridesque coronae
et palmae pretium victoribus, armaque et ostro
perfusae vestes, argenti aurique talenta;
et tuba commissos medio canit aggere ludos.
prima pares ineunt gravibus certamina remis
quattuor ex omni delectae classe carinae.

:STIMONIA.

e f. p.' schol. Hor. carm. III 23, 3 99 Sidonius Apollinaris epist. 17 104 'expectata d. a.' Charisius 86 104 sq. 'serena iam luce' rvius Aen. V 64 106 sq. 'fama . . . excierat' Priscianus 865 6 'clari nomen A.' Charisius 51 108 'pars . . . parati' Servius :n. V 293 110 sq. 'sacri . . . victoribus' schol. Hor. carm. IV 8, 3 110 'sacri t.' Servius Aen. V 311 111 'et . . . victoribus' Nons 366, 7 113 Nonius 249, 8 114 'gravibus c. r.' Servius Aen. V 274

.RIA LECTIO.

99 MAGNAE *M* MANES *Rb* remissos acheronte *c* 100 CUIQ·
:T *Mc* cumque est *γ*1 101 onerantq: *c* 104 EXSPECTATA *M* EXSPEC-
\T *R* aderat *om.* *γ* 105 PHAETONTIS *Rγb* PHAETONTIS *M* 106 duri
arisii cod. (*sed* Darii *ed. pr.*) ACAESTAE *M* acefte *γ* 107 EXIE-
\T *Pc* EXIERAT *R* CONPLERANT *Pγ* cō. plerant *b* COMPLEBANT *M*
mplerunt *χ* 109—113. 114—134 *F fol.* XLI 109 PRINCIO *P*
1 palme *γ* PRAETIVM *Rγ* PRAETIUM *M* ARMAQVET *P* 112
'RI (I *m.* 2 *add.*) *P* AVRO *R* TALENTA *FRbcm, Servius : cf.* X 526.
:1 XI 333 TALENTVM *MPγ ut* 248 113 ut *Rottend. sec.* LUDUS
'1 114 parif *γ*1 raemif *γ*

velocem Mnestheus agit acri remige Pristim,
(mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi)
ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram,
urbis opus, triplici pubes quam Dardana versu
impellunt, [terno consurgunt ordine remi,]
Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna, Scyllaque Cloanthus
caerulea, genus unde tibi, Romane Cluenti.

Est procul in pelago saxum spumantia contra
litora, quod tumidis submersum tunditur olim
fluctibus, hiberni condunt ubi sidera cori;
tranquillo silet immotaque attollitur unda
campus et apricis statio gratissima mergis.
hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
constituit signum nautis pater, unde reverti
scirent et longos ubi circumflectere cursus.

TESTIMONIA.

116 Nonius 535, 27 117 'mox I. M.' Charisius 184 P. 118 sq. 'ingentem ... opus' Claudius Sacerdos I 163 'Chimaeram u. o.' Arusianus p. 250 L. 119 sq. 'triplici ... impellunt' Servius Aen. I 182 ge. IV 144 121 'domus ... nomen' Servius Aen. III 85 122 'Centauro i. m.' Donatus ad Ter. eun. prol. 32 124 'est ... saxum' Servius Aen. III 13 125 sq. 'quod ... fluctibus' Priscianus 1018 'tumidis quod fluctibus olim tunditur' Agroetius 2268 P. Servius Aen. I 20 128 'et ... mergis' schol. Persii VI 30

VARIA LECTIO.

116 MNESTEVS (H *minio p.*) *M* mneſteuſ *γ* mneſtheuſ *b* PRISTIM *FRbc, Nonii libri* PRISTIN *Mγ* RISTIN *P* pistrin *χ* 118 giaſ *γ* CHIMERAM *FMRb* 119 qua *b* 120 *i*MPELLVNT *P* impellit *χ* impellunt *testatur Servius* terno ... remi *cum mera sit antecedentium interpretatio, vereor ut poeta scripserit.* 121 SERGES *F* 122 CLONTHVS *F* choantuſ *c* 123 ROMANAE *M* ROMANAE *R* 124 Eſt *c* 125 SUMERSUM *M* SVMMERSVM *FRbc* 126 CONTVNDVNT (CON *eras.*) *R* CHORI *libri* 127 IAMMOTA *F* 128 CAMPIS *F* Camp. uſ *b* MERGIS *in ras., loco lit.* GIS *visus sum agnoscere* EIN *R* 129 MENTE *M* 131 & *superscr. γ* LONGO *F*

tum loca sorte legunt, ipsique in puppibus auro
ductores longe effulgent ostroque decori;
cetera populea velatur fronde iuventus
nudatosque umeros oleo perfusa nitescit.
considunt transtris, intentaque bracchia remis;
intenti expectant signum, exultantiaque haurit
corda pavor pulsans laudumque arrecta cupido.
inde ubi clara dedit sonitum tuba, funibus omnes,
haut mora, prosiluere suis: ferit aethera clamor
nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.
infindunt pariter sulcos, totumque dehiscit
convolsum remis rostrisque tridentibus aequor.
non tam praecipites biiugo certamine campum

TESTIMONIA.

133 'ductores auro effulgent' Priscianus 866 135 Nonius 354, 27 Servius Aen. XII 5 136 Nonius 329, 2 136 sq. 'intenta ... signum' Priscianus 788 137 'intenti e. s.' Nonius 328, 33. 329, 30 137 sq. 'exultantia ... pulsans' Nonius 300, 29 Servius Aen. IX 89 139 'inde ... dedit' Probi inst. I 9, 3 140 'haut ... clamor sidera' Priscianus 906 142 sq. Priscianus 562 144—147 Macrobius Sat. V 11, 20 144 sq. 'non ... biiugo c. c. c.' Diomedes 459 Servius Aen. II 496 'biiugo ... corripuere' Priscianus de fig. num. 7, 32 144 'non

VARIA LECTIO.

132 LONGA *F* impuppibuſ *c* 133 longe] auro *Priscianus* EFFVGENT *P* effulg& *c* OSQVE *F* 134 IVENTVS *F* 135—150. 151—158 *F fol. XLII* 135 humerof *γc* 136 TRASTIS *R* TRANSTRIS *FMPybc* inten..ta *b* nudata *'aliquot antiqui' Pieriani.* *'bene eodem sermone in diversis usus est rebus: aliter enim brachia, aliter intendimus mentem' Servius.* intenta *item testatur Nonius.* BRACHIA *Pyb*1*c* intenta ... signum *nulla posita interpunctione coniunxisse videtur Priscianus.* 137 EXSPECTANT *R* EXSPENT *F* exultantia ... pulsans = *ge.* III 105 *sq.* EXSVLTANTIA *F* exultatia *c* haurit *b* aurit *c* 139 tubam *c*1 FINIBVS *libri* (*sic* 488 fine *γ*1) sedibus *Peerlkampus, quem refutavit Wagnerus lectt. Verg.* 403 *sqq.* 140 HAVD *FPγc* suis] omnes *Priscianus* ferit aurea clamor Sidera *Priscianus ut* II 488 *et* XI 832 141 ABDVCTIS (I *in ras.*) *F* 142 INFINDVN̄ (N̄ *in ras.*) *F* INFVNDUNT (*corr. minio*) *M* infundunt *m* Infidunt *b* 143 = VIII 690. conuolſum *γ* CONVVLSVM *FMb*1*c* que *om. c* TRIDENTIBVS *Fb* STRIDENTIBVS *Rγcm*, *Priscianus.* rudentibus *et* sonantibus *χ* 144 *sq.* certamine ... currus = *ge.* III 103 *sq.*

corripuere ruuntque effusi carcere currus,
nec sic immissis aurigae undantia lora
concussere iugis pronique in verbera pendent.
tum plausu fremituque virum studiisque faventum
consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant
litora, pulsati colles clamore resultant.
effugit ante alios primisque elabitur undis
turbam inter fremitumque Gyas; quem deinde Cloanthus
consequitur, melior remis, sed pondere pinus
tarda tenet. post has aequo discrimine Pristis
Centaurusque locum tendunt superare priorem;
et nunc Pristis habet, nunc victam praeterit ingens

TESTIMONIA.

. . . . certamine currus' Cledonius 1024 145 'ruunt . . . currus' Servius Aen. I 54 146 Servius ecl. V 82 147 'pronique . . . pendent' Arusianus p. 238 L. Charisius 19 P. 150 'pulsati . . . resultant' Servius Aen. VI 99 152 'turbam . . . Gyas' Probi ars minor 214 152—154 'quem . . . tenet' Nonius 381, 14 152 sq. 'quem . . . consequitur' Nonius 270, 10 153 sq. 'melior . . . tenet' Servius Aen. V 114 153 'melior r.' Diomedes 454 P. Arusianus p. 246 L. Claudius Sacerdos I 175 154 sq. 'post . . . priorem' Nonius 282, 29 'post . . . Centaurusque' schol. Lucani III 511 'aequo . . . priorem' Nonius 411, 5

VARIA LECTIO.

146 Ne *b* immiſſiſ *b* inmiſſiſ *c* aurige *γ* 147 in carcere *Charisius* 148 FRETV (*sup. m. rec.*) *F* 149 CONSONANT *F* inlisa *vel* incussa *vel* inpulsa ... aequora *Schraderus* VOLVTA*nt F* 150 SVLTANT (*sup. m. rec.*) *F* 151 primuſ *c*1*χ* undaſ *γ*1 152 FRETVM *F* giaſ *b*1 quam *Nonii* 381 *exempl.* cloathuſ *b* 154 TEET *P* EQVO *P* ALIQVO (I *corr. in* E) *F* aeque *Nonii* 411 *exempl.* certamine *schol. Lucani* 'discrimine: *vel insterstitio vel certamine vel cursu*' *Servius* PISTRIS (R *sup. minio p.*) *M* priſtriſ *c*1 pistrix *Nonii utroque loco exempl. cf. Ritschelius mus. Rhen.* VII 555 *sq. et quae ipse nondum inspecto codice c disserui in Fleckeiseni ann.* LXXVII 190 *sq.* 155 RIOREM *F* 156 p. iſtiſ (*erasa* r) *c* pistris '*semper Reg. et Parrhas.*' *teste Burmanno* .abit (i *e corr.*) *b* abit *χ* VICTAM *m.* 2 *sup. F* PRAETINENTENS (I *corr. in* E, E *pr. corr. in* I, T *alt.*

Centaurus, nunc una ambae iunctisque feruntur
frontibus et longa sulcant vada salsa carina.
iamque propinquabant scopulo metamque tenebant,
cum princeps medioque Gyas in gurgite victor
rectorem navis compellat voce Menoeten:
'quo tantum mihi dexter abis? huc derige gressum;
litus ama et laeva stringat sine palmula cautes;
altum alii teneant'. 'dixit, sed caeca Menoetes
saxa timens proram pelagi detorquet ad undas.
'quo diversus abis?' iterum 'pete saxa, Menoete!'
cum clamore Gyas revocabat: et ecce Cloanthum
respicit instantem tergo et propiora tenentem.
ille inter navemque Gyae scopulosque sonantis

TESTIMONIA.

157 sq. 'nunc ... carina' Isidorus orig. I 36, 6 158 Servius Aen. III 495 159 Priscianus 799 'iamque p. s.' Arusianus p. 254 L. 162 sq. 'quo ... ama' Seneca de benef. VI 7 162 'quo ... abis' Nonius 290, 9 163 'litus a.' Probi inst. I 7, 4 166 'pete s. M.' Probi ars minor 215 169 'ille ... Gyae' Probi ars minor 214 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 192

VARIA LECTIO.

corr. in G, ENS *m. 2 add. ut vid.*) *F* 157 AMBE *P* ambe *γ* CVNCTIS (C *pr. eras.*) *P* 158 *cf.* X 197 longe *χ* iuncta *vel* socia *Io. Schraderus* CARINAE *F* carinae *χ* longae sulcant ... carinae *Servius Aen.* III 495 159 PROPINQUABAT *M* 160 medi.o *γ* 161 conpellat *b* menoetem *c* monoeten (o *pr. in ras.*) *b* 162 *cf.* XI 855 DEXTR *M* DIRIGE *Mbc* GRESSUM (G *corr. in* C; *M* curfum *bc*, *Seneca : cf. Gellius* X 26 163 LAEVA *MPγ1b1* LAEVAS *Rγ2b2c* 164 mo.netef (*erasa* e) *b* 165 ad *sup. c* 166 di.uerfuf *γ* 'iterum: *hoc verbum et a poeta potest dici, ut* iterum revocabat, *et a Gya ut*: quo abis iterum: *non* iterum pete' *Servius.* iterum *vel cum* abis *vel cum* pete *vel cum* revocabat *coniungunt.* pete] fuge *Probi a. m. codd. Paris. et ed. pr., sed* pete *Bob.* MOENOTE *P* mo.note (o *pr. corr. in* e) *γ* mo.neten (*erasa* e) *b* 167 ET *om. R, quod placuit Fleckeiseno in Iahnii annal.* LXI 32 cloantum *γ* 168 intantē *b* ªtergo *γ* terga *χ* PROPRIORA *Pγ1b1* TENENENTĒ *R* 169 SCOPVLOSQVE *P* SONANTES *R*

radit iter laevom interior subitoque priorem
praeterit et metis tenet aequora tuta relictis.
tum vero exarsit iuveni dolor ossibus ingens
nec lacrimis caruere genae, segnemque Menoeten
oblitus decorisque sui sociumque salutis
in mare praecipitem puppi deturbat ab alta:
ipse gubernaclo rector subit, ipse magister
hortaturque viros clavomque ad litora torquet.
at gravis ut fundo vix tandem redditus imo est
iam senior madidaque fluens in veste Menoetes,
summa petit scopuli siccaque in rupe resedit.
illum et labentem Teucri et risere natantem
et salsos rident revomentem pectore fluctus.
hic laeta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto Mnesthique, Gyan superare morantem.
Sergestus capit ante locum scopuloque propinquat,
nec tota tamen ille prior praeeunte carina:

TESTIMONIA.

170 'radit ... interior' Servius Aen. III 700 173 'segnemque M.' Probi ars minor 215 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 192 174 'oblitus d. s.' Servius Aen. XI 866 175 'puppi ... alta' Nonius 101, 16 177 'clavum ... torquet' gloss. Petri p. 16 180 Nonius 394, 20 'sicca ... resedit' Arusianus p. 258 L. 184 'Gyan s. m.' Probi ars minor 214 186 Maximus Vict. de rat. metr. II 2 Beda de metris 2371 P.

VARIA LECTIO.

170 LAEVOM (O *corr. in* V) *P* LAEVVM *MRybc* 171 moetif *b* 173 Ne *c* MΘENOTEN *P* MENOETE . *Mc* monoeten *b* 174 SΘLUTIS *M* '*possumus intelligere* oblitus salutis suae socium, *i. e. gubernatorem. possumus et* socium salutis suae oblitus, *pro* sociorum, *praecipitato scilicet gubernatore' Servius* 176 GVRNACLO *R* 177 Ortatur *γ1* que *om. R* CLAVVM *Rybc* 178 AD *P* TTANDEM *R* IMEST *R* 179 MΘENOTES *P* monoetef *b* 180 fcopoli *b* SCOPVLIS *R* RUPPE *M* rumpe *γ1* sedit *Nonii exempl.* 182 *asteriscum adposuit Heynius* rident] tremulo *Peerlkampus* reuomentem (uo *m. 2 in ras.*) *γ* 184 SERGESTVM *R* MNESTI *MR* mneſthco *bc* mneſthe *γ2* 185 CAPT *M, P* (*erasa* I), *γ* ∴ANTE∴LOCUM *M* scopulos *et* scopulum *χ* propinquant *c* 186 ILLAE *M* PRIOR (P *m. aliena*) *M* priuf *γ1*

parte prior, partim rostro premit aemula Pristis.
at media socios incedens nave per ipsos
hortatur Mnestheus: 'nunc nunc insurgite remis,
Hectorei socii, Troiae quos sorte suprema
delegi comites; nunc illas promite vires,
nunc animos, quibus in Gaetulis Syrtibus usi
Ionioque mari Maleaeque sequacibus undis.
non iam prima peto Mnestheus neque vincere certo
(quamquam o! — set superent, quibus hoc, Neptune, dedisti):
extremos pudeat rediisse. hoc vincite, cives,
et prohibete nefas.' olli certamine summo
procumbunt: vastis tremit ictibus aerea puppis

TESTIMONIA.

187 Arusianus p. 253 L. 'partim ... pistris' schol. Hor. carm. IV 1, 18 188 'at ... hortatur socios' Priscianus 765 189 Beda de metris 2354 'nunc nunc i. r.' Victorinus in Cic. de inv. p. 80 Or. 189 sq. 'nunc nunc ... socii' Iulius Rufinianus 221 R. Servius Aen. I 408 VIII 108 190 'Hectorei s.' Servius Aen. I 272 191 sq. 'nunc ... usi' schol. Hor. carm. II 20, 15 193 'Maleaeque s. u.' schol. Lucani IX 36 Servius ge. II 374 IV 230 194 sq. 'nec vincere ... dedisti' Macrobius Sat. IV 6, 21 195 Priscianus 1030 P. 'quamquam o sed' Servius Aen. I 135 'quamquam o s. s.' Servius Aen. VI 187 'superent ... dedisti' Caper 2242 P. 196 'hoc v. c.' Servius Aen. V 493 198 'vastis ... puppis' schol. Hor. carm. I 35, 19 'aerea p.' Servius Aen. V 274

VARIA LECTIO.

187 PARTIM *PRybc*, *schol. Hor.* : *cf. Gellius* X 13 PARTEM *M* ROSTRO *P* peremit t. v. p. (*sic ceteris om.*) *Arusiani Gu.* (*deest articulus in Ambr.*) p. iſtiſ (*erasa* r) *c* pistris *schol. Hor.* 188 AD *P* fotio *b*1 Mnestheus *Priscianus* 189 hortatur socios *Priscianus* incumbite *Servius Aen.* VIII 108, *ad h. l.* insurgite *testatus* : *cf.* III 560 V 15 190 haectorei *γ* hortor vos *Rufinianus* Hectorei *confirmat Servius* SVPPREMA *Rγ* 191 illas *om. schol. Hor.* promitte *γ*1 192 GAETULISSYRTIB· *M* getulif firtibuf *b* 193 Ionioue (o *post. in ras.*) *b* MAIEAE *M*1 194 mneftheuf *b* nec *Macrobii exempl.* 195 O *M* SED *PRγc* fuperȧent *b* 196 EXTREMOS (O *corr. ex* V) *Pγ* rediſſe *γ* REDISSE *PR* 197 PROHIBET *P* 198 hictibuf *γ*1 AVREA *MP* PVPPES *R*

subtrahiturque solum, tum creber anhelitus artus
aridaque ora quatit, sudor fluit undique rivis.
attulit ipse viris optatum casus honorem.
namque furens animi dum proram ad saxa suburguet
interior spatioque subit Sergestus iniquo,
infelix saxis in procurrentibus haesit.
concussae cautes, et acuto in murice remi
obnixi crepuere, inlisaque prora pependit.
consurgunt nautae et magno clamore morantur
ferratasque trudes et acuta cuspide contos
expediunt fractosque legunt in gurgite remos.
at laetus Mnestheus successuque acrior ipso
agmine remorum celeri ventisque vocatis
prona petit maria et pelago decurrit aperto.
qualis spelunca subito commota columba,
cui domus et dulces latebroso in pumice nidi,

TESTIMONIA.

199 'subtrahiturque s.' Isidorus orig. XIV 7, 24 Servius Aen. II 780 VII 111 ge. IV 77 202 'furens ... suburget' Arusianus p. 230 L. 203 'spatio ... iniquo' Servius ge. IV 147 204 Arusianus p. 233 L. 205 sq. 'et ... crepuere' Nonius 255, 23. 461, 33 208 Isidorus orig. XVIII 7, 2 'ferratasque t.' Isidorus orig. XVIII 7, 3 'acuta c. c.' Asper 112, 13 K. 209 'fractosque ... remos' Nonius 332, 14 211 Priscianus 761. 776 212 'caelo decurrit aperto' Quintilianus VII 9, 10 214 'latebroso ... nidi' Probus de nom. 18 p. 218 Endl. de gen. nom. 91, 11 H. (nisi hic XII 587 potius laudavit: nam quod pro 'nidi' scribitur 'pepli', potest ortum videri eo quod 'pastor,' et

VARIA LECTIO.

199 Subtraitur *b* tū *sup. b* TUNC *M* CREBRA *M* ANHEL-LITVS *R* 200 fuit *b* 201 infe *γ1* riuif *ut vid. γ1* 202 ANIMI *MRγ2, Servius, Arusianus* ANIMO *Pγ1* animis *'aliquot' Pieriani, ut* VIII 228 PRORA *M* SVBVRGET *Pγb* SUBURGIT *M* 204 HAEMIT *M* 205 in *om. Pγ* 206 CREPVERE *P* illifa *b* 208 FERRATAS *P* TRVDES *PRγ, Isidorus : cf. Tac. ann.* III 46 SUDES *M* 209 EXPEDIVNT *P* fretof *c1* 210 ET *M* fucceffuf *c1* ipfe *b1* 212 pelago] caelo *Quintilianus : cf.* I 155 213 Quali *c* SPELVNCHA *P* SPELUCA *M* 214 DOMOS *M* DVLCIS *R* ALATEBROSO *P*

fertur in arva volans plausumque exterrita pinnis
dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
radit iter liquidum celeris neque commovet alas:
sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pristis
aequora, sic illam fert impetus ipse volantem.
et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum brevibusque vadis frustraque vocantem
auxilia et fractis discentem currere remis.
inde Gyan ipsamque ingenti mole Chimaeram
consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.
solus iamque ipso superest in fine Cloanthus.
quem petit et summis adnixus viribus urguet.
tum vero ingeminat clamor, cunctique sequentem
instigant studiis, resonatque fragoribus aether.
hi proprium decus et partum indignantur honorem
ni teneant, vitamque volunt pro laude pacisci;
hos successus alit: possunt, quia posse videntur.
et fors aequatis cepissent praemia rostris,
ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus

TESTIMONIA.

deinde sequentis glossae initium 'peluis' extitit) 215 sq. 'plausumque ... ingentem' Nonius 205, 24 222 'et ... remis' Nonius 287, 2 226 Nonius 366, 29 228 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 335 230 'vitamque ... pacisci' Arusianus p. 252 L. schol. Hor. carm. III 14, 2 232 'fors ... rostris' Charisius 165 233 Marius Victorinus 2478

VARIA LECTIO.

215 fertur ... volans: *cf.* II 498 AURA (*corr. minio*) *M* PLAVSVM *P* pennif *b*1 216 LABSA *MP* 217 LIQVIDVMET *R* 218 IPSA (A *in ras., sed m.* 1) *P* p.iftif (*erasa* r) *c* 220 in *om. M* 221 et fruſtra[tr] *in ras. b* 222 ETET *P* ..currere *γ* 223 CHIMERAM *Mb* 224 magiſtreſt '*aliquot*' *Pieriani* 225 cloantuſ *b* 226 ADNIXVS *MR*, *Nonii exempl.*: *cf.* I 144 III 208 IV 583 atnixuſ *b* ENIXVS *Py* VRGET *Py* 228 RESONANT (*puncto rubro*) *M* que *om. Py*, *Abbo Flor.* CLAMORIBVS *Py*, *Abbo Flor.*: *cf.* IV 668 XII 607 230 Niteant *b* 231 Noſ *c* poſſe *suprascr. c* UIDETUR *M* 232 equatiſ *γ* cepiſſent *γ* 233 pal..maſ *γ* ponto palmaſ *b*

fudissetque preces divosque in vota vocasset.
'di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro,
vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum
constituam ante aras voti reus extaque salsos
proiciam in fluctus et vina liquentia fundam.'
dixit, eumque imis sub fluctibus audiit omnis
Nereidum Phorcique chorus Panopeaque virgo,
et pater ipse manu magna Portunus euntem
impulit: illa noto citius volucrique sagitta
ad terram fugit et portu se condidit alto.
tum satus Anchisa cunctis ex more vocatis
victorem magna praeconis voce Cloanthum
declarat viridique advelat tempora lauro,
muneraque in navis ternos optare iuvencos
vinaque et argenti magnum dat ferre talentum.

TESTIMONIA.

235—238 Macrobius Sat. III 2, 5 236 sq. 'vobis ... reus' Donatus ad Ter. eun. IV 1, 8 237 'constituam ... reus' Macrobius Sat. III 2, 1 Nonius 401, 6 237 sq. 'extaque ... fluctus' Macrobius Sat. III 2, 1 Servius Aen. III 231 241 cf. schol. Veron. 95, 11 K. 243 'ad t. f.' Servius Aen. I 406 247 Priscianus 775 248 'argenti ... talentum' Servius Aen. I 318 X 701 'magnum d. f. t.' Quintilianus IX 3, 9 'dat f. t.' Servius Aen. XII 97 'dat f.' Ser-

---

VARIA LECTIO.

234 PRAECES *Ryl* 235 DII *Py* ESTPELAGI *Pyb*, *Macrobii exempl.* : *cf.* VI 264 ESTPELAGI *M* PELAGIEST *Rc* AEQVORE *Ry*, *Macrobii Cantabr. et Salisb.* 236 in *om. R* 237 *sq.* exta ... fundam: *cf.* 775 *sq.* 238 PROICIAM *PRybcψ* PROICIAM (*corr. minio*) *M* 'proiciam: *exta* proiciuntur *in fluctus*, *aris* porriciuntur ... *nisi forte dicamus etiam fluctibus offerri. Quod si est,* porriciam *legendum' Servius.* 'porriciam ... *non ut quidam* proiciam *aestimantes dixisse Virgilium* proicienda exta, *quia adiecit* in fluctus' *Macrobius* AC *Pyb ut* 776 LINQUENTIA *M* 239 himif *γ*1 AUDITETOMNIS *R* auditomnif *γ* 240 SPORCI *R* PORCIII (*corr. minio*) *M* porci *b* forci *c* 241—266 *Veron. fol.* 243 241 MAGNO *V* neptunuf *γ*1 Portunus *testantur Servius et schol. Veron.* 243 AT *M*1*PVc*1 PORTO *R* 244 *Anchisa — ex V* 245 VI*Ctorem V* preconif *γ* 247 aptare *γ*2*bcm*, *Prisciani Sang. et Lugd.* 248 fere *γ*

ipsis praecipuos ductoribus addit honores:
victori chlamydem auratam, quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit,
intextusque puer frondosa regius Ida
velocis iaculo cervos cursuque fatigat,
acer, anhelanti similis, quem praepes ab Ida
sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis:
longaevi palmas nequiquam ad sidera tendunt
custodes, saevitque canum latratus in auras.
at qui deinde locum tenuit virtute secundum,
levibus huic hamis consertam auroque trilicem
loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
victor aput rapidum Simoenta sub Ilio alto,

TESTIMONIA.

vius Aen. XII 210 249 Nonius 320, 21 250—253 Diomedes 480 250 sq. Nonius 140, 7 'victori ... purpura' Servius Aen. IV 137 251 Charisius 240 cf. schol. Veron. 95, 16 K. 252 cf. schol. Veron. 95, 22 K. 253 Nonius 304, 10 254 'acer a. s.' Charisius 93 P. 254 sq. 'quem ... uncis' schol. Hor. carm. III 20, 16 255 schol. Hor. carm. IV 4, 1 cf. schol. Veron. 95, 23 K. 257 'saevit ... auras' Macrobius Sat. VI 6, 19 259—262 Donatus ad Ter. Phorm. prol. 2 259—261 Macrobius Sat. V 7, 3 260. 262 'loricam donat h. v.' Arusianus p. 234 L. 261 'sub I. a.' Maximus Victorinus de fin. 5 p. 457 Endl. Sergius in Donat. 7 p. 479 Endl. (1831) Servius de ratione ult. syll. 1802 P. Marcianus Capella III 278 Pompeius 51 L. Servius

---

VARIA LECTIO.

249 PRAECIPUE *M*, *Nonius* 250 CLAMYDEM (II *m. rec.*) *R* CLAMYDEM *My* clamidem *bc* QVAM (M *in ras.*) *R* 251 meleboea *γ* CVCVRRIT (CV *alt. in ras. vel cras.*) *R* 253 UELOCES *My2* 254 Acer *P* anhelanti. *b* QVE *P* ab alto *Burmannus*; *ut* XI 721 ab aethra *Io. Schraderus conl. Valerio Flacco* I 156. *Emendaturum haec 'fortasse' poetam fuisse concessit Wagnerus.* 255 *rapuit iovis* aRMIGER *V* 256 Longeui *γ* *palmas — sid*ERA *V* plagaf *b* 257 *latratus in auras V* in] AD *P*, *Macrobii Salisb.* in *m.* 2 *in ras. γ* 258 *vir*TVTE *V* 259 *sq.* levibus ... loricam : *cf.* III 467 259 LEUIB· *M* Laeuibuf *γ* adhuc (ad *cras.*) *γ* AMIS (II *m. rec.*) *R* amif *ybc* 260 detraxerit *γ* IPSI *ut vid. M*1 261 APV. *V* apud *ybc* ILIONALTO *P* Ilion altom *Wall.* Ilion altum *Parrhas.* Ilio alta *χ*, *Maximi Vict. Bob. m. pr.* Ilio alto *Servius cum ceteris grammaticis.*

donat habere viro, decus et tutamen in armis.
vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant
multiplicem conixi umeris; indutus at olim
Demoleos cursu palantis Troas agebat.
tertia dona facit geminos ex aere lebetas
cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.
iamque adeo donati omnes opibusque superbi
puniceis ibant evincti tempora taenis,
cum saevo e scopulo multa vix arte revolsus,
amissis remis atque ordine debilis uno,
inrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
qualis saepe viae deprensus in aggere serpens,

TESTIMONIA.

ge. I 281 Aen. I 40 262 Donatus ad Ter. eun. II 2, 30 'donat h. v.' Iulius Rufinianus 258 R. Servius Aen. V 248 X 235 XII 97 263 Nonius 302, 16. 421, 2 264 sq. 'cum vix loricam duo multiplicem conixi humeris ferunt, quantus Demoleos, qui indutus ea cursu palantes Troas agebat?' Quintilianus VIII 4, 25 265 'palantes T. a.' Servius Aen. IV 245 schol. Iuven. I 52 Eutychius II 8 267 Nonius 545, 26 'atque a. s.' schol. Iuven. XIV 62 268 'donati o. o. s.' Arusianus p. 222 L. 270 Nonius 388, 21 272 sq. Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 25 273 Isidorus orig. XV 16, 7 Servius Aen. XII 446

VARIA LECTIO.

262 *Habe*RE *V* *tut*AMEN *V* 263 *vix — p*lIEG*eus sagaris V* famulis *Nonii* 302 *exempl.* PHYGEVS *R* SACRIS *M* Sagarus *Nonii* 421 *exempl. exc. Bern. b* 264 MV*ltiplicem — indutus V* CONIXI *P* INDVSTVS *P* AD *Py*1 olim *γ* 265 *Demoleos — V* DEMOLEUS *M* PALLANTIS *R* PALANTES *M* pallantes *schol. Iuven., Eutychii cod.* agebant *c*1 266 GEMI*nos ex ae*RE *V* 267—292 *Veron. fol.* 266 267 perfecta *om. Nonius* atque] et *schol. Iuven.* 268 OMNIS *R* OMN.S *V* *opib*VS *V* SVPERBIS (S *ult. eras. ut vid.*) *R* EVINCTI *M* EVICTIS *Py*1 TAENIS *MPRVγb : cf. Lachmannus Lucr.* 279 tenif *c* 270 ESCOPULO *M* EXCOPVLO (*sup. m. rec.*) *R* fcopulo, *om.* e, *b* ALTE (L *eras.*) *M* reuolfuf *γ* REVVLSVS *MVc* REVOLSAM *R : cf.* 858 XII 98 271 *om. Parrhas., interpretatur Servius* ORDINEUI *M* 272 INRIS*am — age*BAT *V* inrifam (n *corr. in* r) *γ* Inrifam *b* aiebat *c* 273 *saepe — serpe*NS *V* depreffuf *c* haggere *b* ferpenf (pen *e corr.*) *γ*

aerea quem obliqua rota transit aut gravis ictu
seminecem liquit saxo lacerumque viator;
nequiquam longos fugiens dat corpore tortus,
parte ferox ardensque oculis et sibila colla
arduus attollens, pars volnere clauda retentat
nixantem nodis seque in sua membra plicantem:
tali remigio navis se tarda movebat;
vela facit tamen et plenis subit ostia velis.
Sergestum Aeneas promisso munere donat
servatam ob navem laetus sociosque reductos.
olli serva datur, operum haut ignara Minervae,
Cressa genus, Pholoe, geminique sub ubere nati.

Hoc pius Aeneas misso certamine tendit

TESTIMONIA.

274 'aerea . . . transiit' Servius ge. III 173 Aen. I 295 278 'pars . . . retentat' Arusianus p. 244 L. 279 Priscianus 861. 904 'nexantem n.' Eutychius II 17 282 schol. Hor. a. p. 45 284 schol. Hor. carm. II 4, 3 285 schol. Hor. carm. III 9, 9 'Cressa g. P.' schol. Hor. serm. I 5, 54 Servius Aen. I 316 'Cressa g.' Arusianus p. 233 L.

VARIA LECTIO.

274 *quem — i*CTV *V* Q· (*corr. m. rec. ut vid.*) *M* q. *b* OBLICUUM *M* OBLIQVVM *Rc* TRANSIT *R: probavit Lachmannus Lucr.* 209, *inpugnatus a Wagnero lectt. Verg.* 316 *sqq.* TRANSIIT *MPybc* 275 SE*Minecem liqui*T *V* faxum *γ*1 lacerom *γ* 276 longo *γ* tortof *b* 277 et] PARS *R* 278 arduos *Romanus teste Pierio: ego nihil notavi* adtollenf *γ* VVLNERE *RVbc* VVLNERA *Py*1 klauda *Arusianus* CLAVDA *P* CAUDA *M* CAVDA *V* clauſa *γ*1 clauda *testatur Servius* RETEN*tat V* 279 *om., in mg. add. m.* 2*c* NIXANTEM *PVγ*1*c verbo Lucretiano* NIXANTEM (*punct. rubr.*) *M* NEXANTEM *Rγ*2*b, testantur Priscianus et Eutychius* nodiſ *γ* nodos *χ* PLICAN*tem V* 280 MOVEBAT *ut* III 656 *MRVbc* FEREBAT *Pγ : cf.* VIII 199 281 *deletum malit Iac. Bryant, interpretatur Servius* PLENISSUBITOSTIAUELIS *M : cf.* I 400 VELISSVBITOSTIAPLENIS *PRVγm, nisi quod* oſtiª *γ* hoſtia *bc* 283 *sociosque redu*CTOS *V* 284 IIAV*t V* AUT *M* haud *bc* minerue *γ* 285 Thressa *schol. Hor. carm.* III 9, 9 *genus — nati V* PHOLOE *P* VBERA *MP*1*Rγ* gemini . . . nati *interpolata duxit Schwenckius mus. Rhen.* II 470 286 aeneaſ *b* CER*tamine — V*

gramineum in campum, quem collibus undique curvis
cingebant silvae, mediaque in valle theatri
circus erat; quo se multis cum milibus heros
consessu medium tulit extructoque resedit
. . . . . .
hic, qui forte velint rapido contendere cursu,
invitat pretiis animos, et praemia ponit.
undique conveniunt Teucri mixtique Sicani,
Nisus et Euryalus primi,
Euryalus forma insignis viridique iuventa,
Nisus amore pio pueri; quos deinde secutus
regius egregia Priami de stirpe Diores;
hunc Salius simul et Patron, quorum alter Acarnan,
alter ab Arcadio Tegeaeae sanguine gentis;
tum duo Trinacrii iuvenes Helymus Panopesque,

VARIA LECTIO.

287 'gramineum in c.' Isidorus orig. I 33, 4 288 sq. 'media ... erat' Nonius 432, 22 291 Nonius 251, 11 293 Servius Aen. V 611 298 'quorum a. A.' Probi inst. I 4, 10

TESTIMONIA.

287 GRA*mineum V* gramineo in campo *Isidorus* 288 *que V* 289 : *cf.* 75 MILLIBVS *R* erof *γ* 290 CONSENSU *M* : *cf.* 340 MEDIV *P* ..medium *c* EXSTRVCTO *MRc* EXSTR*ucto V* '*ordo est:* quo se Aeneas medium tulit cum multis milibus, et extructo consessu resedit' *Servius. Mihi incohatam orationem poeta videtur addito versu uno absoluturus fuisse: nam* consessu *dativum esse, ad ablativum autem* extructo *requiri* toro *puto.* 291 Hic (H *c corr.*) *b* Hinc *c1* contende.re *γ* 292 *cf.* 486 PRAETIIS *Rγ* PRETIS *V* 294 ETET *R* eurialuſ (u *pr. c corr.*) *γ* eurialuſ *b* 295 Eurialuſ *b* inſigni^{f} *γ* INSIGNI *P* 296 'pueri ... *aut genitivus est ... aut distinguendum per se et est nominativus pluralis*' *Servius* QVEM *Pγ1* 298 ALIVS *R* ACARNA$^{\sim}$ *M* acarna *c1* 299 altera (a *post. eras.*) *γ* ARCADIA *Py* archadia *bc* Tegeaeae *Mentel. alter cum al.* TEGEAEAE *P* TEGAEADE *R* TEGERE DE *M* tegeaede *γc* tegeae de *b* '*si derivativum fuerit* Tegeaeae, de *non sequitur: si* Tegeae *legerimus, non stat versus nisi addita* de *syllaba. Derivativum autem ille indicat locus* VIII 459' *Servius* 300 tVM *P* TRINACRI *M* HELYMVSQ· *R* elymuſ *γ* helimuſ *b* PANOSPESQ· *M* panopeſſe (*om.* que) *c1*

adsueti silvis, comites senioris Acestae;
multi praeterea, quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in mediis sic deinde locutus:
'accipite haec animis laetasque advertite mentes.
nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Cnosia bina dabo levato lucida ferro
spicula caelatamque argento ferre bipennem:
omnibus hic erit unus honos. tres praemia primi
accipient flavaque caput nectentur oliva.
primus equm phaleris insignem victor habeto;
alter Amazoniam pharetram plenamque sagittis
Threiciis, lato quam circum amplectitur auro
balteus et tereti subnectit fibula gemma;

TESTIMONIA.

301 'comites s. A.' Priscianus 603 Alcuinus gramm. 2090 P. 302 Macrobius Sat. VI 1, 61 305 Servius Aen. V 282 308 Charisius 4 Marius Victorinus 2474 309 : cf. Gellius II 26, 12 'flava ... oliva' Iulius Rufinianus 255 R. Servius Aen. IV 261 310 Diomedes p. 330 P. 311 'plenamque s.' Arusianus p. 251 L. 311 sq. 'plenamque s. T.' Diomedes p. 292 P. Servius Aen. I 215

VARIA LECTIO.

301 Affueti (ffue *in ras.*) *b* Adfuetif *c*1 302 cof *b*1 303 medif *b* 304 *om., ima pag. m.* 2 *add. b* 305 hoc *b* abibat *γ*1 306 CNOSIA *Pγ* GNOSIA *MRbc* LEVATO *M* 307 CAELEATAM (C *fort. corr. ex* O) *P* CELATAM *R* FRONDE *M* ferre *m.* 2 *in ras. c* bipennem *m.* 2 *in ras. c* 308 PREMIA (*corr. m. rec. ut vid.*) *M* 309 accipiunt *Hamb. alt.* FLAVA *libri, Gellius et Rufinianus* fulva *Servius Aen.* IV 261 : *etiam ad h. l. comparatur* iaspide fulva *Aen. l. l.* que *om. Rufinianus* capud *c* NETENTVR (*ut* E *pr. videatur* I *fuisse*) *M* NECTVNTVR *P*, *Rufinianus* nectetur *b* nectantur *Goth. tert.* 310 PRIMUM (*corr. m rec. ut vid.*) *M* EQVvM *P* EQVVM *Rybc* EQUAM *M* FALERIS *Pγ* hab&o *γ* 311 AMPAZONIAM *M* 312 THRE.CIS *M* Thraiciis (Thraeiciis?) *χ* CIRCVMAMPLECTITVR *PRybc* CIRCVMPLECTITVR *M* 313 BALTHEVS *Rc*1 TERRETI *P* te.reti *γ* TERETRI *M*

tertius Argolica hac galea contentus abito.'
haec ubi dicta, locum capiunt signoque repente
corripiunt spatia audito limenque relinquunt,
effusi nimbo similes; simul ultima signant.
primus abit longeque ante omnia corpora Nisus
emicat, et ventis et fulminis ocior alis;
proximus huic, longo set proximus intervallo,
insequitur Salius; spatio post deinde relicto
tertius Euryalus;
Euryalumque Helymus sequitur; quo deinde sub ipso
ecce volat calcemque terit iam calce Diores
incumbens umero, spatia et si plura supersint,
transeat elapsus prior ambiguumque relinquat.
iamque fere spatio extremo fessique sub ipsam
finem adventabant, levi cum sanguine Nisus

TESTIMONIA.

314 Diomedes p. 330 P. Servius in artem sec. Donati 1791 P. schol. Hor. carm. III 3, 30 'Argolica ... abito' anon. de verbo 20 p. 155 Endl. 315 Macrobius Sat. V 7, 4 316 Nonius 336, 5 318 sq. 'primus ... emicat' Servius Aen. IX 386 319 'fulminis o. a.' Quintilianus VIII 6, 69 320 sq. 'proximus ... Salius' Nonius 524, 8 320 Macrobius Sat. VI 2, 34 Arusianus p. 252 L. Diomedes 405 P. Ammianus Marcellinus XIX p. 159 (ed. Hamb. 1609) 323 sq. 'quo ... volat' Diomedes 407 324 Nonius 29, 16. 415, 2 'calcem ... Diores' Macrobius Sat. V 13, 5 Nonius 257, 27 Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 28 325 sq. 'spatia ... prior' Servius Aen. V 225 328 sq. 'levi ... infelix' anon. de verbo 42 p. 175 Endl.

VARIA LECTIO.

314 Argolica *om. Diomedes* HAC *M* galea hac *schol. Hor.* 316 fpatio γ1 lumen *b*1 RELINQVNT *Rb* RELINQUN̄ *M* relinquunt γc 317 ETFUSI (*i. e.* effusi) *M* simul ultima signant *quomodo explicanda sint dubitat Servius* 318 LONGEQV *P* 320 SED *PRybc* 321 SALI.·.US *M* faliit *c* 323 HEVRYALVM *P* Eurialum *b* HELEMVS (Heloemus?) *R* haelimuf *b* QVEM *P* QVOD *MR* quo. *b* c. *c*1 q. *c*2 324 volans *Nonii* 29 *exempl.* 325 humero γb humeris χ 326 ELABSUS *M* QVE *MPRybcm*, *Servii Laur. plut.* XII 1 (*deest locus in Cass.*) ve *Heinsiani omnes* 327 IPSAM *M*

labitur infelix, caesis ut forte iuvencis
fusus humum viridisque super madefecerat herbas.
hic iuvenis iam victor ovans vestigia presso
haut tenuit titubata solo, set pronus in ipso
concidit inmundoque fimo sacroque cruore,
non tamen Euryali, non ille oblitus amorum:
nam sese opposuit Salio per lubrica surgens,
ille autem spissa iacuit revolutus harena.
emicat Euryalus, et munere victor amici
prima tenet, plausuque volat fremituque secundo.
post Helymus subit, et nunc tertia palma Diores.
hic totum caveae consessum ingentis et ora
prima patrum magnis Salius clamoribus implet
ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.
tutatur favor Euryalum lacrimaeque decorae
gratior et pulchro veniens in corpore virtus.
adiuvat et magna proclamat voce Diores,
qui subiit palmae frustraque ad praemia venit

TESTIMONIA.

329 schol. Hor. carm. III 4, 29 'caesis ut f. i.' Diomedes 404 331 sq. 'vestigia ... solo' Priscianus 869. 926 Nonius 182, 10 332 sq. 'sed ... cruore' Arusianus p. 240 L. 335 Servius Aen. II 474 'per l. s.' Servius Aen. V 84 337 'emicat ... munere' Diomedes 424 'munere v. a.' Servius ge. I 7 339 'et ... Diores' Servius Aen. XII 509 343 'lacrimaeque d.' Servius Aen. I 228 344 sq. 'gratior ... adiuvat' Nonius 501, 30 Arusianus p. 240 L. 344 Seneca epist. 66, 2 'et ... virtus' Servius ge. I 54

VARIA LECTIO.

329 caecif *c* 330 Fufuf (uf *post. m.* 2 *in ras.*) *b* umum *b* VIRIDES *R* MADEFEcERAT *P* herbaf γ2, arma γ1 331 PRESTO *P* 332 Haud *bc* SED *PRybc* 333 IMMVNDO *R* immundo in fumo *Arusianus* CRUOREM *M* *Vulgo fortiter post* cruore *interpungunt.* 334 EVRYALINON (IN *in ras.*) *R* heuriali non γ 336 arena *b* 337 curialuf γ AMICO *M* 339 HELEMVS *R* helimuf *b* DIORES (A *ut vid. eras.*) *M* 340 CONSENSUM *M* : *cf.* 290. 577 CONSENSVM *Ry1b1* hora *b* 341 foliuf γ1 343 TUTATOR *M* 344 pulcro c in] e *Seneca* 345 DIORIS *P1* 346 premia γ

ultima, si primi Salio reddentur honores.
tum pater Aeneas 'vestra' inquit 'munera vobis
certa manent, pueri, et palmam movet ordine nemo:
me liceat casus miserari insontis amici.'
sic fatus tergum Gaetuli immane leonis
dat Salio, villis onerosum atque unguibus aureis.
hic Nisus 'si tanta' inquit 'sunt praemia victis
et te lapsorum miseret, quae munera Niso
digna dabis? primam merui qui laude coronam,
ni me, quae Salium, Fortuna inimica tulisset.'
et simul his dictis faciem ostentabat et udo
turpia membra fimo. risit pater optimus olli
et clipeum efferri iussit, Didymaonis artem,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
hoc iuvenem egregium praestanti munere donat.

Post ubi confecti cursus, et dona peregit:
'nunc, sicui virtus animusque in pectore praesens,

TESTIMONIA.

350 Donatus ad Ter. hec. prol. 2, 2 diff. serm. p. 316, 1 ed. Roth. Suetonii. Asper 112, 26 K. 352 'villis ... aureis' Marius Victorinus p. 89 G. 355 'primam ... coronam' Servius Aen. I 461. 625 IX 251 356 'ni ... fortuna' Claudius Sacerdos I 74 363 Seneca epist. 92, 30

VARIA LECTIO.

347 REDDENTVR *Py*1 REDDANTVR *Ry*2 REDDANTUR (*corr. m. rec.*) *M* redduntur *bc* 349 manent, pueri et *Nauckius spicil. philol.* 9 : *cf.* 296 350 *cf.* II 93 Mi *c*1 'liceat me miserari: *nam non* me liceat, *sed* mihi liceat *dicimus*' *Servius.* casum *diff. serm.* MISERARI *My*, *Donatus*, *Asper*, *diff. serm.* MISERERI (E *in ras.*) *Pc* MISERERI *Rb* 351 factuf *b* IMMANI *R* INMANE *M* i. mane *γ* 352 onerofam *γ*1 honerofum *b* 354 LABSORVM *P* PRAEMIA *M* 356 QVISALIVM (I *pr. corr. in* E) *P* 357 OSTENTA··BAT (DE *ut vid. eras.*) *M* 358 ILLI *M* 359 EFFERRI *P* efferi *γ* ferri *b* DIDYMAEONIS *R* DIDYMANIS *M* didimaonif *c* ARTEM *PRγ* arte *m* ARTES *M* arteſ *bc* 361 munera *c*1 363 nunc] sed *Seneca* C *P* PRESENS *M*

adsit et evinctis attollat bracchia palmis.'
sic ait et geminum pugnae proponit honorem,
victori velatum auro vittisque iuvencum,
ensem atque insignem galeam solacia victo.
nec mora: continuo vastis cum viribus effert
ora Dares magnoque virum se murmure tollit,
solus qui Paridem solitus contendere contra,
idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
victorem Buten inmani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
perculit et fulva moribundum extendit harena.
talis prima Dares caput altum in proelia tollit,
ostenditque umeros latos alternaque iactat
bracchia protendens et verberat ictibus auras.
quaeritur huic alius; nec quisquam ex agmine tanto
audet adire virum manibusque inducere caestus.
ergo alacris cunctosque putans excedere palma
Aeneae stetit ante pedes, nec plura moratus

TESTIMONIA.

366 sq. Servius Aen. V 282 366 Servius Aen. II 249 III 174 368—370 'vastis ... contra' Donatus ad Ter. hec. prol. 2, 25 369 'magno ... tollit' Servius Aen. V 491 370 Charisius 241 372 'victorem ... corpore' Gellius V 8, 5 Macrobius Sat. VI 8, 3 374 Priscianus 897 cf. Gellius II 26, 11 378 sq. 'nec ... virum' Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 52 379 'audet ... inducere' Arusianus p. 217 L. 'audet a. v.' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 22 380 Charisius 88 Priscianus 647 Donatus ad Ter. eun. II 3, 12 anon. art. gramm. 179 381 'Aeneae ... pedes' Probi ars minor 694 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 275

VARIA LECTIO.

364 ATSIT *P* euinctif *γb* VINCTIS *P* palmaf *γ*1 365 *& sup.* *b* gemitũ *c* 366 uictif *c* 367 GALEA *M* UICTOR *M* 371 AT *P* 372 butem *c*1 IMMANI *PRγ* 373 BIBRYCIA *R* Bebritia *b*1 amici *γ* 374 PERTULIT *M* Percutit *b* PERCVTIT *R* perculit *testatur Priscianus* Et *P* arena *bc*1 376 humerof *γb* 377 Brachia *γb* hictibuf *γ* 378 HIC *M* nec *b* NE *Rγ* 379 MANIBVS *in ras.* *R* 380 pugna *bχ*, *Donati exempl.* pugne *c* : *cf.* 383 381 AENEAS *R*

tum laeva taurum cornu tenet atque ita fatur:
'nate dea, si nemo audet se credere pugnae,
quae finis standi? quo me decet usque teneri?
ducere dona iube.' cuncti simul ore fremebant
Dardanidae reddique viro promissa iubebant.
hic gravis Entellum dictis castigat Acestes,
proximus ut viridante toro consederat herbae:
'Entelle, heroum quondam fortissime frustra,
tantane tam patiens nullo certamine tolli
dona sines? ubi nunc nobis deus ille magister,
nequiquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem
Trinacriam et spolia illa tuis pendentia tectis?'
ille sub haec: 'non laudis amor nec gloria cessit
pulsa metu; sed enim gelidus tardante senecta
sanguis hebet, frigentque effetae in corpore vires.
si mihi, quae quondam fuerat quaque improbus iste
exultat fidens, si nunc foret illa iuventas,

TESTIMONIA.

384 'quae f. s.' anon. art. gramm. 174 Charisii exc. p. 555, 29 K. 386 'reddi ... iubebant' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 1 387 Nonius 251, 20. 314, 32 388 'proximus ... consederat' Servius Aen. II 2 'viridante ... herbae' Servius Aen. I 708 390 Probi inst. I 8, 5 395 sq. 'gelidus ... hebet' schol. Iuven. X 217 396 'sanguis h.' Maximus Vict. de rat. metr. III 3

VARIA LECTIO.

382 iam *Hamb. pr.* LAEVO *Pγ*1 ITA *P* 384 ſtanti *Mentel. pr.* q *b* DECEFTUSQ· *M* 385 IBE *P* IUBE·T *M* CUNTI *M* 387 his *Nonii* 251 *excmpl.* 388 confiderat *b*1*c* HERBA *Rc*1 herbae *Servius* 389 eroum *γ* condam *b*1 390 PATIENS *P* 391 finif *b*1*χ* 392 NEQVICQVAM *Pγ* Ne . qui . quam *b* 393 TRINACRIA *P* 395 SED *PRybc* DELIDUS *M* gelituſ, *ut vid.*, *γ*1 396 HABET *M* HABET *R*, *Maximi Vict. Bob.* FRIGET *M* effe . tae *γbc* EFFATAE *P* effractae *Hamb. alt. m.* 2 effetae *Servius* 397 condam *bc* inprobuſ *γb* 398 FORET *P* IVVENTVS *Pγ*1*m* : *cf. gc.* III 63 iuuentor *c*1 iuuentorſ *c*2 iuuenta *bχ* : *cf.* VIII 160

haut equidem pretio inductus pulchroque iuvenco
venissem, nec dona moror.' sic deinde locutus
in medium geminos inmani pondere caestus
proiecit, quibus acer Eryx in proelia suetus
ferre manum duroque intendere bracchia tergo.
obstipuere animi: tantorum ingentia septem
terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.
ante omnis stupet ipse Dares longeque recusat;
magnanimusque Anchisiades et pondus et ipsa
huc illuc vinclorum inmensa volumina versat.
tum senior talis referebat pectore voces:
'quid, siquis caestus ipsius et Herculis arma
vidisset tristemque hoc ipso in litore pugnam?
haec germanus Eryx quondam tuus arma gerebat
(sanguine cernis adhuc sparsoque infecta cerebro),
his magnum Alciden contra stetit, his ego suetus,

TESTIMONIA.

400 'nec d. m.' schol. Hor. serm. I 4, 13 401 sq. 'in ... proiecit' Gellius V 8, 5 Macrobius Sat. VI 8, 3 402 sq. 'quibus ... manum' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 56 Nonius 302, 28 405 'terga b.' Charisius 54. 118 406 Nonius 339, 9 Probi inst. I 9, 10 407 'magnanimusque A.' Isidorus orig. I 36, 11 Claudius Sacerdos I 150 Diomedes 454. 455 Beda de trop. 381 C. 408 diff. serm. in Rothii Suetonio p. 309, 6 Servius Aen. VIII 619 410 'quid ... ipsius' Probi inst. II 1, 53 'quid ... Herculis' Claudius Sacerdos II 57

VARIA LECTIO.

399 HAVD *Mybc* ΗAVT *R* PRAETIO *Ryc* pulcro *bc* uc *m* 401 IMMANI *PRγ* 402 crix *b* PROLIA *R* 403 MANV *R* brachia *γ* durisque i. b. loris *Peerlkampus: malim abesse totum hemistichium.* 404 tantorũ (an *in ras. m.* 2) ingentia *b* teucrorum i. *Hamb. alt.* totorum i. *Fabricius* tanto nigrantia *Peerlkampus.* 'animi tantorum; *hic distinguendum est, hoc est* virorum fortium ... *nam stultum est dicere* tantorum boum, *cum dixerit* septem' *Servius* 405 PLVMBO (P *add.*) *P* INSVTO (SV *in ras., sed m.* 1) *P* 406 LONGAE *M* 407 MAGNAANIMUS *M* anchi. fiadef *b* SE·T *M* 408 IMMENSA *R* inmissa (inmessa? *cf.* 662 III 157) *diff. serm.* 410 quif (f *m.* 2 *in ras.*) *c* erculif *γ* 412 quodã (d *corr. ex* n) *b* 413 ADIIVC (D *in ras.*) *P* fparfo (parfo *m. rec. in ras.*) *c* fracto *χ* : *cf.* 480 414 alcidem *bc* TETIT *M* IIISEGO (S *cras. vel in ras.*) *R*

dum melior viris sanguis dabat aemula necdum
temporibus geminis canebat sparsa senectus.
set si nostra Dares haec Troïus arma recusat
idque pio sedet Aeneae, probat auctor Acestes,
aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto
(solve metus), et tu Troianos exue caestus.'
haec fatus duplicem ex umeris reiecit amictum
et magnos membrorum artus, magna ossa lacertosque
exuit atque ingens media consistit harena.
tum satus Anchisa caestus pater extulit aequos,
et paribus palmas amborum innexuit armis.
constitit in digitos extemplo arrectus uterque
bracchiaque ad superas interritus extulit auras.
abduxere retro longe capita ardua ab ictu
inmiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt,

TESTIMONIA.

415 sq. 'aemula . . . senectus' Nonius 238, 31 418 Nonius 404, 23 419 'aequemus p.' Arusianus p. 214 L. 422 sq. 'magna . . . exuit' Macrobius Sat. VI 1, 43 Nonius 300, 7 424 Nonius 297, 14 425 Priscianus 861. 903. 904 'paribus . . . armis' schol. Veron. 81, 2 'palmas . . . armis' Diomedes 366 426 Quintilianus VIII 3, 63 Macrobius Sat. V 7, 5 Donatus ad Ter. adelph. II 1, 2 Augustinus de gramm. 1993 P. 'constitit in d.' Nonius 272, 31 428 Marius Victorinus 2481 P. 429 Arusianus p. 244 L.

VARIA LECTIO.

415 VIRIS *M1P1Rγ* VIRES *M2P2bc* 416 PARSA *M* (S) 417 SED *PRγbc* TRO·I·US *M* recu.fat *b* 418 IT *M* sedet: *cf. Aen.* II 660 IV 15 VII 611 XI 551 placet *malit Peerlkampus* probat (at *m.* 2 *in ras.*) *γ* 419 aequemuſ (e *post. m.* 2) *γ* 420 CESTUS *M* (λ) 421 humeriſ *b* DEIECIT (D *eras.*) *P* (R) 422 QVE *eras. P*, *om. m* 423 exuit: *cf. Aen.* II 153 IV 518 extulit *Macrobius : cf.* 424. 427. 444 conſiſtit (it *e corr.*) *γ* arena *b* 424 TUM *M* tunc *Nonii exempl.* 425 INTEXUIT *M* (N) innexuit *testantur Diomedes et Priscianus* 427. 426 *bc* 426 *in mg. hoc signum:* ʒ *M* 'constitit : *hic distinguendum propter vitium*, *ut sit* arrectus in digitos' *Servius* 427 Brachia *γ* INTERITUS (*sup. m. rec.*) *R* intrituſ (t *pr. in ras.*) *b* (R) 428 redduxere *testatur Marius Victorinus* 429 IMMISCENT *Rc* pugnant *c* LACESSVNT *P*

Post hunc v. vulgo fortiter interpungunt.

ille pedum melior motu fretusque iuventa,
hic membris et mole valens; sed tarda trementi
genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus.
multa viri nequiquam inter se volnera iactant,
multa cavo lateri ingeminant et pectore vastos
dant sonitus, erratque auris et tempora circum
crebra manus, duro crepitant sub volnere malae.
stat gravis Entellus nisuque immotus eodem,
corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.
ille, velut celsam oppugnat qui molibus urbem
aut montana sedet circum castella sub armis,
nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
arte locum et variis adsultibus inritus urget.
ostendit dextram insurgens Entellus et alte
extulit: ille ictum venientem a vertice velox
praevidit celerique elapsus corpore cessit;

TESTIMONIA.

430 schol. Hor. epod. XIII 4 432 Nonius 207, 24 Probi inst. I 14, 4 schol. Hor. epod. XIII 4 'genua cum labant Daretis, aeger est anhelitus' Terentianus Maurus 759 'genua l.' Sergius ad Donat. 1831 Cledonius 1885 P. Servius ge. I 397 'vastos ... artus' Servius Aen. IX 814 437 Probi inst. I 17, 7 438 Macrobius Sat. VI 6, 5 Nonius 206, 16 Arusianus p. 227 L. 'atque ... exit' Servius Aen. XI 750 441 Priscianus 908 442 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 334 443 sq. 'ostendit ... extulit' Nonius 297, 22 445 'celeri ... cessit' Nonius 251, 7

VARIA LECTIO.

430 fractuſ *c*l 431 tementiſ (ſ *eras.*) *c* 432: *cf.* IX 814 aeger: *cf. Servius Aen.* IX 814 ANHELLITUS *R* 433 NEQUICQUAM *M* uolnera *γ* VVLNERA *MRbc* 434 *in ras. exceptis duabus extremis lit. P* PICTORE *P*1 uaſto *c*1 : *cf. ge.* III 222 *Aen.* I 245 X 716 435 ſonitu . *γ* SONITVM *P* aureſ *bc* 436 uolnere *γ* VVLNERE *Rbc* 437 NITV *P* NISVS *R* niſ. *γ* IMMOTVS *MRbc* 438 ADQVE *R* VIGILANTIBVS *P* 439 uelud *c* VOLET *M* 440 *spurium habet Peerlkampus, fortasse recte.* 441 NUNCHOSNUCILLOS *M* NUNCILLOSNVNC HOS *R* hos aditus iamque hos *ut* XI 766 *Priscianus* additur *γ* PERRAT *R* pherſat (ſ *corr. in* r) *c* 442 adſ. ultibuſ *γ* irrituſ *γ2bc* URGET *M* 443 EXTRAM *P* alte *γ* 444 *in ras. P*

Entellus vires in ventum effudit, et ultro
ipse gravis graviterque ad terram pondere vasto
concidit, ut quondam cava concidit aut Erymantho
aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
consurgunt studiis Teucri et Trinacria pubes;
it clamor caelo, primusque accurrit Acestes
aequaevomque ab humo miserans attollit amicum.
at non tardatus casu neque territus heros
acrior ad pugnam redit ac vim suscitat ira
(tum pudor incendit vires et conscia virtus):
praecipitemque Daren ardens agit aequore toto
nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.

TESTIMONIA.

446–448 'ultro . . . concidit' Iulius Rufinianus 237 R. 449 'radicitus e. p.' Priscianus 1015 P. 451 'it c. c.' Arusianus p. 237 L. Sergius ad Donat. 1844 Cledonius 1863 P. Pompeius 198 L. Servius Aen. I 6 455 Nonius 415, 17 456 Priscianus 705 Claudius Sacerdos I 160 Servius ge. I 50 'praecipitemque . . . agit' Charisii exc. p. 542, 2 K. 457 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 8 Servius Aen. I 3 'nunc dextra, nunc ille sinistra' Servius Aen. VI 186

VARIA LECTIO.

446 EFFUNDIT *P* 447 AT (T *corr. in* D) *P* 448—473 *Veron. fol.* 259. 448 *concidit — cry*MANTHO *V* ut] ꝟT *P* condā *c* herimantho *b* 449 *Aut ida in magna V* RADICITVS *Ry*2*c*1, *testatur Priscianus : cf. Homerus Il.* Ξ 415 PIN*us V* 450 *consurgunt — tr*INACRIA *V* ſtudiiſ *sup. c* 451 ID *Pyc* IN *M* It *V* *Clamor — primusque* ACC*urrit acc*ESTES *V* PRIMUS (Q· *minio p.*) *M* occurrit *γ*1*c ut* 36 452 AEQVAEVOM (O *corr. in* V) *P* Aequaeuum *ybc* AEQUUM *M* *Aequaevomque ab hu*MO *V* HUNO *M* humo *b* MIS*erans V* ATTOLIT *R* 453 *at — nc*QVE *territus heros V* IASU (lapsu *ut* X 750?) *M* 454 ACRIO*r — V* REDI··T *M* acum *c* *Vulgo post* ira *fortiter interpungunt.* 455 *suspectum habet Iac. Bryant* 455 TV*m — V* TUNC *M* tunc *Nonius* *Colon posui post* virtus, *ubi comma alii.* 456 PRA*ecipitemque Daren — to*TO *V* PRAECIPITE *R* darem *yc* ARDENSAGIT (SA *in ras.*) *R* agit *sup. b* 457 NV*nc — sin*ISTRA *V* NUNCDEINDESINISTRA *Mm* nunc ille sinistra *testantur Donatus et identidem Servius, qui ad* VI 186 *tibicinis loco posita esse dicit. Fortiter post* sinistra *interpunxi.*

nec mora nec requies: quam multa grandine nimbi
culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
creber utraque manu pulsat versatque Dareta.
tum pater Aeneas procedere longius iras
et saevire animis Entellum haud passus acerbis,
sed finem inposuit pugnae fessumque Dareta
eripuit mulcens dictis, ac talia fatur:
'infelix, quae tanta animum dementia cepit?
non vires alias conversaque numina sentis?
cede deo.' dixitque et proelia voce diremit.
ast illum fidi aequales, genua aegra trahentem
iactantemque utroque caput crassumque cruorem
ore eiectantem mixtosque in sanguine dentes,
ducunt ad navis, galeamque ensemque vocati

TESTIMONIA.

458 sq. 'quam ... crepitant' Claudius Sacerdos I 163 459 cf. Marius Plotius p. 260 G. 460 Servius Aen. V 457 463 Priscianus 705 cf. schol. Veron. 95, 24 K. 467 Priscianus 1002 P. 'cede deo' Nonius 250, 25 schol. Veron. 95, 26 'dixitque ... diremit' Servius ge. II 119 Aen. I 5. 18. 27 468—470 Macrobius Sat. IV 1, 2 468 'ast ... aequales' Nonius 235, 31 471 sq. 'galeam ... accipiunt'

VARIA LECTIO.

458 Nec mora *b* Mora *n*EC *V* nymbi *γ* 459 CVL*Minibus V* CRE*pit*ANT *V* *sic — ictibus* Heros *V* LICTIBVS *P* HERO S *M* herof *γ* 460 VT*raque — puls*AT *V* 462 SEVIRE *M* ENTELLVSAVT (T *ult. corr. in* D) *M* HAV *P*1 HAVT *P*2*RVγ* haud *bc* SVS *P* 463 FIN*em im*POSVIT — *V* IMPOSVIT *Rc* pugnem c1 DARETA *MR : cf.* 476 464 ac] & *c* fator *b* 466 *Nihil legi potuit in V* VIRIS *M*1 nimia (*corr. m. ant.*) *c* 467 *Cede V* dixitque ... diremit *delet Peerlkampus, interpretatur Servius, qui haec 'vacat* que *metri causa : et maluit perissologiam facere quam uti communi syllaba, quae frequens vitiosa est' adnotavit.* 468 *Nihil legi potuit in V* 469 quassantem *χ*, *Macrobii exempl. : cf.* VII 292 XII 894 *βάλλοντα Homerus* utrOQVE *V* capud *c* 470 OREIECTANTEM *Mc*1 Ore eiectantem *γ*1 OREIACTANTEM *R* OREiaCTANTEM *V* Ore reiectantem *γ*2 ore reiactantem *m* ore reluctantem *Parrhas.: an* ore eructantem? MIXTO (S *minio p.*) *Mc* *mixtosque in sang*VINE *V* sanguine edentef *γ*1 471 NAVES *Rbc* galẽ (*om.* que) c1 (galeã c2) VOCA*ti V*

accipiunt, palmam Entello taurumque relincunt.
hic victor, superans animis tauroque superbus
'nate dea vosque haec' inquit 'cognoscite, Teucri,
et mihi quae fuerint iuvenali in corpore vires
et qua servetis revocatum a morte Dareta.'
dixit, et adversi contra stetit ora iuvenci,
qui donum astabat pugnae, durosque reducta
libravit dextra media inter cornua caestus,
arduus, effractoque inlisit in ossa cerebro:
sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos.
ille super talis effundit pectore voces:
'hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis
persolvo; hic victor caestus artemque repono.'
Protinus Aeneas celeri certare sagitta

TESTIMONIA.

Macrobius Sat. IV 1, 2 473 schol. Veron. 95, 30 K. 475 'iuvenali in c. v.' Charisius 108 481 Macrobius Sat. III 5, 3 'procumbit h. b.' Cassiodorus de orthogr. 2300 P. 483 sq. 'hanc . . persolvo' Servius Aen. IV 56 'ut exploret animalis hostiae causa ipso est usus nomine [483], et ut nuncupata vota significaret, ait persolvo, quod de voto proprie dicitur' Macrobius Sat. III, 5, 3 Macrobius Sat. V 7, 6 Beda de orthogr. 2343 Velius Longus 2243 P. 485 sq. 'celeri . . . ponit' Nonius 320, 32

VARIA LECTIO.

472 pallam *c* RELINQVNT *RV* RELINQUUN· *M* relinquunt *c* relinquunt (n *post. in ras.*) *b* 473 ANIMO *V* animis *schol. Veron.* AURO *M* SVPERB· *R* fuperbif *b* 474—499 *Veron. fol.* 474 TEVCRI (VCRI *in ras.*) *R* 475 que *γ* 476 ETQ*ua ser*VET REV*ocat*VM *V* QVA *M* qua. *b* dar&am *γ* : *cf.* 463 477 AVER *Pyb ora V* 478 A*stabat pug*NAE *V* ADSTABAT *MRyb* 479 LIBRAVIT *R* CAEST*us V* 480 &fracto *γ* in *om. R*, *probavit Fleckeisenus Iahnii annal.* LXI 32 481 examinif (*om.* que) *b* TREMENS *M* 482 talef *b* effudit *cm* 483 TIBIETERYX (*an*ERERYX?) *V* meliore *Peerlkampus* : *cf.* XII 296 meliorem *Servius* 484 VITOR *sim* VETOR *V* cAESTVS *P* REPON.. *V* REPONIT *Rc*1, *Servii Laur.* 1 (*om. h. l. Cass.*) *cf.* 619 485 PRO*tinus acn*EAS *V*

tat qui forte velint; et praemia dicit,
ntique manu malum de nave Seresti
it et volucrem traiecto in fune columbam,
tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
venere viri, deiectamque aerea sortem
pit galea; et primus clamore secundo
tacidae ante omnis exit locus Hippocoontis.
n modo navali Mnestheus certamine victor
sequitur, viridi Mnestheus evinctus oliva.
us Eurytion, tuus o clarissime frater
dare, qui quondam, iussus confundere foedus,
nedios telum torsisti primus Achivos.
emus galeaque ima subsedit Acestes,
is et ipse manu iuvenum temptare laborem.
validis flexos incurvant viribus arcus

IIA.
'malum' schol. Veron. 96, 8 K. 488 cf. schol. Veron. 96
489 Nonius 386, 16 490 sq. 'deiectam . . . galea' Servius
268 492 : cf. Macrobius Sat. V 15, 12 'exit l. H.' Cha-
493 sq. 'quem . . . consequitur' schol. Hor. carm. III 27,
s Aen. V 245 495 sq. 'tuus . . . Pandare' Arusianus p. 231
s ge. I 138 'clarissime' schol. Veron. 96, 19 K. 496 cf.
ron. 96, 20 K. 497 Nonius 413, 27 498 Servius Aen. XI
alea . . . Acestes' Servius Aen. XII 836 500 sq. 'tum . . .
cianus 1187 P. 'summis incurvant . . . viri' Priscianus 996 Al-

---

CTIO.
ICIT *Pγ*, *tuetur Heinsius : cf.* 291 *sq.* PONIT *MRVbc* 487
(I *sec. eras.*) *R* ingentem *Bothius* 'ingenti manu, *magna mul-*
Servius 488 TRO̅IECTO *M* fine (i *eras.*) *γ* 489 *in mg.*
M tendunt *γ1c1* ferrom *γ* 490 delectam *γ* AERE *V*
era *γc* 491 PRIMVM *RV* 492 HYRTACCIDAE *P* OMNiS *V*
n. ead. corr. in e) *γ* omnef *b* exiit *c1* HIPPOCOCONTIS *V*
tif *γ* 493 nauali. *c* MENSTHEUS *M* mneftheuf *b* ductor
us : cf. Servius 494 VIRIDI (I *tert. in ras.*) *P* uiridi (ridi
n ras.) *c* uiridi *γ* VINCTVS *R* 495 EURYTIHON *Pγ*
ERE *M* PANDERE *R* condam *γc* 497 TELLVM (L *pr. eras.*)
IOS *M* 498 ima] IAM *R* fubcedit *c1* 499 MANVM *V*
M LABORE *ut vid. V* 500 summis incurvant *Prisciani*

pro se quisque viri et depromunt tela pharetris.
primaque per caelum nervo stridente sagitta
Hyrtacidae iuvenis volucris diverberat auras;
et venit adversique infigitur arbore mali.
intremuit malus [timuitque exterrita pinnis
ales, et ingenti sonuerunt omnia plausu].
post acer Mnestheus adducto constitit arcu,
alta petens, pariterque oculos telumque tetendit.
ast ipsam miserandus avem contingere ferro
non valuit: nodos et vincula linea rupit,
quis innexa pedem malo pendebat ab alto;
illa notos atque alta volans in nubila fugit.
tum rapidus, iamdudum arcu contenta parato
tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit,
iam vacuo laetam caelo speculatus, et alis
plaudentem nigra figit sub nube columbam.

TESTIMONIA.

cuinus gramm. 2140 Beda de orthogr. 2342 P. 501 Priscianus 1024 Servius Aen. XII 552 504 'adversi ... mali' Probi inst. I 17, 3 'adversique i. a.' Probi inst. I 17, 4 505 sq. 'timuit ... ales' Servius Aen. V 215 510 sq. Priscianus 904 511 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 537 512 Servius ge. I 273 Aen. IV 257 513 sq. 'hunc ... tenens' Nonius 265, 33 515 sq. 'iam ... plaudentem' schol. Hor. carm. I 3, 34 516 'nigra ... columbam' Servius Aen. VI 107

VARIA LECTIO.

996 ω, *Alcuinus et Beda Putschii* 503 VOLVCRIsIVVENIS *P* uolucrif iuuenif *γ* uolucref iuuenif *b* DEVERBERAT *M* 505 pennif *bc* 506 'omnia plausu: *alii pennarum dicunt, sed melius est spectantium favore. illud enim est incredibile' Servius. Mihi haec* timuit ... plausu *ex v.* 215 *sq. imitatione orta esse, cum poeta quae de ave additurus erat omisisset.* 510 qui primus nodos *Priscianus* rumpit *b*1*m* 512 nothof *γ* atq: *m.* 2 *sup. b* ALTA *P* alta (l *eras.*) *γ* ATRA *MRbc*: *cf.* 693 *sq.* VOLAN *P* 513 hunc (tunc?) *Nonii exempl.* 'tum: *deinde, et est adverbium ordinis; nam* tunc *temporis est' Servius* IAMDVDVM *Ry2bc* 514 fratrēq: *c* 515 *in emendandis relictum fuisse a Vergilio putat Wagnerus.* 516 FIGITNIGRAM *P* fi.git nigra *γ* nigra *testatur Servius*

decidit exanimis vitamque reliquit in astris
aetheriis fixamque refert delapsa sagittam.
amissa solus palma superabat Acestes;
qui tamen aërias telum contorsit in auras,
ostentans artemque pater arcumque sonantem.
hic oculis subitum obicitur magnoque futurum
augurio monstrum: docuit post exitus ingens,
seraque terrifici cecinerunt omina vates.
namque volans liquidis in nubibus arsit harundo
signavitque viam flammis tenuisque recessit
consumpta in ventos, caelo ceu saepe refixa
transcurrunt crinemque volantia sidera ducunt.
attonitis haesere animis superosque precati
Trinacrii Teucrique viri, nec maximus omen
abnuit Aeneas, set laetum amplexus Acesten
muneribus cumulat magnis ac talia fatur:

TESTIMONIA.

517 sq. 'decidit . . . aereis' Macrobius Sat. III 8, 4 519 Caper de orthogr. 2242 P. 520 Nonius 260, 4 521 Maximus Vict. de rat. metr. III 2 Diomedes 424 523 'docuit . . . ingens' Nonius 280, 33 524 Servius Aen. XII 864 525 Nonius 240, 13 'liquidis . . . harundo' Servius Aen. VII 699 528 'crinemque v. s. d.' Seneca nat. qu. I 1, 5 531 'sed . . . Acesten' Charisius 51 P

VARIA LECTIO.

517 auſtrif *c*1 auris *Schraderus observ.* I 3 astris *testantur Macrobius et Servius* 518 AERIIS *Rm*, *Macrobii exempl.* AERIIS *M* Aereif *bc* A...ereif *γ* DELABSA *MP* delapſam *γ*1 520 aerias : *cf. Lachmannus Lucr.* 167 CONTORSIT *Pγb* CONTENDIT *M* : *cf.* 497. XII 461 condit (*sup. m. rec.*) *c* CONTENDIT *R*, *legit Nonius* 521 artemque patris *vel* artemque paternam *vel* artemque parans *χ* artem pariter *Servii exempl.*, *Diomedis editiones interpolatae*, artemque pater *testatur Maximus Vict.* 522 ſubitum *χ ut Montalb. et Rottendorf tert.* SVBITO *MPRγbcψ* 524 UASTES *M* 525 LIQVIDVS *P* 526 UIAMLAMNIS *M* 527 Comſũpta *c* 529 Attonitof *c*1 PRAECATI *R* 531 ſed *c* ET *R* aceſtem *b* aceſtĩ *c* Acesten *testatur Charisius*

'sume, pater; nam te voluit rex magnus Olympi
talibus auspiciis exsortem ducere honores.
ipsius Anchisae longaevi hoc munus habebis,
cratera inpressum signis, quem Thracius olim
Anchisae genitori in magno munere Cisseus
ferre sui dederat monimentum et pignus amoris.'
sic fatus cingit viridanti tempora lauro
et primum ante omnis victorem appellat Acesten.
nec bonus Eurytion praelato invidit honore,
quamvis solus avem caelo deiecit ab alto.
proximus ingreditur donis qui vincula rupit,
extremus volucri qui fixit harundine malum.

At pater Aeneas nondum certamine misso
custodem ad sese comitemque inpubis Iuli
Epytiden vocat, et fidam sic fatur ad aurem:

TESTIMONIA.

533 'sume p.' Nonius 395, 32 534 'exortem d. h.' schol. Hor. a. p. 305 535 'ipsius A.' fragm. de quant. 11 p. 504 Endl. 537 sq. 'in ... amoris' Nonius 302, 18 Diomedes 407 541 'nec b. E.' Claudius Sacerdos I 161 542 Donatus ad Ter. eun. II 1, 24 Arusianus p. 223 L. Charisius 240 546 sq. 'comitem ... vocat' Charisius 113 546 'comitemque i. I.' Probi inst. II 1, 40 Charisius 54 anon. de orthogr. 2796 P. 'inpubis Iuli' Priscianus 707 547 'fidam ...

VARIA LECTIO.

533 Su.me *c* REX (EX *m. rec.*) *P* MAGNOS *P*1 534 ofpitiſ *c*1 EXSORTAM *M* exortem *b* exhortē *c* HONORES *PR*γ1 HONORES *M* honorē γ2*bc*, *schol. Hor.* 535 *deleri voluit Heckerus in Mnemosynae* I 393 longeui (ui *m.* 2 *in ras.*) γ 536 CRATERAM *P* CRATERAM *M* TRACHIVS *P* trachiuſ (h *eras.*) γ TRACIUS *M* traciuſ *c* 537 GENITORIS *M* CISSAEUS *P*γ CISSAEUS (*puncto rubro*) *M* ciſeuſ *bc* 539 cingit (ci *m.* 2 *in ras. unius lit.*) *c* uiridenti *b*1 540 omneſ *b* ACESTĒ *MRb* 541 bonoſγ EURYTHION *M* eurition γ HONORE *P*1 HONORI *MP*2*Rybc*, *Servius.* honoris *Marklandus epist. crit.* 106 honore *et* honorem *proposuit Peerlkampus*, *praeferens tamen* honori. 542 ab alto : *cf.* 489. 511 543 que *c* 544 finxit γ1 arundine *b* malo *c* 546 INPVBES *P* INPUPBIS (B *corr. ex* P) *M* 547 AEPYTIDEN *R* epytidem γ epitydē *c* ad auram γ1*b* inaure *c*1

'vade age et Ascanio, si iam puerile paratum
agmen habet secum cursusque instruxit equorum,
ducat avo turmas et sese ostendat in armis,
dic' ait. ipse omnem longo discedere circo
infusum populum et campos iubet esse patentis.
incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
frenatis lucent in equis, quos omnis euntis
Trinacriae mirata fremit Troiaeque iuventus.
omnibus in morem tonsa coma pressa corona;
cornea bina ferunt praefixa hastilia ferro,
pars levis umero pharetras; it pectore summo
flexilis obtorti per collum circulus auri.
tres equitum numero turmae ternique vagantur
ductores; pueri bis seni quemque secuti
agmine partito fulgent paribusque magistris.
una acies iuvenum, ducit quam parvos ovantem

TESTIMONIA.

aurem' Servius Aen. III 480 XI 42 552 'et ... patentes' Servius Aen. VI 412 556 'tonsa c. p. c.' Servius Aen. I 701

VARIA LECTIO.

548 et Ascanio] adchanio *c* PVERILLE *Pγ1* peratum *γ1* PARATVS *M* *P* : *quod non displicet. An* paratos? 549 fecum *om. c* AEQUORU~ *M* 551 DISCEDERE *P* difcendere (i *et* n *eras.*) *γ* DECEDERE *MRbc* 552 INFUSUM (INF *minio p.*) *M* IUSSIT (I *post. corr. in* E) *M* PATENTES *Mb* 553 'incedunt pueri: *aut poetica licentia confundit aetates, ut modo pueros modo iuvenes dicat ... aut certe secundum quosdam sequenti distinctione mutata magistros pueros dicit, sequentes* (*parentes?*) *vero maturioris aetatis*' *Servius conl. eodem ad* 561 554 aequif *γ* euntef *b* 557 Cornua *c1* ASTILLA *Mc* 558 humero *γc* it *m. 2 in ras. c* IET *P* ET (I *sup. minio p.*) *M* ET *Rb1id* & *γ* 'it p.s. : *sic legendum est, ne sit soloecismus*' *Servius* 560 TRIS *Mb1c* NVMEROTVRMAE *P* TVRMAENVMERO *R* 561 'ductores pueri: *hic quidam distinguunt, ut diximus supra*' (553) *Servius* biffeni pueri *b* 563 PARVVS *MPybc*

nomen avi referens Priamus, tua cara, Polite,
progenies, auctura Italos; quem Thracius albis
portat equs bicolor maculis, vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam.
alter Atys, genus unde Atii duxere Latini,
parvos Atys pueroque puer dilectus Iulo.

* * * *

extremus formaque ante omnis pulcher Iulus
Sidoniost invectus equo, quem candida Dido
esse sui dederat monimentum et pignus amoris.
cetera Trinacrii pubes senioris Acestae

TESTIMONIA.

564 'nomen ... Priamus' Nonius 354, 16 564 sq. 'tua .. - progenies' Priscianus 730 565 sq. 'quem ... maculis' schol. Hor- carm. II 19, 23 566 sq. 'vestigia ... albam' Nonius 420, 19. 464, 18 570 'pulcher I.' Claudius Sacerdos I 161 Charisius 245 Diome- des 455 571 sq. 'quem ... amoris' Nonius 32, 21 571 'candid- D.' schol. Hor. epod. III 10 XI 27 Servius ecl. V 56

VARIA LECTIO.

564 CARA *P* CLARA *MRybc*, *Prisciani excmpl. cf.* 569 POLITES *MP* POLITES *R* Polite *testatur Priscianus* 565 AVCTVRA (V *alt. in ras.*) *P* AVCTORA *R* THRACIHIUS (*puncto rubro*) *M* traciuſ *c* 566 EQVSV *R* EQVvS *P* EQUUS *Myb* aequſ *c* PRIMIS *MP* 567 PEDIS *P* PEDES (I *minio p.*) *M* OSTENTANS *P* '*cum tres dixerit duces, duorum equos commemorat. Sed aut praetermisit, quod ut consequeretur necesse erat ... aut illo reddidit loco:* cetera pubes senioris Acestae fertur equis. *Quamquam multi distinctione mutata tres equos commemorant, ut sit primus equus* bicolor maculis, *et de alio dicatur* vestigia primi Alba pedis, *i. e. primorum pedum vestigia. Et* frontem albam ostentabat alter' *Servius.* 568 atuſ *γ* atiſ *b*1 ATYI *PRybc* ATTYI *M* atii, atti, attii *χ* DUXERE (I *eras.*) *M* 569 PARVVS *MRybc* atiſ *b*1 *Post hunc v. non dubito quin equum pueri descripturus esset poeta.* 570 FORMA *M* om̃ſ *c* 571 SIDONIOST *P* SIDONIO EST *Mybc* SIDONIOES (*sup. m. rec.*) *R* 572 *tibicinis loco interim positum esse puto: cf.* 538 573 Caetera *b* TRINACRII *P*1*Rb*, *a in lemmate scholii*, *Menag. pr.*, *Rottend. pr.* TRINACRIAE *P*2 TRINACRIAE *M* trinacria *a*1 trinacriae *γa*2*cψ* : *cf.* 555 trinacriis *in quo libro legatur nescio.* acefte *γ*

fertur equis.
excipiunt plausu pavidos gaudentque tuentes
Dardanidae veterumque adgnoscunt ora parentum.
postquam omnem laeti consessum oculosque suorum
lustravere in equis, signum clamore paratis
Epytides longe dedit insonuitque flagello.
olli discurrere pares, atque agmina terni
diductis solvere choris rursusque vocati
convertere vias infestaque tela tulere.
inde alios ineunt cursus aliosque recursus
adversi spatiis, alternosque orbibus orbes
impediunt, pugnaeque cient simulacra sub armis;
et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt
infensi, facta pariter nunc pace feruntur.

TESTIMONIA.

575 sq. 'excipiunt . . . Dardanidae' Nonius 413, 33 579 'insonuitque f.' Arusianus p. 236 L.

VARIA LECTIO.

575 gaudeq; *c* tuentif *cl* 576 Dardanide *γ* ADGNOSCVNCT *P* AGNOSCUNT *Myb* agnoſcant *c* RPARENTVM *P* ora parentum: *cf.* 553 577 OMNEM (EM *in ras. et m.* 2 *ut vid.*) *P* COSSENSUM *M* confeſſe *c* CONCESSVM (V *in ras.*) *P* conceſſum *γl* con.eſſum *bl* : *cf.* 290. 340 VIII 636 578 *et* 579 *inverso ordine Py* (*ad p. in mg.* B̄ *et* Ā *P*) 578 ſignom *cl* PARENTIS *M* 579 EPYTIDES (D *in ras. et m.* 2) *P* AEPYTIDES *R* 580 AGMINE *P* ternif (t *e corr.*, f *eras.*) *γ* ternif *b* 581 DEDVCTIS *MR* corif *γ* ruſuf *c* VOCATI (V *in ras. m.* 2 *ut vid.*) *P* 584 ADVERSI *MR* ADVERSIS (D *in ras.*) *P* Aduerſif *γbc*, *ut utrum genuinum sit dubitem.* auersis *Zulich.* aduersos *Erf.* SPATIS *M* ALTERNIS *R* 585 INPEDIUNT *Pybc* SIMVLACHRA *R* 586 nuncdant (nc *eras.*) *γ* fugae *bc2χ* SPECULA *M1* ſpica *c* uertunt, aſ uerfant *γ* uertunt (t *pr. m. rec.*) *c* 587 INFESSI *M* PARTE (T *corr. in* C) *M*

ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
parietibus textum caecis iter ancipitemque
mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
frangeret indeprensus et inremeabilis error:
haut alio Teucrum nati vestigia cursu
impediunt, texuntque fugas et proelia ludo,
delphinum similes, qui per maria umida nando
Carphatium Libycumque secant.
hunc morem cursus atque haec certamina primus
Ascanius, Longam muris cum cingeret Albam,
rettulit et Priscos docuit celebrare Latinos,
quo puer ipse modo, secum quo Troïa pubes;
Albani docuere suos; hinc maxima porro

luduntque per undas.

TESTIMONIA.

588 Augustinus de gramm. 2011 P. 'quondam ... alta' Isidorus orig. II 21, 24 Servius Aen. III 414 589 'parietibus ... iter' Macrobius Sat. V 14, 2 Charisius 3 Marius Victorinus 2474 P. 'parietibus t. c.' Probi inst. I 14, 4 592 sq. 'haud ... impediunt' Nonius 331, 13 594 'delphinum s.' Arusianus p. 259 L. 595 'Carpathium L. s.' schol. Hor. carm. IV 5, 9 598 'Priscos ... Latinos' Servius Aen. I 7 600 sq. Servius Aen. I 7

VARIA LECTIO.

588 condam *c* LABYRINTUS *M* labirinthuſ *b*1 laberinthuſ *c* Cretae ... altae *Servius Aen.* III 414 589 CAESIS *P* caecif (c *utraque in ras.*) *c* caecis *Servius* 590 VIVIS *P* QUAE *M* 591 FRANGERET *PRybm* 'frangeret, *deciperet, falleret*' *Servius.* Falleret (*in mg.* aſ frangeret. duplicaret) *c* FALLERET *M* INDEPRENSUS *M* indeprehenſuſ *b*1 592 Haud *b* ..haud *c* ALIOTER (O *cras.*) *R* alit (t *e corr.*) *γ* alit *Nonii Wolf.* aliter *bm, Nonii ω* NATITEUCRVM *Pγ* 593 INPEDIVNT *Pb* PRAOELIA *P* 594 fimile *γ*1 595 CARPHATIVM *MPγ* Carfathiũ *b* CARPATHIVM *Rc* lybicũq; (cũq; *in ras.*) *b* LVDVNTQVEPERVNDAS *Rc*, *literis miniatis m. rec. add. M*, *m. rec. add. γ*, *om. Pm* fecant luduq: per undaſ *m.* 2 *in ras. b* 596 *om.*, *ima pag. m.* 2 *add. b* hos cursus *χ* 597 aſcanium *γ*1 morif *c* cõ. *c* cingeret, aſ cĩder& *γ* 598 R&ulit *γ* Priscos : *cf. Beckerus antiq. Rom.* II 1 *p.* 8 *adn.* 8 priſcoſ *b* 599 *displicuit Heynio* 600 ALBINI *M*

ccepit Roma et patrium servavit honorem;
'roiaque nunc, pueri Troianum dicitur agmen.
iac celebrata tenus sancto certamina patri.

Hinc primum Fortuna fidem mutata novavit.
um variis tumulo referunt sollemnia ludis,
rim de caelo misit Saturnia Iuno
liacam ad classem, ventosque adspirat eunti,
nulta movens necdum anticum saturata dolorem.
lla, viam celerans per mille coloribus arcum,
ıulli visa cito decurrit tramite virgo.
onspicit ingentem concursum et litora lustrat,
lesertosque videt portus classemque relictam.
ıt procul in sola secretae Troades acta
ımissum Anchisen flebant, cunctaeque profundum
›ontum aspectabant flentes. heu tot vada fessis
:t tantum superesse maris, vox omnibus una.
ırbem orant, taedet pelagi perferre laborem.

MONIA.
3 Arusianus p. 264 L. 606 Servius Aen. IV 92 608 'nec-
. s. d.' Arusianus p. 261 L. 609 Macrobius Sat. VI 6, 4 'per
a.' Asper 114, 21 'mille c. a.' Asper 112, 13 613 Servius
24 gloss. in Barthii adv. XXXVII 5

LECTIO.
1 HONOREM ~ *M* 602 NVNCPVERI · *M* '*ut ait Suetonius Tran-*
G
s: lusus ipse ... Troia *vocatur' Servius* AMEN *M* 603 HAEC
c *γ*1 Ac *c* hac *testantur Arusianus et Servius* caelebrate *c*
: *satis ieiuno facile caruerim.* 604 HINC *PRγb* HIC *Mc* 605
ıia *b* folemnia *γ* follẽpnia *c* 607 que] Q· *m. rec. sup. R* aſpi-
S
608 ANTIQVM *Rc* ANTIQVvM *P* antiquum *γb* 609 CELEBRAN
CUR E
611 CONSESSVM *M* : *cf.* 340. 577 613 INSULA *M*1 SECRETA
›. *minio p.*) *M* ſecretae *b* at solae procul in secreta *gloss. Barth.*
/ h N
adeſ *c*1 ACTA-E *M* 614 ANCHISAEN *M* anciſen *γ* FLEBAT
E A
CUNCTA *M* conctae *c* 615 SPECTABANT *M* '*multi* flentes
istinguunt, *ut sit* miserabiliter flentes ... *alii* heu *a mulieribus*
ı *accipiunt' Servius.* 617 PERFRRE *P*

ergo inter medias sese haut ignara nocendi
conicit, et faciemque deae vestemque reponit;
fit Beroe, Tmarii coniunx longaeva Dorycli,
cui genus et quondam nomen natique fuissent;
ac sic Dardanidum mediam se matribus infert.
'o miserae, quas non manus' inquit 'Achaica bello
traxerit ad letum patriae sub moenibus! o gens
infelix, cui te exitio Fortuna reservat?
septima pos Troiae excidium iam vertitur aestas,
cum freta, cum terras omnis, tot inhospita saxa
sideraque emensae ferimur, dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem et volvimur undis.
hic Erycis fines fraterni atque hospes Acestes:
quis prohibet muros iacere et dare civibus urbem?

TESTIMONIA.

618 'haud i. n.' Arusianus p. 236 L. 620 schol. Veron. 98, 2 K. 621 schol. Veron. 83, 24 K. Servius Aen. II 89 623 'o ... manus' Claudius Sacerdos I 81 626 Macrobius Sat. IV 3, 16 629 'Italiam ... volvimur' Marius Plotius p. 259 G. 'Italiam s. f.' Servius Aen. IV 361

VARIA LECTIO.

620 BEROETMARII *Pc*2 bero & marii *γ* VEROETMARI *R* BEROEMARI (IM *del. minio*, I *sup. rubra*) *M* beroe marii *Mentel. pr.*, *χ* bero .. mari. *c*1 beroemari *b* beroe ismarii *χ* : *cf. Lachmannus Lucr.* 272 Tmari *schol. Veron.* 'Marii Dorieli *trachii* .t. marus *enim est mons trachiae*' *Servii Laur.* XII 1, Marii *et* Marus-*Bern.* 165, Tmarii *et* Tmarus *Bern.* 172 (*deest locus in Cass.*) : *cf. ecl.* VIII 44, *Wagnerus lect. Verg.* 337 *sq.* et miseri *Hofmannus* CONIVX *Rb*1 dorieli *b*1 621 nomen quondam *schol. Veron.* 622 AD *Pγ* SI *M* EDIAM *P* SE *sup. P* 623 O *M* 624 AT *P* lo&um *γ* o] Q· *R* 626 'septima : *atqui et Dido dixit* (I 755) : nam te iam septima portat ... *unde apparet hanc octavam fuisse, quod et ab Anchisae morte indicat annus inpletus. Ergo constat, quaestionem hanc unam esse de insolubilibus, quas non dubium est emendaturum fuisse Virgilium*' *Servius* : *cf. Lehrs Arist.* 225 poſtroiae *b*1*c*, *Servii Bern. a* POSTTROIAE *MPRyb*2 exidum *γ*2 exitium *γ*1 627 omneſ *c* inoſpita *b* 628 EMENSE *M* ferimuſ *b*1 TVLIMVS *R* 631 QUI *M* QVID *Rc* MURO *M*

o patria et rapti nequiquam ex hoste penates,
nullane iam Troiae dicentur moenia? nusquam
Hectoreos amnis Xanthum et Simoenta videbo?
quin agite et mecum infaustas exurite puppis.
nam mihi Cassandrae per somnum vatis imago
ardentis dare visa faces: "hic quaerite Troiam,
hic domus est" inquit "vobis". iam tempus agi res,
nec tantis mora prodigiis. en quattuor arae
Neptuno; deus ipse faces animamque ministrat.'
haec memorans prima infensum vi corripit ignem
sublataque procul dextra conixa coruscat
et iacit. arrectae mentes stupefactaque corda
Iliadum. hic una e multis, quae maxima natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
'non Beroe vobis, non haec Rhoeteia, matres,
est Dorycli coniunx: divini signa decoris
ardentisque notate oculos, qui spiritus illi,

TESTIMONIA.

632 Macrobius Sat. VI 6, 16 635 Donatus ad Ter. adelph. V 8, 6 638 'iam ... res' Consentius 2059 P. 642 sq. 'sublata ... iacit' Nonius 327, 17. 385, 27 643 Velius Longus 2215 P. 645 'Pyrgo t. P. n.' Probi inst. I 4, 6 646 'non Beroe v.' Probi inst. I 4, 5

VARIA LECTIO.

632 O *M* et] o *Macrobii exempl.* hofte *γ* 633 NVMQVAM *R* 634 haectoreof *γb* AMNIS *M* amnef *b* MANES *R* xantum *γ* SIMOENTE *M* 635 infauftaf (au *e corr.*) *γ* PVPPES *PRγc* pupef *b* 636 MI *P* cafandrae *b* cafandrae *c* per somnum Cassandrae *m* 637 IVSSA *P* FACLES *R* QUERITE *M* 638 AGIT *R* agi *testantur Consentius et Servius* 639 quatuor *c* RAE *M* 640 Neptuno (o *e corr.*) *γ* ANIMAM *R* : *cf.* VIII 403 animū (u *in ras.*) *b* ANIMVM *MPγc* flammam *Venet. m.* 2 641 infeffum *cl* 642 conexa *Nonii exempl.* 643 arectae *γ* 644 E *M* 645 CONVTRIX (*voluerat* coniunx, *velut* II 783 *al.*) *P* 646 ROETHEIA *R* RHOETAE·I·A·M *M* r&heia *c* 648 ARDENTES *Rb*

quis voltus vocisque sonus vel gressus eunti.
ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui
aegram, indignantem, tali quod sola careret
munere nec meritos Anchisae inferret honores.'
haec effata.
at matres primo ancipites oculisque malignis
ambiguae spectare rates miserum inter amorem
praesentis terrae fatisque vocantia regna:
cum dea se paribus per caelum sustulit alis
ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
tum vero attonitae monstris actaeque furore
conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem,
pars spoliant aras, frondem ac virgulta facesque
coniciunt. furit inmissis Volcanus habenis
transtra per et remos et pictas abiete puppis.
nuntius Anchisae ad tumulum cuneosque theatri
incensas perfert navis Eumelus, et ipsi

TESTIMONIA.

649 'vocis . . . cuntis' Servius Aen. VI 50 650 'ipsa . . . Beroen' Charisius 241 661 'pars s. a.' Servius Aen. V 237 663 Prob. inst. I 14, 4 Pompeius 389 L. 'transtra . . . remos' Charisius 216 Diomedes 456 Servius in Donatum 1790 Sergius 1856 Cledonius 1931 P. Servius Aen. II 162 ecl. VI 19

VARIA LECTIO.

649 QUI *My2c : cf. Wagneri quaest. Verg.* XXII 5 VVLTV *MRy2bc* uocifue *c*, *Servii Aen.* VI 50 *ex.* vel] ET *P* euntif *c2γ* *Servii exempl.* VI 50 650 Ipfam *b* berohe^{n} *b* DIGRAESSA *P* 651 QVO *R* 652 INFERRE *R* 654 AD *Py1* ancipitif *b1* MALIGNAE *R* 'malignis, *pro* ipsae malignae' *Servius* 655 AMBIGUE *M* ambigue *c* expectare *bc1* 656 TERRAS *R* 657 DE *R* a.lif (*eras.* l, l *corr. ex* t) *γ* 659 adtonitae *γb* 660 *sq. Recte distinxit orationem Henry. Vulgo* pars . . . coniciunt *separata a ceteris inter se coniungebant.* 661 Par^{r}fpoliant *b* frodem *c* ac *suprascr. b* 662 COICIVNT *R* IMMISSIS *Mb* : *cf.* XI 889 IMMENSIS *R* : *cf.* 408 uolcanuf *γ* UULCANUS *Mbc* 663 PEREMOS *M* factas *vel* textas *Schraderus* : *cf. Servius* habi&e *γ* PVPPES *PRγc*, *fortasse hic rectius.* pupef *c* 664 AT *M1P* teatri *γ* teatri *c* 665 *repetitur post v.* 689 (*eadem pag.*) *γ* nauef *c* heumeluf *γ*

respiciunt atram in nimbo volitare favillam.
primus et Ascanius, cursus ut laetus equestris
ducebat, sic acer equo turbata petivit
castra, nec exanimes possunt retinere magistri.
'quis furor iste novos? quo nunc, quo tenditis' inquit,
'heu miserae cives? non hostem inimicaque castra
Argivom, vestras spes uritis. en, ego vester
Ascanius!' galeam ante pedes proiecit inanem,
qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum.
ast illae diversa metu per litora passim
diffugiunt, silvasque et sicubi concava furtim
saxa petunt; piget incepti lucisque, suosque
mutatae adgnoscunt, excussaque pectore Iuno est.
sed non idcirco flamma atque incendia vires
indomitas posuere; udo sub robore vivit
stuppa vomens tardum fumum, lentusque carinas
est vapor, et toto descendit corpore pestis,

TESTIMONIA.

673 'galeam ... inanem' Nonius 326, 18 diff. vocum 2 p. 226 Quadl. Servius Aen. V 556 674 'belli s. c.' Macrobius Sat. VI 1, 28 678 'piget i. lucisque' Arusianus p. 254 L. 681 sq. 'udo ... tuum' Macrobius Sat. VI 6, 18 683 'et ... pestis' Isidorus orig. V 6, 18 Servius Aen. I 70 IV 90 IX 540 X 55

VARIA LECTIO.

667 aschaniuf γ ut] EVT *P* VI *R* EQUESTRES *M* 669 EXANIMIS (*corr. minio*) *M* MAGISTI *M* 670 NOVS *P* NOVVS *MRybc* nunc contenditif *b* 671 MISERE *Ry* hoftem γ inimicaq; *c* 672 ARGIVVM *PRybc* ARGIUUM *M* 673 aenam *Peerlkampus* inanem *plantur Servius et Nonius* 674 ciebant *Macrobii Par.* 1 vehebat *Ambr.* : *cf.* 585 675 ATCELERAT *MP* ACCEPERAT *R* Adcelerant *corr. in* c) γ Acelerat *c* AGMINE *M* 677 furtim *m. rec. c* 678 if *b* 679 MVLTATE *R* MUTTAE *M* AGNOSCUNT *Mb* quae γ 680 FLAMMAM *P* FLAMMAM (*corr. minio*) *M* flammam γ1 FLAM- *Ry2bψ* flamme *c* ADQVE *R* IMPENDIA *R* 681 udo] duro *Macrobii ω exc. Par.* 1 682 'stippa *secundum antiquam orthogra-*

nec vires heroum infusaque flumina prosunt.
tum pius Aeneas umeris abscindere vestem
auxilioque vocare deos et tendere palmas:
'Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum
Troianos, siquid pietas antiqua labores
respicit humanos, da flammam evadere classi
nunc, pater, et tenuis Teucrum res eripe leto;
vel tu quod superest infesto fulmine Morti,
si mereor, demitte tuaque hic obrue dextra.'
vix haec ediderat, cum effusis imbribus atra
tempestas sine more furit, tonitruque tremescunt
ardua terrarum et campi: ruit aethere toto
turbidus imber aqua densisque nigerrimus austris,
implenturque super puppes, semusta madescunt
robora, restinctus donec vapor omnis et omnes
quattuor amissis servatae a peste carinae.
At pater Aeneas, casu concussus acerbo,

TESTIMONIA.

687 Probi inst. I 11, 2 'si . . . unum' Arusianus p. 214 L. gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 689 'da . . . classi' Arusianus p. 226 L. 690 'et . . . leto' Nonius 411, 29 691 sq. 'vel . . . demitte' Diomedes 412 691 'vel . . . superest' Claudius Sacerdos I 72 693 sq. 'effusis . . . furit' schol. Hor. epod. XIII 1 699 'servatae . . . carinae' Arusianus p. 260 L.

VARIA LECTIO.

phiam' Servius 684 Nec b 685 EVMERI *R* humerif *γb* ABSCIDERE *R* EXCINDERE *M* 687 omnipudenf *c* EXOSVS *MPRγ2bc* exofum *γ1* 688 QUIT *MR* 689 claffe *c1* 690 AET *P : an* ac? ERIPE *M* lo&o. *γ* 691 quod superest, *scil.* de classe: *cf.* 796 692 DIMITTE *MPγ1b1c1*, *Diomedis Monac., exc. Paris.* hic *sup. c* IS obrue.. *γ* tua . . . dextra *om. Hamb. sec. m.* 1 693 EFFVS *P* 694 sine] SI *R* TRONITRV *Rb* 695—697 *om. Mentel. alt.* 695 CAMPI *Rγ2c* cãpi (i *m.* 2 *in ras.*) *b* CAMPIS *M* CAMPIS (IS *in ras.*) *P* campif *γ1* campo *Hugen.* AETERE *R* 696 Turpiduf *c* 697 fem. uſta *b* 698 REXTINCTVS *Pγ1* omnes] oñf *c* 699 feruate a poste carinam *Arusiani cod.* feruatæ a *γ2* feruata. *γ1* carinif *c1* 700 ET *M*

nunc huc ingentis, nunc illuc pectore curas
mutabat versans, Siculisne resideret arvis
oblitus fatorum, Italasne capesseret oras.
tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas
quem docuit multaque insignem reddidit arte
(hac responsa dabat vel quae portenderet ira
magna deum vel quae fatorum posceret ordo),
isque his Aenean solatus vocibus infit:
'nate dea, quo fata trahunt retrahuntque sequamur;
quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.
est tibi Dardanius divinae stirpis Acestes.
hunc cape consiliis socium et coniunge volentem,
huic trade amissis superant qui navibus et quos
pertaesum magni incepti rerumque tuarum est,
longaevosque senes ac fessas aequore matres
et quidquid tecum invalidum metuensque pericli est
delige, et his habeant terris sine moenia fessi:
urbem appellabunt permisso nomine Acestam.'

TESTIMONIA.

703 'oblitus f.' Servius Aen. II 148 XI 866 704 sq. 'tum ... docuit' Servius Aen. II 166 704 'tunc s. N.' Servius Aen. V 728 706 sq. 'vel quae ... ordo' Servius Aen. X 8 710 schol. Hor. carm. I 24, 19 712 'et c. v.' Servius Aen. V 749 713 sq. 'et quos ... tuarum' Arusianus p. 253 L. 715 'longaevosque s.' Servius Aen. VI 764 716 Arusianus p. 247 L

VARIA LECTIO.

702 MVTABAT (T *pr. in ras. vel. eras.*) *R* mutabat *m* nutabat *Peerlkampus* RESIDET *P* 703 fa.torum *b* 704 nautif (i *m. ead. corr. in* e) *γ* unum *sup. c* 706 Ilac *c1*, *Dietschius theol. Verg.* 28 HAEC *MPRybc2* hic *Moret. quartus* que *γ* 707 QVE *P* 708 *om. Hugen. m.* 1 IIISQVE *R* AENEAM *Rc* 709 *in mg.* Γ *signum M* quo] que *c1* RETRAIIVN *P* 710 Quicquid *ybc* 711 Eſtibi *c* 712 conſilii *bc2* CONIVNGE *P* coniuge *γ* 714 Perteſum *γ* INCERPTI *P* est *om. m*, *Arusianus* 715 LONGEUOS *My* 716 quicquid *yb* quiquid *c* metuenſ[1] *c* 717 Delege *Wall.* Dilige *c1* et] RET (R *del. minio*) *M* FESSIS *Pc* 718 APPELLABANT *Pyc* appellabant *m* ACETEM *R* aceſtē *c1*

Talibus incensus dictis senioris amici
tum vero in curas animo diducitur omnis.
et Nox atra polum bigis subvecta tenebat.
visa dehinc caelo facies delapsa parentis
Anchisae subito talis effundere voces:
'nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
care magis, nate, Iliacis exercite fatis,
imperio Iovis huc venio, qui classibus ignem
depulit, et caelo tandem miseratus ab alto est.
consiliis pare, quae nunc pulcherrima Nautes
dat senior: lectos iuvenes, fortissima corda,
defer in Italiam. gens dura atque aspera cultu
debellanda tibi est Latio. Ditis tamen ante
infernas accede domos et Averna per alta
congressus pete, nate, meos. non me impia namque
Tartara habent tristes umbrae, sed amoena piorum
concilia Elysiumque colo. huc casta Sibylla

TESTIMONIA.

720 Probi inst. I 11, 1 722 sq. 'visa ... Anchisae' Servius Aen. VI 284 722 Servius Aen. IV 242 724 sq. 'nate ... magis' Servius Aen. IV 31 725 'nate ... fatis' Nonius 294, 33 726 'imperio ... venio' Servius Aen. IV 267 730 sq. 'gens ... est' schol. Hor. carm. I 35, 10 730 'defer in I.' Nonius 289, 23 731 sq. 'Ditis ... domos' Servius Aen. VI 103 734 sq. 'sed ... colo' schol. Hor. carm. II 13, 23 735 sq. 'huc ... ducet' schol. Hor. carm. III 8, 7 Servius Aen. VI 116

VARIA LECTIO.

719 ACCENSVS *R* 720 ANIMO *MPR* : *cf.* VIII 370 X 680 animo *ybc* animos *anthol. Lat.* III 81, 64 animum *ut* I 579 IV 395 V 869 *Servius et Probus inst. legerunt.* DEDVCITVR *Ryb2b* omnef *b* 722 FACIESCAELO *Rybc* DELABSA *P* 723 TALES *Ryb2b* 724 VITAE *R* 725 nate Iliacis] ILLACENATES (L *post. corr. in* I) *M* 728 PERE *R* que *γ* pulcerrima *c* 729 l&of *γ* 730 ADQVE *R* C..ULTU *M*. 731 ESTLATIO *P* LATIOEST *MRybc* Latio, *om.* est, *χ* AMEN *P* 732 ACCENDE *M* 733 complexus *m* 734 TRISTES *PRγψ* triftif *c*1 TRISTES, (*corr. minio*) *M* triftef^re *b* triftefq: *c*2 SET *M* AMOEN..A *M* 735 elifium *c* aelifium *γ* fibilla *γ*

nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
tum genus omne tuum et quae dentur moenia disces.
iamque vale; torquet medios Nox umida cursus,
et me saevos equis Oriens adflavit anhelis.'
dixerat, et tenuis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas 'quo deinde ruis? quo proripis?' inquit,
'quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?'
haec memorans cinerem et sopitos suscitat ignis,
Pergameumque larem et canae penetralia Vestae
farre pio et plena supplex veneratur acerra.

Extemplo socios primumque arcessit Acesten,
et Iovis imperium et cari praecepta parentis
edocet et quae nunc animo sententia constet.
haut mora consiliis, nec iussa recusat Acestes.
transcribunt urbi matres populumque volentem
deponunt, animos nil magnae laudis egentes.

TESTIMONIA.

737 Servius Aen. VI 717 738 sq. 'torquet ... anhelis' Gellius III 2, 15 Macrobius Sat. I 3, 10 738 'torquet ... cursus' Servius Aen. I 108 739 'et me ... oriens' Claudius Sacerdos I 79 740—742 et VI 700 sq. quasi unum locum laudat Macrobius Sat. V 7, 8 740 'et ... auras' Servius Aen. II 696 744 Priscianus 692 'Pergameumque l.' Probi inst. II 1, 32 745 schol. Hor. carm. III 23, 3 'et ... acerra' schol. Persii II 5 750 'transcribunt u. m.' Arusianus p. 265 L. 751 Donatus ad Ter. eun. IV 5, 9

VARIA LECTIO.

738 UALEN *M* currus *Servii Aen.* I 108 *exempl.* 739 SAEVOS *P*1 SAEVVS *MP*2*Rybc* Phoebus *Claudius Sacerdos* saevus *testatur Servius* AEQVIS *P* ANHELLIS *R* ANHELIS *M* 740 *cf. ge.* IV 499 AD *P ut* 861 in ad (ad *eras.*) *γ* 741 INDE *M* 742 au^{t} *c* 742 cũplexib; *c* 743 IGNES *Ryb* INGNES *P* 744 Pergammeum *γ* ueſte *γ* 745 ACCERRA (*puncto rubro*) *M* 746 Extimplo *c*1 ACCERSIT *MRγ*2*c* acerſit *b* aceſtem *bc* 747 cari .. (*eras.* &) *γ* 748 : *cf.* IX 191 749 HAVT (H *in mg. add.*) *M* HAVD *Pybc* 750 UOLANTEM *M* 751 NIHIL *M* NIHIL *PRγ*1*c*1 EGESTES (N *minio p.*) *M*

ipsi transtra novant flammisque ambessa reponunt
robora navigiis, aptant remosque rudentisque,
exigui numero, set bello vivida virtus.
interea Aeneas urbem designat aratro
sortiturque domos, hoc Ilium et haec loca Troiam
esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes,
indicitque forum et patribus dat iura vocatis.
tum vicina astris Erycino in vertice sedes
fundatur Veneri Idaliae, tumuloque sacerdos
ac lucus late sacer additur Anchiseo.
Iamque dies epulata novem gens omnis, et aris
factus honos: placidi straverunt aequora venti,
creber et adspiratus rursus vocat auster in altum.
exoritur procurva ingens per litora fletus;
complexi inter se noctemque diemque morantur.
ipsae iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
visa maris facies et non tolerabile nomen,
ire volunt omnemque fugae perferre laborem.

TESTIMONIA.

754 Servius Aen. XII 230 'sed ... virtus' Servius Aen. X 609 755 schol. Hor. carm. I 16, 21 'Aeneas ... aratro' Augustinus princ. dial. 6 757 'Troianus A.' Claudius Sacerdos I 161 759 sq. 'tum ... Idaliae' Servius Aen. I 570 'Erycino ... Idaliae' schol. Hor. carm. I 2, 33 760 sq. 'tumulo ... Anchiseo' Servius Aen. III 302 767 sq. 'quibus ... facies' Donatus ad Ter. eun. II 3, 5 767—769 Nonius 307, 28 768 Servius Aen. VI 560 ('non t. nomen' om. Cass. Par.) 'visa m. f.' Probi inst. I 4, 14

VARIA LECTIO.

transtra novant flammis ambesa, *Peerlkampus* qui *γ*1 AMBESA *MPybc* REPONAN̄ *M* 753 'robora navigiis : *melius hic distinguitur' Servius.* NAVIGIIS· *M* RVDENTES *MPyc* que *om. γ* 754 EXUI *M* SED *PRybc* 755 INTERE *M* 756 illum *γ* 758 Inducit *b*1 759 Tunc *c* 761 ADDITVS *Py*1*b*· ANCHISAEO *MPy* 764 CREBR *R* ATSPIRANS *M* rufuf *c An* cursus? *cf.* III 269. 454 766 complexi *γ* 767 ipsi] ipsae *Nonius* condam *bc* 768 NOMEN *P, Nonius* NΘMEN *M* numen *γcmψ, Servius Aen.* VI 560 *Regin. : cf.* X 221 Numen (N *m.* 2 *in ras.*) *b* lumen *Hamb. uterque pro varia lectione* CAELVM *R : cf.* IV 53 769 uolu.nt *γ* uolent *c*

quos bonus Aeneas dictis solatur amicis
et consanguineo lacrimans commendat Acestae.
tris Eryci vitulos et Tempestatibus agnam
caedere deinde iubet solvique ex ordine funem.
ipse caput tonsae foliis evinctus olivae,
stans procul in prora pateram tenet, extaque salsos
proicit in fluctus ac vina liquentia fundit.
certatim socii feriunt mare et aequora verrunt:
prosequitur surgens a puppi ventus euntis.

At Venus interea Neptunum exercita cūris
adloquitur talisque effundit pectore questus:
'Iunonis gravis ira neque exsaturabile pectus
cogunt me, Neptune, preces descendere in omnis,
quam nec longa dies pietas nec mitigāt ulla,
nec Iovis imperio fatisque infracta quiescit.
non media de gente Phrygum exedisse nefandis
urbem odiis satis est nec poenam traxe per omnem:

TESTIMONIA.

770 Servius Aen. I 195 781 'Iunonis g. i.' Emporius rhet. p. 304 Cap. Servius Aen. I 38 783 Probus de nom. 21 p. 219 Endl.

VARIA LECTIO.

771 ACESTE$\overset{\text{v}}{\sim}$ *M* acefte *γ* 772 Tryf *γ* AGNOS *M* 773 Cedere *γ* finem *γ* 774 IPSAE *M* tonfe *γ* 775 SALOS *M* 776 Proiecit *c* porricit *Heinsius : cf.* 238 fudit *m* 777 *et* 778 *inverso ordine Pγ, Mentel. pr.* 778 = III 290 SOCIO$\overset{\text{I}}{}$ *M* 777 = III 130 VENTAS *P* EUNTES *M2b* 779 AD *PRγ* 780 Alloquitur *γb* QUAESTUS *Mb*1 781 NEQVE *Pb* NEQ *M2γ*2, *m. rec. in ras. c* NEC *M*1*Rγ*1 exfaturabile (exfatur *m. rec. in ras.*) *c* pectus] numen *Io. Schraderus* 782 PRAECES *M* omnef *b* omf *c* 784—804. 805—814 *F fol.* XLIII 784 que] VE *Fybcm* 785 MEDIA ∴ *M* FRYGVM *F* EXCIDISSE *F* exedisse *testatur Servius* 786 PONAM *R* TRAXERE *P* TRAXERE (*corr. m. rec.*) *F* TRAXISSE *M* traxiffe *ut vid. γ*1 traxe... *γ*2 trax.e, *suprascr. m. rec.* traxiffe, *b* omnē (nē *m. rec. in ras.*) *b* OMNIS (I *corr. in* E) *P* omnef *γ* OMNĒ || RELIQVIASTROIAE· CINERES *M*

reliquias Troiae, cineres atque ossa peremptae
insequitur. causas tanti sciat illa furoris.
ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis,
quam molem subito excierit: maria omnia caelo
miscuit, Aeoliis nequiquam freta procellis,
in regnis hoc ausa tuis.
per scelus ecce etiam Troianis matribus actis
exussit foede puppis, et classe subegit
amissa socios ignotae linquere terrae.
quod superest oro liceat dare tuta per undas
vela tibi, liceat Laurentem attingere Thybrim,
si concessa peto, si dant ea moenia parcae.'
tum Saturnius haec domitor maris edidit alti:
'fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
unde genus ducis. merui quoque: saepe furores

TESTIMONIA.

787 Claudius Sacerdos I 122 'reliquias T.' Probi inst. I 17, 2 792 Macrobius Sat. IV 3, 16 798 Donatus ad Ter. hec. III 3, 29 Priscianus 1020 799 'domitor m.' Diomedes 455 800 sq. 'fas ... ducis' schol. Hor. carm. III 26, 4 801 'unde g. d.' schol. Hor. carm. I 12, 17 Servius Aen. III 19 'merui q.' Servius Aen. IX 256 801 sq. 'merui ... compressi' Priscianus 799 Nonius 344, 31

VARIA LECTIO.

787 Reliquiaf *b* Relliquiaf *c* adque γ peremtae *b* perempta *Claudii Sacerd. cod.* 788 tanti γ2, acanti γ1 FVRORIS (V *in ras. ut vid.*, *vid. fuisse* A) *R* FURORES *M* 789 VTv *P* V *F* 790 EXIERIT *R* 791 EOLIS *R* 792 hoc caussa *Menag. alt.*, *in quo* hocc aussa *latere Burmannus intellexit* 793 Pro *c* SCELVS (L *corr. ex* T) *F* maribuf γ2 manibuf γ1 actif γ2, atrif γ1 794 EXEVSSIT *P*, *item*, *sed erasa* C, *My* phoede γ PIS *F* puppef *bc* 795 IGNOTAE *F*γ2*bc*, *Servius* IGNOTA *MR*γ1 IGNOTA *P* relinquere γ TERRAE *FRbc* TERRAE *P* TERRA *M* terr& γ 796 quod superest, *scil.* navium: *cf.* 691 ORDO *F* libeat *Paldamus : sed navigantes* vela dant ventis, *non venti navigantibus.* 797 sibi *Hamb. alt.* mihi *Peerlkampus* TINGERE *F* adtingere *yb* tybrim γ HYBRIM *F* THYBRIN *P* 798 PETAO *F* 800 cyterea γ

compressi et rabiem tantam caelique marisque.
nec minor in terris (Xanthum Simoentaque testor)
Aeneae mihi cura tui. cum Troïa Achilles
exanimata sequens impingeret agmina muris,
milia multa daret leto, gemerentque repleti
amnes, nec reperire viam atque evolvere posset
in mare se Xanthus, Pelidae tunc ego forti
congressum Aenean nec dis nec viribus aequis
nube cava rapui, cuperem cum vertere ab imo
structa meis manibus periurae moenia Troiae.
nunc quoque mens eadem perstat mihi, pelle timores.
tutus quos optas portus accedet Averni.

TESTIMONIA.

805 Donatus ad Ter. Andr. I 4, 7 hec. III 3, 4 diff. vocum 3 p. 226 Endl. Servius Aen. I 484 806 'milia ... leto' Cledonius 1901 P. Pompeius 202 L. 807 sq. 'reperire ... Xanthus' Augustinus de gramm. 2015 P. 808 sq. 'Pelidae ... Aenean' Priscianus 584 'nube c. eripiam' schol. Hor. carm. II 7, 14 (si huc spectavit) 810 sq. 'cuperem ... Troiae' schol. Hor. carm. III 19, 3 Servius Aen. II 201 'quem etiam nube rapuit (Neptunus), ut dicit, ne ab Achille occideretur, cuperet cum vertere ab imo, quod apud Vergilium confitetur, structa suis manibus p. m. T.' Augustinus de civ. dei III 2

VARIA LECTIO.

802 CONPRESSI *Py* COMPREASI *M* rabiã *c* TANTVM *M* TANTVM *R* *Dubitare possis an vel genuina vel absoluta sint haec:* et rabiem ... marisque. 803 SANCTHVM *F* SIMOEN TA *F* 804 Aenea *b*1 troiam *γ*1 805 IMPINGERET *MR* INMITTERET *F* inpingeret mureſ *b*1 806 DARETS *P* DARENT *R* 807 REPPERIRE *Fc*1 ADQVE *F* NEQVE *P* qua *Augustinus* poſſit *c*1 808 SE *sup. F* xantuſ *γ* xanctuſ (x *in ras.*) *b* PAELIDAE *Fb*1 pel.....ne ego *γ* 809 congreſſuſ *c*1 congressi *Prisciani ω* AENEAM *Rb* diiſ *γc* 810 RAPVI (P *m. rec. add.*) *P* RAPVI (A *corr. in* I) *F* CVPERENTCVM (NT *in ras.*) *F* cuperem cum *testatur Servius* euertere *γ* 811 STRVCTAE *P* PERIVRE *R* PERITVRAE *M* PERITVRAE *F*: *cf.* II 660 812 TIMORES *F ut vid.*, *PRyb* TIMORE *Mc* 813 quoſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* 'portus accedet: *hic distinguendum, ne sit contrarium Veneris petitioni, quae ait* liceat Laurentem a. T. (793)' *Servius, cui obtemperavit Paldamus*

unus erit tantum, amissum quem gurgite quaeres;
unum pro multis dabitur caput.'
his ubi laeta deae permulsit pectora dictis,
iungit equos auro genitor spumantiaque addit
frena feris manibusque omnis effundit habenas.
caeruleo per summa levis volat aequora curru;
subsidunt undae, tumidumque sub axe tonanti
sternitur aequor aquis, fugiunt vasto aethere nimbi.
tum variae comitum facies, inmania cete,
et senior Glauci chorus Inousque Palaemon
Tritonesque citi Phorcique exercitus omnis....
laeva tenent Thetis et Melite Panopeaque virgo,
Nisaee Spioque Thaliaque Cymodoceque.

TESTIMONIA.

816 'his ubi' Probi inst. I 9, 3 (fortasse: nam ibi 'his u. tum' laudatur: cf. VII 373) 817 sq. 'iungit ... feris' Isidorus orig. I 36, 10 Beda de trop. 381 C. 817 'iungit ... genitor' Servius Aen. XII 737 820 sq. 'subsidunt ... aquis' Priscianus 889 822 'immania c.' Macrobius Sat. V 17, 18 Nonius 49, 14 Servii ars 492 L. 823 Macrobius Sat. V 17, 17 'Inous P.' Diomedes p. 310 P. 824 'Tritonesque citi' Macrobius Sat. V 17, 18 825 'Melite ... Cymodoceque' Macrobius Sat. V 17, 17 (secundum Salisb. et Med. 2) 826 Macrobius Sat. V 17, 17

VARIA LECTIO.

814 tamen *Venet.* tanto *Heinsius* MISSUM *M* QUAERES *FMPRbcmψ, Servii Laur.* XXII 1 (*om. Cass.*), *quod in tanto codicum consensu temeritati librarii simili vocis* timores (*v.* 812) *exitu inducti adscribere non ausus sum.* queref *γ* quaeret *χ* 815 *in mg. hoc signum* ·:· *P : cf. Servius* 817 curru *χ* auri *prop. Heinsius* auro *testatur Servius Aen.* XII 737 Aura genitos *coni. Wagnerus* 818 manibuſ[q] *b* 819 CAERULEUM (U *post. corr. in* O) *M* curro *γ* 820 timidum *c* 821 EQUIS *Mb* FVGIVNTVASTOAETHERE *PRγbc, quod displicet Wagnero lectt. Verg.* 344 FUGIUNTUASTOETHAERE *M* 822 GTVM *P* IMMANIA *R* CETAE *P* CETAE *M* caete *γ* 823 IONIVS *R* 824 FORCI *Rc* porci *b* *Fortasse post v.* 824 *aliquid additurus erat poeta, quo apertius diceretur, quid comitum ille chorus dextra parte faceret.* 825 *cf.* 240 TENENT *Pγ1bc1* TENT *R* TENET *Mγ2* THAETIS *M* MILITE *M1Rb1* 826 = *ge.* IV 338 NISAEE *Rb*, *Macrobii exempl.* '*media diphthongos est*' *Servius.* Nisae[i] *γ* Nisae *c* NASISAEE *P* NISSEAE *M* ESPIO *M* thalae *γ*

Hic patris Aeneae suspensam blanda vicissim
gaudia pertemptant mentem: iubet ocius omnis
attolli malos, intendi bracchia velis.
una omnes fecere pedem pariterque sinistros,
nunc dextros solvere sinus, una ardua torquent
cornua detorquentque, ferunt sua flamina classem.
princeps ante omnis densum Palinurus agebat
agmen; ad hunc alii cursum contendere iussi.
iamque fere mediam caeli Nox umida metam
contigerat, placida laxabant membra quiete
sub remis fusi per dura sedilia nautae:
cum levis aetheriis delapsus Somnus ab astris
aëra dimovit tenebrosum et dispulit umbras,
te, Palinure, petens, tibi somnia tristia portans
insonti; puppique deus consedit in alta,
Phorbanti similis, funditque has ore loquellas:
'Iaside Palinure, ferunt ipsa aequora classem;

TESTIMONIA.

827 sq. 'hic ... mentem' Priscianus 1061 'blanda ... mentem' Servius Aen. I 502 828 sq. 'iubet ... malos' schol. Hor. carm. I 14, 5 830 'una ... pedem' excerpta e Macrobii de verbo ϑ p. 188 Endl. schol. Lucani V 428 VIII 185 833 sq. 'princeps ... agmen' Servius Aen. X 157 834 'ad hunc ... iussi' Servius Aen. VI 1 837 Asper 111, 1 K. 839 Nonius 241, 22 Cassiodorus de orthogr. 2294. Beda de orthogr. 2333 P. 841 'puppi ... alta' Servii ars p. 490 L. 842 'fundit ... loquellas' Donatus ad Ter. adelph. III 4, 53

VARIA LECTIO.

828 pertemtant *b* OMNES *PRb* 829 INTENDIIN *M* intendi. *c* brachia *γ* REMIS *MR : cf.* 136 830 OMNIS *R* *An* fixere? 831 DEXTRO *P* DEXTROS *M* 832 flammina *γ* fl.mina *b* 833 OMNES *M* 834 AT *P* huc *b* 835 FERAE *R* MMEDIAM *P* humida *b* m&um *γ*1 836 LAXABANT *MPRybm* laxarunt *c*1 laxarant *χ* 837 SILENTIA (I *pr. corr. in* E) *P* : *cf.* II 255 838 LAEUIS *M* aethereif *c* DELABSUS *MP*1 dilapſuſ *c* 839 Aera (*erasa* & *ut vid.*) *γ* VMBRAIS *P* auraſ *c*1 840 PETEN *M* ſonnia *c* 841 confidit *c*1 conſentit *ut vid. γ*2 842 querelas *χ*, *Donati exempl.* 843 IASIDE *M* palinore *γ* ipsa aequora] SUAFLAMINA *M* : *cf.* 832

aequatae spirant aurae; datur hora quieti.
pone caput fessosque oculos furare labori.
ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.'
cui vix attollens Palinurus lumina fatur
'mene salis placidi voltum fluctusque quietos
ignorare iubes? mene huic confidere monstro?
Aenean credam (quid enim?) fallacibus auris
et caelo, totiens deceptus fraude sereni!'
talia dicta dabat, clavomque adfixus et haerens
nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat.
ecce deus ramum Lethaeo rore madentem
vique soporatum Stygia super utraque quassat
tempora, cunctantique natantia lumina solvit.
vix primos inopina quies laxaverat artus,
et super incumbens cum puppis parte revolsa

TESTIMONIA.

844 'aequatae sp. a.' Servius Aen. IV 587 846 Priscianus 935 848 sq. 'mene ... iubes' Augustinus epist. 15 848 Nonius 230, 12 849. 851 'mene ... monstro et caeli ... sereni' schol. Hor. carm. I 5, 6 850 Priscianus 729 . 851 'totiens ... sereni' Servius Aen. III 69 853 'oculosque s. a. t.' Arusianus p. 261 L. 855 sq. 'super ... tempora' Augustinus de gramm. 1993 P.

VARIA LECTIO.

844 aequate *γ* HORA *P* ora *yb* 845 labore *b*1 848 placiti *b*1 VVLTVM *MRybc* flutufue *c* 850 AENEAM *Rbc* Aenean *testatur Priscianus* 'quid enim? *quid ni? cur non?*' *Servius.* quid enim *alii cum proximis coniungunt, posito post* sereni *v.* 851 *interrogandi signo.* AVRIS *P* auris (*corr. m. rec.*) *c* auſtrif *γ*, *Prisciani exempl.*: *cf.* 764 auris *legit Servius* 851 caelo *γ*1*c*1 : *cf.* 870 CAELO *P* caeli *b* CAELI *MRγ*2*c*2, *schol. Hor.* fereno *γ*1*c*1 'fraude sereni, *serenitatis ... alii legunt* deceptus fraude caeli sereni' *Servius* 852 DICTABAT *Pc* CLAVOM *P*1 CLAVO *M* CLAVVM *P*2*Rybc* afflixuf *c*1 T P haereſ *c* 854 LETHEO *PRb* la&eo *γ* 855 vi] VT *R* SOPORANTVM *P* QUASSANT *M* caſſat *c*1 856 *cf. ge.* IV 496 natanti[a] *c* lactantia *Dorvill.* nutantia *Goth.* quassans t. cunctanti luctantia *Peerlkampus* 857 primof *m. ant. in mg. c* 858 cum puppis ... gubernaclo *eiecit Peerlkampus, legit Servius* reuolfa *γ* reuulfa *c*

cumque gubernaclo liquidas proiecit in undas
praecipitem ac socios nequiquam saepe vocantem;
ipse volans tenuis se sustulit ales ad auras.
currit iter tutum non setius aequore classis
promissisque patris Neptuni interrita fertur.
iamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat
difficilis quondam multorumque ossibus albos
tum rauca adsiduo longe sale saxa sonabant.
cum pater amisso fluitantem errare magistro
sensit, et ipse ratem nocturnis rexit in undis,
multa gemens casuque animum concussus amici.
'o nimium caelo et pelago confise sereno,
nudus in ignota, Palinure, iacebis harena.'

TESTIMONIA.

862 Charisius 194 866 schol. Hor. carm. II 14, 14 866 'longe s. s. s.' Pompeius 461 L. 'sale s. s.' Marcianus Capella V 514 Servius Aen. II 199 III 183 868 'et ipse ... undis' Servius Aen. V 27 869 'casu ... amici' Servius Aen. VI 8. 176 871 Macrobius Sat. V 14, 5 Nonius 354, 29

VARIA LECTIO.

859 gubernaclo (clo *m. rec. in ras.*) *c* 860 hac *γ* saepe] VOCE *M* : *cf.* IV 680 VI 247 XII 638 861 ALIS *R* ad] IN *Pγ* : *cf.* 740 862 SAETIVS *R*, *Charisii cod.* feciuf *c* fe. ciuf (c *e corr.*) *γ*, *quod* sectius *interpretor* : *cf. Fleckeisenus mus. Rhen.* VIII 220 *sqq.* aequora *bc*1 863 interita *γ* 864 adiecta *b* 865 *sq. inficetos dixit Peerlkampus, legit Servius* 865 Difficilef *b*1 MULTORUM *M* 866 iam *schol. Hor. An* tam? affiduo *bc* fale *sup. c* SA *P* 867 ammiffo *γ* FLVVITANTEM *R* 869 MVLTAA *P* GEMEN *P* CASVS *R* animo *b* CONCUSSV *P* 870 *sq. a Vergiliana manu profecti esse non videntur Heynio* 870 nimum *γ* ET *eras. P* *Exspectes* pelago et caelo: *cf. Marklandus ad Statii silv.* III 2, 9 COFISSE *R* 871 *videtur postea additus esse in M* in *sup. c* '*Sciendum sane, Tuccam et Varum hunc finem quinti esse voluisse. Nam a Virgilio duo versus sequentes huic iuncti fuerunt: unde in nonnullis antiquis codicibus sexti initium est:* obvertunt pelago proras; tum dente tenaci' *Servius.* '*sane sciendum, licet primos duos versus Probus et alii in quinti reliquerint fine, prudenter ad initium sexti esse translatos*' *idem ad VI init.*

sic fatur lacrimans, classique inmittit habenas, VI 1.
et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris.

TESTIMONIA.

AENEIDOS VI. 1 Priscianus de XII vers. Aen. 7, 109 diff. sermonum in Suetonio Rothii p. 314, 33 'sic f. l. mittit h.' Terentianus Maurus 1951 'sic f. l.' schol. Lucani II 1 'classique i. h.' Quintilianus VIII 6, 10 2 Servius Aen. I 338 XI 239 'et t. E. labitur oris' Marius Victorinus p. 214 G. 'Cumarum a. o.' Servius Aen. I 307 'Cumas Euboicas' Servius Aen. X 28

VARIA LECTIO.

VERGILII MARONIS AENEIDOS LIBER· V· EXPLIC INCIPIT LIBER VI· *In pag. seq. versus undecim, quos vide in prolegom.: R*

P. UERGILI MARONIS AENEIDOS· LIB· V· EXPL· *M* EXPLIC LIB· V· INCPT· LIB· VI *γ* VIRGILII MARONIS ENEIDOS LIB· QVINTVS EXPLICIT (*sequuntur versus* 11, *quos vide in proleg.*) INCIPIT LIB VI *b* EXPL LIB V HAB VER DCCLXXIII || DEC VERS OVIDII NAS (*v. proleg.*) INCIPIT LIBER VI AENEIDORVM *c*

AENEIDOS VI. 1 lacrimis *schol. Lucani* inmittit *b* IMMITTIT *R* habenaf *b* 2 CYMARVM *R* horif *c*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER SEXTVS

Obvertunt pelago proras; tum dente tenaci
ancora fundabat navis et litora curvae
praetexunt puppes. iuvenum manus emicat ardens
litus in Hesperium; quaerit pars semina flammae
abstrusa in venis silicis, pars densa ferarum
tecta rapit silvas inventaque flumina monstrat.
at pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
praesidet, horrendaeque procul secreta Sibyllae,

TESTIMONIA.

AENEIDOS VI. 3 'obvertunt p. p.' Seneca epist. 53, 3 Arusianus p. 258 L. 3 sq. 'tum ... navis' Nonius 462, 7 Servius Aen. I 169 6 sq. 'quaerit ... silicis' Servius ge. I 131 6 quaerit ... flammae' Macrobius Sat. V 12, 3 9 sq. 'at ... praesidet' Servius Aen. I 180

VARIA LECTIO.

AENEIDOS VI. 4 ANCHORA *P* anchora *ybc* 'ancora ... *in Graeco aspirationem non habet ... unde et apud maiores sine aspiratione proferebatur*' *Servius s. cf.* I 169 FVNDABANT *P* fundat *b* fundebat *cl* nauef *bc* littora *c* curue *yc* 6 hesperium *γ* esperiū *c* 7 *cf. ge.* I 135 Obstrufa *cl* 8 que] QVAE *P* monstrat *γ* 9 Ad *γl* 10 SYBYLLAE *M* (I *sup. minio p., item* Y *post. minio corr. ex* I) *M*

antrum immane petit, magnam cui mentem animumque
Delius inspirat vates aperitque futura.
iam subeunt Triviae lucos atque aurea tecta.

Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna,
praepetibus pinnis ausus se credere caelo,
insuetum per iter gelidas enavit ad arctos
Calchidicaque levis tandem super astitit arce.
redditus his primum terris tibi, Phoebe, sacravit
remigium alarum posuitque immania templa.
in foribus letum Androgeo, tum pendere poenas
Cecropidae iussi (miserum!) septena quodannis
corpora natorum, stat ductis sortibus urna;

TESTIMONIA.

11 sq. 'magnam . . . vates' Servius Aen. III 443. 445 12 'Delius i. v.' Claudius Sacerdos I 150 14 sq. Gellius VII 6, 1 Probus 16, 9 K. 14 Probus 10, 22 K. 15 sq. schol. Hor. carm. I 3, 34 15 schol. Lucani IX 662 'ausus se c. c.' schol. Hor. carm. I 24, 11 16 'insuetum p. i.' schol. Hor. carm. III 2, 22 17 Gellius X 16, 7 18 'redditus . . . terris' Nonius 381, 9 Servius Aen. II 260 'tibi Ph. s.' Servius Aen. X 542 19 'remigium a.' Isidorus orig. I 36, 5 cf. Quintilianus VIII 6, 18 'posuitque i. t.' Nonius 323, 8 Servius Aen. I 110 19 sq. 'posuit . . . Androgeo' schol. Hor. carm. IV 8, 8 20 Priscianus 736 P. 'in foribus l. A.' Charisius 71 P. Probi inst. I 4, 19 anon. de nom. 29 p. 135 Endl. Servius Aen. I 505 II 371 'letum A.' Servius Aen. II 392 20 sq. 'tum . . . iussi' Priscianus 583 21 'miserum s. q.' Servius Aen. I 251 22 'stat . . . urna' Servius Aen. IX 268

VARIA LECTIO.

11 m immane *b* inmane *c* MAGNAM (A *alt. in ras.*) *P* 14 MINOEIA *R* 15 Praepitib· *c* pennif *c*, *Probi et Gellii exempl.* penif *b*1 ausus est *Probi Vat.* 16 PARITER *R* PER ITER *P* ENNAVIT *P* erravit *Wittian.* enavit *testatur Servius* ARTOS (*infra scripta minio*) *M* arctof (r *m.* 2 *in ras.*) *γ* 17 CALCHIDICA *Mc* CHALCIDICA *PRγ* Chalcidica (*sed* h *m.* 2 *add.*, c *sec. in ras.*) *b* ASTITIT *P* adftiti' *b* ADSTITIT *Ryc* ATSTITIT *M* ARCAEM *M* ARCA *R* 18 Redituf (f *in ras.*) *c* hic *Zulichem.* SACRAVit *R* 19 m immania *b* inmania *c* 20 fo.ribuf (*erasa* e) *γ* loetum *γ* androgeo *bcχ*, *testantur Servius, Charisius, Priscianus, Probi inst.* ANDROGEI *MPRγm* 'Androgei, *aut ut aliis placet* Androgeo' *anon. de nom.* tunc *Prisciani φ* 21 QVODANNIS *PRγ* QUODANNIS *M* quot annif *bc* 22 ductif.fortibuf (ti *m.* 2, t *in ras.*, i *fort. corr. ex* d) *γ*

contra elata mari respondet Cnosia tellus:
hic crudelis amor tauri suppostaque furto
Pasiphae mixtumque genus prolesque biformis
Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandae,
hic labor ille domus et inextricabilis error;
magnum reginae sed enim miseratus amorem
Daedalus ipse dolos tecti ambagesque resolvit,
caeca regens filo vestigia. tu quoque magnam
partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes.
bis conatus erat casus effingere in auro,
bis patriae cecidere manus. quin protinus omnia
perlegerent oculis, ni iam praemissus Achates
adforet atque una Phoebi Triviaeque sacerdos,
Deiphobe Glauci, fatur quae talia regi:
'non hoc ista sibi tempus spectacula poscit;

TESTIMONIA.

23 'respondet C. t.' schol. Gron. Cic. 407 Or. 27 Priscianus 719. 744 P. 'inextricabilis e.' Servius Aen. II 48 28 Servius Aen. I 274 IX 223 ecl. III 106 30 'caeca ... vestigia' Nonius 449, 12 32 sq. 'bis ... manus' Asper 114, 13 K. 33 Maximus Vict. de carm. her. 6 'quin p. o.' Macrobius Sat. V 14, 4 33—35 'quin .., adforet' Nonius 333, 2 34 'pellegerent oculis' Scaurus de orthogr. 2260 P. 34 sq. 'ni ... afforet' Servius Aen. I 188 36 'Deiphobe G.' schol. Hor. serm. II 1, 48 Servius Aen. I 41 IX 360 ge. I 138 37 Priscianus 1064 P. schol. Hor. epod. XVI 39

VARIA LECTIO.

23 CNOSIA *P* GNOSIA *MRybc* 24 fubpofta *yc* 25 Paffiphe *γ* Vpafiphe *c* 26—44. 45—50 *F fol.* XLIV 26 MINOTARVS *F* MONVMENTA *Fb* 28 REGINA *P* SET *M* 29 ambigef *γ*1 30 FILIO *F* tum *c*1 31 OPERARE *R* ucare *ut vid. γ*1 Icare haberes *om. R, fortasse quod non sufficiebat spatium versus* 33 quin *c* potius *Nonii exempl.* OMNIA *FMPγ, Servii Cass., testatur Macrobius : cf. Lachmannus ad Lucr.* I 1106 oma *c*1 OMNE *Rbm* omnē *Franc.* omnem *c m. rec.*, *χ, Servii Paris.* 7929 *et Regin.* 1674 34 Perlegerent (r *pr. in ras.*) *b* 'pellego, *ut omnes antiqui dixerunt, non* perlegere. *unde et apud Vergilium legendum* pellegerent oculis' *Scaurus* premiffuf *γ* 35 AFFORET *Rb*2 ADQVE *F* 36 DEIPHOBI (I *alt. corr. in* E) *P* DEIPHOEBE *MRyc* Deiphaebe *b* fatur ... regi *om. nonnulli teste Cerda* 37 ISTAS *F* POSCUNT (*corr. minio*) *M* POS-

nunc grege de intacto septem mactare iuvencos
praestiterit, totidem lectas de more bidentis.'
talibus adfata Aeneas (nec sacra morantur
iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.

Excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum,
quo lati ducunt aditus centum, ostia centum;
unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.
ventum erat ad limen, cum virgo 'poscere fata
tempus' ait: 'deus, ecce, deus!' cui talia fanti
ante fores subito non voltus, non color unus,
non comptae mansere comae; set pectus anhelum,
et rabie fera corda tument; maiorque videri
nec mortale sonans, adflata est numine quando
iam propiore dei. 'cessas in vota precesque,
Tros' ait 'Aenea? cessas? neque enim ante dehiscent
attonitae magna ora domus.' et talia fata

TESTIMONIA.

38 sq. Macrobius Sat. III 5, 5 38 Servius Aen. IV 57 42 Arusianus p. 241 L. Servius Aen. III 533 XI 770 'excisumve obice montis' (i. e. 'excisum cuboicae montis') schol. Iuvenal. VI 649 43 sq. Servius Aen. III 445 'ostia ... Sibyllae' schol. Lucani V 153 43 Asper 114, 18 K. 44 Nonius 380, 2 45 'ventum ... limen' anon. de verbo 35 p. 165 Endl. 'cum ... fata' Servius Aen. II 13 45 sq. 'cum ... ait' Servius Aen. III 370 46 'deus e. d.' Servius Aen. IV 576 47 'subito ... comae' Macrobius Sat. IV 1, 5 49 'et ... tument' schol. Lucani V 217 'maiorque v.' schol. Lucani V 152 52 'Tros ... cessas' Probi inst. I 4, 15 53 Probi inst. I 4, 20 'ora d.' Servius Aen. VI 82

VARIA LECTIO.

CVNT *R* '*sane sciendum*, poscit *lectionem esse meliorem. Tempus enim* poscit spectacula, *non a spectaculis poscitur.*' *Servius* 38 INTACTS *P* INTACTOS *R* 39 *cf.* IV 57 de] EX *Fc, fortasse hic praestantius* bidentef *bc* 40 eneam *c* 42 rapif *γ* montis *schol. Iuvenalis* 43 hoftia *bc* 44 fybyllae *γ* fibillac *c* 45 VENTVM (T *m.* 2 *add.*) *P* 47 VOLTVS (O *corr. in* V) *P* VVLTVS *MRbc* 48 SED *FRybc* ADHELVM *F* 49 RABIAE *Mb* 50 ADFATAEST *M* afflata ẽ *b* adfla. taeſt (*erasa* c, *ut vid.*) *γ* 51 PROPIORAE *M* PROPRIORE *Pγ*l prop. iore *b* propriora *c*l propiora *m* dei] I· *R* de. *b* deũ, *ut vid.*, *c*l praecef *γ* 53 hora *c* ut *Heinsius* et talia fata *non credit Ver-*

conticuit. gelidus Teucris per dura cucurrit
ossa tremor, funditque preces rex pectore ab imo:
'Phoebe, gravis Troiae semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manusque
corpus in Aeacidae, magnas obeuntia terras
tot maria intravi duce te penitusque repostas
Massylûm gentis praetentaque Syrtibus arva,
iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.
hac Troiana tenus fuerit Fortuna secuta:
vos quoque Pergameae iam fas est parcere genti,
dique deaeque omnes, quibus obstitit Ilium et ingens
gloria Dardaniae. tuque, o sanctissima vates,
praescia venturi, da (non indebita posco
regna meis fatis) Latio considere Teucros
errantisque deos agitataque numina Troiae.
tum Phoebo et Triviae solido de marmore templum
instituam festosque dies de nomine Phoebi.

TESTIMONIA.

55 'fundit ... imo' Servius Aen. V 780 56 'Maximus Vict. de rat. metr. I 2 'Phoebe g. T.' Probi inst. I 16, 1. 3, 1 57 sq. 'Dardana ... Aeacidae' schol. Hor. carm. IV 6, 5 57 schol. Iuven. I 163 58 sq. 'magnas ... te' Priscianus 982 59 'tot ... te' Servius Aen. V 17 60 'praetentaque S. a.' Servius ge. I 248 61 Servius Aen. III 496 V 629 62 Servius Aen. III 493 IV 434 'hac ... fortuna' schol. Hor. a. p. 201 63 sq. 'vos ... omnes' Donatus ad Ter. adelph. IV 2, 50 Servius Aen. I 4 65 sq. 'tuque ... posco' Nonius 278, 30 'tuque ... venturi' Macrobius Sat. III 3, 7 66 'da ... posco' Servius Aen. I 676 68 'agitataque n. T.' Servius Aen. III 609 69 sq. 'tum ... constituam' Servius Aen. III 274 70 'festos ... Phoebi' Nonius 426, 19

VARIA LECTIO.

gilii esse Peerlkampus, fortasse recte 54 TEVCRIS (E *m.* 2 *add.*) *P* 55 RE X *R* 56 grauef *c* MISERATAE *M* 57 Dardane *c* DIRECTI *R* 58 EACIDE *My* EACIDAE *P* EAACIDAE *R* 59 intraui. *b* PENIS *R* 60 Mafilû *b* GENTES *MPbc* 61 *cf.* V 629 fugientef *c* 63 perga. meae *γ* 64 Dii *γ* obſtit^{t} *γ* oſtitit *c* ILIUM (I *post. erat* L) *M* 65 TVQVEo (O *m.* 2 *add.*) *P* 66 ^{in}debita *c* 67 CONSISTERE *R* 68 ERRANTIs (S *m.* 2 *add.*) *P* Errantef *c* 69 TEMPLA *Pγbc* 70 CONSTITVAM *R*, *Servii Aen.* III 274 *ex.*

te quoque magna manent regnis penetralia nostris:
hic ego namque tuas sortes arcanaque fata,
dicta meae genti, ponam lectosque sacrabo,
alma, viros. foliis tantum ne carmina manda,
ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
ipsa canas oro.' finem dedit ore loquendi.

At, Phoebi nondum patiens, immanis in antro
bacchatur vates, magnum si pectore possit
excussisse deum: tanto magis ille fatigat
os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.
ostia iamque domus patuere ingentia centum
sponte sua vatisque ferunt responsa per auras:
'o tandem magnis pelagi defuncte periclis
(set terrae graviora manent), in regna Lavini
Dardanidae venient (mitte hanc de pectore curam),
set non et venisse volent. bella, horrida bella
et Thybrim multo spumantem sanguine cerno.

TESTIMONIA.

71 Diomedes p. 296 P. 72 'hic ... sortes' Probi inst. I 6, 1. 9, 3 74 sq. 'foliis ... ventis' Nonius 46, 16 75 'rapidis l. v.' Aldhelmus de re gramm. et metr. in A. Mai auct. class. V 572 76 'ipsa c. o.' schol. Hor. carm. I 15, 4 Servius Aen. I 1 schol. Veron. 81, 17 K. 'finem d. o. l.' Diomedes 333 P. 78 sq. 'bacchatur ... deum' Seneca epist. 28, 3 79 sq. 'tanto ... domans' schol. Lucani V 193 80 schol. Hor. carm. IV 3, 12 'fingitque p.' Servius ge. II 407 81 sq. 'ostia ... sua' Nonius 461, 17 83 Nonius 287, 6 Arusianus p. 225 L. Servius Aen. IX 98 'magnis ... periclis' schol. Hor. carm. III 24, 15 84 'sed ... manent' Servius Aen. VII 117. 304 85 'mitte ... curam' Seneca de benef. VII 14, 5 86 'bella h. h.' Diomedes 442

VARIA LECTIO.

71 nostris p. regnis χ, *Diomedis libri* 72 archana *yc* 77 AD *M*1*c* immanif *b* immanif *c* 78 Baccat *c* POSSET *R* 82 VATIS (I *in ras.*) *R* 83 DEFUNCTAE *M* 84 SED *Ryc* TERRAE *MPy*1 TERRA *Ry*2*bc* 'terrae; *legitur et* terra,' (*sic Cass.* 'terra, *legitur et* terrae' *Regin.* 'terra, *legitur et* terra' *Paris.*) '*unum tamen est.*' *Servius* 'Lavini, *alii* Latini *legunt*' *Servius* 85 de *suprascr. b* 86 SED *Rybc* cueniffe *c* volent bella] NTBE *in ras. R* orrida *y* 87 tibrim *b* tybrim *c*

non Simois tibi nec Xanthus nec Dorica castra
defuerint; alius Latio iam partus Achilles,
natus et ipse dea; nec Teucris addita Iuno
usquam aberit: cum tu supplex in rebus egenis
quas gentis Italum aut quas non oraveris urbes!
causa mali tanti coniunx iterum hospita Teucris
externique iterum thalami.
tu ne cede malis, set contra audentior ito
qua tua te Fortuna sinet. via prima salutis,
quod minime reris, Graia pandetur ab urbe.'

Talibus ex adyto dictis Cymaea Sibylla
horrendas canit ambages antroque remugit,
obscuris vera involvens: ea frena furenti
concutit et stimulos sub pectore vertit Apollo.
ut primum cessit furor et rabida ora quierunt,
incipit Aeneas heros: 'non ulla laborum,

TESTIMONIA.

89 'alius ... Achilles' Servius Aen. IX 742 90 sq. 'nec ... aberit' Macrobius Sat. VI 4, 2 'addita ... aberit' gloss. in Barth. adv. XXXVII 5 92 Servius Aen. VIII 120 95 sq. 'tu ... sinet' Seneca epist. 82, 18 95 Priscianus 1003 96 sq. 'via ... urbe' Servius Aen. VIII 131 99 Nonius 319, 6 100 sq. schol. Lucani V 168 'ea ... Apollo' Servius Aen. VI 79 103—105 'non ... peregi' Seneca epist. 76, 33 103 sq. 'non ... surgit' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 20

VARIA LECTIO.

88 NEcXANTHVS (C *m. 2 add.*) *P* NECSANTHUS *M* necſancthuſ *γ* nccxhanctuſ *b* 89 PARTUS *M* porthuſ *γ1* 90 nec *c* 91 quam tu *Peerlkampus* 92 GENTES *MRbc* QVOS *P* VRBIS *P* 93 CONIVNX (N *m. 2 add.*) *P* 95 SET *P* ET *M* SED *Rybc* 96 qua *Senecae ω* QVAM *libri, Servius* finit *c1* PRIMAUIA (*corr. minio*) *M* spes prima *Servii Aen.* VIII 131 *Guelf.*, sed via *testatur Servius ad h. l.* 97 quam minime (*l:* qua) *Servii Aen.* VIII 131 *Guelf.* graia *b* 98 adito *c* CYMEA *MRbc* ſybilla *γ* 99 HORENDAS *P* 100 ea frena furenti concutit *ne cum Wagnero intelligas: 'ita temperat Sibyllae pectus, ut ei non liceat simplicem rerum veritatem promere,' vetare videtur* V 147 *conlatus cum* VIII 3. *Itaque* effrena, *i. e.* effrenate *conieci conl.* II 465. 102 RAPIDA *P* rabida (b *e corr.*) *γ*

o virgo, nova mi facies inopinave surgit;
omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.
unum oro: quando hic inferni ianua regis
dicitur et tenebrosa palus Acheronte refuso,
ire ad conspectum cari genitoris et ora
contingat; doceas iter et sacra ostia pandas:
illum ego per flammas et mille sequentia tela
eripui his umeris medioque ex hoste recepi;
ille meum comitatus iter maria omnia mecum
atque omnis pelagique minas caelique ferebat,
invalidus, viris ultra sortemque senectae.
quin, ut te supplex peterem et tua limina adirem,
idem orans mandata dabat. gnatique patrisque,

TESTIMONIA.

104 'nova mi f.' Servius Aen. VIII 298 105 Nonius 372, 13 Servius Aen. IV 419 'omnia p.' Servius Aen. XI 491 106 sq. 'unum ... dicitur' Nonius 527, 22 107 'et ... refuso' Nonius 191, 25 110 sq. Arusianus p. 258 L. 110 'illum ... flammas' anecd. Paris. Ecksteinii 29, 6 111 'medio ... recepi' Servius Aen. I 178 II 377 III 666 IV 382 112 'ille ... iter' Probi inst. I 6, 2 Servius Aen. II 704 IX 286 113 sq. 'atque ... invalidus' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 11 114 'vires ... senectae' Donatus ad Ter. hec. II 1, 29 Nonius 492, 21 Cledonius 1934 P. 116 'gnatique patrisque' Probi inst. I 18, 2 'gnatique' Claudius Sacerdos I 92

VARIA LECTIO.

104 MIHI *R* '*sciendum, pronomen* mihi *numquam in synaeresim venire, ne incipiat esse blandientis adverbium: et licet quidam huius loci nitantur exemplo, non procedit, vel quia unum est, vel quia potest esse etiam blandientis adverbium*' *Servius: cf. Ritschelius proleg. Trin.* CCXCI. CCCXLVII *mus. Rhen.* VII 590 *sqq.* 105 PRAECIPI *Ry*1 pr..cepi γ2 percepi *b*1*m* praecepi *legit Servius, sed* percepi *fortasse illi praetulerunt, quorum* ζήτημα *grammaticus his tangit:* '*sed occurrit: si novit omnia, quid consulit numen?*' ante] ipse *Seneca* 106 in.ferni (f *e corr.*) γ 109 CONTINGAM *PRy*1 continga. γ contingat *testatur Servius* hoftia *c* pandif (*corr. m. ant.*) *c* 110 FLAMMAS (M *post. m.* 2 *add.*) *P* 111 ofte γ 112 comitatif γ 113 omnef *b* CAELIQ·MINASPELAGIQ·*M* 114 UIRES *MP*2*ybc* 115 SUPLEX *M* ET PETEREM *P* PETEREM, *om.* et, *Rb* p&erem.tua (t *e corr., eras. fort.* &) γ 116 NATI *Ry*2*b*

alma, precor, miserere (potes namque omnia, nec te
nequiquam lucis Hecate praefecit Avernis),
si potuit manis arcessere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara fidibusque canoris,
si fratrem Pollux alterna morte redemit
itque reditque viam totiens. quid Thesea magnum,
quid memorem Alciden? et mi genus ab Iove summo.'

Talibus orabat dictis arasque tenebat,
cum sic orsa loqui vates: 'sate sanguine divom,
Tros Anchisiade, facilis descensus Averno
(noctes atque dies patet atri ianua Ditis);
set revocare gradum superasque evadere ad auras,

TESTIMONIA.

119 sq. Isidorus orig. I 36, 35 119 Macrobius Sat. IV 5, 3 Charisius 201 P. 120 Nonius 313, 22 schol. Hor. carm. I 26, 10 IV 3, 23 Persii VI 4 'fidibusque c.' Charisius 53 Probi inst. II 1, 42 121 schol. Hor. carm. III 9, 12 Servius Aen. II 601 'si f. P.' Probi inst. I 4, 17 122 'itque ... totiens' Arusianus 237 L. 'quid Th. m.' Consentius 2050 P. 122 sq. 'quid ... summo est' Gellius X 16, 12 124 Macrobius Sat. III 2, 9 'talibus o. d.' Donatus ad Ter. hec. IV 4, 95 125 'sate s. d.' Servius Aen. VIII 36 128 sq. 'sed ... est' schol. Hor. carm. I 28, 16

VARIA LECTIO.

117 poteſt *c*1 nete *b* 118 LUCIS *M* HAECATE *Mb* HAECATE *Ry* 119 MANES *M*2*P*2*ybc*, *Charisii cod.* arceſſere *γ*2*bc*2, *Macrobii Par.* 1, *Isidori ex.* ARCERSERE *P* ACCERSERE *MRy*1*c*1, *Macrobii ω*, *Charisii cod.* 120 THRECIA *M* Treicia *c* sonoris *schol. Hor. carm.* IV 3, 23 122 teſea *c* teſea (ſea *m.* 2 *in ras.*) *b* 'magnum quid memorem Alciden? *melius sic distinguitur, licet quidam legant:* quid Thesea magnum' *Servius* 123 alcidem *c* et] q: *γ*: *cf. Wagneri quaest. Verg.* XVI 4 AEMI *M* MIIII *PRyb*1 summo est *Moret. sec.*, *Gellius* 124 : *cf.* IV 219 125 DIVOM (O *corr. in* V) *P* diuom *γ* DIVVM *MRbc* 126 ANCHISIADE *P* ANCHISEADE *R* ANCHISIADE *M* anchiſiade *ybc* diſcenſuſ *b*1 AUERNOEST (EST *m. aliena add.*) *M* AVERNO *P* auerno (o *corr. in* i) *b* AVERNI *Ryc* 'Averni ... *legitur et* Averno' *Servius* 127 AD Q/// VE (D *corr. in* T, Q *m. ant. in ras.*) *R* 128 SED *Rybc* E▼VADERE (ecvadere?) *P*

hoc opus, hic labor est. pauci, quos aequus amavit
Iuppiter aut ardens evexit ad aethera virtus,
dis geniti potuere. tenent media omnia silvae,
Cocytusque sinu labens circumvenit atro.
quod si tantus amor menti, si tanta cupido
bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, et insano iuvat indulgere labori,
accipe quae peragenda prius. latet arbore opaca
aureus et foliis et lento vimine ramus,
Iunoni infernae dictus sacer; hunc tegit omnis
lucus et obscuris claudunt convallibus umbrae.
set non ante datur telluris operta subire,
auricomos quam qui decerpserit arbore fetus.
(hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
instituit: primo avolso non defecit alter
aureus, et simili frondescit virga metallo.)

TESTIMONIA.

129 sq. 'pauci . . . Iuppiter' Servius Aen. II 326 130 virtus' schol. Hor. carm. III 2, 21 132 schol. Hor. carm. 134 'bis S. i. l.' Arusianus p. 235 L. 138 'Iunoni . . Donatus ad Ter. Andr. I 1, 75 Nonius 280, 14 Servius Aen. III 437 IV 638 141 'auricomi rami' Macrobius Sat. V 142 sq. 'hoc . . . instituit' Servius Aen. VI 629 143 'primo . Arusianus p. 224 L. 144 'et . . . metallo' Asper 115, 3 K. . . . metallo' Macrobius Sat. VI 6, 8

VARIA LECTIO.

129 cof *c*1 AEQVVS *MPγb*, (AEQ *in ras.*) *R* equuf *c* AM *R* 130 cuixit *c* ad] in *c* 131 Diif *γ* media tenent *b* CYTOS *M* Cocyti *schol. Hor. Med.* circumfluit *schol. Hor.* 133: *cf.* II 10 QUOT *M*1 Quod (od *in ras.*, *in mg.* ał qđ) *γ* q *sec.* quin *Heinsius* sed *Peerlkampus* MENTI·S *P* amor . . . *Peerlkampus cum libris quibusdam* CVPIDO *P* CUPIDOEST DOEST *Rγbc* 134 ftigiof *bc* LOCVS *P* locuf *γ*1 luctof *c*1 &nigra *b* 135 indulgeʳᵉ *γ* 136 OPACO *M* 138 INFEI OMNES *M*1 139 PLAVDVNT *R* 140 SED *Rγbc* ſubirae QVIS *PRγbc* arbori (i *ex corr.*) *c* 142 ferre *b*1 143 *MRγbc* DEFECIT *Pc*1 DEFICIT *MRγb* 144 aureus *languer Wagnero.* ramus et e simili *Peerlkampus* SIMILIS *M*

e vestiga oculis et rite repertum
ianu. namque ipse volens facilisque sequetur,
a vocant: aliter non viribus ullis
nec duro poteris convellere ferro.
a iacet exanimum tibi corpus amici
scis) totamque incestat funere classem,
nsulta petis nostroque in limine pendes.
hunc refer ante suis et conde sepulchro.
ras pecudes; ea prima piacula sunto.
um lucos Stygis et regna invia vivis
dixit pressoque obmutuit ore.

is maesto defixus lumina voltu
ur, linquens antrum, caecosque volutat
animo secum. cui fidus Achates
s et paribus curis vestigia figit.
iter sese vario sermone serebant,

hol. Veron. 85, 29 K. 'si . . . vocant' Diomedes 387 Ser- 409 149 Asper 113, 4 K. 151 'nostro . . . pendes' II 114 152 Servius Aen. V 64 153 Nonius 370, 4 VI 236 'haec prima p. s.' Diomedes 449 154 'sic robi inst. I 3, 4 158 sq. 'fidus . . . comes' Servius Aen. 159 Probi inst. I 5, 3 160 Isidorus orig. VI 8, 3 Pom-

).
IGIA *R* uetigia *c*l 146 manu. *b* uo.lenf (l *m.* 2) *γ*
47 NEC *R* 151 lumine *b*l PENDENS *R* 152 HVNC
. *excepta ultima litera R* 153 haec *Parrhas., Diomedes*
ocuf (u *corr. in* o) *γ* STYGIIS (*corr. minio*) *M* STYGIIS
) *m.*2 *add.*) *P* ſtygiiſ (i *post. erasa*) *γ* ſtygioſ *cm* ſtigioſ *b*
inſt. cod. et *del. b* VIvIS (V *add. m. rec.*) *R* uiiſ *γ*
preſſo. *c* OMMVTVIT *R* ORBE *M* 156 AENEAS
DEFI.XVS (*erasa ut vid.* E) *P* VVLTV *Rγ2bc* 157
mg. m. rec. add. PRO *M* 'ingreditur *pro* graditur' *Ser-*
NS *R* liquenf *b* uolutat (t *post. m.* 2 : *fuitne m.* 1 uolu-
8 ANIMOS *R* PHIDVS *Pγ* fideſ *c* 159 FIXIT *M* 160
mpeius VARIOVE *P* longo *Isidori exempl.*

hoc opus, hic labor est. pauci, quos aecus amavit
Iuppiter aut ardens evexit ad aethera virtus,
dis geniti potuere. tenent media omnia silvae,
Cocytusque sinu labens circumvenit atro.
quod si tantus amor menti, si tanta cupido
bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, et insano iuvat indulgere labori,
accipe quae peragenda prius. latet arbore opaca
aureus et foliis et lento vimine ramus,
Iunoni infernae dictus sacer; hunc tegit omnis
lucus et obscuris claudunt convallibus umbrae.
set non ante datur telluris operta subire,
auricomos quam qui decerpserit arbore fetus.
(hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
instituit: primo avolso non defecit alter
aureus, et simili frondescit virga metallo.)

TESTIMONIA.

129 sq. 'pauci ... Iuppiter' Servius Aen. II 326 130 ardens ... virtus' schol. Hor. carm. III 2, 21 132 schol. Hor. carm. II 14, 28 134 'bis S. i. l.' Arusianus p. 235 L. 138 'Iunoni ... sacer' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 75 Nonius 280, 14 Servius Aen. I 73. 734 III 437 IV 638 141 'auricomi rami' Macrobius Sat. V 14, 8 142 sq. 'hoc ... instituit' Servius Aen. VI 629 143 'primo ... alter' Arusianus p. 224 L. 144 'et ... metallo' Asper 115, 3 K. 'simili ... metallo' Macrobius Sat. VI 6, 8

VARIA LECTIO.

129 cof *c*1 AEQVVS *MPyb*, (AEQ *in ras.*) *R* equuf *c* AMAVIT //// *R* 130 euixit *c* ad] in *c* 131 Diif *γ* media tenent *b* 132 COCYTOS *M* Cocyti *schol. Hor. Med.* circumfluit *schol. Hor. Fabr.* 133: *cf.* II 10 QUOT *M*1 Quod (od *in ras.*, *in mg.* at qd) *γ* quid *Goth. sec.* quin *Heinsius* sed *Peerlkampus* MENTI·S *P* amor, menti si *Peerlkampus cum libris quibusdam* CVPIDO *P* CUPIDOEST *M* CVPIDOEST *Rybc* 134 ftigiof *bc* LOCVS *P* locuf *γ*1 luctof *c*1 lac. of *c*2 &nigra *b* 135 indulgere *γ* 136 OPACO *M* 138 INFERNE *P* OMNES *M*1 139 PLAVDVNT *R* 140 SED *Rybc* fubirae *γ* 141 QVIS *PRybc* arbori (i *ex corr.*) *c* 142 ferre *b*1 143 AVVLSO *MRybc* DEFECIT *Pc*1 DEFICIT *MRyb* 144 aureus *languere videtur Wagnero.* ramus et e simili *Peerlkampus* SIMILIS *M*

ergo alte vestiga oculis et rite repertum
carpe manu. namque ipse volens facilisque sequetur,
si te fata vocant: aliter non viribus ullis
vincere nec duro poteris convellere ferro.
praeterea iacet exanimum tibi corpus amici
(heu nescis) totamque incestat funere classem,
dum consulta petis nostroque in limine pendes.
sedibus hunc refer ante suis et conde sepulchro.
duc nigras pecudes; ea prima piacula sunto.
sic demum lucos Stygis et regna invia vivis
aspicies.' dixit pressoque obmutuit ore.

Aeneas maesto defixus lumina voltu
ingreditur, linquens antrum, caecosque volutat
eventus animo secum. cui fidus Achates
it comes et paribus curis vestigia figit.
multa inter sese vario sermone serebant,

TESTIMONIA.

147 cf. schol. Veron. 85, 29 K. 'si . . . vocant' Diomedes 387 Servius Aen. VI 409 149 Asper 113, 4 K. 151 'nostro . . . pendes' Servius Aen. II 114 152 Servius Aen. V 64 153 Nonius 370, 4 Servius Aen. VI 236 'haec prima p. s.' Diomedes 449 154 'sic . . . Stygis' Probi inst. I 3, 4 158 sq. 'fidus . . . comes' Servius Aen. II 12, 16 159 Probi inst. I 5, 3 160 Isidorus orig. VI 8, 3 Pompeius 410 L.

VARIA LECTIO.

145 VESTIGIA *R* uetigia *c*1 146 manu. *b* uo.lenſ (l *m.* 2) *γ* facili *c*1 147 NEC *R* 151 lumine *b*1 PENDENS *R* 152 HVNC REFER *in ras. excepta ultima litera R* 153 haec *Parrhas., Diomedes* per *m* 154 locuſ (u *corr. in* o) *γ* STYGIIS (*corr. minio*) *M* STYGIIS *R* STYGIoS (O *m.* 2 *add.*) *P* ſtygiiſ (i *post. erasa*) *γ* ſtygioſ *cm* ſtigioſ *b* Stygiae *Probi inst. cod.* et *del. b* VIvIS (V *add. m. rec.*) *R* uiiſ *γ* 155 dixi *c* preſſo. *c* OMMVTVIT *R* ORBE *M* 156 AENEAS *P* meſto. *γ* DEFI.XVS (*erasa ut vid.* E) *P* VVLTV *Rγ2bc* 157 ingreditur] *in mg. m. rec. add.* PRO *M* 'ingreditur *pro* graditur' *Servius* LIQVENS *R* liquenſ *b* uolutat (t *post. m.* 2 : *fuitne m.* 1 uolutanſ?) *γ* 158 ANIMOS *R* PIIIDVS *Pγ* fideſ *c* 159 FIXIT *M* 160 multa] illi *Pompeius* VARIOVE *P* longo *Isidori exempl.*

aspectans silvam inmensam, et sic forte precatur:
'si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
ostendat nemore in tanto! quando omnia vere
heu nimium de te vates, Misene, locuta est.'
vix ea fatus erat, geminae cum forte columbae
ipsa sub ora viri caelo venere volantes
et viridi sedere solo. tum maximus heros
maternas adgnoscit aves laetusque precatur:
'este duces o, siqua via est, cursumque per auras
derigite in lucos, ubi pinguem dives opacat
ramus humum. tuque o dubiis ne defice rebus,
diva parens.', sic effatus vestigia pressit
observans, quae signa ferant, quo tendere pergant.
pascentes illae tantum prodire volando,
quantum acie possent oculi servare sequentum.

TESTIMONIA.

187 sq. 'si ... tanto' Priscianus 1021 'si ... ostendat' Alcuinus gramm. 2124 P. 187 Servius Aen. VIII 560 190 sq. 'geminae ... volantes' Probus 16, 13 191 sq. 'ipsa ... solo' Servius Aen. XII 240 193 'maternas a. a.' Servius Aen. I 393 194 sq. 'este ... lucos' Nonius 251, 13 Servius Aen. I 398 196 'tu ... rebus' schol. Hor. serm. II 3, 153 199 Servius Aen. I 184

VARIA LECTIO.

186 IMMENSAM *R* VOCE *ut* IX 403 XI 784 *R* ore *Longob.: cf.* I 614 II 524 *al.* '*vacat* forte; *et est versus de his, qui tibicines vocantur: quibus datur aliquid ad solam metri sustentationem ut* V 457 nunc dextra, nunc ille sinistra. *nec enim possumus intelligere, eum fortuitu rogasse' Servius.* 187 Si fe nunc *c*1 Si .. nunc^{fe} *c*2 188 DEMORE *Py*1 tant.o *γ* 190 gemine *γ* 192 ^{h}erof *γ* 193 AGNOSCIT *Rb* AGNOUIT *M teste Fogginio* AVIS *P*1 preca.tur *γ* 194 O.. (O *corr. ex* Q, *erasae duae lit.*) *P* cursum^{q}: *c* 195 DERIGITE *PRy*1 DIRIGITE *My*2*bc* locof *γ* 196 ^{h}umum *b* 197 *sq.* † DIVAPARENS·QVAESIGNAFERANT·QVOTENDEREPERGANT *et ima pag.* SICEFFATVSBESTIGIAPRESS. (*addita m. rec.*) *P* Diua parenf *m. rec. add. v.* 196, *om. initio v.* 197, *sed initio v.* 198 Diua parenf obferuanf, *in quibus* obferuanf *m. rec. in ras.*, *γ* 198 que *γ* 199 PASCENTES· *M* '*multi* pascentes *distinguunt*, *et absolutus est sensus. Alii dicunt* pascentes volando' *Servius.* 200 ACIES *M* aciae *γ* SEQVENTVR *P* sequentem *Paldamus* sequentes *Peerlkampus*

inde ubi venere ad fauces grave olentis Averni,
tollunt se celeres liquidumque per aëra lapsae
sedibus optatis gemina super arbore sidunt,
discolor unde auri per ramos aura refulsit.
quale solet silvis brumali frigore viscum
fronde virere nova, quod non sua seminat arbos,
et croceo fetu teretis circumdare truncos:
talis erat species auri frondentis opaca
ilice, sic leni crepitabat brattea vento.
corripit Aeneas extemplo avidusque refringit
cunctantem, et vatis portat sub tecta Sibyllae.

Nec minus interea Misenum in litore Teucri
flebant et cineri ingrato suprema ferebant.

TESTIMONIA.

201 sq. 'inde ... celeris' Nonius 14, 11 201 'inde ... fauces' Diomedes 451 'grave o. A.' Iulius Rufinianus 261 R. Servius ge. IV 31 202 Servius Aen. VI 239 'liquidum ... lapsae' Probus 11, 15 Nonius 334, 15 203 Priscianus 1001 schol. Hor. carm. I 9, 5 'gemina ... sidunt' Donati ars II 16, 5 Arusianus p. 261 L. Claudius Sacerdos I 7 Diomedes 406. 408 Cledonius 1879 Augustinus de gramm. 2016 P. Servii ars p. 533 L. Servius Aen. I 176 204 Macrobius Sat. VI 6, 8 Nonius 245, 22 Isidorus orig. XVI 18, 1 'auri ... refulsit' gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 'per r. a. r.' Priscianus de XII vers. Aen. 12, 205 209 'crepitabant blatea v.' gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 210 sq. 'avidus ... cunctantem' Servius ge. II 230

VARIA LECTIO.

201 GRAUEQ·LENTIS (*corr. minio*) *M* graveolentef γ1 202 celeris *Nonii exempl.* liquidum per *Nonius* liquidum super *Probus : cf. H. Keilius philol.* II 164 aethera *Probus* LABSAE *M* lapfe γ 203 GEMINAE *R : cf.* 190 geminaeque sub arbore *coni. Burmannus* 204 inde *Isidorus* AVRO *R* refulgit *Isidori Gud.* 2 auro per r. virga *Peerlkampus* auri ... aura *testantur Servius Nonius Macrobius Isidorus* 205 brumale γ1 209 crepitaba.t (*erasa* n) *ybc* crepitabant *Longob. cum al., gloss. Barth.* BRATTEA *MRbc, probavit Lachmannus ad Lucr.* IV 727 BRATTIA *P* ('brattea, *non* brattia' *gramm. Eichenfeldii p.* 111) bractea γ blatea *gloss. Barth.* 210 extimplo *c* exemplo *b* EXEMPLO *R* refingit *b* 211 undantem *Ladewicus conl.* 209 sectantem *Waddelius animadv. crit.* 22 : *cf.* 146. adductam *vel* cedentem *conatus erat Peerlkampus*, cunctantem *legit Servius : cf.* 137 fybillae γ 213 INGRATO, *in mg.* R (*ut videatur pro* R *in textu alia litera posita fuisse*) *M* SUPPREMA *M* SVPPREMA *R* fu.˜ma *b*

principio pinguem taedis et robore secto
ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
intexunt latera et feralis ante cupressos
constituunt, decorantque super fulgentibus armis.
pars calidos latices et aëna undantia flammis
expediunt corpusque lavant frigentis et ungunt.
fit gemitus. tum membra toro defleta reponunt
purpureasque super vestes, velamina nota,
coniciunt. pars ingenti subiere feretro
(triste ministerium) et subiectam more parentum
aversi tenuere facem. congesta cremantur
turea dona, dapes, fuso crateres olivo.
postquam conlapsi cineres et flamma quievit,
reliquias vino et bibulam lavere favillam,
ossaque lecta cado texit Corynaeus aëno.
idem ter socios pura circumtulit unda

TESTIMONIA.

214 Macrobius Sat. V 7, 9 216 sq. 'et ... constituunt' Nonius 273, 17 schol. Hor. carm. II 14, 22 epod. V 18 216 'et ... cupressos' schol. Lucani III 442 218 sq. 'pars ... expediunt' Iulius Rufinianus 253 218 'aena u. f.' Servius Aen. I 213 219 'corpus ... ungunt' Nonius 110, 20 Diomedes 411 Augustinus gramm. 2013 P. Servius Aen. IV 704 XI 39 XII 951 'lavant ... ungunt' Probi ars minor 828 gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 318 221 Servius Aen. III 67 V 79 224 sq. 'congesta ... olivo' schol. Persii VI 33 225 'fuso c. o.' Nonius 546, 2 Maximus Vict. de rat. metr. IV 227 'bibulam l. f.' schol. Hor. carm. II 6, 22 228 Servius Aen. XI 197 229 sq. 'idem ... levi' Macrobius Sat. III 1, 8 229 No-

VARIA LECTIO.

215 ſtruxe^{re} *γ* piram *γb* 216 feralef *b* CYPRESSOS *Rb* cupressus *Guelf. schol. Hor. epod.* 217 CONSTITVNT *P* 218 calidos] calicef *γ*l 219—235. 236—241 *F fol. XLV* 219 LAVANT (V *in ras.*) *F* fringentif *c*l 220 tum (t *corr. e* d) *γ* 221 NATOA (A *post. m. aliena*) *M* 222 ingente *γ*l 223 SVBIECTAM *P* SVBIECTA *F* subiectam (m *in ras. m. rec.* : subiectas *m.* 1 ?) *γ* 224 AVERI *R* FACES *Pγ*l 225 fu.fo (*i. e.* fusso) *b* dapes : *cf.* III 301 dapef ferunt *γ* FERVNT *P* : *cf. ge.* III 22 *Aen.* I 679 V 101 VIII 284 226 CONLABSI *F* collapſi *b* 227 reliquiaf *b* RELLIQVIAS *Fc* 228 CORYNEVS *Fc*

spargens rore levi et ramo felicis olivae,
lustravitque viros dixitque novissima verba.
at pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
inponit suaque arma viro remumque tubamque
monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
dicitur aeternumque tenet per saecula nomen.

His actis propere exequitur praecepta Sibyllae.
spelunca alta fuit vastoque immanis hiatu,
scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris,
quam super haut ullae poterant inpune volantes
tendere iter pinnis: talis sese halitus atrís
faucibus effundens super ad convexa ferebat.

TESTIMONIA.

nius 261, 29 schol. Iuven. II 156 230 Servius Aen. IV 635 231 'dixitque n. v.' Servius Aen. VI 216 232—235 Macrobius Sat. V 7, 10 232 sq. 'at ... imponit' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 101 234 'monte s. a.' Servius Aen. XI 849 236 Nonius 243, 14 'propere' Charisius 190 P. 237 schol. Veron. 82, 3K. 238 Donatus ad Ter. Andr. V 4, 37 Servius Aen. V 123 'tuta l. n.' schol. Hor. serm. II 1, 20 239—241 Nonius 14, 14 240 'tendere i. p.' Donatus ad Ter. hec. I 2, 119

VARIA LECTIO.

230 SPARS *F* 'olivae, *arboris festae. sed moris fuerat, ut de lauro fieret. sane dicit Donatus, quod hoc propter Augustum mutavit. nam nata erat laurus in palatio eo die, quo natus est Augustus ... propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere.' Servius* 231 virof (vir *m. rec. in ras.*) *b* DOMOS *P* DOMOS *R*: *cf.* V 756 choros *Menag. pr. : cf.* VII 391 DIXIT (I *pr. in ras., corr. ex* V *ut vid.*) *F* 232 SEPVLCRVM *P* 233 IMPONIT *MRb* imposuit *Donatus* 234 nunc (c *in ras.*) *γ* 235 SECVLA *F* 235 EXEQUITUR *M* EXSEQVITVR *FPRybc* fybillae *γ* 237 SPELVNCHA *P* IMMANIS *MRγ* INMANIS *FPbc* 238 SCRVPEX *R* 239 HAVD *FPγb* haud *c* IMPVNE *MR* inpune. (*erasa* m, *ut vid.*) *γ* VOLANTIS (I *corr. in* E) *P* uolantif *γ* VOLENTES (*corr. m. rec.*) *F* 240 pennif *b* HAELITUS *M* alituf *γ*, *Nonii exempl.* 241 FAUCIB' (' *minio p.*) *M* SVPER *R* SVPERA *P* SUPER *M* SVPERA *Fybc : cf.* 750. 788. VII 562 X 251. *Coniungo* super *adverbium cum* convexa *participio.* AT *M*1 ferebant *γ*1

quattuor hic primum nigrantis terga iuvencos 243
constituit frontique invergit vina sacerdos,
et summas carpens media inter cornua saetas 245
ignibus inponit sacris, libamina prima,
voce vocans Hecaten caeloque Ereboque potentem.
supponunt alii cultros tepidumque cruorem
succipiunt pateris. ipse atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum magnaeque sorori 250
ense ferit sterilemque tibi, Proserpina, vaccam.
tum Stygio regi nocturnas incohat aras
et solida inponit taurorum viscera flammis,
pingue superque oleum fundens ardentibus extis

---

unde locum Grai dixerunt nomine Aornon 242

TESTIMONIA.

244 'fronti ... sacerdos' Priscianus 798 247 'voce v. H.' Iulius Rufinianus 238. 257 R. 248 'supponunt a. c.' de gen. nom. 74 ed. Haupt. Servius ge. III 402 253 Servius Aen. III 231 254 schol. Veron. 102, 15

VARIA LECTIO.

242 (*ex Prisciani perieges.* 1055 *fictum*) *habent Rb, ante* 241 *γ, om. FMPcm. Sed in M post* 241 *intra lineas minio pictum* —c, *quod spectat ad versum quendam ima pagina additum, cuius erasi non apparebant nisi incertissima haec vestigia:* ..RE...E....C.....E..N .....AT LOCVM (*corr. m. ant.*) *R* lucum *b*1 lacum *b*2 aornum *γ* AVERNVM *Rb* 243 — 263. 264 — 272 *F fol. XLVI* 243 hoc *c*1 PRIMUS (*corr. minio*) *M* 245 SVMMA *R* 246 IMPONIT *Rbc* 247 vocat *Iulii Rufin.* 238 *excmpl.* HAECATEN *Mb* haecaten *c* EREBO *P* 248 Subponunt *b* 249 Succipiunt (c *pr. in ras.*) *b* SVSCIPIVNT *MRγ*1*c* 'succipiunt *antique. nam modo* suscipiunt *dicimus, ut* I 175' *Servius* PATERNIS *F* 250 MAGNAE *P* 251 que *om. R* 252 ſtygiio *γ*1 REGNI *R* REGIA *F* COHAT *P* INCHOAT *FMc* INCOAT *R* incoat *γb* 253 IMPONIT *MRb* MPONIT *F* 254 SVPERQVE *FMPRγbcmψ, schol. Veron.* super '*antiqua aliquot' Pierii*, *χ* supernè *coni. Wagnerus quaest. Verg.* XII 13 FVNDENS *FPRγbcmψ, Servii ex.* INFUNDENS *M* ardeti.buſ (ti *m. 2 in ras.*) *γ* *Unum vel plures versus additurus fuit poeta, ni fallor.*

. . . . . .

ecce autem primi sub lumina solis et ortus
sub pedibus mugire solum et iuga coepta moveri
silvarum visaeque canes ululare per umbram
adventante dea. 'procul o procul este, profani'
conclamat vates, 'totoque absistite luco;
tuque invade viam vaginaque eripe ferrum:
nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.'
tantum effata furens antro se inmisit aperto;
ille ducem haut timidis vadentem passibus aequat.

Di, quibus imperium est animarum, umbraeque silentes
et Chaos et Phlegethon, loca nocte tacentia late,
sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
pandere res alta terra et caligine mersas.

TESTIMONIA.

255 Charisius 210 P. 256 Seneca nat. qu. VI 13, 5 257 'visae ... umbram' Donatus ad Ter. hec. III 1, 38 schol. Hor. epod. II 32 Servius Aen. IV 455. 461 257 sq. 'visae ... dea' Donatus ad Ter. eun. III 2, 1 Servius Aen. III 209 258 sq. 'procul ... luco' Macrobius Sat. III 3, 3 258 'procul o p. e. p.' schol. Hor. carm. III 1, 1 261 Seneca epist. 82, 7 264 'di ... animarum' Servius Aen. V 235 VI 749 265 'et Chaos et P.' Probi inst. I 4, 15 'et ... loca' Marius Plotius p. 264. cf. 281 G. 266 'sit m. f. a.' Probi inst. I 4, 13

VARIA LECTIO.

255 LVMINA *FPRyb2cψ, Servii et Charisii exempl. : cf.* VIII 68 lumine *b*1 LIMINA *M, placuit Heinsio : cf. Catullus* LXIV 271 256 Sup *yc* celsa *Seneca* MOVEMRI *P* 258 O *M* 259 CONCLAMANT *F* uatef ///// toto *c* LOCO *M* 260 VAGINA (A *pr. corr. ex* I) *F* 261 NVC *P* 262 IMMISIT *FMP* 263 HAUT *M* AVT *R* HAVD *FPy* haud *b* AEQVATIS *F* 264 Dii *y* filentif *y*1 265 PHLEGETON *FMc* LOCO *M* TACENTIALATELOCANOCTE (TAC *in ras., numeri m. rec.*) *P* loca nocte tacentia late *m.* 2 *add. y* SILENTIA *in mg. M, Servii exempl.* 266 MIIIINE *F* phaf *y* 267 ALTAS *M : cf. ge.* III 42 alta *Servius firmat* SCALIGINE (G *in ras., sup.* C *vel* G *vel* S) *F*

Ibant obscurī sola sub nocte per umbram
perque domos Ditis vacuas et inania regna:
quale per incertam lunam sub luce maligna
est iter in silvis, ubi caelum condidit umbra
Iuppiter et rebus nox abstulit atra colorem.
vestibulum ante ipsum primis in faucibus Orci
luctus et ultrices posuere cubilia Curae,
pallentesque habitant Morbi tristisque Senectus
et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas,
terribiles visu formae, Letumque Laborque:
tum consanguineus Leti Sopor et mala mentis

TESTIMONIA.

268 Priscianus 1000 schol. Hor. carm. I 28, 16 epod. IX 32 'ibant ... nocte' servius Aen. I 382 II 397 269 schol. Hor. carm. I 4, 16 270 sq. 'quale ... silvis' Nonius 345, 32 Priscianus 1000 servius ge. II 179 270 schol. Lucani IX 73 'quale per i. l.' Servius Aen. III 203 'sub l. m.' Servius Aen. XI 525 272 'et ... colorem' schol. Lucani IV 104 Favonii Eulog. comm. in somn. Sc. p. 406 Or. 273 sq. Gellius XVI 5, 11 273 Macrobius Sat. VI 8, 14 274 sq. Seneca epist. 107, 3 274 'ultrices p. c. c.' Priscianus de XII vers. Aen. 5, 92 275 Quintilianus VIII 6, 27 Seneca epist. 108, 29 Claudius Sacerdos I 112 'pallentes morbi' Claudius Sacerdos I 161 276 'et metus et m. s. f.' Nonius 349, 16. 411, 8 'et male ... egestas' Claudius Sacerdos I 142 'et male s. f.' Servius Aen. X 724 'male s. f.' Macrobius Sat. V 11, 8 Servius Aen. III 307 'turpis e.' Quintilianus VIII 6, 41 277 Seneca epist. 104, 24 278 'tum ... sopor' Macrobius Sat. V 7, 11 schol. Hor. carm. I 24, 5 III 11, 38 Lucani IX 818 278 sq. 'et mala m. g.' Seneca epist. 59, 3 'mala

VARIA LECTIO.

268 obfcura foli $\gamma 1$ 'obscuri sola sub n. *aut hypallage est:* sub obscura n. soli ibant, *aut* sola sub n., *i. e. ubi nihil aliud est praeter noctem' Servius* umbraf $\gamma 2c2$ 269 VACVAS *P* INANIA *P* 270 PER INCERTVM LVNAM *F* per incertam (incertum?) lunae *schol. Lucani* per inceptam lunam $bc2\chi$: *cf.* 453 'inceptam' : *alii* incertam *legunt' Servius* per obscuram noctem *Priscianus* cum luce *schol. Lucani* 271 in *om. Nonius* 273 PRIMIS *Pyc, Pieriani* ψ PRIMISQ· *MRb, Macrobii et Gellii exempl.* 274 altrices *Peerlkampus* pofue'e γ 275 PALLANTES *M1* TRITIS *M* 276 malafuada $\gamma 1$ ac] et *Claudius Sacerdos* 277 TERRIBILIS *R* FORME *P* LAETUM *M* loetum *ybc* 278 Tum *b1* tunc *Macrobii ex.* et *schol. Hor. carm.* III 11, 38 *et Lucani* loeti *ybc* IET *M*

Gaudia mortiferumque adverso in limine Bellum
ferreique Eumenidum thalami et Discordia demens,
vipereum crinem vittis innexa cruentis.

In medio ramos annosaque bracchia pandit
ulmus opaca ingens, quam sedem Somnia volgo
vana tenere ferunt foliisque sub omnibus haerent.
multaque praeterea variarum monstra ferarum
Centauri in foribus stabulant Scyllaeque biformes
et centumgeminus Briareus ac belua Lernae
horrendum stridens, flammisque armata Chimaera,
Gorgones Harpyiaeque et forma tricorporis umbrae.

TESTIMONIA.

m. g.' Augustinus de civ. dei XIV 8 280 'ferreique E. t.' Priscianus 779 P. 286 'centauri . . . stabulant' schol. Lucani VI 386 287 'et c. B.' schol. Hor. carm. III 4, 69 Servius Aen. X 565 'centumgeminus Briareus' Macrobius Sat. V 14, 8 schol. Lucani IV 596 'ac belua L.' Servius Aen. VI 576 288 'horrendum s.' schol. Hor. carm. II 12, 15 289 Priscianus 699 'Gorgones H. que' Maximus Vict. de rat. metr. IV

VARIA LECTIO.

280 ^{h}eumenidum *γ* HEVMENIDVM *Rb* 281 CRINEN *P* VITTIS (TT *m.* 2 *in ras.* : villis?) *P* INNIXA *Rb*1 : *cf.* IV 217 282 ramo^{f} *b* ANNOSATQ· *M* brachia *b* pandit (an *et* it *m. rec. in ras.*) *c* 283 'ulmus opaca ingens: *distinguenda sunt ista propter duo epitheta.*' *Servius* uo^{v}lgo *γ* VVLGO *MRbc* 284 ^{h}erent *γ* 285 preterea *γ* VARIA^{R}VM *P* MONSTRA (MONST *m. ant. in ras.* : *fuitne* mostra?) *P* 286 ſtab^{vl}ant *γ* SCYLLA^{E} (E *minio p.*) *M* ^{f}cyllę *γ* 287 CENTUM GEMINVS (G *in ras.*) *R* centumgemino^{v}ſ *γ* briare.uſ (*erasa* ſ) *γ* VELVA *P* 288 '*utrum hic distinctio plena sit an* horrendum stridens *inferioribus iungendum sit? stridere enim bene Chimaerae datur*' *Servius. In M post* stridens, *non post* Lernae *distinguitur.* FLAMIS *P* que *om. Menag. Mentel. sec.*, *ut* stridens *referatur ad* Chimaeram. CHIMERA *M* chimara *γ*1 c^{h}ymera *b* 289 delphines *Prisciani* ω Gorgones *testatur Servius* HARPYAE *M* ^{h}arpyae *γ* arpi^{y}ae *b* harpyias *Maximus Vict.* '*Sane quidam dicunt versus alios hos a poeta hoc loco relictos, qui ab eius emendatoribus sublati sunt:*

Gorgonis (Gorgones *Par.*) in medio portentum inmane Medusae,

corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas strictamque aciem venientibus offert,
et ni docta comes tenuis sine corpore vitas
admoneat volitare cava sub imagine formae,
inruat et frustra ferro diverberet umbras.

Hinc via Tartarei quae fert Acherontis ad undas.
turbidus hic caeno vastaque voragine gurges
aestuat atque omnem Cocyto eructat harenam.
portitor has horrendus aquas et flumina servat
terribili squalore Charon, cui plurima mento
canities inculta iacet, stant lumina flamma,
sordidus ex umeris nodo dependet amictus.
ipse ratem conto subigit velisque ministrat,
et ferruginea subvectat corpora cumba,

TESTIMONIA.

290 sq. 'corripit ... Aeneas' Arusianus p. 264 L. 290 Servius Aen. I 188 291 'strictam ... offert' Nonius 360, 26 Servius Aen. VI 251 292 sq. Nonius 466, 16 292 sq. 'et ... volitare' Nonius 419, 27 295 Nonius 303, 16 297 'atque ... harenam' Servius Aen. III 576 298 sq. 'portitor ... Charon' schol. Lucani III 16 300 'stant l. f.' Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 16 schol. Lucani II 103 Hor. carm. I 9, 1 Servius Aen. I 646 II 333 VI 22 ecl. VII 53 302 Prisciaanus 936 schol. Iuvenalis II 150

VARIA LECTIO.

vipereae uipera *Ce Par.*, circum ora comae cui sibila (sibylla *Par.* torquent
infamesque rigent oculi, mentoque meritoque *Par.* sub imo
serpentum extremis nodantur vincula caudis' *Servius Paris., qui solus haec verba habet.* 290 trepidiſ *γ* FORMINE *R* 292 etᵀ ac *Nonius* 466 TENVES *M2Rb* ui. taſ *γ* 293 ADMONEA *P* cavae *m* 294 Irruit (r *pr. in ras.*) *b* diuerberat *b1m* 295 VITA (T *eras.*) *R* tartharei *γ* undam *Nonius* 297 COCYTHO (*corr. minio*) *M* coccyto. *γ* cocyti *c1mχ* 'Cocyto, *in Cocytum*' *Servius* 298 PORTIIO THORAS *P* orrenduſ *c* 299 Terribileſ quare *c1* Terribiliſquare *c2* PLVRIMAMENTO *MPγ*, *item*, *sed* AME *in ras.*, *R* 300 Canicieſ *γ* FLVMINA *P* lumine *c* flamma *c cum auctoribus antiquis* FLAMMAS (*corr. m. ant.*) *P* FLAMMAE *Mb* FLAMMAE *Rγ* flammea *χ* 302 ponto subiit *schol. Iuven.* ueᵣliſ *γ* 303 SVBIECTAT (I *corr. in V*) *P* subuectit *γ1* CORPOA *P* CYMBA *Rbc*

iam senior, set cruda deo viridisque senectus.
huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
matres atque viri defunctaque corpora vita
magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae
impositique rogis iuvenes ante ora parentum:
quam multa in silvis autumni frigore primo
lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus
trans pontum fugat et terris immittit apricis.
stabant orantes primi transmittere cursum
tendebantque manus ripae ulterioris amore.
navita set tristis nunc hos nunc accipit illos,
ast alios longe summotos arcet harena.
Aeneas miratus enim motusque tumultu
'dic' ait, 'o virgo, quid volt concursus ad amnem?
quidve petunt animae? vel quo discrimine ripas
hae linquunt, illae remis vada livida verrunt?'
olli sic breviter fata est longaeva sacerdos:

TESTIMONIA.

304 Priscianus 604 Donatus ad Ter. eun. prol. 4 hec. prol. 2, 3 Phorm. II 3, 15 Donati ars II 3, 2 Consentius 2023 Diomedes p. 310 P. Cassiodorus de dial. (T. II p. 504[a] ed. Ven. 1729) Servius Aen. V 409 'iam senior' Servius ge. I 93 'iam ... deo' Pompeius 134 L. 'cruda ... senectus' Servius Aen. V 295 306 'defunctaque c. v.' Nonius 287, 5 307 Priscianus 743 308 Macrobius Sat. IV 3, 4 Servius Aen. X 443 314 Nonius 410, 30 315 schol. Hor. carm. II 14, 11 'navita sed t.' Servius Aen. VI 264 'nunc hos n. a. i.' schol. Iuvenalis II 150 318 'quid ... amnem' Donatus ad Ter. Andr. II 3, 1

VARIA LECTIO.

NAA

304 SED *Rybc* 306—308 = *ge.* IV 475—477 307 MAGNIMVM *P* magnaanimum *γ* 308 INPOSITI *Pyb* rogef *γ*1 hora *c* 310 *sqq.*: *cf. ad ge.* IV 472 *var. lect.* AT *P* 311 amnis *χ*: *cf. Marklandus ad Statii silv.* I 3, 8 312 STRANS (*propter sequentis versus initium*) *P* campis *vel* oris *χ* IMMITTIT *R* 315 SED *Rybc* 316 Adſt *c* arena *b* 317 Aenea⌜ *b* *An* miratur? *cf.* X 874 318 VVLT *Ryc* uul[t] *b* .319 p&ent *c* 320 LINQVNT *R* LINQVVNT *MPybc* LIQVIDA *R* VERTVNT *P* 321 LONGESICVA (*compuncta minio*) *M*

'Anchisa generate, deum certissima proles,
Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem,
di cuius iurare timent et fallere numen.
haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turbast;
portitor ille Charon; hi, quos vehit unda, sepulti.
nec ripas datur horrendas et rauca fluenta
transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.
centum errant annos volitantque haec litora circum;
tum demum admissi stagna exoptata revisunt.'
constitit Anchisa satus et vestigia pressit,
multa putans sortemque animo miseratus iniquam.
cernit ibi maestos et mortis honore carentis
Leucaspim et Lyciae ductorem classis Oronten,
quos simul ab Troia ventosa per aequora vectos
obruit auster, aqua involvens navemque virosque.

Ecce gubernator sese Palinurus agebat,

TESTIMONIA.

322 'deum c. p.' Servius Aen. VIII 36 324 schol. Lucani VI 380 Servius Aen. VI 134 325 schol. Iuvenalis III 271 326 'portitor i. C.' Nonius 24, 32 329 Servius Aen. VI 154 XI 23 'centum e. a.' Servius Aen. IV 386 331 'satus Anchisa' Charisius 51 332 Nonius 369, 23 Donatus ad Ter. eun. IV 2, 4. 7, 43 'multa putans' Donatus ad Ter. adelph. V 3, 10 333 Nonius 320, 26 'cernit i. m.' Probi inst. I 9, 3 334 Priscianus 757 336 Macrobius Sat. IV 4, 16 337 sqq. cf. Augustinus de cura ger. pro mort. 10 337 Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 25 Servius Aen. IX 606 'sese P. a.' gloss.

VARIA LECTIO.

324 timen' γ nomen *malit Peerlkampus, refutatus a Dietschio theol. Verg.* 11 numen *legit Servius* 325 TURBAST *M* TVRBAEST *PRc* turba ẽ (ẽ *m.* 2 *add.*) γ turba ẽ (ẽ *m.* 2 *in ras.*) *b* 326 acharon γ hii γ unde γ1 327 FL V ENTA (L V E *in ras. : fuitne* fluventa?) *R* 328 quierint *Mentel. pr. m.* 1 329 HAICLITORA (I *pr. corr. in* E: TA *legebatur igitur* hi litora) *P* 330 EXOPTA *P* 331 ANCHISAE *M* 332 ANIMI *M* MISERATUS *M* miſeratur γ1 333 SIBI *P* CARENTES *Mc* 334 Leucaspim *intellegi* I 115 magistrum *monet ad illum v. Servius* liciae γ DUCTOREMQ· *M* ORONTEM *MRybc, Prisciani ex.* 335 AB *P* A *MRybc* 336 'auster : *hic distinguendum' Servius* OS inuoluenſ *c* VIRVM (OS *col. caerul.*) *P*

qui Libyco nuper cursu, dum sidera servat,
exciderat puppi mediis effusus in undis.
hunc ubi vix multa maestum cognovit in umbra,
sic prior adloquitur: 'quis te, Palinure, deorum
eripuit nobis medioque sub aequore mersit?
dic age. namque mihi, fallax haut ante repertus,
hoc uno responso animum delusit Apollo,
qui fore te ponto incolumem finisque canebat
venturum Ausoniqs. en haec promissa fides est?'
ille autem: 'neque te Phoebi cortina fefellit,
dux Anchisiade, nec me deus aequore mersit.
namque gubernaclum multa vi forte revolsum,
cui datus haerebam custos cursusque regebam,
praecipitans traxi mecum. maria aspera iuro
non ullum pro me tantum cepisse timorem,
quam tua ni, spoliata armis, excussa magistro,
deficeret tantis navis surgentibus undis.

TESTIMONIA.

in Barthii adv. XXXVIII 15 339 Arusianus p. 240 L. 'mediis ... undis' Servius Aen. X 838 343 'dic ... fallax' Probi inst. I 6, 1. 7, 2 347 Claudius Sacerdos I 73 350 Priscianus 862 351 'praecipitans t.' Charisius 233 'praecipitans t. m.' Diomedes 397 'maria a. i.' Arusianus p. 236 L. Donatus ad Ter. hec. V 2, 5 Rufinianus de schem. lex. 251 R. 353 sq. 'quam ... deficeret' Rufinianus de schem. lex. 251 R.

VARIA LECTIO.

338 LYBICO *M* libico *γb* 343 HAVD *MPγbc* *Ex hoc loco* (348 *conl. cum* V 854 *sqq.*, 354 *cum* V 862) *apparet, ultimam poetae manum defecisse : vide prolegomena.* 344 delu. fit (*i. e.* delussit) *b* appollo *γ* 345 FORTE *R* incolomem *γ* incolomẽ *c* 347 te *m. 2 superscr. γ* 348 'nec me : *hic distinguendum, ne sit contrarium. Nam cum somnus deiecit.' Servius* diuf *b1* 349 gubernaculum *c* VIXARTE *P* : *cf.* V 270 uifte *γ1* uifote *γ2* reuulfum *γc* 350 datuf (f *in ras.* 2 *litt.*) *b* GEREBAM *Pγ1* 351 praecipitas *Diomedis Monac.* traxit omnia *Charisius* maria omnia *χ*, *Donatus* DVRO *R* 352 ILLUM *M* nullum *γ* illum *placuit Peerlkampo et Paldamo* 353 TV (*sup. m. ant.*) *R* ni *Rufinianus* NE *libri* 354 NAUISURGENTIB · *M*

tris notus hibernas immensa per aequora noctes
vexit me violentus aqua; vix lumine quarto
prospexi Italiam summa sublimis ab unda.
paulatim adnabam terrae: iam tuta tenebam,
ni gens crudelis madida cum veste gravatum
prensantemque uncis manibus capita aspera montis
ferro invasisset praedamque ignara putasset.

* * *

nunc me fluctus habet versantque in litore venti.
quod te per caeli iucundum lumen et auras,
per genitorem oro, per spes surgentis Iuli,
eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram
inice (namque potes) portusque require Velinos,
aut tu, siqua via est, siquam tibi diva creatrix
ostendit (neque enim, credo, sine numine divom

TESTIMONIA.

356 sq. 'vix ... Italiam' Macrobius Sat. IV 3, 16 358 Servius Aen. V 871 360 Servius Aen. II 308 362 Nonius 418, 32 'nunc ... habet' Servius Aen. III 140 VI 507 363—366 Macrobius Sat. V 7, 12 364 'spes s. I.' Servius Aen. I 556 365 sq. Gellius X 16 'eripe ... inice' Gellius IV 17, 9 'aut ... potes' schol. Hor. carm. I 28, 23 Servius Aen. VI 176 365 'eripe ... malis' Trebellius Pollio de Tetrico seniore 24 Isidorus orig. II 21, 18 Orosius VII 23 Eutropius IX 13 Servius Aen. I 596 366. 371 'portus ... Velinos, sedibus ... quiescam' (om. 367—370) Servius Aen. XI 23 367 'aut ... est' Servius Aen. IV 478

VARIA LECTIO.

355 INMENSA *Pybc* 357 PROSPEXIT *R* 358 'adnabam: *et hic distingui potest*, paulatim adnabam, *ut sequentibus iungatur:* terrae iam tuta tenebam' *Servius. Post* adnabam *distinctum in M* iamque arva *Servii* V 871 *ex. quaedam ut* II 209 ETIAM *R* IAM · (*puncto rubro*) *M* TENEBRAM *P* 359 uelte, *in mg.* at elte, *γ* 361 INNARA *M* *Post hunc versum expectes poetam quaedam additurum fuisse: aut occisum esse Palinurum corpusque eius in mare coniectum aut ipsum se metu in fluctus praecipitasse eisque haustum esse.* 362 HABENT *M* habet *b* littore *c* 363 iocundū *c* 364 *cf.* X 524 ſpē *c* 365 TV *sup. P* 366 portusque r. V. *reprehendit apud Gellium Hyginus* 367 quã *γ* 368 diuom *γ* DIVVM *MRbc*

flumina tanta paras Stygiamque innare paludem),
da dextram misero et tecum me tolle per undas,
sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.'
talia fatus erat, coepit cum talia vates:
'unde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?
tu Stygias inhumatus aquas amnemque severum
Eumenidum aspicies ripamve iniussus adibis?
desine fata deum flecti sperare precando.
set cape dicta memor, duri solacia casus.
nam tua finitimi, longe lateque per urbes
prodigiis acti caelestibus, ossa piabunt,
et statuent tumulum et tumulo sollemnia mittent,
aeternumque locus Palinuri nomen habebit.'
his dictis curae emotae pulsusque parumper
corde dolor tristi; gaudet cognomine terrae.

Ergo iter inceptum peragunt fluvioque propinquant.
navita quos iam inde ut Stygia prospexit ab unda
per tacitum nemus ire pedemque advertere ripae,

TESTIMONIA.

370 'da d. m.' Servius Aen. II 793 372 Priscianus 1186 375 'Eumenidum ... iniussus' Probi inst. I 11, 2 'ripamve i. a.' Servius Aen. IV 106 376 Seneca epist. 77, 12 schol. Persii V 48 379 Nonius 243, 26. 370, 6. 436, 5 381 schol. Lucani IX 42 382 sq. 'pulsus ... terrae' Nonius 378, 14

VARIA LECTIO.

AR
369 PAS (*sup. m. recentiss.*) *R* par^{af} *b* 371 SALTIM *Rb*1*c* IM *M* 372 vix ea fatus erat, coepit cum talia virgo *Priscianus : cf.* 190
/
373 O *M* 374 *sq.* amnemque severum Eumenidum: *cf. ge.* III 37 *sq.* 375 HEVMENIDVM *R* adibif (d *corr. in* b, *vel* b *in* d) *b* abibif *c*2 *Mentel. alter*, χ 'abibis ... *sicut supra* (IV 106) *diximus : quamquam alii* adibis *legant.' Servius* 376 SPERARTE (*corr. minio*) *M* precando] PRECAN *in ras. R* 377 SED *Rybc* folatia *c* 378 finitimi longe lateque *absurdum esse iudicat Marklandus ad Statii silv.* V 3, 127 VRBIS *P*1 380 folemnia *b* folemnia γ 383 TERRAE *MPR*γ *bcm*ψ, *Nonius*, *Servii Regin.* terra χ, *Servii Paris.* (t. *Cass.*) 385 VT *minio superscr. M* CONSPEXIT *M*

sic prior adgreditur dictis atque increpat ultro:
'quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
fare age, quid venias, iam istinc, et comprime gressum.
umbrarum hic locus est, somni noctisque soporae:
corpora viva nefas Stygia vectare carina.
nec vero Alciden me sum laetatus euntem
accepisse lacu nec Thesea Pirithoumque,
dis quamquam geniti atque invicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petivit
ipsius a solio regis, traxitque trementem;
hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.'
quae contra breviter fata est Amphrysia vates:
'nullae hic insidiae tales (absiste moverêi),
nec vim tela ferunt; licet ingens ianitor antro

TESTIMONIA.

388 'quisquis es a.' fragm. de quant. 12 p. 504 Endl. Velius Longus 2215 P. 391 Servius Aen. IV 654. VI 303 392 sq. 'nec ... lacu' Donatus ad Ter. adelph. III 3, 7 393 'accepisse lacu' de gen. nom. 80 Haupt. 395 Nonius 300, 32 schol. Hor. carm. I 3, 38 397 schol. Hor. carm. III 4, 80 Servius Aen. III 113 XI 805 'hi d. D.' Servius Aen. IV 214 400 Priscianus 757 400 sq. 'ingens ... umbras' Seneca epist. 82 16

VARIA LECTIO.

387 ADLOQVITOR *R* alloquitur *b* at[a] *m. rec. add. c* 388 litora *Menag. pr., Rottend. pr.* : *cf.* II 205 limina χ : *cf.* II 321 VI 696 TENDES *Pγ* 1 389 fare ... istinc *coniungendum esse monuit Lachmannus Lucr.* 189 STINC *I supraser. minio M: eodem spectat* ſtingit (= stinc et) *in schedis Salmas. et cod. Leid., cuius scripturae exempla aliquot collegit Lachmannus Lucr.* 197 iſtinc *b* iſtic γ 390 est *om. c* ET *R* SOMNI S *m. 2 add.* *P* ſomnuſ et SOPORE *Rγ* ſopori . *c* 392 alcidem *c* Aeacidem *Peerlkamp* MEAVM *P* me . ſum γ nec ſum *aliquot Pieriani* 393—413. 414—416. 417—425 *F fol.* XLVII 393 Accipiſſe *c* LOCV·M *F* THESEA *P* PIRRITVM *R* perithoum *bc* 394 quamquā *b* 395 PETIVIT *V* [illegible] *F* 396 quae *om. F* quem [illegible] FATASEST *F* [illegible] fatast. ut vid. [illegible] VATES *F* [illegible] 398 NVLLA *M* HINC *F*, [illegible] MOVEREI *F* MOVERI *MF*[illegible] 400 antro] Orci

ıum latrans exsanguis terreat umbras,
licet patrui servet Proserpina limen.
s Aeneas, pietate insignis et armis,
nitorem imas Erebi descendit ad umbras.
nulla movet tantae pietatis imago,
ıum hunc' (aperit ramum, qui veste latebat)
oscas.' tumida ex ira tum corda residunt,
lura his: ille admirans venerabile donum
virgae, longo pos tempore visum,
eam advertit puppim ripaeque propinquat.
ılias animas, quae per iuga longa sedebant,
ɔat laxatque foros; simul accipit alveo
em Aenean. gemuit sub pondere cumba

ı.

mas ... umbras' Paulus Festi 83 M. 405—407 'si ... Macrobius Sat. VI 6, 13 Priscianus 1030 P. 406 Diomedes ırit ... latebat' Nonius 236, 23 408 sq. 'ille ... visum' 987. 1001 400 'longo p. t. v.' Arusianus p. 251 L. Ser- I 140 411—413 'inde ... Aeneam' Nonius 447, 25 le ... deturbat' Nonius 101, 17 411 Servius Aen. V 136 Isidorus orig. XIX 2, 5 412 'laxatque f.' Isidorus orig. X 2, 2 schol. Lucani III 17 413 sq. 'gemuit ... palu- ıs de nom. 53 p. 223 Endl. Aldhelmus in A. Mai anct. class. gemuit ... sutilis' schol. Hor. carm. I 14, 6

rIO.

Priscianus et Seneca. *Inter hunc v. et* 401 *Seneca* VIII
N
401 EXAGVIS *F* exanguif *γ* exfanguef *c* 402 LICEAT
H
VIS *R* 403 INSIGNEIS *M* 404 EREBI *P* herebi *γ* 405
m. ant.) *R* tantae p. i. : *cf.* IX 294 X 824 tantarum glo-
T
lacrobii exempl. ex IV 272 406 AD *F* AD *Pγ*1, *Diomedis* perit *γ* veste] forte *Macrobii exempl.* ..latebat *c* 407 2 Agnoſcat *c*1 agnoscis *Macrobii exempl. exc. Salisb.* IRA P TVM (T *in ras.* : *fuitne* iam?) *F* 408 VENERABILE *P* ge *γ* postempore *Prisciani* 987 *Paris. R et* 1001 *Bern.*
M
b POSTTEMPORE *FMPRγc* 410 PUPPE·S *M* puppem
1
cum al. 411 AIIIAS (I *pr. corr. ex* T *ut vid.*) *P* IUGO
A *suprascr. F* 412 Deturpat *c*1 LATXAT *F* FOROSI-
mii Bamb. 413 eneam *c* gemuit] tremuit *Probus de* t... *γ* sub] ACSVB *P* cymba *γc*

sutilis et multam accepit rimosa paludem.
tandem trans fluvium incolumis vatemque virumque
informi limo glaucaque exponit in ulva.

Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
personat, adverso recubans immanis in antro.
cui vates, horrere videns iam colla colubris,
melle soporatam et medicatis frugibus offam
obicit. ille fame rabida tria guttura pandens
corripit obiectam atque immania terga resolvit
fusus humi totoque ingens extenditur antro.
occupat Aeneas aditum custode sepulto
evaditque celer ripam inremeabilis undae.

Continuo auditae voces vagitus et ingens,
infantumque animae flentes, in limine primo

TESTIMONIA.

417 sq. 'Cerberus ... personat' Servius Aen. VI 396 ... personat' schol. Hor. carm. III 11, 20 419 'cui ... Probi inst. I 17, 6 420 Servius ge. IV 190 420 sq. Pri 705 P. 420 sq. 'offam ... pandens' Priscianus 768 421 ' pandens' Nonius 207, 16 'triformia guttura p.' de gen. Haupt. 424 Nonius 356, 3 Servius Aen. III 42 V 316 42 inst. I 4, 19 Servius Aen. VI 154 426 sq. Donatus ad Ter. 1, 2 Servius Aen. XI 59 427 Macrobius Sat. IV 3, 2 'lin de gen. nom. 85 Haupt.

VARIA LECTIO.

414 *Reprehendit hunc versum, quem Servius legit,* (*Min.* 209 SVPTILIS *R* subtilis *schol. Hor.* MVLTVM *M* COLVMES *FMRb* incolomef *c* 416 GLACA *F* 418 RECVMI INMANIS *F* TRO *F* 419 horre *γ* horrore *cl* COLOBRIS *l tel. pr.* 420 mille *Petronii p.* 675 *B. ex.* saporatam *χ*, *P Bamb.* medicatam '*codices admodum vetusti*' *Pieriani* 421 *Prisciani Lugd. Sangall.* rapida *b1χ*. *Prisciani* 768 *Bamb.*, *ris. R*, *Bern.*, *Carolir.* triformia guttura *grammaticus Haup* rabida *non legisse videtur: an* trifaucia *voluit?* 422 OBIECTA IMMANIA *M pr. in ras.* *Ry* INMANIA *FPc* 423 HVMI *M in* 424 corripit *testatur Servius Aen.* V 316 : *cf.* 422 coſto 425 E. uadit *b* 427 limina *γ1* *Post* flentes *cl* primo *distingu*

quos dulcis vitae exsortis et ab ubere raptos
abstulit atra dies et funere mersit acerbo.
hos iuxta falso damnati crimine mortis.
nec vero hae sine sorte datae, sine iudice, sedes:
quaesitor Minos urnam movet; ille silentum
conciliumque vocat vitasque et crimina discit.
proxima deinde tenent maesti loca, qui sibi letum
insontes peperere manu lucemque perosi
proiecere animas. quam vellent aethere in alto
nunc et pauperiem et duros perferre labores!
fas opstat, tristisque palus inamabilis undae

STIMONIA.

428 'quos d. v. e.' Arusianus p. 228 L. 429 'et ... acerbo' nius 247, 16 432 sq. Pseudoasconius ad Cic. Verr. II 1 p. 155 Or. 432 'quaesitor ... movet' Pseudoascon. Cic. 140 Or. Probi inst. I 15 schol. Hor. carm. I 28, 9 II 3, 26 IV 7, 21 434—436 'qui ... imas' Augustinus de civ. dei I 19 435 sq. 'lucem ... animas' hol. Lucani IV 516 435 'lucemque p.' Arusianus p. 255 L. 6 sq. 'quam ... labores' Servius Aen. IV 692 438 sq. 'fata ... at' Augustinus de civ. dei I 19 438 'Vergilius inamabilem dixit

---

RIA LECTIO.

: in limine primo quos *coniungit Wakefieldus, item Servius ut vid., Lucanus* II 106, *aliter Macrobius et Donatus* 428 VITAE *P* uita *γ*1 ORTIS (I *corr. in* E) *M* exortif *γ* EXSORTES *PRbc* RAPTO *R* 429 STVLIT *P* 431 date *sup. b* SEDIS *R* 433 CONCILIVM *MRγ*2*bc*: X 2 CONSILIVM *Py*1, *testatur Pseudoasconius* '*Asconium si sequi velis, scriptum oporteret*: consilium vocat et vitas et c. d.' *Wagner* & difcit & crimina *c* 434 lo&um *γbc* 436 QUAM (S *minio* A) *M* quas *recepit Paldamus* ETIIERE *P* in aethere alto (in *eras.*) 438 *sq.*: *cf. ge.* IV 479 *sq.* 438 FAS *PRγ*1*b*1, *Servii Par. Cass.* S (*erasis supra duabus literis miniatis*) *M* fat[a] *γ*2 fa.[ta] *b*2 fata *cm, rvii Regin., Augustinus* OPSTAT *P* OPTAT *R* obſtat *γ*1*b*1, *Servii r. Cass.* OBSTAT (*erasa supra litera miniata una*) *M* obſtat[n] *γ*2*b*2 ſtant *cm, Servii Regin., Augustinus*: *cf.* IV 440 TRISTIS *PRγ* TRIS *asis supra literis miniatis tribus*) *M* trifti. *b* trifti *c* 'tristi ... *ne si* stis *dicamus duo sint epitheta*' *Servius* INAMABILIS *in ras. R* INAMABILIS (*eraso* ET) *M* inamibilif *γ* innabilis *χ* inamabilis *testantur llius et Macrobius* VNDAE *Py*1 UNDAE (*corr. minio*) *M* VNDA *R* (*in*

alligat et noviens Styx interfusa coercet.
nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
lugentes campi; sic illos nomine dicunt.
hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
secreti celant calles et murtea circum
silva tegit; curae non ipsa in morte relinquont.
his Phaedram Procrimque locis maestamque Eriphylen,
crudelis nati monstrantem volnera, cernit,
Euhadnenque et Pasiphaen; his Laodamia
it comes et iuvenis quondam, nunc femina Caeneus
rursus et in veterem fato revoluta figuram.
inter quas Phoenissa recens a volnere Dido

TESTIMONIA.

Stygiam paludem' Gellius II 6, 14 Macrobius Sat. VI 7, 15 439 'et ... coercet' Servius Aen. VI 127. 385 'noviens ... coercet' Favonii Eulog. comm. in somn. Sc. p. 408 Or. 440 sq. 'nec ... campi' Servius Aen. VI 596 443 'secreti c. c.' Nonius 436, 12 446 Macrobius Sat. IV 6, 14 450 schol. Iuven. III 265 'recens ...

VARIA LECTIO.

ras.), γ2*bc*, *Servius* 439 NOVIES *MRybc* ſtix *b* INTERTERFVSA *R* COHERCET *Rc* co.ercet (*erasa non* h) *b* 440 NEc *P* HIC *MR* monſtrᵃtur *b* 441 di.cunt (*m.* 1 *fort.* ducunt) γ 442 quas *Zulich.* quos *testatur Servius ad v.* 444 durᵛoſ *c* PEREMIT *M* 443 secretae c. valles *Io. Schraderus* MVRTEA *P* MURTEA *M* mirtea γ1 MYRTEA *Rbc* 444 RELINQVONT *Pγ* RELINQVNT *R* RELINCVNT *M* relinquunt *bc* 445 FAEDRAM *R* PPOEDRAM (P *post. minio corr. ex.* F, H *minio supra p.*) *M* PROCRIM (RI *m. aliena corr. in* NE) *M* PROCRIN *Pγ* PROCNIN *R* pchin *c* Procrin *Servius*, *ut Homerus* locif *m.* 2 *sup. c* ERYPHYLE~ *M* eriphilen γ 446 monſtrantē. *c* UULNERA *Mbc* VVLNERE *R* 447 EVHADNEM *P* eu.adnem γ Euadnē *c* HEVHADNEN *R* EUADNEN *M* Heuadnē *b* PHASIPHAEN *P* PASSIPHAEN *M*. paſiphaen γ phaſiphen *c* IIIIS (*corr. minio*) *M* 448 Id γ ET *R* ceneuſ *bc* Caenis *maluit Heinsius* femina ... rursus *coniunxit Wakefieldus*, *ad sequentia* rursus *referunt alii. Post* comes *et* Caeneus *distinguitur in M* 449 REVOCATA *R* 450 A *M* VVLNERE *Rb* uulneʳᵉ *c* abuenere *schol. Iuvenalis*

errabat silva in magna. quam Troïus heros
ut primum iuxta stetit adgnovitque per umbras
obscuram, qualem primo qui surgere mense
aut videt aut vidisse putat per nubila lunam,
demisit lacrimas dulcique adfatus amorest:
'infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
venerat extinctam ferroque extrema secutam?
funeris heu tibi causa fui? per sidera iuro,
per superos et siqua fides tellure sub ima est,
invitus, regina, tuo de litore cessi.
set me iussa deum, quae nunc has ire per umbras,
per loca senta situ cogunt noctemque profundam,
imperiis egere suis; nec credere quivi
hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
siste gradum teque aspectu ne subtrahe nostro.
quem fugis? extremum fato quod te adloquor, hoc est.'
talibus Aeneas ardentem et torva tuentem
lenibat dictis animum lacrimasque ciebat.

TESTIMONIA.

Dido' Arusianus p. 258 L. 451 'Troius h.' Marius Victorinus 2564 P. Terentianus Maurus 2164 452 sq. 'adgnovit . . . obscuram' Servius Aen. VI 340 460 Servius Aen. IV 281 461 'sed me i. d.' Servius Aen. IV 281 462 'per l. s. s.' Servius Aen. III 451 465 'teque . . . nostro' Gellius IV 16, 7 Nonius 501, 24 Asper 112, 22 K. 468 Servius Aen. XII 104

VARIA LECTIO.

451 heroſ *γb* 452 a. gnouit *b* AGNOVIT *R* AGNAVIT *P* VMBRAS *PR: cf.* 490 umbrā. *γ* VMBRAM *Mbc* obscuram *recte ad Didonem refert Servius* 453 MENSAE *R* 454 HAUT (*bis*) *M* Aut (*bis*) *c* putat *sup. b* 455 DIMISIT *M* LACRIMANS *R* AMOREST *M* AMOREEST *PRybc* 456 nuntius *rectius Mercurius* (IV 564) *quam flamma* (V 3 *sqq.*) *intellegitur.* '*sed in neutro etiam mortis genus est significatum, et hinc dicit* ferroque e. s.' *Servius. Sed hoc ipsum unde audivisset Aeneas, debebat aliquo modo poeta praeparare.* 457 extinctam *c* 458 FVIT *P* 459 per si qua *fore qui scriptum malit monet Wagnerus* 461 SED *Rybc* nunc *om. R* has ire] tranſire (tranſ *in ras.*) *b* 462 senta *om. R* . noctem *γ* 463 NE *R* 464 IIVNCTVTANTVM *R* diſceſſuſ *γ1* FERE *P* 467 ardenti . . . tuenti *Peerlkampus* 468 lenebat '*in codicibus aliquot antiquis*' *se observasse ait Pierius conl. Prisciano*

illa solo fixos oculos aversa tenebat,
nec magis incepto voltum sermone movetur,
quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.
tandem corripuit sese atque inimica refugit
in nemus umbriferum, coniunx ubi pristinus illi
respondet curis aequatque Sychaeus amorem.
nec minus Aeneas, casu concussus iniquo,
prosequitur lacrimis longe et miseratur euntem.

Inde datum molitur iter. iamque arva tenebant
ultima, quae bello clari secreta frequentant.
hic illi occurrit Tydeus, hic inclutus armis
Parthenopaeus et Adrasti pallentis imago,
hic multum fleti ad superos belloque caduci
Dardanidae, quos ille omnis longo ordine cernens

TESTIMONIA.

470—472 'sermone ... refugit' Macrobius Sat. IV 1, 1 471 cf. Probus 57, 18 474 'aequatque S. a.' schol. Hor. carm. II 5, 2 479 'hic ... Tydeus' Nonius 360, 17 481 'hic ... superos' Cledonius 1879 P. Servius Aen. II 4 481 sq. 'belloque c. D.' Donatus ad Ter. hec. III 4, 27

VARIA LECTIO.

919 *P.* 'lenibat *pro* leniebat' *Servius* 469 folo *sup. b* 470 VVLTVM *MRc* uoltu. *γ*: *m*l uoltuf, *ni fallor, ut Hamb. pr. et Petronius* 471 ſt&. *γ* 472 corripit *γ* autque c1 473 *sq. deleri iubet Gruppe Min.* 210 473 coniux *bc* CONIUX *M* ibi *c* 'pristinus: *prior; quod difficile invenitur. nam de hoc sermone quaerit et Probus et alii' Servius.* 474 RESPONDIT *Rb*1 SYCHIEVS *Pc* ſicheuf *γb* amores *m* 475 CONCVSSVS *MPyb ut* V 700 PERCVSSVS *Rc* 476 LACRIMIS *PRyb, Servius* LACRIMAS *M*: *cf* 455 lacrimanf *c* miſeratuf *cχ* 477 IN *P* tantum c1 TENEBAT *P, probavit Marklandus ad Statii silv.* V 2, 61 478 'arva tenebant ultima ... *alii distinctione mutata dicunt*: tenebant arva, quae ultima viri fortes frequentant' *Servius* QVE (*sup. m. ant.*) *R* 479 ILL *P* TYDAEVS *MR* HINC *M* INCLYTVS *Rc* inclituf *b* 480 PARTHENOPEVS *Pc* Partenopeuf *γ* Parthenopheuf *b* ad rafti *γ* 481 Hl *Mb, Cledonius Putschii, Servii ad Aen.* II 4 *exempl.* fle. ti *γ* 482 OMNES *Mb*

gemuit, Glaucumque Medontaque Thersilochumque,
is Antenoridas, Cererique sacrum Polyboten
aeumque etiam currus, etiam arma tenentem.
·cumstant animae dextra laevaque frequentes.
c vidisse semel satis est; iuvat usque morari
conferre gradum et veniendi discere causas.
Danaum proceres Agamemnoniaeque phalanges
videre virum fulgentiaque arma per umbras,
genti trepidare metu: pars vertere terga,
u quondam petiere rates; pars tollere vocem
iguam, inceptus clamor frustratur hiantis.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto

ONIA.

4 'Cererique s. P.' Nonius 397, 18 Servius Aen. II 714 485 i in Ter. Andr. III 2, 23 Cledonius 1923 P. 'etiam currus entem' Servius Aen. II 292 XI 373 487 'nec v. s.' Probi 17, 6 489 'Agamemnoniaeque p.' Servius Aen. IV 471 492 . rates' Cledonius 1923 P. 493 'incertus ... hiantis' Nonius 494 sqq. cf. schol. Veron. 87, 29 K. 494 sq. 'laniatum ' schol. Hor. carm. IV 9, 22

ECTIO.

metonta *b*l THERSILOCUM *M* therfi.ocum *b* terſilocũ *c* ri *c* POLYBOETEN (E *pr. m.* 2 *add.*) *P* POLYBOETEN *MRγbc*, len. II 714 *Reg. et Voss.* (*deest locus in Par.* 1750 *et Cass.*) en *Nonii exempl.* Polyboetem *Mentel. pr.* Polyboteu, Polyieriani Polipoten *Rottend. tert.* Polipheten *Moret. pr.* Polipheltend. *sec.* (*cf. Homeri Il. N* 791) Polypoeten *ut Homeri Il. Ψ* nsius 485 CVRRVM *R* 486 dextre *b*l LEUA (*minio p.*) IEQVENTES *MRbcψ* freqentef (q^{v} *m.* 2 *in ras.*) *γ* FREMENTIS (I E) *P, haud male ut τρίζουσαι* (*Hom. Od.* ω, 5 *sqq.*) : *cf. Aen.* V 555 488 POSCERE *R ut* l 414 489 At (t *in ras.*) *b* AD *Pc*l IEMNONIAS *R* agamẽ.noniae *γ* PALANGES *R* 491—493. 494 499—519 *F fol. XLVIII* 491 praf *c* 492 condam *b* praf incoeptuf (*ut saepius*) *c* incertus *Nonii exc. Bern. ω* hiantef 4—547 *episodium discrepans locis quibusdam* (511 *sqq. conl.* 67 *sqq. et Wagneri quaest. Verg.* XXXX 2; *v.* 525 *cum* II 310) *a libri narratione nondum absolverat poeta: damnavit Peerl-*

494 PRIMIDEN *F* PRIAMIDEN *P* priamidem *c* totum *cl*, *or.*

Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
ora manusque ambas, populataque tempora raptis
auribus et truncas inhonesto volnere naris.
vix adeo adgnovit pavitantem ac dira tegentem
supplicia, et notis compellat vocibus ultro:
'Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri,
quis tam crudelis optavit sumere poenas?
cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
nocte tulit fessum vasta te caede Pelasgum
procubuisse super confusae stragis acervom.
tunc egomet tumulum Rhoeteo litore inanem
constitui et magna manis ter voce vocavi.

TESTIMONIA.

495 sq. 'Deiphobum ... ambas' Iulius Rufinianus 232 R. 495 Servius Aen. III 41 'lacerum c. o.' Probi inst. I 0, 10. 12 497 'et ... nares' Macrobius Sat. IV 3, 8 Probi inst. II 1, 33 498 sq. 'pavitantem ... supplicia' Macrobius Sat. IV 1, 4 498 'et vulnera dira tegentem' Servius Aen. I 356 502 'cui ... licuit' Donati ars III 2, 2 Claudius Sacerdos I 105 Diomedes 438 P. Pompeius 386 L. 505 sq. cf. Ausonius epitaph. 13 505 sq. 'tunc ... constitui' Servius Aen. VI 325 506 'et ... vocavi' Servius Aen. III 68 'manes magna t. v. v.' schol. Hor. carm. I 28, 36

VARIA LECTIO.

495 DELPHOEBUM *M* Deiphoebum *c* uidit *b2c* VIDET *FPRyb1* VIDIT ET *M* vidi *Rufiniani excempl.* videt et *Heinsius* lacerum crudeliter ora Deiphobum vidi *Servius Aen.* III 41 496 *raptis F* 497 TRVNCANS *P* VOLNERE *P1* VVLNERE *FP2Rybc* NARIS *P1* MARIS *M* NARES *Rybc* N*ris F* 498 AGNOVIT *FRbc* AC *MP* ET *FRyc* e^{t} *b* TEG*entem F* 499 NOCTIS *P* 500 Deiphoebe *ybc* DEIPHOEBI *R* armepotenf *y1* genus ... Teucri = IV 230 A *m.* 2 *suprascr. F* AB *P* ab *b* TEVCRV$\overline{\text{M}}$ *Fc* 501 OPTAVITI *F* obtauit *y* 502 QVI (Q *corr. in* C : *fuerat* quoi) *P* de te tantum *Donatus* liquuit *c1* 503 cede *y* 504 confoffae (*fuerat* confussae) *y1* ACERVOM *P1* ACERVVM *FP2ybc* ACERBVM *R* 505 EGOM (M *corr. ex* A *vel* N) *P* tumulum *y* ROETHEO *PRyc* LITORE *FR* : *cf. Lachmannus Lucr.* 160 LITORE *P* ..litore *y* INLITORE *Mb* in littore *cm* 506 magna. *y* MANES *M2ybc* manes magna *schol. Hor.*

nomen et arma locum servant: te, amice, nequivi
conspicere et patria decedens ponere terra.'
ad quae Priamides: 'nihil o tibi amice relictum;
omnia Deiphobo solvisti et funeris umbris.
set me fata mea et scelus exitiale Lacaenae
his mersere malis; illa haec monimenta reliquit.
namque ut supremam falsa inter gaudia noctem
egerimus, nosti; et nimium meminisse necesse est.
cum fatalis equs saltu super ardua venit
Pergama et armatum peditem gravis attulit alvo,
illa chorum simulans euhantis orgia circum
ducebat Phrygias; flammam media ipsa tenebat
ingentem et summa Danaos ex arce vocabat.

ISTIMONIA.

509 'nihil . . . relictum' Arusianus p. 265 L. 513 sq. 'namque . . nosti' Seneca epist. 59, 17 'namque . . . egerimus' Alcimus Avitus epist. 51 514 Probi inst. I 17, 1 515 sq. Macrobius Sat. I 2, 25 'cum . . . Pergama' Priscianus 909 P. 515 schol. Hor. carm. I 3, 19 517 Priscianus 690 518 sq. 'flammam . . . vocabat' Servius Aen. II 256

RIA LECTIO.

507 feruan t *b* SERVET *R* nequiquã (nequibam?) *b* 509 ATQVAE Atq: *b* ATQUAE HIC (*suprascr. m. rcc.*) *M* Atque hic, *ut* 494, *γ*1 q: haec *c* ad quem *χ* O / *M* 510 DEIPHOEBO *Rc*1 diphebo *b* SOLSTI·S (S *ult. eras.*) *P* VMBRAS *R* 511 SED *FRγbc* MEA (M *in s.*) *P* LACENAE *Rb* lacene *γ* 512 MONIMENTA *PRγ* MONVMENTA *Mbc*1 reliquid *bc* 513 VT *superscr. M* SVPPREMAM *F* FALM *M* falfa (alfa *m. 2 in ras.*) *b* 514 *eg*ERIMVS *F* NOSTIN (N *alt.* S *as.*) *F* 515 *cum F* EQVS *R* EQVVS *Pγb* EQVV *F* aequuf *c* LTVS *P* 516 *perga*MA *F* PARMATVM *F* ermatum *γ*1 ATTOLV F *F* attullit *γ* ALVEO *MR* AL VO *F* 517 *illa cho*RVM *F* EUHANIIS *M* : *de aspiratione secundae syllabae vide Lachmanni Lucr.* 309 antif *c* euantef *b*. *Terminationem in* is *testantur Servius et Priscias.* OR.GIA *M* 518 *ducebat p*HRYGIAS *F* TENDEBAT *F* 519 *intem et F* SVMMAM *F*

tunc me confectum choreis somnoque gravatum
infelix habuit thalamus pressitque iacentem
dulcis et alta quies placidaeque simillima morti.
egregia interea coniunx arma omnia tectis
amovet (et fidum capiti subduxerat ensem):
intra tecta vocat Menelaum et limina pandit,
scilicet id magnum sperans fore munus amanti
et famam extingui veterum sic posse malorum.
quid moror? inrumpunt thalamo, comes additus una
hortator scelerum Aeolides. di, talia Grais
instaurate, pio si poenas ore reposco.

TESTIMONIA.

522 Macrobius Sat. V 3, 12 Servius Aen. VI 278 524 'amovet ... subduxerat' Probi inst. I 12, 1 'et ... ensem' Donatus ad Ter. eun. IV 7, 25 529 'hortator s. A.' Claudius Sacerdos I 86 : cf. 102 529 sq. 'di ... reposco' Macrobius Sat. IV 6, 19 529 'di t. G.' Servius Aen, VIII 483

VARIA LECTIO.

520—540. 541—559 (*duabus lineis relictis*) *F fol. XLVIIII* 520 TVNC *Pγ* Tunc *b* TVM *FMRc* choreis *vel* thiasis *ut Statii silv.* III 1, 41 *Io. Schraderus : cf.* 644 CVRIS *libri*, *Servius*, *varias sed eas perversas veterum interpretum opiniones proferens.* 523 CONIVX *MR* 524 AMOVET *F2M* EMOVET *F1Ryem* ETMOVET *P* emovet : ut *Io. Schraderus : ego parenthesin statui.* CAPITIS *M* enfen *γ* 525 TECTAM *P* septa *Io. Schraderus* 527 *in mg. m.* 2 *add. b*, *legit Servius* FAMA[--] (*lin. superna m. rec.*) *F* 528 THALAMOS *R : ut* IV 645 XI 879 ADDITVS *PRγ1b* ADDITVR *FMγ2* addit[c] *c* 529 Hortatur γ1 AEOLIDES *R* : (*cf. Hom. Od.* θ 517 *sq. Aen.* II 164) OELIDES *MPybc* 'Oelides *pro* Eolides' *Claudius Sacerdos* 86, *idemque sentire putandus est* 102. EOLIADES *F* 'Acolides' (*sic Regin.* Eolides *Cass.* Oelides *Par.*) '*Ulixes*, *quia ubique talis inducitur.* ... *alii* ilidem' (*sic Regin.* iidem *Par.* uelidem *Cass.* yliden, ylidem, ilydem, hyliden, oelidem *alii Lioniani*) '*legunt*, *de quo nusquam legimus*' *Servius. Vide an huc spectet Prisciani p.* 584 *P.* (67, 9 *H.*) Aeclides, *ut in litura exhibet Bamb., cum idem m.* 1 *et Par. R*, *Halb. Sang. Lugd. Karolir. habeant* oelides, *Bern. autem et Hrabanus p.* 33 acolides. *Nam fluctuabantur*, *ni f.*, *antiqua exemplaria inter* Aeolides, Oeliades, Oelides *scripturas.* talia. (ia *e corr.*) *γ* graiif *γ1* 530 INSTAVRATAE *F* PIOS *R*

te qui vivom casus, age fare vicissim,
ulerint. pelagine venis erroribus actus
a monitu divom? an quae te Fortuna fatigat,
t tristis sine sole domos, loca turbida, adires?'
hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
iam medium aetherio cursu traiecerat axem.
et fors omne datum traherent per talia tempus,
sed comes admonuit breviterque adfata Sibylla est:
'nox ruit, Aenea; nos flendo ducimus horas.
hic locus est, partis ubi se via findit in ambas:
dextera quae Ditis magni sub moenia tendit,
hac iter Elysium nobis; at laeva malorum
exercet poenas et ad impia Tartara mittit.'
Deiphobus contra 'ne saevi, magna sacerdos:
discedam, explebo numerum reddarque tenebris.

MONIA.
31 Charisius 199 Diomedes 409 'age f.' Servius Aen. VI 343 'pelagine v. e. a.' Probi inst. I 17, 7 532—534 'pelagine . . . s' Donatus ad Ter. hec. V 4, 9 535 sq. Macrobius Sat. I 3, 11 39 Macrobius Sat. I 3, 11 Probi inst. I 7, 2 'nox r. A.' Servius VI 255 'nos f. d. h.' Probi inst. I 7, 3 540 Priscianus 776 42 'hac . . . nobis' Nonius 325, 20 Probi inst. I 9, 3 Probi ars 735 Cledonius 1924 Augustinus de gramm. 2009 542 sq. 'at mittit' Nonius 229, 26 544 'ne s. m. s.' Donatus ad Ter. Andr. 27 545 Nonius 298, 12 'explebo . . . tenebris' Macrobius s. S. 12

LECTIO.
SED *FRybc* VIVVM *FPRybc* CAVS *P* agerephare (re *pr.* N
532 ATTVLERIT (N *minio p.*) *M* 533 moniti *b* DIVVM quae] quia *Donatus* 535 Ac *b* *Aurora utrum diei ortum an significaret, dubitaverunt antiqui interpretes : cf. v.* 255. 268
RSVS *R* 537 frof *c* TRAHAERENT *R* 538 EST *m. aliena* 539 *de noctis initio intellexit Macrobius quoque : cf. Heynii s ad h. l.* '*si per diem sacra celebrantur*, ruit *est* imminet, *si tem*, finitur' *Servius : cf. eiusdem ad* VI 255 *adnotationem.*
S (V *pr. in ras.*) *F* dicimuf *c*1 ORAS *M* 540 partef *b* partis *testatur Priscianus* 541 Dextra *b*1 542 Hac (a *m.* 2 T
HAEC (E *eras.*) *F* HIC *R* at (t *m.* 2 *in ras.*) *b* AD *FM* AD LEVA *Ry* MAIORVM *M*1 543 et — mittit *b*2 544 DEIS *Rc*1 NAE *M*

i decus, i, nostrum: melioribus utere fatis.'
tantum effatus, et in verbo vestigia torsit.

Respicit Aeneas: subito et sub rupe sinistra
moenia lata videt, triplici circumdata muro,
quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis,
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.
porta adversa ingens, solidoque adamante columnae,
vis ut nulla virum, non ipsi excindere bello
caelicolae valeant; stat ferrea turris ad auras,
Tisiphoneque sedens, palla succincta cruenta,
vestibulum exsomnis servat noctesque diesque.
hinc exaudiri gemitus et saeva sonare
verbera, tum stridor ferri tractaeque catenae.
constitit Aeneas strepitumque exterritus hausit.

TESTIMONIA.

546 Alcuinus de gramm. 2083 P. 550 sq. 'quae ... Phlegethon' schol. Lucani VI 663 550 Nonius 242, 7 'quae ... ambit' Probi inst. I 11, 1 552 'solidoque a. c.' Nonius 405, 18 555 'palla s. c.' Priscianus 1081

VARIA LECTIO.

546 II *P* i *legit Alcuinus* II *Pγ, om. R* TER-RE *P* 547 effatif *γ* & *supersc. γ* torfit, aſ preffit *γ* PRESSIT *ut* 197, *MR* 548 respicit Aeneas, subito et *Peerlkampus : in M post* subito *distinguitur.* repe *c* 551 Tarthareuf *γ* PHLEGETON *FMc* FLEGETHON *R* TORQVE *F* TONANTIA *R : cf.* V 866 552 'porta adversa ingens : *distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis' Servius* adamate *b* COLVMNAE *P* 553 BELLO *FPRγ*1 bello, *in mg. m. recentissima* ferro, *b* FERRO *Mγ*2*c*, *anthol. Lat.* I 178, 74 *ut Aen.* IX 137 554 CAELOCOLAE *P* TVRIS *F* 555 Teſiphone *c* SVCCINCTAQ· *F* 556 Ueſtibolum *γ* EXSOMNIS *P* EXOMNIS *M* exomniſ *b* INSOMNIS *R* ſeuat (eu *c corr.*) *γ* noctes] E *an* I *non liquet M* 557 exaudire *γ*1 559 STREPITVM *FRγbcψ*, *Servii Regin. Par. Cass.* sTREPITVM *P* STREPITU *M* hauſit *γbcψ* HAVSIT *P* HAESIT *F* HAESIT *MR : cf.* III 597 XI 699 'exterritus hausit (haesit *Par.*), *hoc est* hausit (haxit *Par.* aucxit *Cass.*) et exterritus est' *Servius*

'quae scelerum facies? o virgo, effare; quibusve
urgentur poenis? qui tantus clangor ad auris?'
tum vates sic orsa loqui: 'dux inclute Teucrum,
nulli fas casto sceleratum insistere limen;
set me cum lucis Hecate praefecit Avernis,
ipsa deum poenas docuit perque omnia duxit.
Cnosius haec Rhadamanthus habet durissima regna
castigatque auditque dolos subigitque fateri,
quae quis aput superos, furto laetatus inani,
distulit in seram commissa piacula mortem.
continuo sontis ultrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra
intentans anguis vocat agmina saeva sororum.'

TESTIMONIA.

560 'quae sc. facies' Servius Aen. VIII 298 560 sq. 'quibusve u. p.' Velius Longus 2223 de orthogr. 2804 P. 561 'urgentur p.' Beda 2348. 2349 Cassiodorus 2295 563 Arusianus p. 237 L. Servius Aen. III 409 VI 708 564 Servius Aen. VI 134 565 'ipsa d. p. d.' Arusianus p. 255 L. 567 Nonius 251, 27. 401, 16 'subigitque f.' Servius Aen. VI 302 568 sq. Donatus ad Ter. eun. IV 7, 39 569 schol. Hor. carm. III 2, 31. II, 28 572 'vocat ... sororum' Servius Aen. I 82. 393 III 233

VARIA LECTIO.

560 VIRGOQ· *R* 561 VRGENTVR *PR* : *ita scripsisse Vergilium testantur Velius Longus, Cassiodorus, Beda.* urgentur *γ* URGUENTVR *Mbc* QVI *R* QVIs *P* quiˢ *b* QUIS *Myc*, *Servii ad v.* 554 *Regin. Par. Cass.* CLANGOR *Pγ*, *Servii exempl.*: *quod ad ferri stridorem referri potest.* PLANGOR *MRbc* AVRIS *P* '*de illo enim loco multi quaerunt:* quis tantus clangor ad auras? *Et Pollio dicit Aeneae et Sibyllae, quas illi secum traxerant, cum constet esse etiam illic auras*' *Servius ad* 554. AVRAS *MRγbc* 562 TVNC *Pγb* sic] HINC *PR* INCLYTE *Rb* inclite *γc* 564 SED *Rγbc* HAECATE *M* HAECATE *PR* 565 deũ *m. rec. in ras. b* 566 CNOSIVS *Pγ* GNOSIVS *MRbc* HA EC *(in litura literis antiquis excepta* C) *P* hic *Venetus* RHADAMANTVS *PRγb* RADAMANTHIUS *M* rodamanthuſ *c* HABET· *M* 567 Caſtigant *c*l 568 APVT *MPR* apud *γb* ad pud (d *inf. eras.*) *c* inauiſ *c*l 569 PIACVILA *P* 570 fonteſ *b* 571 toruaſ *γ*l TVRTOS (V *corr. in* O) *P* tortos '*aliquot*' *Pieriani*: *cf. ge.* III 38 *et ge.* III 106 *Aen.* VII 378 572 INTENTANS *P* INTENTAS *M* anguef *c*

'tum demum horrisono stridentes cardine sacrae
panduntur portae. 'cernis, custodia qualis
vestibulo sedeat? facies quae limina servet?'
quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
saevior intus habet sedem. tum Tartarus ipse
bis patet in praeceps tantum tenditque sub umbras,
quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum.
hic genus antiquum Terrae, Titania pubes,
fulmine deiecti fundo volvuntur in imo.
hic et Aloidas geminos immania vidi
corpora, qui manibus magnum rescindere caelum
adgressi superisque Iovem detrudere regnis.
vidi et crudelis dantem Salmonea poenas,
*[dum flammam Iovis et sonitus imitatur Olympi.]

TESTIMONIA.

573 sq. 'sacrae p. p.' Servius Aen. III 57 VI 109 576 Servius Aen. VII 658 577 sq. 'tum ... umbras' Priscianus 663 577—579 'tum ... Olympum' Probus 32, 1 578 sq. Macrobius Sat. V 3, 5 Servius Aen. VI 127 580 schol. Hor. carm. III 4, 74 581 'fundo ... imo' Augustinus de gramm. 2015 P. 582—584 Macrobius Sat. V 13, 18 582 sq. 'hic ... corpora' schol. Lucani VI 410 Hor. carm. III 4, 40 584 'Iovem superis d. r.' schol. Lucani IV 596 586 Priscianus 930

VARIA LECTIO.

573 'tum demum .. *mittuntur, inquit, post verbera ad aeternum supplicium .... alii hoc a poeta dictum volunt, ut illa loquente intelligamus portam esse patefactam (alii continuant narrationem)' Servius* SACRAE *P* sacra *γ*1 574 *panduntur portae c* 575 *vestibulo sedeat facief c* LIMINE *P* 576 *quinquaginta atris c* inmanif *γ* HYDRA (A *in ras.*) *R* hidra *b* 577 *saevior — sedem c* Tartaros *Probi codd.* 578 *sq. cf. ge.* II 291 578 auraf, *m. rec.* t umbraf *c* 579 AETERIVM *R* a&erium *γ* 580 ANTIQVOM *P*1*c*1 ANTIQVM *P* ANTICVM *M* ANTIQVVM *P*2*γbc*2 TITANA *P* PROLES *R* pubef, at plef *γ cf.* 648 581 Flumine *c*1 DEIECIT *R* diiecti *b*1 VOLVONTVR *P*1 VOLVVNTVR *MP*2*Rγbc* 582 AOLIDAS *Pγ* ALOIDAS (*post* .O *erasa* D *ut vid., deinde spatium quantum sufficit literae*) *R* aloeidas *schol. Lucani* inmania *c* 585 dantem *b*2 tandem *b*1 586 *Ladevicus in priore editione additum ab aliquo grammatico, in altera transponendum post v.* 588 *coniecit. Mihi versuum* 590 *sq. dittographia vide-*

quattuor hic invectus equis et lampada quassans
per Graium populos mediaeque per Elidis urbem
ibat ovans divomque sibi poscebat honorem,
demens, qui nimbos et non imitabile fulmen
aere et cornipedum pulsu simularet equorum.
at pater omnipotens densa inter nubila telum
contorsit, non ille faces nec fumea taedis
lumina, praecipitemque immani turbine adegit.
nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum,
cernere erat, per tota novem cui iugera corpus
porrigitur, rostroque immanis voltur obunco

TESTIMONIA.

587 sq. 'et ... populos' Nonius 254, 23 587 'lampada q.' Probi inst. I 4, 21 592 sq. Macrobius Sat. IV 4, 18 595—600 Macrobius Sat. V 7, 14 595—597 'nec non ... porrigitur' schol. Lucani IV 596 595 sq. 'terrae ... erat' Arusianus 229 L. 595 Nonius 243, 4 596 sq. 'per ... porrigitur' schol. Hor. carm. III 4, 77 597 sqq. 'vulturem iecur inmortale tondentem nihil aliud intellegi volentes quam tormenta conscientiae obnoxia flagitio viscera interiora rimantis (599) et ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis semperque curas, si requiescere forte temptaverint, excitantis

VARIA LECTIO.

tur esse. FLAMMAM *Py*1 FLAMMAS *MRbc*, *Prisciani exempl.* IT SONUS (*corr. minio*) *M* tonitruf *c* IIMITATUR *M* 587 inuentuf *c*1 588 GRA··IUM *M* mediam ... urbem *Menag. pr.* medias ... urbes *malit Peerlkampus* PERELIDIS *P* perhelidif *γ* PELIDIS *R* EĐLIDIS *M* per Hellados *Schraderus* per Elidis *testatur Servius* 589—609. 610—627 *F fol. L* 589 DIVOM *P*1 DIVVM *FMP*2*γbc* 590 HIMITABILE *M* 591 PVLSV *Py*1 PULSU *M* PVLSV (*suprascr. minio*) *F* CVRSV *Rγ*2*bc*: *cf.* V 549 *al.* SIMVLARET *F* fimularat *c* 594 immani *γ* immane *c* inmani *b* 595 tytion *γ* ticion *c* OMNIPOTENTIS *F* OMNIPOTENTIS (T *pr. corr. in* R) *M* omniparentif (ar *m. ant. in ras.*) *b* omnipotentis *Nonius*, *Arusianus* 596 PE *F* TOTAM *F* IVGERE *R* 597 inmanif *b* UOLTUR *MP*1*γ*1 VVLTVR *P*2*Rγ*2*bc*, V *pr. in ras. F* OBUNCO *M*, *Macrobii* V 7, 14 *ω*, *Charisii cod.*, *Probi ars* : *cf.* XI 755 ABVNCO *FRcm*, *Macrobii* V 7, 14 *Med.* 2 ADVNCO *Pyb*, *Macrobii* IV 4, 15 *exempl. omnia et* V 7, 14 *Salisb.*, *schol. Hor.*

immortale iecur tondens fecundaque poenis
viscera rimaturque epulis habitatque sub alto
pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.
[quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumque?]
* * * *
quo super atra silex iam iam lapsura cadentique
imminet adsimilis; lucent genialibus altis

TESTIMONIA.

tamquam fibris renascentibus (600) inhaerendo ... illos aiunt epulis ante ora positis (604) excruciari fame et inedia tabescere .... illos radiis rotarum pendere districtos (616 sq.) .... saxum ingens volvere (616) inefficacibus laboriosisque conatibus vitam terentes: atram silicem lapsuram semper et cadenti similem illorum capitibus imminere (602 sq.) qui ... ambiunt tyrannidem' e. q. s. Macrobius comm. in somn. Sc. I 10, 12 sqq. 597—600 'rostro ... renatis' schol. Hor. carm. III 4, 75 597 sq. 'rostro ... tondens' Macrobius Sat. IV 4, 15 597 inmanis v. o. rostro' Charisius 120 'voltur o.' Probi ars minor 510 'voltur' Charisius 75 anon. de orthogr. 2804 P. 599 sq. 'rimatur ... pectore' Nonius 382, 12 601—603 [ge. III 37 sq.] 'potest videri haec sententia ambigua, quia et angues interpretari aliquis potest et' (om. libri) 'rotam et non exsuperabile saxum Ixionis. sed [nec] praeter rotam et saxum aliud exsequitur' ('esse' libri) 'supplicium ipse Vergilius. fingit' ('sentit' libri) 'enim illum et Pirithoum motu impendente saxi urgueri et a furia prohiberi epulis regii apparatus, quarum priusquam inpleantur...' ('illum a furia et Pirithoum urgueri epulis r. a. q. prius incendantur et motu inpendente saxi urgueri' libri, quos emendavi ut potui) 'cum ait: quid memorem ... adsimilis' Probus 57, 26 sqq. K. 602 sq. 'quos ... adsimilis' Macrobius Sat. IV 4, 15 602 'quos ... silex' Servius Aen. VI 616 'atra s.' Diomedes 449 603—606 'lucent ... mensas' schol. Hor. carm. I 28, 7

VARIA LECTIO.

598 inmortale *ybc* iecor *γ* TONDENS (O *in ras.*) *F* tundens *c*, *Macrobii φ* tondens *firmant Homerus Od. λ* 578 *et Silius* XIII 839 *praeter alios, quorum exempla collegit Heinsius* foecunda *b* que *om. c* 599 *sq.* rimatur ... pectore *om. schol. Hor.* 599 rim. atur *γ* AEPVLIS *F* oculis *Nonius* auto *c1* 600 requief fibrif *b* RENATVS *M* 601—607 *De hoc loco vide proleg., ubi conieci v.* 601 *falso Varium et Tuccam hoc loco vel reliquisse vel intulisse, poetam autem ante v.* 602 *Tantalum nominaturum fuisse, ad quem supplicium hoc referre non dubito.* 601 laphithaf *b* laphytaf *c* PERITHIOVM *Rb* parithoum *γ1* 602 QVO *R* QVOS *MPybc, Probus et Macrobius* QVOD *F* ATRAS (S *cras.*) *P* ata *γ* LABSVRA *F* LAPSURA *M* que *om. Ry, Macrobii Salisb., Probi Paris.* 603 INMINET *P* ATSIMILIS *M* AD-

aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae
regifico luxu; furiarum maxima iuxta
accubat et manibus prohibet contingere mensas
exsurgitque facem attollens atque intonat ore.
hic quibus invisi fratres, dum vita manebat,
pulsatusve parens et fraus innexa clienti,
aut qui divitiis soli incubuere repertis
nec partem posuere suis (quae maxima turba est),
quique ob adulterium caesi, quique arma secuti
impia nec veriti dominorum fallere dextras,
inclusi poenam expectant. ne quaere doceri
quam poenam, aut quae forma viros fortunave mersit.
saxum ingens volvont alii, radiisque rotarum
districti pendent; sedet aeternumque sedebit
infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnis

ESTIMONIA.

604 sq. 'epulae ... luxu' Nonius 204, 20 605 sq. 'furiarum ... ensas' Servius Aen. III 252 606 'et ... mensas' Servius Aen. III 9 608 'hic q. i. f.' Probi inst. I 6, 3 609 Nonius 372, 15 0 sq. 'aut ... suis' schol. Persii III 70 611 'nec ... suis' Macobius Sat. IV 4, 11 612 'quique ... caesi' Macrobius Sat. IV 11 614 'inclusi p. e.' Donatus ad Ter. hec. III 4, 8 'ne q. d.' obi inst. I 8, 5 Agroetius 2271 P. 616 Probi inst. I 5, 3 Servius n. II 37 'saxum ... alii' Macrobius Sat. IV 4, 16 schol. Hor. rm. II 14, 19 617 sq. 'sedet ... Theseus' Gellius X 16, 12 schol. ven. I 2 Servius Aen. VI 122

RIA LECTIO.

MILES *R* 604 fulchra *γb* PULCHRA *R* AEPVLAE (A *pr. eras.*) *F* parate*γ* PATERNAE *R* 607 EXVRGIT *Pγ* INTONAT *FMRbc*, *ut vid.* 177 : *cf.* *Aen.* XI 383 int.onat *γ*2 INCREPAT *P*, *et ut vid.* *γ*1 : *cf.* 57 608 Hi^{c} *c* 609 aut *cχ*, *Nonii et Servii exempl.*, *Marklandus ad Statii silv.* III 3, 15 : *nescio an recte.* 610 et *schol. Persii* quid *b*1 612 *sq. eiecit Peerlkampus*, *et haeserunt iam antiqui interpretes.* 612 quique .. arma *γ* Quifque *c*1 SAECVTI *P* 614 suspensi *schol. Statii Theb.* I 432 EXPECTANT *Pyc* EXSECTANT *M* EXSPECANT *FRb* DOCEM *M* 615 fortua *γ* 616 VOLVONT *P*1*γ* VOLVNT *FMP*2*bc* ve *Heynius* que *testatur Servius Aen.* II 37 rotatu 617 Diftrincti *c*1 DESTRICTI *FMP*2*Rγb* DISTRICTE *P*1 PENT *R* 618 FLEGYAS *R* phlegiaſ *γbc* omneſ *b*

admonet et magna testatur voce per umbras:
"discite iustitiam moniti et non temnere divos."
vendidit hic auro patriam dominumque potentem
imposuit, fixit leges pretio atque refixit;
hic thalamum invasit natae vetitosque hymenaeos;
ausi omnes immane nefas ausoque potiti.
non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
ferrea vox, omnis scelerum comprendere formas,
omnia poenarum percurrere nomina possim.'

Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeva sacerdos,
'set iam age, carpe viam et susceptum perfice munus.
adceleremus' ait: 'Cyclopum educta caminis
moenia conspicio atque adverso fornice portas,

TESTIMONIA.

620 Nonius 180, 5 'et n. t. d.' Probi inst. I 18, 5 Diomedes 448 'temnere d.' Diomedes 436 Charisius 248 621 sq. Macrobius Sat. VI 1, 39 'vendidit ... imposuit' schol. Lucani IV 824 621 'vendidit ... patriam' Macrobius Sat. IV 4, 11 schol. Lucani I 269 IV 584 624 Donatus ad Ter. Andr. I 5, 35 'ausoque p.' Alcimus Avitus epist. 51 625—627 Macrobius Sat. V 7, 16 Priscianus 1004 625 Macrobius Sat. VI 3, 6 629 'susceptum p. m.' Caper de orthogr. 2242 P. 630 'Cyclopum educta c.' Servius Aen. XII 674 631 'atque a. f.' Isidorus orig. X 110

VARIA LECTIO.

620 non tempnere *γ* contempnere *Nonii W* DIBVS *F* 621 Vedidit *c* incauro *γ* domi.nū *γ* 622 inpofuit *bc* fixit] FELIX *P* PRAETIO *R* ADQVE *R* q: *c* 623 HYMAENEOS (*corr. minio*) *M* HYMENEOS *Rγ* himenaeof *b* HYMENAEVS *F1* 624 AUSONI (*corr. minio*) *M* OMNIS *F* inmane *c* 625 *sq. cf. ge.* II 42 *sqq.* SIT *Mc* 626 VOX (V *corr. ex* M) *F* oīi *c* CONPRAEHENDERE *F* comprendere *γ* conpendere *c* 628—635. 636—656 *F fol. LI* 629 SED *FRybc* ET *M* eia age *coniecerat Heinsius* VIAM *R* 630 Accelerem' *c* agit *c1* EDVCTA *Mc, testatur Servius et ad Aen.* XII 674 *et hoc loco* (*quamquam hic* ducta *in Regin. et Par. legitur*): *cf.* II 186. 461 XII 674 ducta *γb* DVCTA *FPRm : cf.* I 423 631 conſpicio *γ : cf.* V 3 conſpicio //// *c* ADQ· *M* ADQVE *FPc* fornici *b1*

haec ubi nos praecepta iubent deponere dona.'
dixerat et pariter gressi per opaca viarum
corripiunt spatium medium foribusque propinquant.
occupat Aeneas aditum corpusque recenti
spargit aquâ ramumque adverso in limine figit.

His demum exactis, perfecto munere divae,
devenere locos laetos et amoena virecta
fortunatorum nemorum sedesque beatas.
largior hic campos aether et lumine vestit
purpureo, solemque suum, sua sidera norunt.
pars in gramineis exercent membra palaestris,
contendunt ludo et fulva luctantur harena;
pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt.
nec non Thraeicius longa cum veste sacerdos
obloquitur numeris septem discrimina vocum,

TESTIMONIA.

635 sq. 'occupat ... aqua' Macrobius Sat. III 1, 8 'corpus ... aqua' Servius Aen. VI 8 638 'devenere l. l.' Servius Aen. III 44 641 'solem ... norunt' Donatus ad Ter. Andr. III 2, 30 Servius Aen. V 735 VI 534 644 Servius Aen. IX 615 'pars ... choreas' Asper 115, 15 Macrobius Sat. V 17, 16 645 sq. 'nec non ... numeris' schol. Hor. a. p. 391 646 schol. Hor. carm. III 11, 3 'septem d. v.' Isidorus orig. III 21, 4 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 514 Servius ecl. II 31

VARIA LECTIO.

632 IVBENT (*excepta* T *in ras.*) *R* don. a *γ* 633 & *superscr. γ* PR *P* HIARVM *F* uiarum *γ* : *cf.* II 725 634 . ſpatium *γ* 635 aditū . (*erasa* ſ) *c* 636 RUM (M *sup. minio p.*) *M* 637 PERFECTV *F* 638 DEVENERE (V *in ras.*) *R* LVCOS *F* AMONA *R* 640 LARGIORI *F* CAMPOS *M* campoſ *γ* CAMPVS *F* CAMPVS *Rb*l CAMPIS *P* AETHER AET *F* UESTIST *M* ueſtiſ *c* 641 Purpereo *γ* 642 Parſ *c* PALAESTRIS *P* paleſtriſ *ybc* 643 LVcTANTVR (*corr. m. ant.*) *R* 644 CLAUDUNT *M* carmina *γ* dicant *γ* 645 Nen non *c* THRAEICIVS *F* TIIREICIVS *MPc* TRHEICIVS *R* treiciuſ *γ* threciuſ *b* 646 NVMIS *P* DESCRIMINA *M*

iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
hic genus anticum Teucri, pulcherrima proles,
magnanimi heroes, nati melioribus annis,
Ilusque Assaracusque et Troiae Dardanus auctor.
arma procul currusque virum miratur inanis.
stant terra defixae hastae, passimque soluti
per campum pascuntur equi. quae gratia currum
armorumque fuit vivis, quae cura nitentis
pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
conspicit ecce alios dextra laevaque per herbam
vescentis laetumque choro paeana canentis

TESTIMONIA.

647 schol. Persii VI 5 649 'nati m. a.' Servius Aen. I 605 650 Servius Aen. VII 210 653 sq. 'quae ... vivis' Priscianus 779 anon. de nom. 39 p. 137 Endl. 653–655 'quae ... repostos' Macrobius s. S. I 9, 9 Servius Aen. VI 444 654 sq. 'quae ... repostos' schol. Hor. carm. II 13, 39 Servius Aen. VI 485 655 'eadem ... repostos' Servius Aen. VI 736 657 'laetum ... canentes' Macrobius Sat. III 2, 12

VARIA LECTIO.

647 fidem *Marklandus ad Statii silv.* III 5, 64 DIGITIS (G *fort. ras.*) *R* DICTIS (C *corr. in* G *m. ant.*) *F* DICITIS *P* iam] et *schol. Pers.* PVLSA *Fc* heburno *c* 648 ANTIQVM *FR* ANTIQVVM *Pylc* PVLCHERRIMA (P *in ras.*) *R* 649 MAGNAANIMI *P* Magnami *γ* HEROES (O *in ras.*) *F* 650 ILIVS *R* afaracuf *c* 651 miratur *γc* MIRANTVR *FM : cf.* 638 *et* 656. mirentur (e *m.* 2 *corr. in* a) *b* inanef *γbc* 652 TERRAE *Fbc* DEFIXA *M* defixi *c1* HASTA *P* 653 CAMPOS *R : cf. Wagneri quaest. Verg.* VIIII *p.* 416 CVRRVM *MRbc, testantur Servius, anon. de nom., Priscianus, quorum hic addidit: 'quamvis etiam geminata u possit metrum per synaloepham stare, cum sequens versus a vocali incipiat'.* CVRRVM *Fγ* CVRRVVM *P* 655 REPOSTVS (*corr. m. ant.*) *F* 656 ecce *γ* aliaf *c* leua *γ* herbaf *γ* 657—668. 669—676 *F fol. LII* 657 VESCENTIS (I *in ras.*) *R* VISCENTIS *P* Uefcentef *γbc2* PAENENTIS (NA *m. rec. ut* 591) *F* CANENTES *Rbc2*

oratum lauri nemus, unde superne
Eridani per silvam volvitur amnis.
625 sq. Sil. IIII 527 non, mihi Maeoniae redeat si gloria linguae, Centenasque pater det Phoebus fundere voces, Tot caedes proferre queam.

629. anth. L. I 178, 271.

630. ibid. 172, 158.

637. Sil. II 693 tum demum ad manes perfecto munere Erinnys Iunoni laudata redit. anth. Lat. VI 84, 67.

638. Val. Fl. I 843 donec silvas et amoena piorum Deveniant.

642. 644. Ovid. Met. IIII 444 parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni, Pars aliquas artes.

644 sqq. Aus. cent. nupt. 24 sqq. 69. Calp. ecl. IIII 129.

646. Ambros. Hex. V 14, 49 diversarum vocum obloquuntur discrimina. de Iacobo II 9, 36.

646 sq. anth. L. VI 84, 23 sq.

647. Wernsdorf. p. L. m. IIII 263, 154 sive chelyn digitis et eburno verbere pulsas. Maximian. eleg. IIII 11 nunc niveis digitis, nunc pulsans pectine chordas. Aus. cent. nupt. 127. paneg. ad Pisonem 151.

649. anth. L. III 81, 36.

657. ibid. I 104 ite agite o Danai magnum paeana canentes.

661. ibid. II 139, 17 felix heu nimium felix, dum vita maneret.

662. Sil. XIIII 28 Phoebo digna et Musis venerabere vatum Ora.

663. Sil. XIII 537 qui laetas artes vitaeque colendae Invenere viam.

667. Sil. XIII 780 sqq.

672. anth. L. I 170, 55.

679 (703) ibid. II 192, 58 penitusque in valle virenti Agnoscitque suam prolem monstrante parente.

682. ibid. I 147, 2.

687. Aus. cent. nupt. 88. anth. L. I 178, 350.

699. Ovid. Met. XI 419 ter conata loqui ter fletibus ora rigavit.

AVCTORES.

707 sqq. cf. Apoll. Rh. I 879 *ὡς δ' ὅτε λείρια καλὰ περιβρομέουσι μέλισσαι ... ἀμφὶ δὲ λειμὼν Ἐρσήεις γάνυται.*

724. Lucr. VI 405 liquidam molem camposque natantis.

727. cf. Ge. II 327.

729. Hom. Ξ 273 *ἅλα μαρμαρέην.*

IMITATORES.

710. anth. L. I 147, 3.

714 sq. Sil. XIII 555 Lethaeos potat latices, oblivia mentis.

721. anth. L. I 170, 80 misera est tam dira cupido.

722. Sulpic. Sev. dial. I 21 *extr.* nec te diutius tenebo suspensum.

724 sqq. Ambros. de sancto spir. II 5, 36 gentiles homines ... quod caelum ac terras, lunae quoque stellarumque micantium globos spiritus intus alat, suis versibus indiderunt.

726. Stat. Theb. I 416 totosque infusa per artus Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

728. Wernsdorf. p. L. m. I 186, 107. Maximian. eleg. V 113.

730. anth. L. I 45, 1. cf. Wernsdorf. p. L. m. IIII 485, 73.

733. anth. L. III 81, 24 hic metuunt cupiuntque: dolent gaudentque: nec ultra.

740. ibid. 170, 24.

743. Auson. ephem. 57 patiturque suos mens saucia manes. Paullin. carm. V 57.

748. 751. Sil. XIII 558 mille peractis ... redeunt in corpora lustris.

756. Sil. III 594 sqq.

759. anth. L. I 178, 414.

767. ibid. 147, 7.

775. cf. Rutil. itin. I 232.

782. cf. Grat. Cyn. 324 sq.

786. anth. L. VI 84, 68.

788. ibid. 29. I 178, 438.

790. ibid. I 170, 99.

796. ibid. 178, 459 ultra anni solisque vias.

806. ibid. 274.

808 sq. (863) Val. Fl. V 579 quis procul ille virum nobis? Paullin. carm. XXII 204 quis procul ille hominum placidis se passibus adfert? 208 nosco virum, quem divini comitantur odores.

811 sq. Sil. XIII 854 origine parva In longum imperium consul.

815. anth. L. III 81, 52 hunc iuxta sequitur.

817. Sil. XIII 811 vis et Martigenae thalamos spectare Quirini?

AVCTORES.

819. Luer. III 996 V 1234 fasces sacvasque secures.

842 sq. Luer. III 1031 Scipiadas, belli fulmen.

846. Enn. ann. 813 unus homo nobis cunctando restituit rem.

IMITATORES.

822. Val. Fl. III 455 nostrive luent ea facta minores.

834. Aus. cent. nupt. 4.

835. Stat. Theb. III 643 proicite arma manu.

842 sq. Sil. VII 106 fulmina gentis, Scipiadae.

844. cf. Grat. Cyn. 312 qui tibi cultus erat post tot, Serrane, triumphos? Rutil. itin. I 558 vomere Serrani Fabriciique foco.

848. anth. L. I 125, 3 docta manus vivos duxit de marmore sensus.

853. cf. Rutil. itin. I 71 hinc tibi certandi bona parcendique voluptas.

855. anth. L. I 168, 1.

857. ibid. 170, 104.

861. Sil. XIII 778 sqq. anth. L. I 172, 1. 47.

867. anth. L. I 172, 139.

868. ibid. 95. 178, 412.

869. ibid. III 81, 24. cf. Tac. Agr. 13 potest videri ostendisse posteris, non tradidisse.

872 sqq. Sil. XIII 658 quantos funeribus vestris gens Itala passim Dat gemitus! tumulus vobis censente senatu Mavortis geminus surgit per gramina campo. Ambros. de obitu Valent. 3 quantos iste de Galliis usque huc totius tractus itineris populorum egit gemitus!

878. anth. L. I 178, 22.

882. ibid. 168, 20. II 146, 15 heu miseranda.

883. (Ecl. II 45) ibid. IIII 122, 21 manibus dabo lilia plenis.

884. Ambros. de obitu Valent. 56 non ego floribus tumulum eius adspergam .... spargant alii plenis lilia calathis. (885 sq.) Sulpic. Sev. de Martino 22 ac licet inani munere solum ipsum flore purpureo et suave redolentibus sparge graminibus.

887. Aus. Cupid. cruc. 1 aëris in campis, memorat quos musa Maronis.

893 Hom. τ 562 *δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων· Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι. Τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος, Οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται, ἔπε' ἀκράαντα φέροντες. Οἱ δὲ διὰ ξε-*

AVCTORES.

στῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε, Οἳ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι.

IMITATORES.

895. anth. L. III 81, 47 quamvis facilis datur exitus inde (cf. ad 681.)

899 sq. cf. Sil. XIII 895 tum laetus socios iuvenis portumque revisit. anth. L. II 192, 60 haec ubi percepit, graditur sociosque revisit.

Aen. I 685 te, non de legendum.

P. VERGILI MARONIS

OPERA

RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

VOL. III.

AENEIDOS LIBRI VII—XII.

LIPSIAE.

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXII.

P. VERGILI MARONIS

AENEIDOS LIBRI VII—XII.

RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

LIPSIAE.
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLXII.

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI.

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER SEPTIMVS

Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix,
aeternam moriens famam, Caieta, dedisti;
et nunc servat honos sedem tuos ossaque nomen
Hesperia in magna, siqua est ea gloria, signat.
at pius exequiis Aeneas rite solutis,
aggere composito tumuli, posquam alta quierunt
aequora, tendit iter velis portumque relinquit.

TESTIMONIA.

AENEIDOS VII. 1 sq. anon. de nom. 52 p. 140 Endl. 1 Probi ars minor 667 Priscianus 1033 P. de XII vers. Aen. VII 135 'tu q.' Probi inst. I 6, 2 'tu q. l. n.' Probi inst. I 10, 2 Servius Aen. I 290 ecl. VI 1 'Aeneia n.' Charisius 245 Diomedes 455 P. 3 Servius Aen. III 319 VI 152

VARIA LECTIO.

AENEIDOS VII. 1 QVQVE *P* aenea *c* 2 AETERNA *M* FAMAMMORIENS *Py* cageta *b* 3 ferua' *c* tuof *c* TVVS *ceteri* 4 HESPERIA:N *P* Eſperia in *c* SIGNANT *MPy*1 5—9. 10—30 *F* 5 Ad *b*1 peuf *y*1 EXEQVIIS AENEAS *FPb* exſequiif aeneaſ *y* exquiif aeneaſ *c* AENEAS EXEQUIIS *M* AENEAS EXSEQVIIS *R* 6 poſquã *b*1 POSTQVAM *ceteri* 'quierunt: *Hebrus* quierant *legit' Serrius* (*sic Lips. Paris.*, hebrius *Regin.* Acron Helenus *Parrhasius epist. qu.* IV): *cf.* IV 523, *contra* VI 102. 226. XI 300 7 PORTVS *Py*: *cf.* III 10. 124. 289 *et* III 219. 254. 382 IV 612 V 32. 57. 813 VI 366 VII 22 reliquit *cm*

adspirant aurae in noctem nec candida cursus
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.
proxima Circaeae raduntur litora terrae,
dives inaccessos ubi Solis filia lucos
adsiduo resonat cantu tectisque superbis
urit odoratam nocturna in lumina cedrum,
arguto tenuis percurrens pectine telas.
hinc exaudiri gemitus iraeque leonum
vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,
saetigerique sues atque in praesepibus ursi
saevire ac formae magnorum ululare luporum,
quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis
induerat Circe in voltus ac terga ferarum.

TESTIMONIA.

8 'adspirant ... noctem' Servius Aen. II 385 8 sq. 'nec ... negat' schol. Hor. epod. X 9 9 'splendet ... pontus.' Macrobius Sat. VI 4, 7 schol Hor. carm. II 5, 19 10—14 Macrobius Sat. V 12, 7 11 sq. 'inaccessos ... cantu' Arusianus p. 258 L. 11 Servius Aen. IX 26. 611 ge. III 5 'inaccessos ... lucos' Servius Aen. III 386 13 Arusianus p. 240 14 'arguto percurrens p. t.' schol. Veron. 74, 20 K., qui fortasse ad ge. I 294 spectat. 15—20 Macrobius Sat. V 8, 1 15 sq. Eutychius II 4 16 'et ... rudentum' Servius Aen. III 561 VIII 248 20 Iulius Rufinianus 255 R.

VARIA LECTIO.

8 ADSIRANT (P *m. rec.*) *F* Aſpirant *b* AVRĒAE *M* curſū· *c*2 (curſuſ *c*1) CVRSV *R* cursum *schol. Hor.* 9 SPLENDENT *F* limine *c*1 10 CIRCEAE *MPRyb* circaae *c*1 11 filia circe *Macrobii Salisb.* 12 Affiduo *b* 13 VIRIT *P* odoratam *om. Arusianus* ǒdoratam *c* NOCTVRNO IN LVMINE *M* CAEDRUM *Mbc* 14 *cf. ge.* I 294 Arguȧto (o *m.* 2 *add.*) *c* telam *schol. Veron.* 15 EXAVDIRE *Pyc*: exaudirei? 16 Vinca *c* SERA *FMRybψ* feraſ *c*1 SAEVA *P*: *cf.* 84 *Idem Servius legisse videri potest, cum interpretetur:* '*quasi eo tempore, quo naturali libertate uti consueverunt.*' *cf. ecl.* VIII 88 *ge.* III 467 IV 132 *Aen.* VII 492 NOTE *R* GRUDENTUM *F* 17 Setigeriq: *b* Setigerite *c*1 Setigerique *c*3 Sa&ingeriq: *γ*1 im *γ* 18 *Literis* sae *in huius praecedentisque versus initio redeuntibus inductus possit quispiam de corruptela cogitare et* mugire *verbum commendare, quod cum* ruditu *et* ululatu *bestiarum nescio an etiam aptius componatur.* VLVLARE (L *alt. eras. vel in ras.*) *R* 20 CIRCAE *Mc* VO.LTVS (*erasa ut vid.* L, *alt.* L *m. rec.*) *P* VVLTVS *FMRbc*

quae ne monstra pii paterentur talia Troes
delati in portus neu litora dira subirent,
Neptunus ventis inplevit vela secundis
atque fugam dedit et praeter vada fervida vexit.

Iamque rubescebat radiis mare et aethere ab alto
Aurora in variis fulgebat lutea bigis:
cum venti posuere omnisque repente resedit
flatus et in lento luctantur marmore tonsae.
atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum
prospicit. hunc inter fluvio Tiberinus amoeno
verticibus rapidis et multa flavos harena
in mare prorumpit. variae circumque supraque

TESTIMONIA.

21 Servius Aen. III 265 26 Nonius 549, 20 27 sq. 'cum ... flatus' Nonius 368, 12 Servius Aen. III 130 'omnis ... flatus' schol. Hor. carm. III 3, 30 27 'cum v. p.' schol. Lucani III 523 V 599 Servius ge. I 356 30—34 'hunc ... volabant' Diomedes 481 P. 30—32 'hunc ... prorumpit' Donatus ad Ter. Andr. IV 1, 39 30. 32 'fluvio T. a. in mare prorumpit' (om. 31) Macrobius Sat. III 1, 2 30 'hunc ... amoeno' Servius Aen. II 681 IV 663 VIII 95. 107 IX 418. 556 'fluvio T. a.' Servius Aen. VII 430 Asper 112, 13 K. 31 schol. Hor. carm. I 2, 13 'verticibus r.' Servius Aen. XII 673 'et ... harena' schol. Hor. carm. I 8, 8

VARIA LECTIO.

21 tro. ef *b* 22 D. elati *b* littora *c* 23 IMPLEVIT *Rybc* 24 uixit *c* 25 IAM^{Q} (Q *sup. m.* 2) *Fc* 26 in variis] inuafeif *c*1 inrafeif *c*2 INROSEIS *FMPRybψ*: *cf.* VI 535 XI 913 '*multi iungunt:* inroseis, *i. e. non rubicundis' Servius.* in croceis *Schraderus, et Bentleius ad Lucan.* IV 125, *ut Ausonius in periocha VIII Iliados* bi. gif c 27 tum *schol. Lucani* V 599 28 in *m. ant. sup. c* FLVCTANTVR (F *eras.*) *R* luctatur *b* remi *m* 29 ADQVE *R* hic *sup. b* ex] & *c*1 huc *c* iter *c* influuio *c* tyberinuf *c* 31 Vertibuf *c* FLAVOS *P*1 FLAUUS *FMP*2*Rybc* HERENA *F* 32 praecipitat *varia lectio in Moret. tert.*: *cf.* IV 251 SVPPRAQ- *P* fuppra.. (a *m.* 2, *m.* 1 *fort.* fuppremа) *γ* superque *Witt. Hoc solo loco apud Vergilium* supra *correpta u legitur, quod imitatum Statium Theb.* IX 114 *item* circumque supraque, *sed semel tantum scripsisse monet Marklandus ad Statii silv.* II 2, 122. *Fortasse tamen in scripturis illis latet, quod verius sit:* circum superaque: *cf. ge.* I 364

adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
aethera mulcebant cantu lucoque volabant.
flectere iter sociis terraeque advertere proras
imperat et laetus fluvio succedit opaco.

Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
quis Latio antiquo fuerit status, advena classem
cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,
expediam et primae revocabo exordia pugnae.
tu vatem, tu, diva, mone. dicam horrida bella,
dicam acies actosque animis in funera reges
Tyrrhenamque manum totamque sub arma coactam
Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo,

TESTIMONIA.

34 'aethera mulcebant cantu' schol. Lucani IV 643 Servius Aen. IV 524 37 'nunc ... Erato' schol. Hor. serm. I 5, 53 40 'et ... pugnae' Servius Aen. VII 481 41 'tu v. t. d. mone' Probi inst. I 7, I. 4 Servius Aen. II 122 43 sq. 'totam ... Hesperiam' Arusianus p. 261 L. 44 sq. 'maior ... moveo' Donatus ad Ter. Andr. prol. 4 'quoniam, ut Mantuanus vates praedixit excelsus, maius opus moveo, maiorque mihi rerum nascitur ordo' Ammianus Marcellinus XV 9

VARIA LECTIO.

33 ATSVETAE *M* ADSVAETAE *F* ADSVETAE (E *alt. semieras.*) *P* Affuetae (f *pr. corr. ex* d, *ut vid.*) *b* Affuetae *c* 34 aequora (aecora?) *testatur Servius Aen.* IV 524 aera *Wakefieldus: ita Ovidius Fast.* I 155. *Non offendit Lachmannus Lucr.* 300 mulcebant *b* canto *b* lu co *γ* loco *c* 35 socios *Mentel. pr. m.* 1, *aliquot Pieriani* atuertere *bl* 36 fucce.dit *b* 37 '*hinc est sequentis operis initium; ante dicta enim ex superioribus pendent*' *Servius. Hoc septimi libri initium esse volui Peerlkampus. Integrum folium incipit in R.* erato — *rerum R* ERATO (E *m.* 2 *corr. ex* A *erasa*) *F* QUAE (E *add.*) *P* tempora, rerum Quis *Peerlkampus:* tempora rerum *coniungit M et Servius* 38 LATIOR *F* antico *c* *fuerit* — *classem R* STATVS *P* 39 AVSONiis — *oris R* excercit' *c* ADPVLIT *F* 40 Revocabo — *pugnae R* PVGNE BELLA *M* 41 *deest in textu, add. in mg., ubi haec nunc legi possunt:* EMTUDIUAMONEDICAM // RIDA BELLA *M* dia *b* MONe — *bella R* MONEODICAM *F* die *bis Voss. alt.* 42 Animis — *reges R* funere *c* 43 Tyrrenam *c* MANVm — *coactam R* COACTA *FP* 44 Efperiam *c* MAIORRERum — *ordo R*

maius opus moveo.
rex arva Latinus et urbes
iam senior longa placidas in pace regebat.
hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica
accipimus, Fauno Picus pater isque parentem
te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.
filius huic fato divom prolesque virilis
nulla fuit primaque oriens erepta iuventa est.
sola domum et tantas servabat filia sedes,
iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
multi illam magno e Latio totaque petebant
Ausonia. petit ante alios pulcherrimus omnis
Turnus, avis atavisque potens, quem regia coniunx
adiungi generum miro properabat amore;

TESTIMONIA.

46 'longa . . . regebat' Servius Aen. IV 229 VII 601 48 sq. 'Fauno . . . auctor' Servius Aen. XII 820 49 'tu . . . auctor' Nonius 417, 25 Servius ge. I 27 Philargyrus ge. IV 319 50 sq. Claudius Sacerdos I 180 'filius . . . nulla' Nonius 303, 33. 455, 29 51 'prima . . . est' Servius Aen. X 333 52 Nonius 387, 24 Servius Aen. VI 402 'et . . . sedes' Servius Aen. II 711 V 30 ge. IV 459 53 Arusianus p. 246 L. 56 sq. 'quem . . . amore' Servius Aen. XII 31

VARIA LECTIO.

45 MALVS *M*1 MO*veo — urbes R* MONEO REX (NE *m.* 2, N *corr. ex* V, X *corr. ex* T *ut vid.*) *F* ARVA (V *corr. fort. ex* C *vel* B) *F* 46 SENIOR — *regebat R* pla.cidaf *γ* placidof *c*1 populos *Servius Aen.* IV 229 IM (*corr. m. rec.*) *F* 47 HVNC (H *m. rec. corr. ex* N) *F* FAVNo — *marica R* nympa *b* MARICA (I *m. ant. add.*) *P* morica *c*1 48 *Fauno — parentem R* PICUS (U *corr. ex* ? *ut vid., suprascr.* V *vel* Y) *F* 49 SATURNE (S *ex corr., pr. m. non liq.*, S *sup.*) *F* I*efert — auctor R* 50 FA*to — virilis R* DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIUUM *FMybc* 51 PR*imaque — est R* quae *b*1 52 *et — sedes R* TANTA^{S} *M* 53 IA$^{\sim}$ *R* VIRO*iam — annis R* iam plenis] INPLENIS *P* 54 FILLAM (L *alt. corr. ex* I) *M* e magno *tacitus Lachmannus ad Lucr.* IV 1151 *Magno — petebant R* PETEBANT *P* 55 *ausonia — pulc*HERRIMVS *R* ante omnes p. unus *Moret. sec.* 56 *turnus — potens*QVEM *R* coniux *bc* CONIVX *R* 57 *adiungi — pro*PERABAT *R*

set variis portenta deum terroribus opstant.
laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
sacra comam multosque metu servata per annos,
quam pater inventam, primas cum conderet arces,
ipse ferebatur Phoebo sacrasse Latinus
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.
huius apes summum densae (mirabile dictu),
stridore ingenti liquidum trans aethera vectae,
obsedere apicem, et pedibus per mutua nexis
examen subitum ramo frondente pependit.
continuo vates 'externum cernimus' inquit
'adventare virum et partis petere agmen easdem
partibus ex isdem et summa dominarier arce.'
praeterea, castis adolet dum altaria taedis
et iuxta genitorem adstat Lavinia virgo,

TESTIMONIA.

59 'laurus erat t. m.' Servius Aen. XI 547 'tecti m.' Arusianus p. 247 L. 60 Nonius 349, 17 'laeta comam' schol. Hor. carm. I 21, 12 'multos ... annos' Servius Aen. II 715 61 sq. Servius Aen. VII 136 63 Arusianus p. 248 L. 66 'et ... nexis' Arusianus p. 256 L. 71 'adolet ... taedis' Nonius 58, 28. 247, 33. 440, 7

VARIA LECTIO.

58 SED *FPybc sed R* *variis — te*RRORIBVS *R* potenta *b* OBSTANT *FMRyb* abstant *c* 59 *laurus — p*ENETRALIBVS *R* penetra. libuf *b* penetrabilibuf *c*1 60 *sacra — me*TV *R* sacra] laeta *schol. Hor.* coma *χ*, *Nonius* SERVAT *M* 61 *quam — pri*MAS *R* 62 *ipse — sacra*SSE *R* facare (f *m. 2 sup.*) *c* 63 *laurentis — posuisse R* Lauren. tif *b* laurentef *χ*, *Arusianus* 64 *huius — mirabil*E *R* Hiuf *c* TALAMUM *M. Reciperem* thalamum, *valde commendatum ge.* IV 189 *et Aen.* VII 97, *nisi eodem et fortasse maiore etiam iure pro docta glossa haberi posset.* dictum *γ*1 65 *stridore — a*ETHERA *R* VECTAI (I *vel* E *add.*) *P* 66 *obsedere — mutu*A *R* 67 *examen — frondente R* 68 *continuo — cernim*VS *R* Cotinuo *b* 69 *adventare — a*GMINE *R* Atuentare *b*1 PARTIS (I *corr. in* E) *M* partef *b* 70 *partibus — domi*NARIER *R* HISDEM (H *m. rec. add.*) *P* idem *γ* hifdem *c* 71 *praeterea — alta*RIA *P* adolet cum *Nonii p.* 247 *et* 440 *ω*, 58 *Leid.* adoletque (adolet quom?) *p.* 58 *Wolf.* 72 *et — lavi*NIA *R* Ut *c*1*χ* .iuxta *γ*

visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
*atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
regalisque accensa comas, accensa coronam
insignem gemmis, tum fumida lumine fulvo
involvi ac totis Volcanum spargere tectis.
id vero horrendum ac visu mirabile ferri:
namque fore inlustrem fama fatisque canebant
ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
at rex sollicitus monstris oracula Fauni,
fatidici genitoris, adit lucosque sub alta
consulit Albunea, nemorum quae maxima sacro
fonte sonat saevamque exhalat opaca mephitim.

TESTIMONIA.

74 schol. Veron. 97, 7 K. 76 'tum ... fulvo' Servius Aen. II 683 82—84 'lucos ... fonte manat' schol. Hor. carm. I 7, 12 82 sq. 'lucos ... Albunea' schol. Hor. carm. I 7, 1 schol. Veron. 97, 4 84 'saevamque ... mephitim' Priscianus 757 P. Arusianus p. 233 L. schol. Persii III 99 'exhalat o. m.' Eutychius II 8

VARIA LECTIO.

73 LONgis — *ignem R* CONPRENDERE *Pybc* 74 *ornatum — cremari R* FLAMMA (M *m. rec. add.*) *P* ELAMMA (*i. e.* E *corr. in* F) *M* 75 Regalef *b* ACCENSACOMAS *R* ACENSACOMAS *P* acenfacomaf *γ* acenfacoronam *γ* 76 famida *γ* 77 involvi, atque omnem flamma crepitante cremari Ornatum, ac totis Volcanum spargere tectis *huc transpositis v. 74 elementis Peerlkampus. Mihi quoque v. 74 sic positus suspicionem movet: ut duplicem poetae manum agnoscere mihi videar, qui cum primum v. 74 conclusisset descriptionem, eandem postea v. 75—77 amplificare, v. 74 autem deleri voluerit.* tutif *b*1 VVLCANVM *Pybc* 78 Id (I *m. 2 in ras.*) *b* Hoc *cm* orrendum *c* fere *c*1 79 CANEBANT (CAN *in ras.*) *R* 80 SED *M* fed *m. ant. in mg. add. c* pondendere *c*1 81 AD *Pyb*1 folicituf *γ* MONETRIS *M* montrif *b* 82 FATIDIC··I *M* a.dit *c* 83 facrũ *ut vid. b*1 84 SONAT (T *in ras.*) *R* manat *schol. Hor.* SAEVAM (SAE *in ras.*) *R* seram *Arusiani cod.: cf.* 16 SAEUUM *Mb*1. *Huc spectat Servius* 'mephitis *proprie est terrae putor ... alii* Mephitin *deum volunt Leucotheae conexum ... alii* Mephitin *Iunonem volunt' adnotans.* EXALAT *M* exalat *γ* opece *γ*1 opace *γ*2 MEPITHIM *M* MEIFITIM (I *pr. corr. in* E) *P* mefitim *γbc* MEFITEM *R* mefitin *Witt.* mephitim *testatur Priscianus.*

hinc Italae gentes omnisque Oenotria tellus
in dubiis responsa petunt; huc dona sacerdos
cum tulit et caesarum ovium sub nocte silenti
pellibus incubuit stratis somnosque petivit,
multa modis simulacra videt volitantia miris
et varias audit voces fruiturque deorum
conloquio atque imis Acheronta adfatur Avernis.
hic et tum pater ipse petens responsa Latinus
centum lanigeras mactabat rite bidentis
atque harum effultus tergo stratisque iacebat
velleribus: subita ex alto vox reddita luco est
'ne pete conubiis natam sociare Latinis,
o mea progenies, thalamis neu crede paratis:
externi venient generi, qui sanguine nostrum
nomen in astra ferant quorumque a stirpe nepotes

TESTIMONIA.

89 cf. schol. Hor. carm. III 18, 1 90 sq. 'fruiturque d. c.' Priscianus 1193 P. 93 Gellius XVI 6, 3 cf. Macrobius Sat. VI 9, 1 94 Servius ecl. VI 53 96 anon. de verbo 20 p. 156 Endl. Cledonius 1924 P. schol. Veron. 97, 5 K. 'ne p. c.' Probi inst. I 9, 7 Diomedes 422 'ne . . . natam' Probi inst. I 1, 1 97 'thalamis . . . paratis' anon. de verbo 20 p. 156 Endl. 98 sq. 'externi veniunt quorumque a s. n.' (om. mediis) Probi inst. I 6, 3 98 'externi v. g.' Servius Aen. VII 234 XI 325

VARIA LECTIO.

85 ITALAE (A *m.* 2 *add.*) *P* itale *γ* ITALIAE *R* °enotria *b* 86 reſponſa p&unt (sa p& *in ras.*) *c* 87 Contulit *b* Contulit *c* 89 *cf. ge.* I 477 uiriſ *γ* 90 ADIT *P* fru.itur *b* 91 *conloquio* — *acheronta R* Colloquio *bc* affatur (ſ *pr. in ras.*) *b* effat^{z} *c*1 92 *hic* — *respo*NSA *R* tunc *c* 93 MACTAB*at R* mactaḅit *γ*2 (mactabat *γ*1) mactarat *b* RISTE *P* RITE *R* 94 ADQVE *R* EFFVLTV *P* 95 ſubit^{a} *γ* SVBITO *M* luco *b*1 (luco ē *b*2) 96 sociasse Latini *Cledonius Putschii* 98 VENIENT *MPRγb* uenient (*corr. m. rec.*) *c* ueniunt *Mentel.*, *χ*, *Probi inst.* 'venient; *melius* veniunt' *Servius* 99 ferent *Leid.* QVORVORVM *P* A *Rbc*, *Probi inst.*: *cf. ge.* I 171 II 312 *Aen.* I 626 III 94 VIII 130 IX 603 aḅ *γ* AB *MP*, *Probi inst.* ſtyrpe *c*

omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens
aspecit Oceanum, vertique regique videbunt.'
haec responsa patris Fauni monitusque silenti
nocte datos non ipse suo premit ore Latinus,
set circum late volitans iam Fama per urbes
Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
gramineo ripae religavit ab aggere classem.

Aeneas primique duces et pulcher Iulus
corpora sub ramis deponunt arboris altae
instituuntque dapes et adorea liba per herbam
subiciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
et Cereale solum pomis agrestibus augent.
consumptis hic forte aliis ut vertere morsus
exiguam in Cererem penuria adegit edendi
et violare manu malisque audacibus orbem
fatalis crusti patulis nec parcere quadris:

TESTIMONIA.

100 sq. 'qua . . . oceanum' schol. Hor. carm. IV 15, 15 105 'Laomedontia p.' Servius Aen. III 248 106 Servius Aen. VIII 175 109 sq. 'et . . . epulis' Nonius 52, 25 'adorea . . . epulis' Priscianus 700 110 'sic . . . monebat' Servius Aen. I 617 Priscianus 935. 1064 de XII vers. Aen. 172 114 sq. 'et . . . crusti' schol. Hor. serm. I 1, 25 'orbem f. c.' Servius ge. III 300

VARIA LECTIO.

101 ASPECIT *Py*1 ASPICIT *MRγ*2*bc* respicit *schol. Hor.* VIDEBINT (*corr. m. alt.*) *P* 102 EAUNI (*cf.* 74) *M* motuf *b* 103 SO *M* latinuf ore *b* latinif *c*1 104 SED *PRybc* et *malit Peerlkampus* 106 religauit *b* 108 ramif *b* 109 que *suprascr. γ* q: *m. rec. add. c* adorea] OREA *R* *herbam R* herbam *b* herbaf *cχ* 110 iupiter *c* IPSE *PRybc, recte defendit Dietschius theol. Verg.* 25. 192 IPSE *M* ille *χ*, *testantur Priscianus et ad* I 617 *Servius, qui etiam hoc loco* ille *ad* III 255 *retulit* (*exhibet hic in lemmate* ille *Regin.*, ipse *Paris. Lips.*): *cf.* 558 II 779 ponebat *c* 112 CONSUMTIS *M* uetere *b* MORSVS (S *pr. m.* 2 *ut vid. in ras.*) *P* MORSVs *R* morsum '*plerique veteres*' *Pieriani* 113 EXIGVA *R* CAEREREM *M* PAENVRIA *PRb* 114 orem *b* 115 CRVSTRI *P*

'heus! etiam mensas consumimus' inquit Iulus,
nec plura adludens. ea vox audita laborum
prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
eripuit pater ac stupefactus numine pressit.
continuo 'salve fatis mihi debita tellus
vosque' ait, 'o fidi Troiae salvete penates:
hic domus, haec patria est. genitor mihi talia namque
(nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
cum te, nate, fames ignota ad litora vectum
accisis coget dapibus consumere mensas,
tum sperare domos defessus ibique memento
prima locare manu molirique aggere tecta.
haec erat illa fames; haec nos suprema manebat,
exiliis positura modum.

TESTIMONIA.

116 Sergius 1852 P. Pompeius 349 L. Servius Aen. I 321. 735 'heus e. m.' Probi inst. I 9, 7 117 sq. 'laborum . . . finem' Nonius 407, 8 120 'salve . . . tellus' Servius Aen. VIII 291 122 'hic . . . est' Servius Aen. I 380 122 sq. 'genitor . . . reliquit' Servius Aen. V 47 123 Servius Aen. I 188 128 sq. Servius Aen. III 395 128 Arusianus p. 246 L. 'haec . . . fames' Probi inst. I 4, 14. 24

VARIA LECTIO.

116 confumpſimuſ *ut vid.* *c*1 confumı..muſ *c*2 ·I·ULUS *M* *iulus R* 117 alludenſ (I *pr. in ras.*) *b* LABORV*m R* 118 primam] PRIMA *R* primum *Menag. pr.* LOQVEN*tis ab ore R* 119 ac] ET *R* NVMIN*e pressit R* NVMINE (V *corr. in* O) *M* 120 *tellus R* 121 VOSQ·ACT *R* Voſ$^{q;}$agit *c* O$^{/}$ *M*, o *suprascr.* *γ* P*enates R* 122 hic patria eſt *c* GENI*tor — namque R* 122 *sq.* TALIANAMQ·// NUNC REPETO· *M*, *unde* talia namque, nunc repeto, *Wagnerus.* talia (namque nunc repeto) *Fabricius* 123 Nu^{n}c *c* ANCISES *P* A*rcana reliquit R* archana *bc* reliquid *b* '*nusquam legimus, quod Anchises praedixerat fame in Italia laboraturos Troianos*' *Servius* 124 aDL*itora vectum R* litto^{ra} *c* uictum *b*1 125 Acceſſiſ *γ*1 O^{A}cciſiſ (A *atramento p. m.* 2) *b* AMBESIS *R: cf.* III 257 CO*nsumere mensas R* 126 domuſ c1 D*efessus — R* defeſſuſ (ſ *pr. in ras.*) *b* 127 *prima locare R* 128 *hae*CERAT *R* SVPPREMA *Pγ* ſupraema *b* MANEBAN̄ *R: cf.* VI 84 129 exiliis *Goth.*, *quod commendaverat Burmannus conl.* II 780 EXITIIS *MPγbc exiti*IS *R* MDÓDVM *P*

quare agite et primo laeti cum lumine solis
quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,
vestigemus et a portu diversa petamus.
nunc pateras libate Iovi precibusque vocate
Anchisen genitorem, et vina reponite mensis.
sic deinde effatus frondenti tempora ramo
implicat et geniumque loci primamque deorum
Tellurem nymphasque et adhuc ignota precatur
flumina, tum Noctem Noctisque orientia signa
Idaeumque Iovem Phrygiamque ex ordine matrem
invocat et duplicis caeloque ereboque parentis.
hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto
intonuit radiisque ardentem lucis et auro
ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.
diditur hic subito Troiana per agmina rumor

TESTIMONIA.

131 'quae . . . homines' Nonius 318, 3 Cledonius 1923 P. 133 'nunc p. l. I.' Isidorus orig. VI 19, 32 Donati ars III 6, 2 Pompeius 468 L. Beda de trop. 380 C. 'pateras l. l.' Philargyrus ge. IV 54 134 'et . . . mensis' Arusianus p. 259 L. Servius Aen. I 706 136 sq. 'genium . . . Tellurem' Servius Aen. IX 53 139 'Iovem . . . matrem' Macrobius Sat. III 1, 2 139 sq. 'Phrygiam . . . invocat' Servius Aen. V 773 142 Probi inst. I 4, 17 144 Donatus ad Ter. Phorm. V 7, 30 Servius Aen. VIII 132

VARIA LECTIO.

modom *c* 130 *qua*RE *R* 131 *q*QAE *R* quive] quae *Nonii exempl.* 132 *ve*STIGEMVS *R* 133 *nu*NC *R* LABATE *P* libata *c*l praecibuſ *γ* 134 *anchi*SEN *R* Anchiſem *b* 135 *sic dein*DE *R* timpora *c*l lauro, *in mg. m.* 2 ῑ ramo *c*: *cf.* V 539 lauro *Menag. alt.*, *χ* 136 *implicat et g*ENIVM (ENIV *in ras.*) *R* 137 *tellurem ny*MPHAS *R* ATHVC *Pγ* 138 *flumina tum R* NOCTI *R*, *quod pro dativo accipiendum sit.* noctu *Vossius* 139 *idaeumque iove*M *R* Ideũ *c* ſhrigiam *b* 140 *invocat et duplic*IS *R* DVPLICIS (I *pr. m.* 2 *add.*) *P* EREBOQ· (Q· *in ras.*) *R* hereboq; *c* PARENTIS *Pybc*l PARENTES *MRc*2 141 *hic — omn*IPOTENS *R* omnſ *c* 142 *intonuit radiis-q*VE *a*RDENTEM *R* 143 *ipse — ost*ENDIT *R* MANVM *M* AB AETHERE (*corr. m. ant.*) *R* ab aeḣere *γ* habḣere *c* 144 *diditur — troian*A *R* DIDITUR· *M* Deditur *γbc*, *Servii Aen.* VIII 132 *Regin.*

advenisse diem, quo debita moenia condant.
certatim instaurant epulas atque omine magno
crateras laeti statuunt et vina coronant.

Postera cum prima lustrabat lampade terras
orta dies, urbem et finis et litora gentis
diversi explorant: haec fontis stagna Numici,
hunc Thybrim fluvium, hic fortis habitare Latinos.
tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
centum oratores augusta ad moenia regis
ire iubet, ramis velatos Palladis omnis,
donaque ferre viro pacemque exposcere Teucris.
haut mora, festinant iussi rapidisque feruntur
passibus. ipse humili designat moenia fossa
moliturque locum primasque in litore sedes
castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.
iamque iter emensi turris ac tecta Latinorum

TESTIMONIA.

147 Beda de trop. 380 C. 'et vina c.' Claudius Sacerdos I 175 148 Probi inst. I 4, 23 151 'hic f. h. L.' Arusianus p. 233 L. 153 sq. 'centum ... iubet' Servius Aen. X 80 157 'ipse ... fossa' Servius Aen. IX 7 159 Servius Aen. I 5 160 sq. 'iamque ... cernebant' Maximus Vict. de rat. metr. VIII 160 schol. Hor. serm. I 8, 43

VARIA LECTIO.

(dedi..tur *Lips.* didič *Paris.*) creditur *m* ro..mor (o *post. corr. ex* u), at murmur *γ: cf.* XII 239 145 debita: *cf.* 120 condent *c*1 146 EPULATS *M* homine *γ* 147 *cf.* I 724 148 *om., in mg. m. rec. add. c* PRIMO *R, Probi inst.* LAMPADA *P* 149 FINES *Mc* litora *b* gentef *c*1 150 plorant *b* 151 tibrim *b* tybrin *c* hac *c*1 fortef *c* latinif *c* 152 *In mg.* S *M* 153 angufta *c* 154 PALLIDIS *M* OMNIS (I *corr. in* E) *P* *Post* omnif *rasura fere* 13 *literarum in γ* 155 ferro *c* 156 HAUD *MPγb*2*c* IVSSI *P* IUSSI *M* pidif *c* 158 ESSE *M* 160 enenfi *c* TVRRES *PRγ*1*bc*2 ET *M* et *γb* LATINORUM (*corr. minio*) *M* latinorum (orum *in ras., m.* 1 *fort.* latinum) *b* Latinorum *testantur schol. Hor. et Servius*

ardua cernebant iuvenes muroque subibant.
ante urbem pueri et primaevo flore iuventus
exercentur equis domitantque in pulvere currus
aut acris tendunt arcus aut lenta lacertis
spicula contorquent cursuque ictuque lacessunt:
cum praevectus equo longaevi regis ad auris
nuntius ingentis ignota in veste reportat
advenisse viros. ille intra tecta vocari
imperat et solio medius consedit avito.
tectum augustum ingens, centum sublime columnis,
urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
horrendum silvis et religione parentum.
hic sceptra accipere et primos attollere fasces
regibus omen erat, hoc illis curia templum,
hae sacris sedes epulis, hic ariete caeso
perpetuis soliti patres considere mensis.

TESTIMONIA.

161 'muroque s.' Arusianus p. 259 L. schol. Lucani VI 530 Servius Aen. III 292 IV 598 VI 222 X 797 162—165 'ante ... contorquent' Augustinus de gramm. 2013 P. 162 sq. 'ante ... equis' Servius Aen. IX 606 162 'et ... iuventus' Isidorus orig. IX 3, 37 165 'cursuque i. l.' Arusianus p. 244 L. 170 Diomedes 498 Asper 114, 17 K. 'tectum a.' Servius Aen. XI 235 171 Diomedes 498 'Laurentis r. P.' Servius Aen. VII 678 172 Servius Aen. VI 10 173 sq. Servius Aen. XI 235 174 'hoc ... templum' Servius Aen. IX 4 176 Servius Aen. I 79. 214. 637. 708

VARIA LECTIO.

161 MVROS *R* muro *testantur Arusianus, schol. Lucani, Servius: cf.* IX 371 subibant, at ppinquant *γ: cf.* VIII 101 XI 597. 621 163 EXERCETVR *P* exercẽtur *γ* domant *c*. 164 TENDVNTVR *M* 165 ictum *b*1 166 AVRES *Rb* 167 Nuncciuſ *c*1 in *om. b* REPORTAST *M* 168 ADVENISSE *P* 169 MEDIOS *M* CONSIDIT *R* 170 COLVNIS *M* 171 summa] media *χ*, *Diomedes* paci *γ*1 172 religione *b* relligione *c* 173 Hic *γ* Hinc *bcmχ*, *Servii Regin. Lips.* (hic *Par.*) SEPTRA *P* ceptra *c* ACCIPERE ET *P* 175 HAEC *R*, *quod hic onerare magis quam ornare concinnitatem versus videbatur.* ſacriſ (iſ *m.* 2) *γ* ſacri. *c*2 ſacrae (ae *in ras.*) *b* ſacrae *χ* AEPVLIS *R* 176 PERPETUI *M* Perpetuuſ *γ*1 perpetuis *testatur Servius* PATRIS *R*

quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
antiqua e cedro, Italusque paterque Sabinus
vitisator, curvam servans sub imagine falcem,
Saturnusque senex Ianique bifrontis imago
vestibulo astabant, aliique ab origine reges
Martiaque ob patriam pugnando volnera passi.
multaque praeterea sacris in postibus arma,
captivi pendent currus curvaeque secures
et cristae capitum et portarum ingentia claustra
spiculaque clipeique ereptaque rostra carinis.
ipse Quirinali lituo parvaque sedebat
succinctus trabea laevaque ancile gerebat
Picus, eum domitor; quem capta cupidine coniunx

TESTIMONIA.

178 Maximus Vict. de rat. metr. VI Probi inst. I 17 2 179 sq. 'vitisator ... senex' Servius Aen. III 165 'curvam ... senex' Arusianus p. 261 L. 179 Macrobius Sat. VI 5, 11 'curvam ... falcem' Nonius 329, 11. 388, 3 184 sq. Servius Aen. II 504 184 schol. Persii VI 45 Servius Aen. XI 254 'captivi p. c.' Servius Aen. VII 601 X 520 187 sq. Gellius V 8 'ipse ... trabea' Macrobius Sat. VI 8, 1 'parva ... trabea' Servius Aen. IX 4 188 'laeva ... gerebat' Macrobius Sat. I 4, 13 Nonius 316, 26. 554, 8 Pompeius 227 L. Isidorus orig. XVIII 12, 3 Augustinus de gramm. 1980 P.

VARIA LECTIO.

177 effigiif *b*1 178 E / *M* e *m.* 2 *sup. c, om.* χ ex *Servii exempl.* A CEDRO (A *miniop.*) *M* caedro *c*, *Probi inst.* fabinaf *c* 179—194. 195—200 *F* 179 vitisatorque senex, curvam sub imagine f. Saturnus servans *Pecrlkampus, cui* imagine *corruptum videtur, sed testantur Nonius* 329 *et Servius quamvis laborantes interpretando.* 180 SATUR NUS (*m.* 2 *sup.*) *F* 181 ADSTABANT *FMRybc* ALI (*sup. m.* 2) *F* 182 *cf.* VI 660 *Aliunde inrepsisse videtur Heynio. Certe non absolvit poeta hunc locum.* QVE *F*2*PRγ, defensum a Wagnero lect. Verg. in Philologi suppl.* I 386 QUI *F*1*Mc* q; ui *b* pugnandi *c*1 VVLNERA *FPR* γ1*b*1*c* UOLNERI A *M* panfi. *ut vid.*, γ1 poffi *c*1 186 clypei *γ* cli.pei *b* 187—191 *ante v.* 183 *retrahendos videri posse monuit Heynius* 187 *in mg.* A *F* 188 *infra, sed eisdem literis adiectus adposita in mg.* B *F* Succintuf *b* trabe a *b* ANCILE (*m.* 2 *sup.*) *F* anci.lae *γ* GERɛBAT *P* 189 EQVvM (V *m.* 2 *add.*) *P* EQVVM *ERybc*

aurea percussum virga versumque venenis
fecit avem Ciree sparsitque coloribus alas.
tali intus templo divom patriaque Latinus
sede sedens Teucros ad sese in tecta vocavit,
atque haec ingressis placido prior edidit ore:

'Dicite, Dardanidae (neque enim nescimus et urbem
et genus, auditique advertitis aequore cursum),
quid petitis? quae causa rates aut cuius egentis
litus ad Ausonium tot per vada caerula vexit?
sive errore viae seu tempestatibus acti
(qualia multa mari nautae patiuntur in alto)
fluminis intrastis ripas portuque sedetis,
ne fugite hospitium neve ignorate Latinos
Saturni gentem, haut vinclo nec legibus aequam,
sponte sua veterisque dei se more tenentem.
atque equidem memini (fama est obscurior annis)

TESTIMONIA.

190 'aurea p. v.' Servius Aen. IV 242 192 sq. Priscianus 1186 P. 'tali . . . sedens' Servius Aen. XI 235 197—200 Macrobius Sat. V 8, 2 199 Nonius 243, 19 Priscianus 1029 P. 200 'qualia m. m. n.' Probi inst. I 6, 3 203 'haud . . . aequam' schol. Hor. serm. I 3, 98 Servius Aen. VIII 322 204 'sponte sua' Priscianus 1020 'veteris . . . tenentem' Servius Aen. VIII 316 205 sq. 'memini Auruncos i. f. senes' Agroetius 2268

VARIA LECTIO.

190 'aurea coniux; *nam aliter non stat versus' Servius, sed* aurea virga *recte coniungit ad* IV 242: *cf.* I 698 191 CIRCE·S *P* CIRCE·I *F* circe *γ* circae *c* 192 DIVVM *FMPybc* 194 haec *m. ant. sup. c* EDEDIT *P* EDIDIT *FMRybc* 195 DICITAE *F* nefci muf & urbem *b* hurbẽ *c* 196 equora *b* 197 EGENTIS (I *corr. in* E) *P* EGENTES *FMyc* 198 TEXIT *M* uixit *cl* 201—221. 222—242 *F* 201 INATRASTIS *F* 202 NEC *M* NEU (*sup. m.* 2) *F* 203 HAVT *MP* HALIT *R* HAVD *Fγ* haud *b* haud (h *m.* 2 *in ras.*) *c* uin.clo *b* nec (c *in ras.*) *b* 204 '*ac si diceret, aurei saeculi imagine vivimus' Servius, unde* aevi, *non* dei *eum legisse suspicatur Marklandus ad Statii silv.* III 5, 88 tenetem *bl*

adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
aethera mulcebant cantu lucoque volabant.
flectere iter sociis terraeque advertere proras
imperat et laetus fluvio succedit opaco.

Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
quis Latio antiquo fuerit status, advena classem
cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,
expediam et primae revocabo exordia pugnae.
tu vatem, tu, diva, mone. dicam horrida bella,
dicam acies actosque animis in funera reges
Tyrrhenamque manum totamque sub arma coactam
Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo,

TESTIMONIA.

34 'aethera mulcebant cantu' schol. Lucani IV 643 Servius Aen. IV 524 37 'nunc ... Erato' schol. Hor. serm. I 5, 53 40 'et ... pugnae' Servius Aen. VII 481 41 'tu v. t. d. mone' Probi inst. I 7, 1. 4 Servius Aen. II 122 43 sq. 'totam ... Hesperiam' Arusianus p. 261 L. 44 sq. 'maior ... moveo' Donatus ad Ter. Andr. prol. 4 'quoniam, ut Mantuanus vates praedixit excelsus, maius opus moveo, maiorque mihi rerum nascitur ordo' Ammianus Marcellinus XV 9

VARIA LECTIO.

33 ATSVETAE *M* ADSVAETAE *F* ADSVETAE (E *alt. semieras.*) *P* Affuetae (f *pr. corr. ex* d, *ut vid.*) *b* Affuetae *c* 34 aequora (aecora?) *testatur Servius Aen.* IV 524 aera *Wakefieldus: ita Ovidius Fast.* I 155. *Non offendit Lachmannus Lucr.* 300 ulcebant *b* canto *b* lu *γ* loco *c* 35 socios *Mentel. pr. m.* 1, *aliquot Pieriani* atuertere *b1* 36 fucce.dit *b* 37 '*hinc est sequentis operis initium; ante dicta enim ex superioribus pendent' Servius. Hoc septimi libri initium esse voluit Peerlkampus. Integrum folium incipit in R.* erato — *rerum R* ERATO (E *m.* 2 *corr. ex* A *crasa*) *F* QUAE (E *add.*) *P* tempora, rerum Quis *Peerlkampus:* tempora rerum *coniungit M et Servius* 38 LATIOR *F* antico *c* *fuerit* — *classem R* STATVS *P* 39 AVSONiis — *oris R* excercit' *c* ADPVLIT *F* 40 *Revocabo* — *pugnae R* PVGNE BELLA *M* 41 *deest in textu, add. in mg., ubi haec nunc legi possunt:* EMTUDIUAMONEDICAM // RIDA BELLA *M* dia *b* MONe — *bella R* MONEODICAM *F* dic *bis Voss. alt.* 42 *Animis* — *reges R* funere *c* 43 Tyrrenam *c* MANVm — *coactam R* COACTA *FP* 44 Eſperiam *c* MAIORREIum — *ordo R*

maius opus moveo.
rex arva Latinus et urbes
iam senior longa placidas in pace regebat.
hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica
accipimus, Fauno Picus pater isque parentem
te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.
filius huic fato divom prolesque virilis
nulla fuit primaque orieus erepta iuventa est.
sola domum et tantas servabat filia sedes,
iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
multi illam magno e Latio totaque petebant
Ausonia. petit ante alios pulcherrimus omnis
Turnus, avis atavisque potens, quem regia coniunx
adiungi generum miro properabat amore;

TESTIMONIA.

46 'longa . . . regebat' Servius Aen. IV 229 VII 601 48 sq. 'Fauno . . . auctor' Servius Aen. XII 820 49 'tu . . . auctor' Nonius 417, 25 Servius ge. I 27 Philargyrus ge. IV 319 50 sq. Claudius Sacerdos I 180 'filius . . . nulla' Nonius 303, 33. 455, 29 51 'prima . . . est' Servius Aen. X 333 52 Nonius 387, 24 Servius Aen. VI 402 'et . . . sedes' Servius Aen. II 711 V 30 ge. IV 459 53 Arusianus p. 246 L. 56 sq. 'quem . . . amore' Servius Aen. XII 31

VARIA LECTIO.

45 MALVS *M*1 MO*veo — urbes R* MONEO REX (NE *m.* 2, N *corr. ex* V, X *corr. ex* T *ut vid.*) *F* ARVA (V *corr. fort. ex* C *vel* B) *F* 46 SENIOR — *regebat R* pla.cidaf *γ* placidof *c*1 populos *Servius Aen.* IV 229 IM (*corr. m. rec.*) *F* 47 IIVNC (II *m. rec. corr. ex* N) *F* FAVNo — *marica R* nympa *b* MARICA (I *m. an. add.*) *P* morica *c*1 48 *Fauno — parentem R* PICUS (U *corr. ex* ? *ut vid., suprascr.* V *vel* Y) *F* 49 SATURNE (S *ex corr., pr. m. non liq.*, S *sup.*) *F* I*efert — auctor R* 50 FA*to — virilis R* DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIUUM *FMybc* 51 PR*imaque — est R* quae *b*1 52 *et — sedes R* TANTA^{S} *M* 53 IA$^{\sim}$ *R* VIRO*iam — annis R* iam plenis] INPLENIS *P* 54 FILLAM (L *alt. corr. ex* I) *M* e magno *tacitus Lachmannus ad Lucr.* IV 1151 *Magno — petebant R* PETEBANT *P* 55 *ausonia — pulc*HERRIMVS *R* ante omnes p. unus *Moret. sec.* 56 *turnus — potens*QVEM *R* coniu^{n}x *bc* CONIVX *R* 57 *adiungi — pro*PERABAT *R*

Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris
Dardanus Idaeas Phrygiae penetravit ad urbes
Thraeiciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur.
hinc illum, Corythi Tyrrhena ab sede, profectum
aurea nunc solio stellantis regia caeli
accipit et numerum divorum altaribus auget.'

Dixerat, et dicta Ilioneus sic voce secutus:
'rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
atra subegit hiemps vestris succedere terris
nec sidus regione viae litusve fefellit:
consilio hanc omnes animisque volentibus urbem
adferimur, pulsi regnis, quae maxima quondam
extremo veniens Sol aspiciebat Olympo.

TESTIMONIA.

206 sq. 'his ... Dardanus' Arusianus p. 251 L. 208 'quae ... fertur' Nonius 303, 4 211 'et ... auget' Servius Aen. VI 650 216 sq. 'consilio ... adferimur' Arusianus p. 215 L.

VARIA LECTIO.

206 AVTRVNCOS *R* Aruncos χ, *Fabricius* in (*corr. m. rec.*) *b* 207 IDEAS *Mc* PENETRARIT *R* 208 Treiciã *b* THREICIAM *ceteri* SAMOM *M* famotrhatia *b* famotrachia *c* 209 Hic *b* hunc olim *Peerlkampus* corythy γ coryti c TYRRENA *Fc* tyrrhaena *b* 211 E (*m. 2 sup.*) *F* NVMEROM *P* numero γ ALTATRIB- *M* AUGET *FMPR* adit, aɫ aug& γ addit *bc* 'addit, *auget' Servius Paris., sed in Regin. omisso* addit *literis maiusculis* auget *lemma legitur, atque in Lips. quoque manu secunda demum* addit *suprascriptum est, in quo num pro lemmate scriptum sit* auget, *non enotavit Thilo. Fuerunt tres lectiones:* numerum auget, numerum addit, numero addit, *quorum postrema nihil sane habet quod displiceat.* 212 Dixera *b* DICTUM *M* dicto γ1 213 GNVS *P* PENUS *M* EGREGREGIVM *F* actuſ *b*1 214 ſubeit γ HIEMS *My* iemſ *b* tectiſ *m* 215 REGIONI *R* 216 hac γ anc *b* animi. ſq: (*sup. m. rec., m.* 1 animuſ) *b* URBEM (M *m. rec. add.*) *F* 217 Afferimur *c* QVEM *R* MAXIMA *FMPybc* QONDA- *M* 218 olimpu *b*1

ab Iove principium generis, Iove Dardana pubes
gaudet avo, rex ipse Iovis de gente suprema,
Troius Aeneas, tua nos ad limena misit.
quanta per Idaeos saevis effusa Mycenis
tempestas ierit campos, quibus actus uterque
Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis,
audiit et siquem tellus extrema refuso
summovet oceano et siquem extenta plagarum
quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
diluvio ex illo tot vasta per aequora vecti
dis sedem exiguam patriis litusque rogamus
innocuum et cunctis undamque auramque patentem.
non erimus regno indecores, nec vestra feretur

TESTIMONIA.

219 Servius Aen. IV 138 'ab ... generis' Servius Aen. III 105 220 'rex ... suprema' schol. Hor. carm. I 21, 3 220 sq. 'rex ... misit' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 42 222—227 Probus 42, 7 K. 222 sq. 'quanta ... campos' Servius Aen. XI 422 'saevis ... ierit' Servius Aen. I 566 223—226 'quibus ... Oceanus' schol. Hor. carm. II 1, 31 225—227 Priscianus 892 226 'et ... plagarum' Probi inst. I 17, 4 schol. Lucani I 531 227 'in medio ... iniqui' Nonius 378, 2 'plaga s. i.' schol. Hor. carm. I 22, 20 228 'diluvio ex illo' Nonius 203, 27 Servius Aen. I 566 229 sq. 'litusque r. i.' Nonius 325, 26. 383, 6 Servius Aen. I 540 'litus innocuum' Servius Aen. X 302 231 'non ... indecores' Alcimus Avitus epist. 51

VARIA LECTIO.

219 PRINIPIVM *P* 220 GAVDEAT *P* IFSE *M* fupraema *b* 221 TROIIVS *F* LIMENA *M*1 LIMINA *F*2*M*2*PRybc* LUMINA *ut vid. F*1, *Zulich.* MITTIT *F* 222 IDEOS *Rc* AEUIS (*sup. m.* 2) *F* emissa *Servii Aen.* XI 422 *exempl.*, *sed* effusa *testatur idem Aen.* I 566 myceniſ (y *m.* 2) *γ* miceniſ *c* 224 EUROPAS *M* europa. *γ* Europa *b*1 ADQVE *FR* CONCVRRERET *R* concurrit *b* CONCVRRITVR *Py*1 occurrerit *schol. Hor.* urbiſ *b*1 225 Audit *b* AVDIT *R* 226 SUMMOBET *M* QVAM *R* 227 QUATTUR (*sup. m.* 2) *F* Quatuor *c* meo *c* 228 'diluvio ex illo ... *alii hic distinguunt et mutant sensum, ut sit:* quos dirimit plaga solis ardentis ex quo mundus est constitutus, *hoc est* ex quo chaos esse desiit post illud diluvium' *Servius* aecora *b*1 aeqora *b*2 229 Diſ. (*erasa* ſ) *γ* Diiſ *c* patriſ *b* 231 urſ *b*

fama levis tantique abolescet gratia facti,
nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
fata per Aeneae iuro dextramque potentem
sive fide seu quis bello est expertus et armis:
multi nos populi, multae (ne temne, quod ultro
praeferimus manibus vittas ac verba precantia)
et petiere sibi et voluere adiungere gentes;
sed nos fata deum vestras exquirere terras
imperiis egere suis. hinc Dardanus ortus;
huc repetit iussisque ingentibus urguet Apollo
Tyrrhenum ad Thybrim et fontis vada sacra Numici.
. . . . . .
dat tibi praeterea fortunae parva prioris

TESTIMONIA.

235 schol. Veron. 96, 29 K. 237 'praeferimus m. v.' Servius Aen. VII 418 238 schol. Gron. Cic. 438 Or. 239 sq. 'sed . . . suis' Servius Aen. XI 325 240 sq. 'hinc . . . repetit' Servius Aen. IV 159 VIII 13 243 sq. Claudius Sacerdos I 131

VARIA LECTIO.

232 tan. tiq: *b* TANTIVE *Rc* ABOLECET (*corr. m. ant.*) *R* ABOLESCERET *F* abolefcit *c*1χ facti: *cf. Lachmannus Lucr.* 64 233 PIGEBAT *M* pigebat *ad v.* 207 *relatum placuit Heinsio* 234 VIRO *P* 235 FIDES· *P* fide. *b* exptif *c* et *in ras. b* 237 PRAEFEREMVS *P* AC (*corr. m. sat ant.*) *F* ET *R* UERBAPRAECANTIA (A *sec. eras.*) *M* uerba p̃cantia *b*2 VERBA PRAECANTIA (*signa* = = = *m. eadem qua supra*) *F* precantia uerba *m* VERBA PRECANTV *R*, *ut Statius silv.* I 4, 46 uerba p̃cantũ (ũ *m.* 2 *in ras.*) *c* uerba p̃canti. *b*] uerba precantis *Bigot. cf. Lachmannus ad Lucr.* II 719 238 ATIUNGERE (T *corr. in* D) *M* GENTIS *M* 239 fata *sup. b* ſiraf *b* 240—242 hinc . . . Numici *aliena videntur Heynio* hic *b* 241 HVNC *R* hunc repeti iussis ingentibus *Menag. pr.* huc repetit *Servius* urget *yb* 242 Thyrrenum (h *pr. m.* 2 *add.*) *b* AT *Py* ET *R* tybrim *c* 243—263. 264—273 *F fol. LXI* 243 *Dure omitti subiectum monuit Heynius.* dat pius Aeneas *Peerlkampius. Equidem puto additurum quaedam fuisse poetam ante hunc versum.* præea *c*

munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
hoc pater Anchises auro libabat ad aras;
hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis
more daret populis, sceptrumque sacerque tiaras
Iliadumque labor vestes.'

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
optutu tenet ora soloque immobilis haeret
intentos volvens oculos. nec purpura regem
picta movet nec sceptra movent Priameia tantum,
quantum in conubio natae thalamoque moratur;
et veteris Fauni volvit sub pectore sortem,
hunc illum fatis externa ab sede profectum
portendi generum paribusque in regna vocari
auspiciis, huic progeniem virtute futuram
egregiam et totum quae viribus occupet orbem.

TESTIMONIA.

244 'reliquias . . . receptas' Donatus ad Ter. Phorm. I 1, 12 Servius ecl. II 40 246 sq. 'hoc . . . populis' Priscianus 1212 246 'hoc . . . erat' Servius Aen. I 653 247 'sceptrumque s. t.' Nonius 397, 19 249 sq. 'Latinus, quia miratur, defixa obtutu tenet ora' Macrobius Sat. IV 1, 5 256 'portendi g.' Servius Aen. III 184

VARIA LECTIO.

244 MUNERA (A *m. ant. in ras.*) *F* reliquiaf *b* relliaf *c* 245 AURAS *M* a.raf *b* 246 *om., in mg. m.* 2 *add. b* 247 dare darꝭ *c* CEPTRVM *F* Assaracique tiaras '*paulo calidior quis coniectare possit*' *Heynius.* sacerque tiaras *testantur Nonius et Servius* tyaraf *c* 248—273 *Veron. fol.* 252 248 ueſtif *c*1 250 OBTVTV *PRybc* O.TVTV *V* INMOBILIS *Py* immolif *c* 251 INTENTOS (O *corr. ex* V) *F* 252 NEC *m.* 2 *sup. R* mouꝭ *c* *priameia tantum V* 253 QVAN*tum V* conibio *c* THA*lamoque mora*TVR *V* talamo *b* 254 VOLVENS (*corr. m. eadem qua* VI 591) *F* volvit Fauni *Moret. pr.* fup *b*1 *Sortem V* 255 Hinc *ut vid. c*1 SE (*corr. m.* 2) *F* 256 *Regna vocari V* REGNA (N *m.* 2 *corr. ex* I) *F* VOCARE *M* 257 AV*spiciis hul*C PRO — *V* PROGENIEM (I *corr. ex* T *ut vid.*) *F* proieniem *b* 258 et *om. c* TOTVM (O *corr. ex* V) *F* QVI (*corr. m. eadem qua* 254) *F*

tandem laetus ait: 'di nostra incepta secundent
auguriumque suum! dabitur, Troiane, quod optas;
munera nec sperno. non vobis rege Latino
divitis uber agri Troiaeve opulentia derit.
ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupidost,
si iungi hospitio properat sociusque vocari,
adveniat voltus neve exhorrescat amicos:
pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
vos contra regi mea nunc mandata referte.
est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae
non patrio ex adyto sortes, non plurima caelo

TESTIMONIA.

259 'di . . . secundent' Nonius 169, 27 260 'auguriumque s.' Probi inst. I 6, 7 'augurium' schol. Veron. 96, 23 K. 261 sq. 'non . . . derit' Priscianus 646. 674. 1122. 261 'munera nec sp.' schol. Hor. I 1, 21 Lucani V 348 Servius ecl. III 74 ge. I 83 III 56 Aen. I 77. 387 VII 9 VIII 299 X 907 'non . . . Latino schol. Hor. serm. II 2, 54 263—265 'ipse . . . adveniat' Servius Aen. XII 581, item, sed om. 264 Pompeius 242 L. 263 sq. 'nostri . . . vocari' schol. Veron. 100, 14 K. 263 Priscianus de XII vers. Aen. 172 266 Nonius 370, 30 Isidorus orig. IX 3, 19 Augustinus de civ. dei V 19 schol. Lucani IX 134 Hor. carm. III 17, 9 Servius Aen. IV 320 cf. schol. Veron. 96, 25 K. 268 Claudius Sacerdos I 135 Priscianus 1120 'est mihi nata domi' schol. Lucani VII 662 269 schol. Veron. 97, 4 K.

VARIA LECTIO.

259 victus *Menag.* DE *R* dii *bc* vestra χ 260 aufpicium *Menag. pr.* 261 MVNE*ra nec sperno V* 262 *uber V* TROIAEVE *FMP1RVc* TROIAEQVE *P2yb* DERIT *FPVγ, Prisciani* 646 *Amien. et Halb.*, 674 *Paris. R et Amien.*, 1122 *Paris. R et Monac. m.* 2 (aderit *m.* 1 defit 1122 *Lugd. m.* 2 *in ras., et suprascr.* uel deerit *Karolir.*) DERIT *M* DEERIT *Rbc* 263 *ipse — tanta V* ñrif *b1* CVPIDOST *V* CVPIDO EST *FMPRybc* cupido (*om.* est) *schol. Veron.* 264 *si — soci*VS *V* VE *FRVbc, schol. Veron.* 265 *adveniat voltus V* Atueniat *c1* VVLTVS *FPRbc* EXORRESCAT (*corr. m.* 2) *F* 266 Praſ *c* *erit — tyr*ANNI *V* DEXTRA (*corr. m.* 2) *F* detegiſſe *c1* tiranni *c* 267 *vos — nunc V* RIUI (*corr. m. rec*) *F* REGE *M1* manda[ta] *b* 268 *est — iungere V* nostrae quam i. gentis *Menag. pr.* QVA *R* 269 *non — sortes V* adito *ybc* SORTIS *M* non *om. c*

monstra sinunt: generos externis adfore ab oris,
hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
et reor et, siquid veri mens augurat, opto.'
haec effatus equos numero pater eligit omni
(stabant ter centum nitidi in praesepibus altis):
omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
instratos ostro alipedes pictisque tapetis
(aurea pectoribus demissa monilia pendent,
tecti auro fulvom mandunt sub dentibus aurum),
absenti Aeneae currum geminosque iugalis
semine ab aetherio, spirantis naribus ignem,
illorum de gente, patri quos daedala Circe
supposita de matre nothos furata creavit.
talibus Aeneadae donis dictisque Latini
sublimes in equis redeunt pacemque reportant.

TESTIMONIA.

271 'hoc canunt Latio' schol. Veron. 97, 7 K. 272 sq. 'hunc ... opto' Nonius 469, 12 273 'et si ... opto' Cledonius 1916 P. 'si ... opto' Priscianus 791 Nonius 358, 9 275 Servius Aen. VIII 662 XII 92. 543 277—279 Seneca epist. 87, 8 277 Charisius 45 P. 'instratos alipedes p. t.' de orthogr. 2803 P. 'pictisque t.' Probus de nom. 19 p. 218 Endl. 278 Servius Aen. IV 138 279 'fulvum aurum' Gellius II 26, 11 282 sq. 'quos ... creavit' schol. Hor. serm. I 6, 77 282 'daedala Circe' Macrobius Sat. VI 4, 20 Paulus Festi 68 Servius ge. IV 179 283 Macrobius Sat. VI 6, 2 Cledonius 1886 P 285 Servius Aen.

VARIA LECTIO.

270 MO*nstra — adfore V* externi[f] *b* 271 *sq. cf.* 98 *sq.* 271 NOST*rum V* 272 FER*ant hunc illu*M POSCERE *fata V* ferent *Menag. pr.* 273 QVIT *FMR* au.gurat *γ* 274—280. 281—301 *F fol. LXII* 274 EQVOS (E *m.* 2 *add.*) *R* ex.. numero *c* elegit *c*1 275 STABAT *M* 276 extimplo *b* 277—645 *desunt in P* 277 ALIPEDES *M* 279 tecti] freni *Peerlkampus* FVLVVM *FMRybc* EN 280 ABSTI (*sup. m.* 2) *F* ABSENTIA *R* gemenof *γ*1 IVGALES *FRyb* 281 eterio *b* a&hero *c* fpirantib: *c*1 FLAGRATIS *F, fortasse praeferendum: cf. ge.* II 140 282 patre *c*1 patrum *Peerlkampus* CIRCAE *F* CIRCAE *Mc* 283 Subposita *γb* notof *γb* fura *c* 284 AENEADES *R* LATINIS *R* 285 aequif *γ*

Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis
saeva Iovis coniunx aurasque invecta tenebat,
et laetum Aenean classemque ex aethere longe
Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno.
moliri iam tecta videt, iam fidere terrae,
deseruisse rates: stetit acri fixa dolore.
tum quassans caput haec effundit pectore dicta:
'heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum! num Sigeis occumbere campis,
num capti potuere capi? num incensa cremavit

TESTIMONIA.

XII 581 288 sq. 'laetum Aenean Siculo ... Pachyno' Servius Aen. I 35 'prospexit longe venientem' Priscianus 1175 non addito libro: cf. XI 900 XII 595 289 Philargyrus ge. IV 293 'Siculo ... Pachyno' Donatus ad Ter. eun. III 2, 18 Probi ars minor 736 Cledonius 1926 P. Servius Aen. VI 385 XI 262 290 Priscianus 1185 'iam fidere t.' Arusianus 230 L. 291 sq. 'stetit ... dicta' Donatus ad Ter. adelph. I 1, 54 292 'tunc quassans c.' Servius Aen. I 127 XII 894 293 sq. 'heu ... Phrygum' Macrobius Sat. IV 2, 2 Nonius 226, 28. 303, 32. 455, 26 293 'heu st. i.' Charisius 85 Cledonius 1895 Consentius 2026 Claudius Sacerdos I 81 Emporius rhet. p. 305 C. Servius Aen. I 626 III 94 XII 208 294—298 'num ... quievi' Macrobius Sat. IV 2, 4 294 'num ... campis' Emporius rhet. 305 C. 295 sq. 'num ... viros' Macrobius Sat. VI 1, 60 295 'num ... capi' schol. Lucani VI 198

VARIA LECTIO.

286 Haecce *c* INAṄCHIIS (II *in ras.*) *F* INACCHIIS *R* inaciif *γ* referebat (t *m.* 2) *γ* .ab argif *γ* 287 coniux *b* coniux *c* TEBAT (*sup. m. rec.*) *R* 288 aeneam *c* cla.fẽ *c*1 etere *b* LONGE *FRybc: cf.* XI 909 LONGO *M, probavit post Heinsium M. Hauptius Halieut. p.* XXVII (*sed* longe *in ed. Lips.*) 289 Italiam longe prospexit *Philargyrus: cf.* VI 357 SICVLO (SICVL *in ras.*) *R* ADVSQVE *R* 'abusque *et* adusque *praepositive dicimus' Servius, sed hic* abusque *se legere significat ad* XI 262 PAHYNO *R* pachino *ybc* 290 'iam fidere terrae *per dativum iungendum, aliter non procedit' Servius.* terrae *Arusianus quoque testatur, sed* terra *Priscianus.* 292 Tunc *γ*, *Servii Aen.* I 128 *et* XII 894 *exempl.* hanc ... vocem *Donatus: cf. Aen.* V 723 293 STIRPĒ (*lin. sup. m. rec.*) *F* votis *Schraderus* 'fatis, *voluntatibus' Servius.* fatis *testatur Nonius* 303. 455. *Indignabundam et dedignabundam Iunonem loqui tenendum est.* 294 SIGAEIS *Myc* 295 NUNC CAPTI *M, Mentel. pr.* non capti *Menag. pr., χ. Scriptum erat* nun capti: *cf. Corssen de pronuntiatione linguae La-*

Troia viros? medias acies mediosque per ignis
invenere viam. at, credo, mea numina tandem
fessa iacent odiis aut exsaturata quievi,
quin etiam patria excussos infesta per undas
ausa sequi et profugis toto me opponere ponto!
absumptae in Teucros vires caelique marisque.
quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
profuit? optato conduntur Thybridis alveo,
securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem
immanem Lapithum valuit, concessit in iras
ipse deum antiquam genitor Calydona Dianae,

TESTIMONIA.

297 sq. 'at ... iacent' schol. Lucani IX 890 298 'odiis ... quievi' Charisius 82 anon. de orthogr. 2801 P. Arusianus p. 261 L. 299–303 'per undas ... profuit' Macrobius Sat. IV 2, 5 299 'quin ... excussos' Arusianus 228 L. Claudius Sacerdos I 74 301 Servius Aen. I 280 'absumptae in T.' Servius Aen. I 304 302 'quid vasta Ch. profuit' Emporius rhet. 305 C. 303 'Iuno ipsa conqueritur non magis quod Aeneam contigisset contra suum velle in Italiam pervenire quam quod optato potiretur Tibridis alveo' Macrobius Sat. III 1, 4 'optato ... alveo' Nonius 250, 2 304—307 Macrobius Sat. IV 5, 6 'Mars ... merentem' Priscianus 1081 interpolatus 304 sq. 'Mars ... valuit' Macrobius Sat. IV 2, 6. 5, 6 Servius ge. II 455 Aen. I 39 XII 804 304 'securi ... mei' Arusianus 263 L. Probi inst. I 6, 1 schol. Lucani VI 730 Servius Aen. I 350 305 sq. 'concessit ... Dianae' Nonius 296, 26

VARIA LECTIO.

tinae l 107 non incenſa *c* 296 mediaſ *b* IGNIS *F* IGNES *MRybc* 297 AB *M* 298 ICENT *R* aut (t *m. rec. corr. in* d) *b* ⁱaud *γ2* haut *Charisii Neap.* (aut *exc. Paris.*) HAUD *Mc* odii saturata *anon. de orthogr.* exaturata *b* quieuit *Charisii cod., anon. de orthogr.* 299 quaene *Peerlkampus, sed hoc ipsum* quin *est: cf.* VIII 485. quin etiam *confirmat Claudius Sacerdos* infeſtaſ *c1* 300 obponere *γ* exponere *χ* 301 Abſumtę *c* CAELIS *M* 302—322. 323—329 *F fol. LXIII* 302 SYRTIS *Rc* auſcylla *c* CARYBDIS *MR* caripdif *b* carybcif (c *post. corr. in* d) *c* 304 PELAGI· *M* MEI' *M* mei *sup. b* 305 IMMANE *M* Inmanū *c1* lapitū *b* laphytum *c* 306 ANTIQUA *M* antiquū *c* diane *γ*

quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente?
ast ego magna Iovis coniunx, nil linquere inausum
quae potui infelix, quae memet in omnia verti,
vincor ab Aenea. quod si mea numina non sunt
magna satis, dubitem haut equidem inplorare quod usquam est:
flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.
non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,
atque immota manet fatis Lavinia coniunx:
at trahere atque moras tantis licet addere rebus,

TESTIMONIA.

307 Priscianus 1081 308 'ast . . . coniunx' Macrobius Sat. IV 2, 6 309 sq. 'quae potui . . . Aenea' Servius Aen. V 791 309 'quae p. i.' Servius Aen. I 330 II 772 ecl. V 65 'infelix . . . verti' Macrobius Sat. IV 2, 6 310 'vincor ab A.' Macrobius Sat. IV 2, 6 Augustinus de civ. dei X 21 Servius Aen. I 37. 38 312—317 Macrobius Sat. IV 2, 7 (om. 314) 312 Servius Aen. I 42 313 sq. Servius Aen. VIII 40 313 Donatus ad Ter. eun. III 1, 5 Emporius rhet. 305 C. 314 sq. Servius Aen. VIII 398

VARIA LECTIO.

307 quo scelere *Peerlkampus* quod scelus *confirmat Servius* LAPITHIS *FRγ, Macrobius* laphitif *c* laphitif *b* GAPITHIS *M* CALYDONE *R, Macrobius* CALYDONE *M* calydo *ç* CALYDO (*sup. m.* 2) *F* calydona *γ* calidona *b* MERENTE *Rγ*2, *Macrobius* MERENTE *F* merente. *c*2 MERENTES *M* merentem *γ*1*bc*1 'quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente? *haec est vera lectio: sic et sensus procedit, ut uterque ablativus sit. nam si* Calydona *leges, vitium erit nec sensus procedet' Servius.* Lapithis . . . Calydona merentem *testatur Priscianus, addens tamen 'sed melius hic quoque in quibusdam invenitur* Lapithis . . . Calydone merente *vel* Lapithas . . . Calydona merentem.' *Credo ipsum poetam has duas scripturas in schedas coniecisse* 308 MAGNO *M* NIHIL *F* NIHI *M* NIHIL *R* LINQRE *F* 309 quod *Menag. pr.* quae *legit Servius* POTVIT *R* UERTIM *F* 310 UINCAR *M* ENEA (*corr. m.* 2) *R* SIMEMEA *R* 311 HAUD *FMybc* IMPLORARE *M* QOD *M* uſquam (*m.* 2) *c* 312 OACHERONTA *F* 313 eſtoregnif *cm, Medic. Pierii* PROHIBERE (H *in ras.*, B *corr. ex* D) *F:* providere *fuit* 314 *om. Macrobius* INMOTA *F* fatuf *c*1 LAVINIA CONIVNX (VI *et* IACONIVN *in ras.*) *R* 315 AD *R* autque *γ* moram *Servii Aen.* VIII 398 *ex.* adde *γ*

at licet amborum populos excindere regum.
hac gener atque socer coeant mercede suorum:
sanguine Troiano et Rutulo dotabere, virgo,
et Bellona manet te pronuba. nec face tantum
Cisseis praegnas ignis enixa iugalis;
quin idem Veneri partus suus et Paris alter
funestaeque iterum recidiva in Pergama taedae.'

Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petivit:
luctificam Allecto dirarum ab sede dearum
infernisque ciet tenebris, cui tristia bella
iraeque insidiaeque et crimina noxia cordi.
odit et ipse pater Pluton, odere sorores
Tartareae monstrum: tot sese vertit in ora,
tam saevae facies, tot pullulat atra colubris.
quam Iuno his acuit verbis ac talia fatur:

TESTIMONIA.

318 Macrobius Sat. IV 2, 8 319 sq. 'nec ... iugales' Macrobius Sat. IV 2, 8 319 'et ... pronuba' schol. Lucani VIII 90 Servius Aen. IV 59 320 'ignes e. i.' Arusianus p. 228 L. 321 Nonius 217, 25 322 schol. Hor. carm. I 15, 16 324 Charisius 47 P. 'luctificam A.' Probi inst. I 4, 21 Charisius 93 326 Nonius 438, 22 327 cf. schol. Veron. 97, 9 K. 'odit ... Pluton' Servius Aen. III 89 330 'quam ... verbis' Servius Aen. VII 406

VARIA LECTIO.

316 AD *R* Aut *γ1* Et *b* amborẽm *γ* REGVM (G *in ras.*) *R* 317 hac] AT *M* mercide *b* 318 TROIANO· *M* RUTULO· *M* DOTAVERE (V *corr. in* B) *F* 319 bellu.. *b1* bello^{ne}.. *b2*. face. *c* 320 PRAEGNAS· *M* PRAEGNĀS *F* pregnanſ *bc* igneſ *b* enixẽ *b* IUGALES *M* 321 SUUS· *M* 322 REGIDICA (G *corr. in* C) *M* PARGAMA *F* 323 orrenda *γ* 324 ALLECTO· *M* adlecto *c* DEARUM (*suprascr. m. rec.*) *M* dearum *γ* SORORVM *Rbm* ſorum *c*: *cf.* 327. 454 326—338 *Veron. fol.* 212 *b* 326 INSIDIE (*corr. m.* 2) *F* insidiaeque *om. Nonius* corda *c* 327 ODEDERE *M* 328 TARTHAREAE *R* TARTAREAE· *M* MONSTRUM· *M* 329 SAEUE *M* pululat *γ* POLLVLAT *FR* PAVLVLAT *V* ORA *R* COLOBRIS *RV* 330 DICTIS *Rγ*

'hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem,
hanc operam, ne noster honos infractave cedat
fama loco neu conubiis ambire Latinum
Aeneadae possint Italosve obsidere finis.
tu potes unanimos armare in proelia fratres
atque odiis versare domos, tu verbera tectis
funereasque inferre faces, tibi nomina mille,
mille nocendi artes. fecundum concute pectus,
dissice compositam pacem, sere crimina belli:
arma velit poscatque simul rapiatque iuventus.'

Exim Gorgoneis Allecto infecta venenis
principio Latium et Laurentis tecta tyranni
celsa petit tacitumque obsedit limen Amatae,

TESTIMONIA.

331 sq. 'hunc ... operam' Donatus ad Ter. adelph. II 3, 8 331 Nonius 361, 22 Probi inst. I 2, 1 Servius Aen. VI 250 'hunc ... proprium' schol. Veron. 97, 11 K. 333 sq. 'nec ... possint' Nonius 242, 10 333 'neu ... Latinum' Servius Aen. IV 283 335 Marcianus Capella V 495 337 sq. cf. schol. Veron. 97, 19 K. 'cui nomina ... artes' Nonius 354, 15 337 'tibi n. m.' schol. Hor. carm. II 13, 34 339 'sere c. b.' Servius Aen. VII 551 340 'arma ... simul' Servius Aen. VIII 5 341 Priscianus 985. 1008 Aldhelmus de re gr. et metr. in A. Mai auct. class. V 574 Servius Aen. I 689 cf. schol. Veron. 97, 24 K 343 'tacitumque o. l. A.' Servius Aen. I 502 II 255 IV 364 'tacitum obsedit l. A.' schol. Lucani VIII 171 'tacitumque o. l.' schol. Lucani IX 355

VARIA LECTIO.

331 H*unc* — *vi*RGO *V* PROPRIUM VIRGO· *M* LABORE *M* LABORV *R* 332 HONOS· *M* ue *in ras. b* cedant *γ1* 333 LOCVS *V* nec *Nonius: fortasse fuerunt qui* ne *repeterent.* 334 AENEADE *M* POSSINT (I *corr. in* E) *M* possunt *Nonii Bern.* ve] q: *b* FINES *MRbc* 335 UNAANIMOS *M* unamef *b* 337 FVNEREAS INFERRE *Vm* tibi] cui *Nonius* 339—351 *Veron. fol.* 212*a*. 339 DISSICE *Rybψ* Difficae *c* DISICE *M* DISIICE *ut vid.*, *suprascripta fortasse* S, *V* SE *R* 340 UELIT· *M* VELINT *ut vid. V* que rapiat (*foramine membranae orta lacuna*) *γ* 341 EXIN *RVγ2bc*, *Priscianus*, *Aldhelmus* *Gorgon*EIS *V* infacta *γ1* insecta *Aldhelmus* medullis *Menag. pr.* 342 PRIN*cipio latium et V* LATIUM· *M* tiranni *c* 343 obſidit *γ1* obſidet *b1* amatat *γ1*

quam super adventu Teucrum Turnique hymenaeis
femineae ardentem curaeque iraeque coquebant.
huic dea caeruleis unum de crinibus anguem
conicit inque sinum praecordia ad intuma subdit,
quo furibunda domum monstro permisceat omnem.
ille inter vestes et levia pectora lapsus
volvitur attactu nullo fallitque furentem,
vipeream inspirans animam; fit tortile collo
aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae
innectitque comas, et membris lubricus errat.
ac dum prima lues udo sublapsa veneno
pertemptat sensus atque ossibus implicat ignem
necdum animus toto percepit pectore flammam,
mollius et solito matrum de more locuta est,
multa super natae lacrimans Phrygiisque hymenaeis:

TESTIMONIA.

345 Servius Aen. XI 782 352 'fit ... vittae' Servius Aen. V 269 355 'atque ... iguem' Remmius Palaemon 1373 P. 357 'mollius ... matrum' Probi inst. I 9, 10. 12

VARIA LECTIO.

344 QVM *R* S*uper — hyme*NAEIS *V* TEUCRUM· *M* teucrum (u *post. m.* 2) *γ* HYMENEIS *Ry* HYMAENEIS *M* hymineif *c* 345 A*rdentem — iraeque V* ARDENTEM· *M* 346 DEA, *M* *unum — ang*VEM *V* 347 CON*icit in*QVE *V* CONICIT· *M* Coicit *c* PRAECO*rdia — su*BDIT *V* PRECORDIA *M* INTIMA *Mybc* mittit *Menag. pr.* 348 Quo. *b* DOMUM· *M* DOMVMETMONSTRO (ETM *in ras.*) *R* OMN*em V* omẽ *b* 349 IN*ter v*ESTESETLEVIA — *V* UESTES, *M* LEUIA *M* laeuia *γ* pectora] CORPORA *R* 350 attactu (a *pr. m.* 2) *γ* *null*OFALLITQ*ue furentem V* 351 VIPEREAM SPIRANS *MV* *fit* TO*rtile collo V* fi^{t} *b*2 fa *b*1 tortile (l *m.* 2) *γ* 352 INGES (N *m.* 2 *sup.*) *R* longa *γ*1 longe *c* taenia (t *m.* 2) *γ* TENIA *M* tenea *b*1 tenuia *c* 354 IAC *M* dum *suprascr. γ* LUES· *M* luceſ *b*1 VNO *R* 356 CONCEPIT *R*: *cf.* IV 502 XI 369 pectora *c*1 357 LOCUTA *My*1 358 NATA *Ry*2*b*: *cf.* 398 lacrimis *Mentel. pr.* frygiif *c* HYMENEIS *R* HYMAENAEIS *M*

'exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris,
o genitor, nec te miseret gnataeque tuique?
nec matris miseret, quam primo aquilone relinquet
perfidus alta petens abducta virgine praedo?
an non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor
Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes?
quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum
et consanguineo totiens data dextera Turno?
si gener externa petitur de gente Latinis
idque sedet Faunique premunt te iussa parentis,
omnem equidem sceptris terram quae libera nostris
dissidet, externam reor et sic dicere divos.
et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae.'

TESTIMONIA.

350 Macrobius Sat. IV 3, 7 Emporius rhet. 304 C. Asper iun. 1726 P. Servius Aen. XII 15 360 Probi inst. I 6, 2 'nec ... tuiqûe' Arusianus 246 L. 362 Servius Aen. X 774 363 sq. Donati ars III 6, 2 Beda de trop. 386 C. schol. Hor. carm. III 3, 25 IV 9, 16 363 Diomedes 460 P. Isidorus orig. II 30, 7 Servius Aen. IX 144 368 'Fauni ... parentis' Nonius 365, 2 371 sq. Servius Aen. VI 88 'et ... pater' schol. Hor. carm. II 3, 20 372 Servius Aen. VII 791

VARIA LECTIO.

359 EXULIB·NE *M* EXVLIBVSVE *R* exulibus ducenda datur '*nonnulli*' *Pieriani*: *cf.* VI 84 360 'O· *M* ſnatae *γ* natae c gnati *Probi inst.* 361 *om.*, *in mg. m.* 2 *add. b* miserae *Venetus* prim.. *c*1 primum *χ* RELINQET *M* relinquit *c*2 362 aducta *c* abrepta *Rottend. sec.*, *Servii Aen.* X 774 *Voss.*, *Regin.* (obducta *Paris.*) 363 ANNON *M*, *Diomedes*, *Isidori ed. pr.* ATNON *Rγ*, *Donati cod.*, *Isidori ω* (ut non *Gud.* 4), *schol. Hor.* Acnnon (c *m.* 2) *b* Adnon (d *corr. in* t) *c* 'at non sic Phrygius: *legitur et* annon sic, *sed hoc absolutum est. si autem* at *legeris, copulativa particula est ad ornatum solum pertinens*' *Servius.* a! non *olim conieci.* PIRYGIVS (HRYG *in ras.*) *R* PHYGIOS *M* prygiuſ *γ*1 frygiuſ *γ*2 LACAEDEMONA *MR* 364 LAEDEAM *R* ledeam *γ* helenam *γ* troianuſ *b*1 365 QUIT *M* ſca *c* quit *γ* iura *Parrhas. Ven.* 366 quid consanguineo *Servii in lemmate Regin. Lips.* 367 Sic *ut vid. γ*1 369 QAE *M* 370 Desid& *c* DICERE *Rbc* POSCERE *M* dicere, at poſcere *γ*: *cf.* 272 VIII 512 371 *sine interp. M* 372 ACRISEUS *M* acriſ.iuſ *γ* acriuſ *b* pater *Oudart.*, *schol. Hor.* my.cenae *γ* micenae *c*

His ubi nequiquam dictis experta Latinum
contra stare videt penitusque in viscera lapsum
serpentis furiale malum totamque pererrat,
tum vero infelix, ingentibus excita monstris,
immensum sine more furit lymphata per urbem.
ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
quem pueri magno in gyro vacua atria circum
intenti ludo exercent (ille actus habena
curvatis fertur spatiis; stupet inscia supra
inpubesque manus, mirata volubile buxum;
dant animos plagae): non cursu segnior illo
per medias urbes agitur populosque feroces.
quin etiam in silvas, simulato numine Bacchi,
maius adorta nefas maioremque orsa furorem
evolat et natam frondosis montibus abdit,
quo thalamum eripiat Teucris taedasque moretur,

TESTIMONIA.

378 sq. Probus de nom. 23 p. 219 Endl. 378 'ceu q. t.' Cledonius 1923 'torto ... turbo' Charisius 48. 117 P. exc. Charis. 550, 16 K. (101 Endl.) anon. de orthogr. 2803. 2804 Beda de metris 2348 P. 'verbere torto' Diomedes p. 315 P. 379 sq. 'vacua ... ludo' Servius Aen. IV 82 380 'ludo e.' appendix ad Probi art. min. 26 p. 440 Endl. 382 'volubile b.' Priscianus 640 383 'dant a. p.' Probi inst. I 17, 4 schol. Persii III 51

VARIA LECTIO.

373 *sq. om., imo mg. m. 2 add. b* 373 NEQUI-QUAM *M* 374 ſtare (ſ *m. 2*) *γ* 375 furiade *γ1* per errat *γ* 376 ingentibuſ excita, *suprascr.* aſ magnif exercita *γ: cf.* V 779 377 immensum *proposuit Heynius.* IMMENSAM *Rγ* INMENSAM *Mbc* incensam *Burmannus* limphata *c* *Totum versum spurium habet Peerlkampus* 378 condam *γ* toto *γ* tortus *Charisius* 117 volitans *om. Charisius, Beda, inc. de orth.* 2803 379 giro *c* 380 EXERCUENT *M* hebena *c1* HABENIS *R* 383 plage *γ* ſenior *γ* 384 q: *sup. b* FEROCES *M2Rybc* FEROCIS *M1* 385 SILUIS *M* ſiluiſ (a *m. ant.*) *c* NOMINE *R* bachi *bc* 386 Manuſ *γ1* adhorta *b1* adorsa *m* EXORSA *R* ausa *Schraderus* *Hunc quidem versum abesse malim.* 388 qui *Hamb. alt.* talamum *b* ERIPIAT TVCRIS *M* thedaſ *b* ve *malebat Schraderus*

'euhoe Bacche' fremens, solum te virgine dignum
vociferans, etenim mollis tibi sumere thyrsos,
te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem.
fama volat, furiisque accensas pectore matres
idem omnis simul ardor agit nova quaerere tecta:
deseruere domos, ventis dant colla comasque
pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.
ast aliae tremulis ululatibus aethera complent:
ipsa inter medias flagrantem fervida pinum
sustinet ac natae Turnique canit hymenaeos,
sanguineam torquens aciem, torvomque repente
clamat 'io matres, audite, ubi quaeque, Latinae:
siqua piis animis manet infelicis Amatae
gratia, si iuris materni cura remordet,
solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.'

TESTIMONIA.

389 sq. 'euhoe ... vociferans' Charisius 214 389 'euhoe B. f.' schol. Hor. carm. II 11, 17 391 'sacrum ... crinem' Servius Aen. II 684 399 sq. 'torvum ... matres' Servius Aen. XII 95 'torvumque r. c.' Donati ars III 2, 2 Servius Aen. I 251 V 19 ge. III 28 'torvum clamat' Diomedes 401 Cledonius 1922 Servius Aen. II 32 III 68 400 'o matres ... Latinae' Priscianus 1060 P. (interpolatus) 'io matres Latinae' Terentianus Maurus 532 'io matres audite' schol. Hor. carm. IV 2, 49 401 sq. 'si ... gratia' Servius Aen. XII 57 403 Nonius 390, 22 schol. Hor. carm. III 14, 8

VARIA LECTIO.

389 euhye *schol. Hor.* BACCHAE *M* bache *bc* 390 etenim] fuadet *Menag. pr.* mollef *b* 391 luftra[re] *b* choro χ CHORO *M* CHOROS *Rbc* choruf, u *corr. in* o, *γ* 392 furiuf *c*1 accenfa[f] *c* pectore[a] *b* pectora *c*1χ 393 omnef *γb* 394 domuf *γ*1*c* 396 *et* 395 *transposuit Peerlkampus* 396 aftaf[h] *γ* 395 ALLAE *M* illae *probavit Peerlkampus* VLVLANTIBVS *R* conpleut *γ* 397 meaf[di] *c* fraglentem *γ*1 398 ac] hac *c* HYMAENEOS *M* himeneof *b* 399 TORTUM *Mybc* 400 IO *M* io *b* AVDITE (E *m.* 2 *add.*) *R* ubicumque *Menag. pr.*, χ 'ubi quaeque L. *pro* quaecumque; *potest tamen hic* ubi *pro* ubicumque *accipi*' *Priscianus interpolatus* 401 infelicef *c*1 amate *γ* 402 cu.ra *b* 403 CRINALES *Rbc*1 quatite *Schraderus*

talem inter silvas, inter deserta ferarum,
reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi.
Posquam visa satis primos acuisse furores
consiliumque omnemque domum vertisse Latini,
protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis,
praecipiti delata noto. locus Ardea quondam
dictus avis (et nunc magnum manet Ardea nomen,
set fortuna fuit): tectis hic Turnus in altis
iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Allecto torvam faciem et furialia membra
exuit, in cultus sese transformat anilis;
et frontem obscenam rugis arat, induit albos
cum vitta crinis, tum ramum innectit olivae;

TESTIMONIA.

405 Servius Aen. V 792 409 'audacis ... muros' Servius Aen. IV 615 410 Diomedes 423 Priscianus 584 Probi inst. I 14, 2 'Acrisioneis D.' Charisius 2 Marius Victorinus 2471. 2474 412 cf. schol. Veron. 97, 33 K. 415 'Allecto t. f.' Probi inst. I 4, 6 416 'in ... aniles' Arusianus p. 265 L. 417 'et ... arat' Nonius 204, 27 'frontem ... arat' Macrobius Sat. VI 6, 6 schol. Hor. carm. IV 13, 11 epod. 8, 4 417 sq. 'induit ... crines' Priscianus 1205 Consentius 2055 418 'tum ... olivae' Servius Aen. VIII 128

VARIA LECTIO.

404—416 *Veron. fol.* 215 *b* 405 REGINA *R* ALLECTO, *M* ftimuli. f (*m.* 1 *fort.* ftimulof) *γ* bachi *b* undique Bacchi *expellit Peerlkampus* 406 Pofquã *c* plufquam (*i. e.* posquam) *Menag. sec.* POSTQVAM *MRVybc* uifa. *c* 408 HINC. *M* fulvis *Menag. pr.* furvis *Heinsius: cf.* VIII 369 409 retuli *b* 410 FVNDa*ss*E *V* colonef *bl* 411 PRECIPITI *M* notho *c* condam *c* 412 MANET *Vybc* MANTE *M* TENET *R* 'retinet *quidem nomen adhuc' schol. Veron.* ArdeA *V* NOMẼ *M* nomen *b* 413 SED *RVybc* *fuit V* tectis hic] HICTECTIS *V* 414 MEDIA *Rγl* nigram *γl* *Nigra carpebat* nOCTE *V* 415 ALLECTO· *M* Alecto *c* FAC*ie*M *V* 416 cultus *Arusianus* VVLTVS *MRVybc* TRANFORMAT *V* tranfform& *cl* ANILES *Mybc* ANIL.S *V* 417—429 *Veron. fol.* 215 *a* 417 OBSCE*na*M *V* 418 crinef *γ* crinef *bc* nectit *γ*

fit Calybe Iunonis anus templique sacerdos
et uiueni ante oculos his se cum vocibus offert:
'Turne, tot incassum fusos patiere labores
et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?
rex tibi coniugium et quaesitas sanguine dotes
abnegat, externusque in regnum quaeritur heres.
i nunc, ingratis offer te, inrise, periclis;
Tyrrhenas, i, sterne acies; tege pace Latinos.
haec adeo tibi me, placida cum nocte iaceres,
ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
quare age et armari pubem portisque moveri
laetus in arva iube, et Phrygios qui flumine pulchro
consedere duces pictasque exure carinas.
caelestum vis magna iubet. rex ipse Latinus,
ni dare coniugium et dicto parere fatetur,
sentiat et tandem Turnum experiatur in armis.'

TESTIMONIA.

419 'fit C.' schol. Veron. 98, 2 K. 422 Arusianus p. 265 L. 425 Marius Victorinus 2475 P. 426 Terentianus Maurus 1218 'Tyrrhenas ... acies' Servius Aen. VII 601 429 'quare a.' Probi inst. I 10, 4 429 sq. 'et ... iube' Servius Aen. I 35 432 'caelestum ... iubet' Priscianus 770 Servius Aen. V 707

VARIA LECTIO.

419 CALYBE *M* calibe (h *m. ant.*) *c* CHALYBE *Vγ* CHALYBAE *R* chalibae (a *post. eras.*) *b* 420 IIIS *suprascr. V* OFFET *R* 421 INCASVM (*m.* 2 *corr.*) *R* fu. fof *b* 422 tua Dardaniis *om. Arusianus* DARDAIIS (*corr. m. rec.*) *R* tranfcribi *γ1*, *Arusiani cod.* 423 dotaf *b1* 425 † *M* ingratef *b1* 426 TYRRHENAS (H *in ras.*) *R* Tyrrenaf *c* et (*i. e.* ei) *aliquot Pieriani* hi *γ2 in ras.* I *M* aciaf *c* 427 pacida *b* IAceres *V* 428 omf *c* *iussit V* 428—448. 449—469 *F fol.* LXIV 429 ARMARE (E *corr. in* I) *F* PubeM *V* 430 arva *Peerlkampus* ARMA *libri* IUBE *M*, *Servii Aen.* I 35 *exempl.* PARA *FRybc* *Nescio an melius poeta haec sic contracturus fuisset:* quare age, iam arma para: *cf.* 468 et *om. Mentel. pr.*, *χ* PHRYGIOS (O *in ras.*) *F* phrigiof *c* qui] Q· *R* PVLCHRO (O *in ras.*) *F* 431 CONSEDEREDUCES· *M* 432 UIX *M* IVBET (B *in ras.*) *F* LATINVS (INV *in ras.*) *F*

Hic iuvenis vatem inridens sic orsa vicissim
ore refert: 'classis invectas Thybridis undam
non, ut rere, meas effugit nuntius auris.
ne tantos mihi finge metus; nec regia Iuno
inmemor est nostri.
set te victa situ verique ecfeta senectus,
o mater, curis nequiquam exercet et arma
regum inter falsa vatem formidine ludit.
cura tibi divom effigies et templa tueri:
bella viri pacemque gerent, quis bella gerenda.'

Talibus Allecto dictis exarsit in iras,
at iuveni oranti subitus tremor occupat artus,
deriguere oculi: tot erinys sibilat hydris
tantaque se facies aperit; tum flammea torquens
lumina cunctantem et quaerentem dicere plura

TESTIMONIA.

440 Priscianus 908 'verique e. s.' Arusianus p. 229 L. 444 'bella . . . gerant' schol. Veron. 81, 11 K. 447 'deriguere o.' Servius Aen. IV 251

VARIA LECTIO.

435 irridenſ *c* 436 CLASSES *MRybc* INVICTAS (I *alt. in ras. ut vid.*) *R* INVECTAES *F* undam, at alueo *γ* alueo *in ras., in mg. m. rec.* undã *b* ALVEO *R: cf.* 303 437 AURES *Myb* 438 FINGERE *R* 439 IMMEMOR *Rb* ũri *c*l 440 SET *M* SED *FRybc* TEVICTA (EV *in ras.*) *R* te uita *b* ſi.tu *γ* ſ&u *c*l ETFETA (= ecfeta) *M* effe.ta *b* EFFATA (A *pr. erasa vel in ras.*) *R* effata *γ*l*c*l 441 O *M* excerc& *c* ET (T *in ras.*) *F* 443 DIVVM (V *pr. in ras.*) *F* DIVVM *Rybc* EFFIGIES· *M* 444 PACEM (Q *sup. m.* 2) *F* GERENT *FRybcψ, ut Homerus Il. Z.* 492 GERANT *M, schol. Veron.* gerunt *χ* quis . . . gerenda *reiecit Heumannus* 445 EXARSIT *F* araſ *c*l 446 AD *M* IVVENII *F* ſubitoſ *Mentel. pr. m.* 2, *Heinsius* ſubito *Mentel. pr. m.* 1, *χ* occupat *m.* 2 *sup. c* 447 Diriguere *bc* ERINVS *R* ERYNIS *Myb* eriniſ *c* ſibillat *γ* hidriſ *γ* 448 FVMEA *R: cf.* 457 VI 593 TORQVENS (Q *in ras. ut vid.*) *R* 449 LUMINA· *M*

insidiis cursuque feras agitabat Iulus,
hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
obicit et noto naris contingit odore,
ut cervom ardentes agerent; quae prima laborum
causa fuit belloque animos accendit agrestis.
cervos erat forma praestanti et cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
nutribant Tyrrhusque pater, cui regia parent
armenta et late custodia credita campi.
adsuetum imperiis soror omni Silvia cura
mollibus intexens ornabat cornua sertis
pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

TESTIMONIA.

479 sqq. cf. Macrobius Sat. V 17 481 sq. 'quae ... fuit' Probi inst. I 17, 3 483 sqq. cf. Statius silv. II 6, 20 484 sq. 'quem ... nutribant' Consentius 2073 485 sq. 'nutribat ... armenta' Marcianus Capella III 322 'Tyrrhus ... armenta' Servius Aen. VI 760 485 cf. schol. Veron. 98, 5 K. 'nutribat ... pater' Diomedes 342 P. 487 'adsuetum i.' schol. Veron. 98, 11 K. 489 Nonius 59, 28. 307, 19 cf. schol. Veron. 98, 9 K. 'pectebatque f.' Servius Aen. II 50

VARIA LECTIO.

478 *Post* insidiis *distinctum in M* CVRSV Q VE (VQV *in spatio quatuor litt., in ras.*) *R* agi.tabat *γ* 479 ſ̊ibitam *γ* COCYTHIA *M* 480 *Post* obicit *int. M* NARES *Rγ2b2* nare *b1* contigit *γb* 481 CERVVM *MRγbc* primam *γ1* LABORVM *Rγ2bc* laborē *γ1* LABORU$^{M\ L}$~ *M* malorum *Servii exempl., testatur Probus inst. : cf.* IV 169 482—507 *Veron. fol.* 257 482 ACceNDIT *V* agreſteſ *b* 483 CERVVS *MRVγbc* *Post* erat *dist. M* PRESTANTI *R* 484 TYRRHIIDae *V* TYRRIDAE *M* TYRAIDAE *R* Thyrri de *c* Tyrrydae *γ* *pueri queM V* 485 NUTRIBANT· *M* nutribat *Diomedes et Marcianus Capella* TYRRHVS *Rγ*, *Diomedis exempl.*, *Asper in schol. Veron.*, *Servius* TYRRUS *Mb* tyruſ *c* TYRRHEVS *V, si recte intendi aciem.* 486—502. 503—509 *F fol. LXV* 486 late *γ1bc*, *Servii exempl.* late est *Menag. pr.* LATI *M* LATI *FRVγ2* CAMP. *F* 487 ADSVE-*tum V* Affuetum *b* *Post* imperiis *dist. M* OMNIS *Rγ1* CVra *V* *cura F* 488 *Sertis F* 489 P&ebat *γ1* LAVABAT (V *et* B *in ras.*) *R* LA*vabat F*

ille, manum patiens mensaeque adsuetus erili,
errabat silvis rususque ad limina nota
ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.
hunc procul errantem rabidae venantis Iuli
commovere canes, fluvio cum forte secundo
defluerat ripaque aestus viridante levaret.
ipse etiam, eximiae laudis successus amore,
Ascanius curvo derexit spicula cornu;
nec dextrae erranti deus afuit, actaque multo
perque uterum sonitu perque ilia venit harundo.
saucius at quadrupes nota intra tecta refugit
successitque gemens stabulis questuque cruentus
atque imploranti similis tectum omne replebat.

TESTIMONIA.

490 'ille m. p.' Nonius 59, 27 anon. de nom. 39 p. 137 Endl. 'mensaeque a. e.' Arusianus p. 211 L. 491 'errabat s.' Servius Aen. I 184 493 'rapidae . . . canes' de gen. nom. 74, 1 H. 498 'nec . . . abfuit' schol. Hor carm. I 12, 23 Servius Aen. II 632 XI 896 ge. II 98 499 'perque i. v. h.' schol. Hor. carm. I 15, 17 500 Nonius 398, 10 Donatus ad Ter. Andr. V 2, 24 Servius ecl. V 25 501 'successitque g. s.' Arusianus p. 260 L. Servius Aen. I 627 ecl. V 5 'questuque c.' Probi inst. II 1, 53 Claudius Sacerdos II 57

VARIA LECTIO.

490 MANU^{M} *M* MANU (*i. e.* manui) *F* 'manum . . . *patiens illius rei dicimus. Unde apparet unum* u *causa metri esse detractum' Servius* 'manum *pro* manuum' *anon. de nom.* 39 *mensaeque adsuetus er*ILI *V* menſq^{e} (ſq *in ras.*) *c* ADSVETV*s erili F* affuetuſ *b* ^{h}erili *b* herili *γ* 491 RVSVS (*ut vid.*) *V* RVRSVS *FMRybc* N*ota F* 492 IP*se — fereba*T *V* NOCTERE *ferebat F* 493 HANC *F* ERRANT*em ra*BID*ae ve*NANTIS *V* rabide *γ* rapidae *de gen. nom.* VEN*antis iuli F* 494 Commoueri *b*1 CANCES *F* cane.ſ *b* *fluvio V* SE*cundo F* 495 ripa (a *m.* 2) *γ* LE*varet F* LAVARET *R, fortasse etiam V* 496 accenſuſ *γ* A*more F* 497 *Post* Ascanius *dist. M* DEREXIT *F*1R*γ*1 D..EXIT *V* DIREXIT *F*2*Mγ*2*bc* CORN*u F* 498 DEXTRA *M* ^{r}eranti *γ* abfuit *m* ACTA*que multo F* 499 ILLA *M*1 VEN*it harundo F* 500 AD *M*1*R* QVADRIPES *RV* NOTA (A *in ras.*) *R* *refugit F* 501 QVAESTV *Vb*1 Q*ue cruentus F* 502 *inplor*ANTI *V* imploranti *γb* IMPLORANTE *M* OMN*e F* om^{ne} *c* REPLEVIT *RVbc: cf.* 571 repleuit (uit *m.* 2) *γ* *replebat F*

insidiis cursuque feras agitabat Iulus,
hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
obicit et noto naris contingit odore,
ut cervom ardentes agerent; quae prima laborum
causa fuit belloque animos accendit agrestis.
cervos erat forma praestanti et cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
nutribant Tyrrhusque pater, cui regia parent
armenta et late custodia credita campi.
adsuetum imperiis soror omni Silvia cura
mollibus intexens ornabat cornua sertis
pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

TESTIMONIA.

479 sqq. cf. Macrobius Sat. V 17 481 sq. 'quae ... fuit' Probi inst. I 17, 3 483 sqq. cf. Statius silv. II 6, 20 484 sq. 'quem ... nutribant' Consentius 2073 485 sq. 'nutribat ... armenta' Marcianus Capella III 322 'Tyrrhus ... armenta' Servius Aen. VI 760 485 cf. schol. Veron. 98, 5 K. 'nutribat ... pater' Diomedes 342 P. 487 'adsuetum i.' schol. Veron. 98, 11 K. 489 Nonius 59, 28. 307, 19 cf. schol. Veron. 98, 9 K. 'pectebatque f.' Servius Aen. II 50

VARIA LECTIO.

478 *Post* insidiis *distinctum in M* CVRSV Q VE (VQV *in spatio quatuor litt., in ras.*) *R* agi.tabat *γ* 479 ſibitam *γ* COCYTHIA *M* 480 *Post* obicit *int. M* NARES *Rγ2b2* nare *b1* contigit *γb* 481 CERVVM *MRγbc* primam *γ1* LABORVM *Rγ2bc* laborē *γ1* LABORV͂ *M* malorum *Servii exempl., testatur Probus inst. : cf.* IV 169 482—507 *Veron. fol.* 257 482 ACceNDIT *V* agreſtef *b* 483 CERVVS *MRVγbc* *Post* erat *dist. M* PRESTANTI *R* 484 TYRRHIDae *V* TYRRIDAE *M* TYRAIDAE *R* Thyrri de *c* Tyrrydae *γ* *pueri queM V* 485 NUTRIBANT· *M* nutribat *Diomedes et Marcianus Capella* TYRRHVS *Rγ, Diomedis exempl., Asper in schol. Veron., Servius* TYRRUS *Mb* tyruſ *c* TYRRHEVS *V, si recte intendi aciem.* 486—502. 503—509 *F fol. LXV* 486 late *γ1bc, Servii exempl.* late est *Menag. pr.* LATI *M* LATI *FRVγ2* CAMP. *F* 487 ADSVEtum *V* Affuetum *b* *Post* imperiis *dist. M* OMNIS *Rγ1* CVra *V* cura *F* 488 Sertis *F* 489 P&ebat *γ1* LAVABAT (V *et* B *in ras.*) *R* LA*vabat F*

ille, manum patiens mensaeque adsuetus erili,
errabat silvis rususque ad limina nota
ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.
hunc procul errantem rabidae venantis Iuli
commovere canes, fluvio cum forte secundo
deflueret ripaque aestus viridante levaret.
ipse etiam, eximiae laudis succensus amore,
Ascanius curvo derexit spicula cornu;
nec dextrae erranti deus afuit, actaque multo
perque uterum sonitu perque ilia venit harundo.
saucius at quadrupes nota intra tecta refugit
successitque gemens stabulis questuque cruentus
atque imploranti similis tectum omne replebat.

TESTIMONIA.

490 'ille m. p.' Nonius 59, 27 anon. de nom. 39 p. 137 Endl. 'mensaeque a. e.' Arusianus p. 211 L. 491 'errabat s.' Servius Aen. I 184 493 'rapidae . . . canes' de gen. nom. 74, 1 H. 498 'nec . . . abfuit' schol. Hor carm. I 12, 23 Servius Aen. II 632 XI 896 ge. II 98 499 'perque i. v. h.' schol. Hor. carm. I 15, 17 500 Nonius 398, 10 Donatus ad Ter. Andr. V 2, 24 Servius ecl. V 25 501 'successitque g. s.' Arusianus p. 260 L. Servius Aen. I 627 ecl. V 5 'questuque c.' Probi inst. II 1, 53 Claudius Sacerdos II 57

VARIA LECTIO.

490 MANU^{M} *M* MANU (*i. e.* manui) *F* 'manum . . . *patiens illius rei dicimus. Unde apparet unum* u *causa metri esse detractum*' *Servius* 'manum *pro* manuum' *anon. de nom.* 39 *mensaeque adsuetus er*ILI *V* menſq̃ (ſq *in ras.*) *c* ADSVETV*s erili F* affuętuſ *b* ^{h}erili *b* herili *γ* 491 RVSVS (*ut vid.*) *V* RVRSVS *FMRybc* N*ota F* 492 IP*se — ferebat V* NOCTERE *ferebat F* 493 HANC *F* ERRANT*em ra*BI*Dae ve*NANTIS *V* rabide *γ* rapidae *de gen. nom.* VEN*antis iuli F* 494 Commoueri *b*1 CANCES *F* cane.ſ *b* *fluvio V* SE*cundo F* 495 ripa (a *m.* 2) *γ* LE*varet F* LAVARET *R*, *fortasse etiam V* 496 accenſuſ *γ* A*more F* 497 *Post* Ascanius *dist. M* DEREXIT *F*1R*γ*1 D..EXIT *V* DIREXIT *F*2*Mγ*2*bc* CORN*u F* 498 DEXTRA *M* ^{r}eranti *γ* abfuit *m* ACTA*que multo F* 499 ILLA *M*1 VEN*it harundo F* 500 AD *M*1*R* QVADRIPES *RV* NOTA (A *in ras.*) *R* *refugit F* 501 QVAESTV *Vb*1 Q*ue cruentus F* 502 *inplor*ANTI *V* imploranti *γb* IMPLORANTE *M* OMN*e F* om^{ne} *c* REPLEVIT *RVbc*: *cf.* 571 repleuit (uit *m.* 2) *γ* *replebat F*

Silvia prima soror, palmis percussa lacertos,
auxilium vocat et duros conclamat agrestis.
olli (pestis enim tacitis latet aspera silvis)
inprovisi adsunt, hic torre armatus obusto,
stipitis hic gravidi nodis: quod cuique repertum
rimanti, telum ira facit. vocat agmina Tyrrhus,
quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
scindebat, rapta spirans immane securi.
at saeva e speculis tempus dea nancta nocendi
ardua tecta petit stabuli et de culmine summo
pastorale canit signum cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
contremuit nemus et silvae insonuere profundae;
audiit et Triviae longe lacus, audiit amnis

TESTIMONIA.

503 'palmis p. l.' Servius Aen. XI 35 506 cf. schol. Veron. 98, 17 507 sq. 'quod ... facit' Nonius 382, 6 508 'rimanti ... facit' Servius Aen. I 150 XI 748 'telum ira f.' schol. Lucani III 671 509 sq. 'quadrifidam ... scindebant' Nonius 265, 10 510 'spirans i.' Charisius 181 513–515 'cornu ... profundae' Nonius 377, 13 513 'cornuque r.' Probi inst. I 18, 2 514 sq. 'Tartaream ... nemus' Arusianus 264 L. 516 'audiit ... lacus' Servius Aen. VIII 218

VARIA LECTIO.

503 *silvia prim*A *F* 504 *auxilium F* agreſteſ *b* 505 *olli pestis e*NIM *F* OLLI· *M* ILLI *Vybc* PES*tis enim tacitis* *V* 506 INPRO*visi — armatus V* *inprovisi d*SVNT *F* adſunt *b* ABVSTV (TV *in ras.*) *R* adusto *Menag. pr.*, *χ* 507 *stipitis hic F* hi *Menag. pr.* REPERTVMEST *R* 508 *rimanti tel*VM *F* amina *b* TYRRVS *M* tyrruſ *b* tirruſ *c* Tyrrheuſ *aliquot Pieriani* 509 *quadrifid*AM *F* QVADRIFIDAM (D *pr. in ras., fort. corr. ex* T) *R* et *Nonii exempl.* 510 SCINDEBANT· *M* scindebant *Nonii exempl.*: *cf. ge.* I 144 inmane *ybc* 511 AD *M*I*Ryc*1 ·E· *M* E *om. R., add. c*2, *suprascr. m. ant. b* ſpulif *γ* NANCTA *R* na.cta *b* NACTA *Myc* 514 intendit *ybcψ*, *Nonii exempl.* INCENDIT *M* INCENDIT (CEN *in ras.*) *R* incendit *Menag. pr., Bigot.*: *cf.* IX 500 X 895 XI 147 515 intremuit *Nonii et Arusiani exempl.* NEMUS·ETET *M* intonuere *cm* 516 AVDIT *R* AVDITETAMNIS *R* amniſ (a *in ras.*) *b* omniſ *γ*1

sulpurea Nar albus aqua fontesque Velini,
et trepidae matres pressere ad pectora natos.
tum vero ad vocem celeres, qua bucina signum
dira dedit, raptis concurrunt undique telis
indomiti agricolae; nec non et Troïa pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
derexere acies. non iam certamine agresti,
stipitibus duris agitur sudibusve praeustis,
sed ferro ancipiti decernunt atraque late
horrescit strictis seges ensibus aeraque fulgent
sole lacessita et lucem sub nubila iactant:
fluctus uti primo coepit cum albescere vento,
paulatim sese tollit mare et altius undas
erigit, inde imo consurgit ad aethera fundo.
hic iuvenis primam ante aciem stridente sagitta,
natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almo,
sternitur; haesit enim sub gutture volnus et udae
vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam.
corpora multa virum circa seniorque Galaesus,

TESTIMONIA.

517 'sulpurea ... aqua' Priscianus 645. 691 P. Arusianus 115 L. 518 Quintilianus VIII 3, 70 Iulius Victor comm. in Cic. c. 22 519 sq. 'qua ... dedit' Isidorus orig. XVIII 4, 4 Servius Aen. XI 474 520 sq. 'concurrunt ... agricolae' Macrobius Sat. VI 1, 16 524 Priscianus 562 P. 'sudibusve p.' Marcianus Capella III 278 Servius Aen. II 417 528—530 Macrobius Sat. V 13, 20 533 sq. 'et udae v. i.' schol. Persii I 17 535 'corpora ... circaque' Probi inst. I 12, 2

VARIA LECTIO.

517 Sulphurea *bc* .albuf *γ* fontif *γ1* 518 PRAESSERE *M* pfferae *b* 519 QVAS *R* quia *Servius Aen.* XI 474 520 d.dit *c* CONCORRVNT *R* 521 agrigole *b* 523 DIREXERE *Rybc* AGRESTI-S *M* 524 fudibuf.ue (*erasa* q) *b* 525 utraq: *c1* 527 luce *γ1* fublumine *γ*, *item* (*sed* lumine *m. rec. in ras.*) *c* lactant *c* 528 coepit primo *b* aꝛ ponto uento *γ* PONTO *MR*, *Macrobii exempl.: cf. ge.* III 237 529 mare. *γ* 530 inde.imo *c* a&hera *γ* 532 tyrri *c* MAXIMUS *M* 533 gure *γ* guttore *b* guttere *c* VVLNVS *Rbc* UULNUS *M* EUDE *M* 534 ui.tam *γ* 535 GELAESVS *R: cf.* 575 galefuf *c*

Silvia prima soror, palmis percussa l
auxilium vocat et duros conclamat
olli (pestis enim tacitis latet aspe
inprovisi adsunt, hic torre arm
stipitis hic gravidi nodis: qu
rimanti, telum ira facit. v
quadrifidam quercum c
scindebat, rapta spira
at saeva e speculis
ardua tecta petit
pastorale canit
Tartaream in
contremuit
audiit et

t
e geruntur, 540
bellum
ugnae,
a per auras....
superba:
cordia tristi: 545
t et foedera iungant.
usonio respersi sanguine Teucros,

TESTIMO
503
50
Serv
509
C

... offert' Macrobius Sat. IV 4, 3 537 'Ausoniis ... Sat. IV 3, 7 538 sq. 'quinque ... armenta' Ser- 11 38 541 sq. 'promissi ... imbuit' Nonius 324, 24 ... auras' Servius Aen. I 607 X 40 544 'Iunonem v. a.' 118, 23 547 Maximi Vict. de fin. 19 gloss. p. 466 Endl. quidem A.' Probi inst. I 10, 3

LECTIO.

536 SESE *Ry*1*c* 537 FUIT· *M* aufoniuſ *c*1 ditiſſimuſ aruiſ *omnia exc.* di *in ras.*) *c* aruiſ, at agriſ *γ* agris *Menag. pr.: cf.* 343 X 563 539 ETERRAM *M* centum terram *b* uertaba. *c*1 540 ADQVE *R* EQVO *M* equo *γ* saevo *Marklandus ad Statii silv.* V 2, 21 *ut* 608 aequo *Servius* 541 Promiſſa *c*1 ubi] ut *m* 542 IMBUIT· *M* pri.mae *γ* funera] SANGVINE *R* munera *Marklandus l. l.: cf.* X 755 543 eſperiã *c* CONVEXA *Rybcmψ* CONVERSA *M* connexa *Moret. sec.* 'convexa per auras: *Probus, Asper, Donatus dicunt hoc loco* per *bis accipiendum: alloquitur Iunonem* per caeli convexa *et* per auras. *potest tamen esse epexegesis:* per auras, *i. e.* caeli convexa... *dicit etiam quidam commentarius* convecta *legendum. ut sit ipsa* convecta, *quod difficile in exemplaribus invenitur' Servius.* connixa *Bothius* evecta *Heynius* convexa *participium esse Turnebus persuaserat M. Hauptio halieut. praef.* XVIII (*quamquam* conversa *in ed. Lipsiensi legitur*). *Alius quidam ad* I 607 sidera per auras suspensa *intelligit. Mihi omissum esse aliquid, velut* adpetit, *videtur. cf.* IV 451 aureſ *b*1 544 Iunonem at victrix *Nonii Bern. b* (ac?) uictrix (x *m.* 2) *γ* affat² *c* 545 IN *R* 547 QVANDOEQVIDEM *R*, *fortasse recte* iungant (546). Quandoquidem ... Teucros *ante Heynium: cf. Wagnerus lect. Verg. in*

n his addam, tua si mihi certa voluntas:
bella feram rumoribus urbes
animos insani Martis amore,
o veniant; spargam arma per agros.'
errorum et fraudis abundest.
uatur comminus armis,
it sanguis novos imbuit arma.
talis celebrent hymenaeos
neris genus et rex ipse Latinus.
. aetherias errare licentius auras
it pater ille velit, summi regnator Olympi:
cede locis; ego, siqua super fortuna laborum est,
ipsa regam.' talis dederat Saturnia voces.
illa autem attollit stridentis anguibus alas
Cocytique petit sedem, super ardua linquens.
est locus Italiae medio sub montibus altis,

TESTIMONIA.

549 Servius Aen. X 8 552 'terrorum . . . est' Arusianus p. 209 L. 553 'pugnatur c. a.' Charisius 224 Diomedes 393 Priscianus 1068. 1134 P. 554 Nonius 521, 17 schol. Veron. 94, 9 K. 559 sq. 'ego . . . regam' Servius Aen. X 8 563—565 'est . . . valles' (om. 564) anecd. Paris. Ecksteinii 5, 12 563 sq. 'est . . . nobilis' Nonius 351, 32

VARIA LECTIO.

Philologi suppl. I 419 548 *cf.* IV 125 549 erbeſ *c* 552 Tunc *c* ABUNDEEST *Myb* abende eſt *c* 553 certatur *Prisciani* 1068 *ω, excepto Vindob. S* bellatur *Priscianus* 1134 554 sors *χ, schol. Veron.* NOVVS *MRybc* 555 CONIUGIA· *M* conubia *Mentel. pr., χ, Servii exempl.* CELEBRENTUR *M* HYMAENEOS *M* himenaeos *b* 556 *'Urbanus tamen totum hunc locum per interrogationem vult accipi:* terrorum et fraudis abunde est? stant belli causae? *ut quasi per gratulationem non credat' Servius* 557 aethereaſ *b1c* oras *Lachmannus Lucr.* 167*: sed cf.* 768 558 HAVD *Mybc* ille, aſ ipſe *γ* ipse *Mentel. pr., χ: cf.* 110 ſummi, *suprascr.* aſ ſuperi, *γ: cf.* II 779 560 TALES *Mb1c* 561 AUTEM· *M* adtollit *b1* STRIDENTES *Mc* ſtridentiſ.. (ſ *post. m.* 2 *ut prima manu* ſtridentibuſ *scriptum fuerit*) *γ* ſtridentiſ (iſ *in ras.*) *b* 562 Coriti *c* petiᵗ *b* SEDENS *M* ſedeſ *c1* SVPER *MR* ſuperª *b* ſupera *γc: cf.* VI 241. 750. 788 563 Eſt *c1* MEDIO· *M* medius *anecd. Paris.*

dum paci medium se offert, iustissimus unus
qui fuit Ausoniisque olim ditissimus arvis:
quinque greges illi balantum, quina redibant
armenta, et terram centum vertebat aratris.

Atque ea per campos aequo dum Marte geruntur,
promissi dea facta potens, ubi sanguine bellum
imbuit et primae commisit funera pugnae,
deserit Hesperiam et caeli convexa per auras....
Iunonem victrix adfatur voce superba:
'en, perfecta tibi bello discordia tristi:
dic in amicitiam coeant et foedera iungant.
quando quidem Ausonio respersi sanguine Teucros,

TESTIMONIA.

536 'dum ... offert' Macrobius Sat. IV 4, 3 537 'Ausoniis ... arvis' Macrobius Sat. IV 3, 7 538 sq. 'quinque ... armenta' Servius Aen. VI 38 541 sq. 'promissi ... imbuit' Nonius 324, 24 543 'caeli ... auras' Servius Aen. I 607 X 40 544 'Iunonem v. a.' Nonius 418, 23 547 Maximi Vict. de fin. 19 gloss. p. 406 Endl. 'quandoquidem A.' Probi inst. I 10, 3

VARIA LECTIO.

536 SESE *Rylc* 537 FUIT· *M* auſoniuſ *cl* ditiſſimuſ aruiſ (*sed omnia exc.* di *in ras.*) *c* aruiſ, aſ agrif *γ* agris *Menag. pr.: cf.* I 343 X 563 539 ETERRAM *M* centum terram *b* uertaba. *cl* 540 ADQVE *R* AEQVO *M* equo *γ* saevo *Marklandus ad Statii silv.* V 2. 21 *ut* 608 aequo *Servius* 541 Promiſſa *cl* ubi] ut *m* 542 IMBUIT· *M* pri.mae *γ* funera] SANGVINE *R* munera *Marklandus l. l.: cf.* X 755 543 eſperiã *c* CONVEXA *Rybcmψ* CONUERSA *M* connexa *Moret. sec.* 'convexa per auras: *Probus, Asper, Donatus dicunt hoc loco* per *bis accipiendum: alloquitur Iunonem* per caeli convexa *et* per auras. *potest tamen esse epexegesis:* per auras, *i. e.* caeli convexa... *dicit etiam quidam commentarius* convecta *legendum, ut sit ipsa* convecta, *quod difficile in exemplaribus invenitur' Servius.* connixa *Bothius* evecta *Heynius* convexa *participium esse Turnebus persuaserat M. Hauptio haliciut. praef.* XVIII (*quamquam* conversa *in ed. Lipsiensi legitur*). *Alius quidam ad* I 607 sidera per auras suspensa *intelligit. Mihi omissum esse aliquid, velut* adpetit, *videtur. cf.* IV 451 aureſ *b1* 544 Iunonem at victrix *Nonii Bern. b* (ac?) uictrix (x *m.* 2) *γ* affat' *c* 545 IN *R* 547 QVANDOEQVIDEM *R, fortasse recte* iungant (546). Quandoquidem ... Teucros *ante Heynium: cf. Wagnerus lect. Verg. in*

hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas:
finitimas in bella feram rumoribus urbes
accendamque animos insani Martis amore,
undique ut auxilio veniant; spargam arma per agros.'
tum contra Iuno 'terrorum et fraudis abundest.
stant belli causae, pugnatur comminus armis,
quae fors prima dedit sanguis novos imbuit arma.
talia coniugia et talis celebrent hymenaeos
egregium Veneris genus et rex ipse Latinus.
te super aetherias errare licentius auras
haut pater ille velit, summi regnator Olympi:
cede locis; ego, siqua super fortuna laborum est,
ipsa regam.' talis dederat Saturnia voces.
illa autem attollit stridentis anguibus alas
Cocytique petit sedem, super ardua linquens.
est locus Italiae medio sub montibus altis,

TESTIMONIA.

549 Servius Aen. X 8 552 'terrorum . . . est' Arusianus p. 209 L. 553 'pugnatur c. a.' Charisius 224 Diomedes 393 Priscianus 1068. 1134 P. 554 Nonius 521, 17 schol. Veron. 94, 9 K. 559 sq. 'ego . . . regam' Servius Aen. X 8 563—565 'est . . . valles' (om. 564) anecd. Paris. Ecksteinii 5, 12 563 sq. 'est . . . nobilis' Nonius 351, 32

VARIA LECTIO.

Philologi suppl. I 419 548 *cf.* IV 125 549 erbeſ *c* 552 Tunc *c* ABUNDEEST *Myb* abende eſt *c* 553 certatur *Prisciani* 1068 ω, *excepto Vindob. S* bellatur *Priscianus* 1134 554 sors χ, *schol. Veron.* NOVVS *MRybc* 555 CONIUGIA· *M* conubia *Mentel. pr.*, χ, *Servii exempl.* CELEBRENTUR *M* HYMAENEOS *M* himenaeos *b* 556 *'Urbanus tamen totum hunc locum per interrogationem vult accipi:* terrorum et fraudis abunde est? stant belli causae? *ut quasi per gratulationem non credat' Servius* 557 aethereaſ *b*1*c* oras *Lachmannus Lucr.* 167*: sed cf.* 768 558 HAVD *Mybc* ille, at ipſe *γ* ipse *Mentel. pr.*, χ*: cf.* 110 ſummi, *suprascr.* at ſuperi, *γ: cf.* II 779 560 TALES *Mb*1*c* 561 AUTEM· *M* adtollit *b*1 STRIDENTES *Mc* ſtridentiſ.. (ſ *post. m.* 2 *ut prima manu* ſtridentibuſ *scriptum fuerit*) *γ* ſtridentiſ (iſ *in ras.*) *b* 562 Coriti *c* petiᵗ *b* SEDENS *M* ſedeſ *c*1 SVPER *MR* ſuperª *b* ſupera *γc: cf.* VI 241. 750. 788 563 Eſ *c*1 MEDIO· *M* medius *anecd. Paris.*

nobilis et fama multis memoratus in oris,
ampsancti valles: densis hunc frondibus atrum
urguet utrimque latus nemoris, medioque fragosus
dat sonitum saxis et torto vertice torrens.
hic specus horrendum et saevi spiracula Ditis
monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago
pestiferas aperit fauces, quis condita erinys,
invisum numen, terras caelumque levabat.

Nec minus interea extremam Saturnia bello
imponit regina manum. ruit omnis in urbem
pastorum ex acie numerus caesosque reportant
Almonem puerum foedatique ora Galaesi
implorantque deos obtestanturque Latinum.

TESTIMONIA.

565 'amsancti v.' Servius Aen. VII 125 568 'hic s. h.' Cledonius 1896 P. 'saevi s. D.' Servius ge. IV 39 573 'imponit r. m.' Donatus ad Ter. Andr. II 5, 1 573 sq. 'ruit ... numerus' Priscianus 1206 575 'Almonem p.' Servius Aen. VII 531 'foedatique o. G.' Servius Aen. III 216

VARIA LECTIO.

564 NOBILIS *M* 565 ampſancti *γ* AMPSACTI *M* amſanto (o *m. 2 corr. in* i) *c* amſancti *b* AMFRACTI *R* 566 URGET *Mb* utrumque *γ1* memo *γ1* que ſragoſuſ *in ras. γ2* 568 'hic specus horrendum ... *quamquam antiqui codices habeant:* hic specus horrendus (horrendum *Paris.*)' *Servius. Fuerunt nimirum qui* horrendū saevi *omisso* et *scriberent.* horrendum *testatur Cledonius* et *om. m, plerique Pieriani* 'spiracula ... *antiqui codices* piracula *habent' Servius* 569 MONSTRATVR *R* 570 Peſtiferaſ (ſ *post. add.*) *γ* Peſtiferoſ *c1* conditerinif (i *sec. m. 2 corr. in* y) *b* CONDITERYNYS *M* conditerynif *γc* 'condita erinys ... *alii* condit *legunt et* se *subaudiunt' Servius* quis numen erinys Condidit invisum et terras *Peerlkampus.* quis condita Erinys Invisum numen terras *Wakefieldus, ut* invisum numen *accusativus ad* condita *referatur.* quis condit erinys Invisum numen *recisis ceteris conici posse monuit Heynius, quod nescio an poeta maxime dignum sit.* 571 caelum terrasque *Parrhas.* terram caelumque *Pieriani* LEVAVIT *R: cf.* 502 levabat *Servius* 573 INPONIT *Mbc* Inpo.nit *γ* 574 ati.e *b* 575 *damnat Peerlkampus* GELAESTI *R* galeſi *bc* 576 *om. Goth. tert.* Inplorant *γ* Inporan *b* obteſtanti *γ* ob-

Turnus adest medioque in crimine caedis et igni
terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari,
stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
tum quorum attonitae Baccho nemora avia matres
insultant thiasis (neque enim leve nomen Amatae),
undique collecti coeunt Martemque fatigant.
ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
contra fata deum perverso numine poscunt.
certatim regis circumstant tecta Latini.
ille velut pelagi rupes immota resistit,
ut pelagi rupes magno veniente fragore,
quae sese multis circum latrantibus undis
mole tenet; scopuli nequiquam et spumea circum
saxa fremunt laterique inlisa refunditur alga.

TESTIMONIA.

579 Servius ge. II 504 'stirpem a. P.' Probus de nom. 22 p. 219 Endl. 582 Servius Aen. IV 573 586 Probi inst. I 4, 14 Augustinus de ordine II 20, 54 587 Macrobius Sat. VI 3, 1 589 'mole t. s.' Probi inst. I 4, 14. 23

VARIA LECTIO.

ſtentanturq: *b*1c1 obſteſtanturq: *b*2 ob. teſtantq: *c*2 obtestantur *confirmat Servius* 577 *Post* adest *et* caedis *dist. M* igni. *b* ignif *γ* caedis iniquae *Burmannus* caedis et ipse *Peerlkampus* 578 INGEMINAT (G *in ras.*) *R* 579 Styrpem *γb* frigiam *c* 580 bacho *b* *Post v.* 580 *in M ima pag. sequuntur erasae duae lineae, quarum tamen legi nihil potest. Versus* 581—600. 601—615 *in folio singulari ceterorum ordini inserto et largioribus versuum spatiis insigni m. ant. conscripti sunt. Sequens deinde folium incipit a v.* 582—585 *in mg. notis* ( ) *utrimque adpositis, quos excipiunt v.* 616 *sqq. Distinxi singulare illud folium nota M** 582 collectae *b* 583 SCILICET *M* concti *c* OMNIA *M* HOMINA *M** omina *in ras. c* 584 NOMINE *M** 586—611 *Veron. fol.* 244 586 ILLE. *M* IMM*ota V* inmota *c* inmuta *b*1 RESIS*tit V* 587—590 *aut emendanda sibi reliquisse poetam aut aliunde ascita et illata esse censet Wagnerus.* 587 *om. Mentel. alt. m.* 1, *Bigot. m.* 1, *Lips. alt., damnavit Heinsius* FRAGORE (FR *fort. in ras.*) *R* FRAG*ore V* 588 *sese — la*TRANTIBVS *V* 589 TENETSCOPOLI. *M** 'mole tenet: *hic distinguendum, ut* scopuli *nominativus pluralis sit' Servius* ET *om. V* ET *M** scopuli . . . fremunt *eiecit Peerlkampus* 590 inlifa *b*

verum ubi nulla datur caecum exsuperare potestas
consilium et saevae nutu Iunonis eunt res,
multa deos aurasque pater testatus inanis
'frangimur heu fatis' inquit 'ferimurque procella!
ipsi has sacrilego pendetis sanguine poenas,
o miseri. te, Turne, nefas, te triste manebit
supplicium, votisque deos venerabere seris.
nam mihi parta quies, omnisque in limine portus
funere felici spolior.' nec plura locutus
saepsit se tectis rerumque reliquit habenas.

TESTIMONIA.

593 Arusianus p. 246 L. 594 'frangimur ... inquit' Servius Aen. II 13 595 Servius Aen. X 231 596 sq. 'te Turne ... supplicium' Nonius 349, 25 Diomedes p. 296 Servius Aen. XI 302 'to triste m. s.' Arusianus p. 246 L. 600 Servius Aen. IX 307 schol. Veron. 101, 5 K. 'rerumque r. h.' Servius Aen. VIII 1

VARIA LECTIO.

591 EXUPERARE *M** 592 CON*silium et saevae V* CONSILIO·M ETSAEUAE *M** natu *c* *res V* ES *R* 593 *multa — pater V* auras] *cf. ge.* IV 196 aras *Hamb. alt. m.* 1, *Marklandus praef. ad Statii silv. p.* X *conl. Aen.* XII 496 TESTATVS *Vb*2 TESTATVR *M*Rγ*, *Arusianus* testatu. *b*1 testat' *c* INANiS *V* INANES *R* 594—606. 607—613 *F fol. LXVI* 594 *frangimur — i*NQVIT *V* *fatis — procella F* INQVIT *m. rec. sup. M** PROCELLAS *M** 595—597 *supra in mg. m.* 2 *add. sine nota in F* 595 *ipsi — pendeti*S *V* haf *γ* PENDE—*F* PERDETIS *M** *Poenas V* paenaf *b* 596 *o — nef*As *— manebit V* nephaf *c* *te t. manebit F* manebat *c*1, *Arusiani cod.* 597 *Supplicium Voti*SQVEDEO*s venera*BERESERIS *V* *venerabere seris F* faerif *b* facrif *c*1 598 non *suprascr. m*, *Ladevicus, quem refutavit Wagnerus lect. Verg. in Philologi suppl.* I 407 nam *legit Servius 'vicinae mortis beneficio' adnotans* MIIIi — *om*NIS *V* *Quies — portus F* omnis ... spolior *recte coniunxit Ladevicus* omnis ... portus *corruptissimum videbatur Marklando ad Statii silv.* II 2, 7 mortisque *Burmannus* navisque *alius vir doctus* lumine *χ* potuf·*c* 599 F*elici s*POLIOR *V* FELICIS *F* SPOL*ior — locutus F* PLV*ra lo*CVTVS *V* LOCATUS *M** 600 SEPSIT *M*c* *tectis V* RE*rum — habenas F* *hab*ENAS *V* RELIQVITHABENAS (QVITHA *in ras. ut vid.*) *R* reli.quit *b*

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes
Albanae coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cum prima movent in proelia Martem,
sive Getis inferre manu lacrimabile bellum
Hyrcanisve Arabisve parant seu tendere ad Indos
Auroramque sequi Parthosque reposcere signa.
sunt geminae belli portae (sic nomine dicunt)
religione sacrae et saevi formidine Martis;
centum aerei claudunt vectes aeternaque ferri
robora, nec custos absistit limine Ianus:
has, ubi certa sedet patribus sententia pugnae,

TESTIMONIA.

601—603 'mos ... colit' Macrobius Sat. III 8, 8 Servius Aen. I 7 601 sq. 'mos ... sacrum' Nonius 377, 4 schol. Hor. carm. III 3, 30 601 'mos ... Latio' Probi inst. I 4, 15 schol. Hor. epist. II 1, 255 604 sq. (om. 'lacrimabile ... parant') schol. Hor. carm. III 24, 11 604 schol. Hor. carm. I 21, 13 605 Priscianus 688 schol. Veron. 98, 21 K. 'Hyrcanis ... parant' Charisius 77. 99 Diomedes 428 P. 606 'Parthos ... signa' schol. Veron. 98, 23 K. 607 cf. schol. Veron. 98, 27 K. 608 'religione s.' Probi inst. I 17, 2 de gen. nom. 97 Haupt. 609 sq. schol. Lucani I 62 609 'centum ... vectes' Nonius 231, 9

VARIA LECTIO.

601 HESPERIo — *urbes F* haeſperio *b* 602 ALBANE *M** SACRVM *m. rec. sup. M** SAcrum — *rerum F* MAXiMA *V* 603 PRima — *martem F* MOUENTIS (*sup. m. rec.*) *M** mouı. nt in *γ*1 moue. nt in *γ*2 martem *b* 604 *Manu* — *bellum F* MANUM *M**, *schol. Hor. carm.* III 24, 11 605 HYRCANISUE *M** HYRCANIISQVE *F* Hircanisve Arabisque *Charisius* 77 Hircanisque Arabisque '*plerique*' *Pieriani, Charisius* 99 Hyrcanisve Arabisve *testatur Diomedes* ARA*bisve* — *indos F* 606 AVTRORAM *M** SEQVi — *signa F* SEQVI. *M** partof *b* DEPOSCERE *R* REPOSceere *V* reposcere *confirmat Servius* ſign. *c* 607 *sunt* — *n*OMINE F GEMINE *M** 608 *religione* — *form*IDINE *F* religione *b* relligione *c*, *Probus inst.* sacra *de gen. nom.* sacrae *confirmat Servius* artif *b* 609 *centum* — *vecte*S *F* CEN*tum ae*REI *V* cludunt *c* 610 *robora* — *li*MINE *F* ROBARA *M** ABSTIT *M** 611 *has* — *se*NTENTIA *F* HAS *M**

ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino
insignis reserat stridentia limina consul,
ipse vocat pugnas; sequitur tum cetera pubes,
aereaque adsensu conspirant cornua rauco.
hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus
more iubebatur tristisque recludere portas.
abstinuit tactu pater aversusque refugit
foeda ministeria et caecis se condidit umbris.
tum regina deum caelo delapsa morantis
impulit ipsa manu portas, et cardine verso
belli ferratos rumpit Saturnia postes.
ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante;
signaque ferre iuvat sonitusque audire tubarum.
quinque adeo magnae positis incudibus urbes
tela novant, Atina potens Tiburque superbum,

TESTIMONIA.

612 'cinctu G.' schol. Lucani I 596 614 Donatus ad Ter. eun. IV 7, 2, ubi tamen hic versus sequitur v. 604 615 Servius Aen. VIII 2 616 Eutychius II 2 'indicere b. L.' schol. Lucani II 4 617 'tristisque r. p.' Servius Aen. VII 608 618 sq. 'abstinuit . . . ministeria' Priscianus 1176 'aversus . . . ministeria' Nonius 304, 15 Arusianus p. 258 L. 621 'inpulit . . . portas' schol. Veron. 81, 31 K. 623 Servius Aen. VII 601 'ardet . . . Ausonia' Arusianus p. 209 L. 629 sq. 'quinque . . . novant' Servius Aen. VIII 385 630 'Atina . . . superbum' Nonius 391, 9 'Tiburque s.' schol. Veron. 82, 21? Servius Aen. IX 324

VARIA LECTIO.

612 *ipse — cinctuq*VE *F* CYRINALI *M** CINTV *M** SABINO *F* Gabino *testatur Servius* 613 *insignis — li*MINA *F* 614—634. 635—646 *F fol. LXVII* 614 TVNC *M** CITERA *M** 615 a. fenſu *b* 616 TVAM *F* 617 reclude[re] *c* 618 aduerſuſ *γ* 619 CONDIDIT VMBRIS (DITV *in ras.*, D *post. corr. ex* T) *F* condedit *b* urbiſ *c*1 620 MORANTIS (NTIS *m.* 2 *in ras.*) *F* morantef *b* 621 inpulit *γc* manum *b*1 622 RVMPIT *Mc* RVPIT *FR* rūpit *γ* ru.pit *b* 623 in excitam Ausoniam *testatur Arusianus* 624—640 *de hoc loco disputavi in emend. Verg.* 7 *sq.* 628 IVVANT *R* IVBET *M* lubet *coni. Heinsius* 629 ADEO· MAGNAE· *M* poſſitiſ *b*1 630 LATINA *F* utina *γ*1 uina *Nonii exempl.* tybur *c* ultroque *schol. Veron.*

Ardea Crustumerique et turrigerae Antemnae.
tegmina tuta cavant capitum flectuntque salignas
umbonum cratis; alii thoracas aēnos
aut levis ocreas lento ducunt argento;
vomeris huc et falcis honos, huc omnis aratri 635
cessit amor; recoquont patrios fornacibus enses.
classica iamque sonant; it bello tessera signum. 637
* [pars pedes ire parat campis, pars arduus altis 624
* pulverulentus equis furit; omnes arma requirunt.

TESTIMONIA.

634 Maximus Vict. de carm. her. 5. 6 Marius Plotius p. 247. 251 G. Beda 2375 P. Diomedes 495 (ubi ipse grammaticus 'lamnas' pro 'ocreas' exempli causa posuit) schol. Hor. a. p. 26 635 'vomeris . . . honos' Probi inst. I 4, 15 636 'recoquunt . . . enses' addito ge. I 508 Macrobius Sat. VI 1, 63 637 'classica i. s.' Isidorus orig. XVIII 4, 5 schol. Lucani I 238 VII 476 gloss. Ziz. Petri p. 13 'it b. t. s.' Prisciani partitiones XII vers. Aen. VIII 160 625 Macrobius Sat. VI 1, 54

VARIA LECTIO.

631 Ardua γ1 Crustumeri '*quomodo dicere potuerit Vergilius, constare' negat Lachmannus Lucr.* 252 'Crustumerique: *mutavit, nam* Crustumerium *dicitur' Servius.* Crustumium *Goth. pr.* Crustumenium *Menag. pr. Poterat poeta* Crustumii *scribere ut ge.* II 88 et *om. R* turregere *c*1 632 Tecmina *b* CAPITU^{M} (*corr. m.* 2) *F* FLECTU^{NT} (*corr. m.* 2) *F* flectu^{nt} *c* plectunt *b* falignaf *m.* 2 *add.*, *idem in extremo v.* 633 *m. ant. scriptum, sed eras. c* 633 CRATIS (crateis?) *F* CRATES *MRybc* ALII (I *post. in ras.*) *F* AENOS (S *m.* 2 *ut vid. add.*) *F* ·A·ENEOS *M* æneof *c*1 634 AVT, *sed* A *in mg. postea add., etiam literae* T *pars sup. m. rec., F* LEVIS *M* laeuif *b* 635 falcef *c*1 honof, *m. rec. sup.* honuf *b* 636 REQUOQUONT *M* requoquunt *c* RECOCVNT *FR*γ recocuunt *b*1 recoquunt *b*2 637 Claffica (ca *in ras.*) *c* It *R* it /// bello (t *corr. ex* d, b *ex* u, *ut vid.*) *c* tefera *b* 624 Praf (*bis*) *c*1 parant γ1 *Zulich.* Mars *Menag. alter, Zulich. m. pr.* ARTIS *M* campis ille arduus altis Pulverulentus equis *vel* c. pars altus apertis P. eques *Peerlkampus, qui hoc ordine versus disponit:* 625. 628. 626 *sq.* 632—636. 629—631. 637—640 625 PVLVERVLETVS *R* eques *Macrobii exempl.: et fortasse in Medicei archetypo* ARUIS *scriptum fuerat* OMNIS *F*1*M*γ1*b*1

* pars levis clipeos et spicula lucida tergent
* arvina pingui subiguntque in cote secures;] 627
hic galeam tectis trepidus rapit, ille frementis 638
ad iuga cogit equos clipeumque auroque trilicem
loricam induitur fidoque accingitur ense. 640

Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,
qui bello exciti reges, quae quemque secutae
complerint campos acies, quibus Itala iam tum
floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
et meministis enim, divae, et memorare potestis: 645

TESTIMONIA.

626 'et . . , tergent' Probi inst. II 3, 10 Claudius Sacerdos II 110 'spicula l. t.' Claudius Sacerdos II 167 627 'subigunt . . . secures' Nonius 400, 25 schol. Lucani VII 574 Servius Aen. VI 302 640 'loricam i.' Arusianus p. 235 L. Consentius 2055 P. 'fidoque a. e.' Arusianus p. 210 L. 641 Priscianus 1138 'pandite . . . deae' schol. Hor. serm. I 5, 53 645 Macrobius Sat. V 13, 9

VARIA LECTIO.

626 Praſ *c*1 cli.peoſ (*i. e.* clupeos) *b* TERGENT *FMRbc* tergent (v) *γ* tergunt *Menag.*, *χ* 'tergent *ab eo quod est* tergeo *venit*, *et* tergunt *a* tergo tergis, *quod de usu penitus recessit' Servius. 'legimus* . . . tergent, *quod venit a* tergeo, *et* gunt *ab eo quod est* tergo' *Claudius Sacerdos* II 110 (*cf. idem* II 167) 'tergo . . . *lectum est et* tergeo, *unde in Virgilio utramque declinationem indifferenter invenimus:* et . . tergunt, *a* tergo tergis, *et* tergent, *ergo* terges' *Probi inst.* 627 ARBINA *F* SVBICIVNT (*om.* QVE) *R* ſecuriſ *γ* ſecuraſ *c*1 638 RAPIDUS (T E) *M* frementeſ *c*, *item* (*sed* ſ *in ras.*) *b* TREMENTIS (F) *M* trementiſ (ſ) *γ* TREMENTIS *FR* 639 quogit *c*1 AEQVOS *F* cli.peum *b* clypeum *c* 640 LVRICAM *F*1 LORICA *R* induitur loricam humeris *Arusianus* haenſe *c* 641 = X 163 641 PANDITEA (E *m. rec. corr. ex* l *ut vid.*, A *eras.*) *F* elicona (h) *γ* MOVETE (N *m. rec. eadem qua* VI 591) *F* mouete (n) (u *eras.*) *γ* 'movete: *legitur et* monete' *Servius: cf.* 41 642 ACCITI *M* quemcumque (quae) (cum *eras.*) *γ* 643 CVMPLERINT *F* COMPLERVNT *R* itala . . *b* TVM (T *in ras.*) *R* 644 FLORIT (VER) (*corr. m.* 2) *F* alma (l *fort. corr. ex* b) *γ* ui.iſ *c* ADSERIT *MR* 645 *Hinc redit P* meminiſ (tiſ) *b* enĩ *in ras. c*

ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
contemptor divom Mezentius agminaque armat.
filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
non fuit excepto Laurentis corpore Turni,
Lausus, ecum domitor debellatorque ferarum,
ducit Agyllina nequiquam ex urbe secutos
mille viros, dignus, patriis qui laetior esset
imperiis et cui pater haut Medientius esset.

Post hos insignem palma per gramina currum
victoresque ostentat equos satus Hercule pulchro
pulcher Aventinus, clipeoque insigne paternum
centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram;
collis Aventini silva quem Rhea sacerdos

TESTIMONIA.

647—649 'primus ... Lausus' Macrobius Sat. V 15, 15 648 cf. Macrobius Sat. III 5, 9 649 sq. 'quo ... Turni' Quintilianus VIII 4, 6 650 'excepto ... Turni' schol. Lucani VII 585 651 Charisius 129 Diomedes 309 P. 'Lausus e. d.' Charisii exc. 536, 3 K. (81 E.) 652 Servius Aen. X 183 653 sq. 'dignus ... esset' Priscianus 1176. 1198. 654 'cui ... esset' Iulius Capitolinus in vita Opilii Macrini 12 Maximi Vict. de fin. 5 gloss. p. 457 Endl. 655 Macrobius Sat. V 15, 15 656 sq. 'satus ... Aventinus' Servius Aen. IV 149

VARIA LECTIO.

646 AT *Pyblc2* TENVI *R* fama *Oudart.* 647 tyrreniſ *c* afper (f *in ras.*) *b* or. f *cl* 648 CONTEMNOR *M* DIVVM *MRybc* Mezentius agminaque armat *om. Goth. alt.* MEZENTIUS *M* Mesentius *Willian.* 649 HVICIVXTA (ICIV *in ras.*) *R* HUNCIUXTA *M* PVLCHRIOR (H *m. 2 add.*) *P* 651 EQVVM (V *m. 2 add.*) *P* EQUUM *Mybc* BELLATOR *R* 652 AGYLLINA *M* agillina *γ* AGYLLINAE *P* NEQUICQUAM *Mblcl* 653 digniſ *c* quae *cl* letior *γ* 654 HAVD *Myb* MEDIENTIVS *P: cf. mus. Rhen.* XII 419 *sqq.* MEZENTIVS *MRybc* 655 HOS *M* PALMAM *R* fama *Macrobii exempl.* 656 AEQVOS *P* ercule *c* 657 c[illegible]ppeo *bl* clypeo *c* 658 sectam *Peerlkampus ex Silio* II 158 S EP P ENTIBVS (*inter* S *et* E *erasa una litera*, P *in duarum fortasse literarum eras. spatio*) *R* hidram *b* ydram *c* 659 SILUA *M* RHEA (H *in ras.*) *R* rea *γ*

furtivom partu sub luminis edidit oras,
mixta deo mulier, postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tirynthius attigit arva
Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iliberas.
* * * *
pila manu saevosque gerunt in bella dolones
et tereti pugnant mucrone veruque Sabello.
ipse pedes, tegimen torquens immane leonis,
horridus, Herculeoque umeros innexus amictu,
terribili inpexum os sacta cum dentibus albis
indutus capiti, sic regia tecta subibat.

TESTIMONIA.

660 'sub . . . oras' Servius ecl. VIII 45 661 'mixta d. m.' Servius Aen. IV 95 661 sq. 'postquam . . . arva' Servius Aen. VIII 202 662 schol. Hor. carm. II 14, 7 663 schol. Hor. carm. III 29, 1 664 sq. cf. schol. Veron. 99, 1 K. 665 Priscianus 764 Servius Aen. XII 180 666—668 Priscianus 1185 P. 666 'indutus terga leonis' (libri numero non addito) Priscianus 797 667 Donatus ad Ter. eun. II 3, 32 'cum dentibus albis' Quintilianus VIII 2, 10 cf. 6, 40 668 Arusianus p. 235 L.

VARIA LECTIO.

660 FVRTIVOM *P*1 FVRTIVVM *MP*2*Rybc* PARTV (V *eras.*) *P* PARTVS *R* partu. *b* liminif *γ* horaf *c* 662 Gerione *γb* TIRYNTHIVS (N *m.* 2) *R* TIRYNTIUS *M* thirintiuf (i *pr. corr. in* y) *b* thirinthiuf *c* ty.rinthiuf (*erasa* r) *γ* 663 Tyrreno *c* flumina *γ*1 liberos *Moret. sec. et tertius* *Hic desidero militum quos Aventinus ducit mentionem aliquam.* 664—689 *Veron. fol.* 249 664 *sq.* manus ... Sabellae *Peerlkampus* 664 geru^{nt} *c* 665 pugnant (nt *m.* 2 *add.*) *c* ueruf *γ*1 que *om. P* abello *γ* 666—669 *De his versibus dixi in emend. Verg. p.* 7 666 TEGUMEN *M teste Heinsio, Mentel. pr., χ: cf.* III 594 TORQVENS (RQVE *in ras., ut m. pr. fortasse* tollens *scriptum fuerit*) *R* torquef *ut vid. c*1 rictus *Peerlkampus* torquens *testatur Servius* inmane *c* 669 *huc transposui* humerof *γc* INNIXVS *PR: cf.* IV 217 VI 281 667 TERRIBILIS *R* Terribi^{li} *γ* INPLEXV *R* inplexum *b*1 os *om. libri* SETA *Rc* et dentibus atris *Donatus* 668 indutis *Bothius* SVBIBANT *R* capiti, atque humeros innexus amictu Horridus Herculeo, sic regia tecta subibat *Peerlkampus conl.* XI 679 *sqq.*

Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt,
fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus,
et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto
descendunt centauri, Homolen Othrymque nivalem
linquentes cursu rapido; dat euntibus ingens
silva locum et magno cedunt virgulta fragore.

Nec Praenestinae fundator defuit urbis,
Volcano genitum pecora inter agrestia regem
inventumque focis omnis quem credidit aetas,
Caeculus. hunc late legio comitatur agrestis:
quique altum Praeneste viri quique arva Gabinae

TESTIMONIA.

670 'tum g. f.' Macrobius Sat. V 15, 15 672 schol. Hor. carm. I 7, 13 II 6, 5 Servius Aen. I 467 XI 465 'Catillusque acerque C.' schol. Hor. carm. I 7, 1 674 sq. 'ceu . . . centauri' Diomedes 459 P. 674 'nube nati ceu duo' Terentianus Maurus 476 678 'nec P. f.' Macrobius Sat. V 15, 15 681 cf. schol. Veron. 99, 6 K. 682 Priscianus 760 'quique . . . viri' Consentius 2027 Servius Aen. VIII 561

VARIA LECTIO.

670 TVNC *Rc* tyburtia *yb*1 LINQVNT *RV* LINQUUN̄ *Mybc* 671 FRATRIS (I *corr. in* E) *P* FRATRES *My*1 TIBURTI· *M* TIBVRTHI *R* tibuti (i *pr. corr. ex* y) *b* DE NOMINE *P: cf.* VIII 54 '*et eam* de *fratris maioris* nomine *Tibur appellaverunt*' *Servius.* 672 Catilluf *b* Catilus *c* CATHILLVS *R* Cathiluf *γ* CATTILLUS *M* CATTHILLVS *PV: cf.* XI 640 QVE *om. V* 674 nubigine *c* 675 DISCENDUNT *M* omolen *b* omolen. *c* OTRYN *R* OTRUM *M* oty. rim *b* otyrin *c* otyrum, otirum, tyrrim *χ: cf. nov. annal. Fleckeiseni* LXXVII 198 NIVALI *V* 676 LINQUENTES· *M* LIQVENTES *R* RAPIDO (P *an* B, *non liq.*) *V: cf.* 451 677 ET *suprascr. P* *magno* — *v*IRGVLTA *V* CAEDUNT *M* cedant *γ* UIRGULATA *M* 678 PRAENESTINE *M* DEFICIT *R* orbif *γ* 679 *sq. in suspicionem vocavit Bryantus, legit Servius* 679 *volcano* — *agre*STIA *V* VVLCANO *Pyb* Vulgano *c* agestia *b* regis *Peerlkampus* 680 *inventum* — *cre*DIDIT *V* FOCIS· *M* 681 LATELEGIO *M* LEGIOLATE *PRVybc* comitantur *Mentel. tert. m.* 1 682 Qui. que *bc* *quique arva ga*BINAE *V* qui. q: *b* Gabinae] Celemnae *ex* 739 *Priscianus*

Iunonis gelidumque Anienem et roscida rivis
Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit,
quos, Amasene pater. non illis omnibus arma,
nec clipei currusve sonant: pars maxima glandes
liventis plumbi spargit, pars spicula gestat
bina manu, fulvosque lupi de pelle galeros
tegmen habent capiti, vestigia nuda sinistri
instituere pedis, crudus tegit altera pero.

At Messapus, ecum domitor, Neptunia proles,
quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,
iam pridem resides populos desuetaque bello
agmina in arma vocat subito ferrumque retractat.
hi Fescenninas acies aequosque Faliscos

. . . . . .

TESTIMONIA.

683 'gelidumque A.' Claudius Sacerdos II 12 684 'Hernica s. c.' schol. Iuven. XIV 180 Cassiodorus 2313 Beda de orthogr. p. 2344 P. 684—690 'quos . . . pero' Macrobius Sat. V 18, 13 685 'quos A. p.' Servius Aen. IX 641 686 sq. 'pars . . . spargit' Nonius 553, 20 688 'fulvos . . . galeros' Charisius 61 'fulvos galeros' Gellius II 26, 11 690 'crudus . . . pero' schol. Iuven. XIV 186 'crudus p.' Philoxeni gloss. 691 'at . . . domitor' Macrobius Sat. V 15, 15 692 Servius Aen. IX 123 XI 429 693 'iam p. r. p.' Probi inst. I 9, 11 693 sq. 'desueta . . . retractat' (et 614) Donatus ad Ter. eun. IV 7, 2 Servius Aen. VII 601

VARIA LECTIO.

683 ani.enẽ *b* aniene^{n} *c* *et roscida V* ..riuif *c* 684 *dives anagni*A *V* pascis *nonnulli Pieriani* 685 *pater — ar*MA *V* 686 CL*ipei — so*NANT *par*SMAX*ima glandes V* cli.pei *b* CVRRVSQVE *R* glandif *c*1 687 *l*IVEN*tis plumbi s*PARGIT *V* PICVLA *R* spargunt . . . gestant χ 688 ^{ma}nu *b* *f*VLVOS *V* 689 TEGMINA *Pγ*1: *cf.* 742 CAPITI^{S} *M* finiſtra *c*1 690 PEDES *M* CERO *R* 691 EQVVM *MRγbc* 693—695 *hoc ordine posuit Ladevicus:* 695. 693. 694 693 ^{ri}redef *b* BELLA^{O} *M* 694 ^{re}tracta.t *b* 695 is *Ladevicus* fefcaerinaf (ri *corr. in* n) *c* EQVOS *R* Aequos *Heinsius* aequos *Servius* FALLECOS *R* falifqcof (q *eras.*) *c* Fescenninos colles aequorque Faliscum *Peerlkampus* Fescenninos agros aequosque F. *Hoffmannus. Mihi quaedam excidisse videntur. Desideratur verbum, velut* ducunt: *cf. emend. Verg.* 9

hi Soractis habent arces Flaviniaque arva
et Cimini cum monte lacum lucosque Capenos.
nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto
misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
urgueri volucrum raucarum ad litora nubem.
ibant aequati numero regemque canebant,
ceu quondam nivei liquida inter flumina cycni,
cum sese e pastu referunt et longa canoros
dant per colla modos, sonat amnis et Asia longe
pulsa palus.

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
agmen agens Clausus magnique ipse agminis instar,
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens
per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.

TESTIMONIA.

697 'et ... lacum' Servius ge. III 30 703 sq. 'nec ... putet' Servius Aen. II 487 698 'regemque c.' Servius Aen. I 1 VIII 2 schol. Hor. epod. 9, 18 699—702 'ceu ... palus' Macrobius Sat. V 8, 3 706 sq. 'ecce ... Clausus' Servius Aen. X 345 706 'ecce ... sanguine' Macrobius Sat. V 15, 15

VARIA LECTIO.

696 SORACTRS *P* fortiſ^{ac} *γ* FLAVINIA *P* fla....ui.na^{i} *γ*2 flamnimia *ut vid.* *γ*1 697 CYMINI *P*2*γ*2*c* cymino *γ*1 com^{v} *γ* com *c* CAIENOS *R* 703—705 *ante v.* 698 *reponendos esse dixi in emend. Verg.* 9 *sq,* 703 ..erataſ *γ* examine *Hamb. alt., Leid.* TAN^{E}O *minio p. in mg. M* 704 PUTAT *M* aeream *b*1 aetheream *Menag. pr.* SET *M*2 705 Urg.eri *b* VRGERI *P* UOLUCREM^{U} *M* 698 ^{AE}QVATI *P* ^{A}EQUATI *M* equati *γc* CANEBAT^{N} *Mc* 699 NIVEL *M*1 liquida: *cf.* IX 679 FLVMINA *P: cf. Homeri Il.* B 461 *Apollonius Rhod.* Δ 1300 flumina, *suprascr.* aï nubila *γ* NUBILA *MRbc, Macrobii exempl., legit Servius: cf.* V 525 cygni *c* 700 SES^{E} *P* et pastu, *i. e.* ec pastu, *Macrobii Angl. et Med.* 3 longae *γ* 702 *sq. uno versu continuat M* Pulſa (l *in ras.*) *b* 706 ſabinarum *γ*1 SANGUINE· *M* 707 clauſ^{uf} *c* IPSI *Rγ*1 708 ^{A}EQUO *M* DIFFUNDITUR· *M* defundit^{i} *c*1 gens] INGENS *M* 709 ROMA (R *in ras., ut vid.*) *R* ^{S}ABINIS *P*

una ingens Amiterna cohors priscique Quirites,
Ereti manus omnis oliviferaeque Mutuscae;
qui Nomentum urbem, qui Rosia rura Velini,
qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum
Casperiamque colunt Forulosque et flumen Himellae,
qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida misit
Nursia, et Ortinae classes populique Latini,
quosque secans infaustum interluit Alia nomen:
quam multi Libyco volvontur marmore fluctus,
saevos ubi Orion hibernis conditur undis;

TESTIMONIA.

710 'priscique Quirites, pro Curites' Prisciani 633 Darmst.a m. alt., Erl. 2 Dresd. Krehlii 713 Nonius 181, 15. 390, 15 714 'prope flumen H.' Priscianus 680 715 'qui . . . bibunt' Priscianus 757 schol. Hor. carm. IV 15, 21 716 'et Ortinae c.' Servius Aen. II 30 III 602 717 Pseudoascon. ad Cic. 118 Or. 'et quos infaustum . . . nomen' Priscianus 680 718 Claudius Sacerdos I 163

VARIA LECTIO.

710 prifci.. queritef $\gamma 2$ prifcuequeritef *ut vid.* $\gamma 1$ QVIRITIS *R* 711 FRETI $M1R$ MVTVSCAE (CA *in ras.*) *R* 712 VRBEM (V *corr. ex* O *ut vid.*) *P* ROSEA *R* ROSA *M* ROSCIA *P* rofcia γ rofcida (*corr. m. rec.*) *b* rof/// *c*1 rofcida *c*2 rofida, rocida χ 713 tetrice γ rupit *Nonii* 181 *exempl.* MONTEM (T *in ras.*) *R* AMNEM *P: ut ge.* III 37 *Aen.* VI 374 amnem γ montem *testatur Servius* 714 Caſperiam (ſ *m.* 2) γ FVRVLOS (V *pr. corr. in* O) *P* foruloſ γ q. *suprascr.* γ ETFLUMEN *suprascr. M* prope flumen *Priscianus* ('*Himella Sabinorum flumen prope Casperiam*' *Vibius Sequester p.* 11) HYMILLAE *R* 715 quo *c* FABARVIM *P* FABARVM *R* Faburum '*antiqui aliquot*' *Pieriani* ararim *Prisciani* φ (*fortasse* Farfarum *adscriptum fuerat*) Fabarim *testatur Priscianus* 716 NVRISIA *R* NOSIA *M* ORTINAE *Pybc* ORTINAE *M* HORTINAE *R* urtinae *Menag. alt.* populique Latini *num recte se habeat dubito, quamquam lectum a Servio.* 717 et quos infaustum *Priscianus* intervenit *Pseudoasconius* ALIA *R*, *Prisciani Halb.* alia *yb* ALLIA *MP* al.la *c*1 '*additur unum* l *propter metrum*' *Servius: cf. schol. Lucani* VII 633 718 LYBICO *Mybc* VOLVVNTVR *PRybc* FLVCTOS (O *corr. in* V) *P* 719 SAEVOS (O *corr. in* V) *P* SAEVVS *MRb* Seuuf *yc* oryon *yc* ibernif *y*

vel cum sole novo densae torrentur aristae
aut Hermi campo aut Lyciae flaventibus arvis.
scuta sonant pulsuque pedum conterrita tellus.

Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
curru iungit Halaesus equos Turnoque ferocis
mille rapit populos, vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris et quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque iuxta
aequora quique Cales lincunt, amnisque vadosi
accola Volturni, pariterque Saticulus asper
Oscorumque manus. teretes sunt aclydes illis
tela, set haec lento mos est aptare flagello;
laevas caetra tegit, falcati comminus enses.

TESTIMONIA.

720 Claudius Sacerdos I 163 723 Arusianus p. 233 L 'hic Agamemnonius' Macrobius Sat V 15, 15 727 'dixit Aurunci, quod aeque barbarum est producere' Terentianus Maurus 471 730 sq. 'teretes ... flagello' Nonius 554, 4 731 'sed ... flagello' Priscianus 650. 749. 764 P. Arusianus p. 293 L. Servius Aen. IV 289 732 'laevas c. t.' Nonius 555, 6 Isidorus orig. XVIII 12, 5 (scetra)

VARIA LECTIO.

720 quot *Menag.* quam *ed. Pinciana a.* 1495 sub *Peerlkampus* TORRENTVR (V *corr. ex* O) *P* torrenter *c* HARISTAE *M* 721 lucię *cl* Libyae *Schraderus* Lyciae *legit Servius* 722 *cf.* XII 445 pulu *γ* CURSV *M*, *ut* 807 tremit excita tellus '*Mediceus et Porcius' Pierii, Voss. Montalb. Zulich. Moret. tert. m.* 2, *ex* XII 445 723 hic *Macrobii exempl.* agamennoniuſ *γl* agmen noniuſ *c* tro.iani *b* 724 ALAESVS *P* aleſuſ *c* AEQVOS *M* equuſ *γl* FEROCES *MRbc* 725 rap& *cl* VENIVNT *R* bacho *b* 726 altiſ (l *m.* 2) *γ* 727 Arunci *χ*: *cf. Terentianus Maurus* PATRES *M*: *cf.* 206 728 qui.q: *b* LINQVNT *R* LIQVENT *M* liquunt *γ* linquunt *bc* AMNES *Ml* 729 VVLTVRNI *Rbc* ſaticuliſ *c* 730 TVSCORVM *R* MAUS *M* terreteſ *γl* teritiſ *bl* ACLVDES *Pγl*: *nescio an recte* 731 SED *PRγbc* lento] tereti *Menag. alter*, *Zulich.*, *testatur Priscianus* MOL *M* 732 LAEVASCAETRA *R* LAEVASCETRA *Myb*, *Isidori Gud.* 1. 2 *Nonii ex.* LAEVASCEPTRA *P* lacuaſſceptra *Menag. pr.*, *Sprotian.* laeuaſc&tera *cl* laeuaſ ſectra *Franc.* laeuam ſcetra *Isidori ω* cûminuſ *c*

Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha
fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret,
iam senior; patriis set non et filius arvis
contentus late iam tum dicione premebat
Sarrastis populos et quae rigat aequora Sarnus
quique Rufras Batulumque tenent atque arva Celemnae
et quos maliferae despectant moenia Bellae,
Teutonico ritu soliti torquere cateias,

TESTIMONIA.

734 'Oebale q. g.' Marius Plotius 266 G. 735 'Teleboum ... teneret' schol. Iuvenalis sat. X 72 736 sq. 'patriis ... contentus' Nonius 263, 33 738 'qua ... Sarnus' Orosius IV 15 741 Isidorus orig. XVIII 7, 7 gloss. Zic. Petri p. 14

VARIA LECTIO.

733 noctrif γ indictif γ ABEBIS *M*1 734 quem (e *m.* 2) γ quae *b*1 qu.ẽ *b*2 generaffeque (que *eras.*) γ generaff&helon *c* SEBETHIDE *P* SEDETHIDE *R* SEBETIDE *M* feb&hide (h *corr. in* r) γ febethride *b* febethiridõ *c* febretide, febetrida, fuberetide, leboetide χ nymfa γ nimpha *b* 735 teleboeum *c* Capreis *schol. Iuvenalis* Capreas *confirmat Servius* 736 patrif *b*1 SED *PRγb* ARMIS *R* 737 *Post* contentus *dist. M* LATE (E *add.*) *P* iam tum] latũ *c* tenebat γ TENEBAT *MP*, *ut* I 236. 622 X 53 738 SARRASTIS *P* Sarraftrif γc QVA *Rγ*2, *Orosius* qua. *c* TSARNVS *P* 739 Qui.q: *b* BATULUM *M* batalum *γb* BATALVM *PR*, *ut Silii* VIII 566 *Colon. et Oxon.* tenẽt *b* CELENE *M* CALEMNAE *R* celemne *c* caelẽnae *b*1 740 malifrae γ difpectant *b*1 ...fpectant (*eras.* dae *vel* que) γ monia γ BELLAE *libri quotquot innotuerunt omnes.* 'Bellae: *multi* Nolam *volunt intelligi, et dicunt iratum Virgilium nomen eius mutasse propter sibi negatum hospitium, et ideo aperte noluisse dicere, sed ostendere per periphrasin ... alii idem a Virgilio in georgicis* (II 225) *factum memorant ... alii ita volunt accipi* moenia Bellae, *ut sit synaloepha et legatur* moenia Abellae' *Servius* 741 RITV· *M* ri.tu *b* RITV *P* ritum γ1 TORQVEREGATEIAS (Q — S *in ras.*, *ut post* S *quatuor etiam literae videantur erasae esse, quarum ultima fortasse* E) *R* cateiaf (i *in ras.*) *b* categaf *c* CATELAS *M*

tegmina quis capitum raptus de subere cortex,
aerataeque micant peltae, micat aereus ensis.

Et te montosae misere in proelia Nersae,
Ufens, insignem fama et felicibus armis;
horrida praecipue cui gens adsuetaque multo
venatu nemorum, duris Aequicula glaebis.
armati terram exercent, semperque recentis
convectare iuvat praedas et vivere rapto.

Quin et Marruvia venit de gente sacerdos,
fronde super galeam et felici comptus oliva,
Archippi regis missu, fortissimus Umbro,
vipereo generi et graviter spirantibus hydris
spargere qui somnos cantuque manuque solebat
mulcebatque iras et morsus arte levabat.
sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum

TESTIMONIA.

742 de gen. nom. p. 75 Haupt. 'raptus ... cortex' Priscianus 655 Probi inst. II 1, 25 Nonius 190, 30 Servius ecl. VI 63 743 'micat aereus ensis' Servius Aen. I 295 XI 655 744 'et te m.' Macrobius Sat. V 15, 15 . 745 'insignem ... armis' Servius Aen. XII 641 749 Servius ecl. III 7 750 Macrobius Sat. V 15, 15 752 'fortissimus Umbro' Macrobius Sat. V 15, 8 754 schol. Hor. epod. V 76 756 sq. 'sed ... evaluit' Priscianus 792 Arusianus p. 246 L. Servius Aen. X 545

VARIA LECTIO.

742 Tecmina *b*1 RAPTUS *M* ſubbe[re] (b *pr. eras.*) *c* 743 AERATAE[Q.] (*sup. m.* 2) *R* AERATE[AQ·] *M* aeneus *Servius* I 295: *cf. Bentleius ad Hor. serm.* II 3, 183 744 MISERAE *M* · NERSAE *MPγcψ*, *Servii Dresd.*: *cf. inscr. Osca edita a G. Colucci in bull. arch. Neap.* 1858 *no.* 162 (*Philol.* XV 572) nirſę *b*1 NYRSAE *R* narsae *Menag.* Nursae *Witt.*, *Servii ω* 745 Uſſens *Menag. pr.* *Post* fama *interp. M* 746 Horrid[a] *c* praecipuae *b*1 adſ[r]ueta *b* affueta *c* 747 DVRI *R* equicula *c* glab[c]if *γ* glebif *bc* 748 recenteſ *c* 750 MARRVLA, *i. e.* MARRVIA *R* (*Μαρούιον Strabo* V *p.* 241 *Dionysius Halic.* I 14) ma[r]rubia (b *corr. ex* u) *c* marrubia *ψ*, *Macrobii exempl.* 751 com[p]tuſ *b* 752 regiſ (iſ *m.* 2) *γ* 753 hidriſ *b* 755 [F]ERAS (F *m. ant.*) *P* [ſ]eras *Sprot.* .iraſ (i *m.* 2) *γ* morſſuſ *c* 756 cupidiſ *γ*

evaluit, neque eum iuvere in volnera cantus
somniferi et Marsis quaesitae montibus herbae.
te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda,
te liquidi flevere lacus.

Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello,
Virbius, insignem quem mater Aricia misit,
eductum Egeriae lucis umentia circum
litora, pinguis ubi et placabilis ara Dianae.
namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercae
occiderit patriasque explerit sanguine poenas
turbatis distractus equis, ad sidera rursus
aetheria et superas caeli venisse sub auras,
Paeoniis revocatum herbis et amore Dianae.

TESTIMONIA.

759 sq. Macrobius Sat. IV 6, 23 Isidorus orig. I 35, 9 Diomedes 440 P. interpolatus 759 Quintilianus IX 3, 34 'angitiae' cf. Marius Victorinus p. 2465 P. et Ritschelius mon. epigr. tria p. 25 'vitrea ... unda' schol. Hor. carm. III 13, 1 IV 2, 3 761 'ibat ... proles' Macrobius Sat. V 15, 15 'Virbius Hippolyti ... bello' Macrobius Sat. V 15, 8 762 'insignem ... misit' Servius Aen. X 172 'quem ... misit' schol. Lucani VI 74 763 'eductum E. l.' Diomedes 373 765 Probus 10, 24 767 'turbatis d. e.' Nonius 287, 18 768 'superas ... auras' Probi inst. I 7, 7 769 schol. Hor. carm. IV 7, 25

VARIA LECTIO.

757 euadit *Arusiani cod.* NEQV^{E} *P* IN^{AD} *M* uolnera ^{v} *γ* uulnera *bc*2 VOLNERE$^{A.}$ *M* .VVLNERE *Rc*1 758 *Post* somniferi *dist. M* marif^{r} *γ* QVAESIETE$^{A\ IN}$ MONTIB· *M* quaefitae in montibuf *b* 759 ANGITIAE *Pybc*, *Macrobii exempl.* ANGITTE *R* ANGUETIAE *M* anguitiae *Mentel. pr.*, *χ*, *Isidori Gud.* 3 (argitiae *eiusdem Gud.* 2, argucie *Gud.* 1, hanc uicia *Gud.* 4), *Quintiliani exempl.* uitria *b*1 761 hippoliti *b*1 hypoliti *c* 762 VERBIVS *R* viribus *Peerlkampus conl.* IX 583 ARECIA *R* aracia *γ*1 aria^{ti} *c* 763 aegeriae *b* luco *m* HYMETIA *Pc* h^{v}mecia *γ* ime^{h}.tia *b* ymetia *Mentel. pr.* himecia *Menag. pr.* Symetia *Leid.*: *cf.* IX 584 fumetia *m* 764 *cf.* IX 585 *Post* litora *et* ubi *dist. M* PLAGABILIS *M* 765 NAM$^{Q.}$ *M* hippolitum *γ* hyppolitū *bc* arte nouerce *in ras. γ* 767 Turbatuf *γ*1 768 *Post* aetheria *dist. M* auras: *cf.* 557

769 PAEONIS *M*: *cf. Lachmannus Lucr.* 280. *Fortasse genetivum* Paeonis *intellegi voluit poeta*: *cf.* XII 401 herbi^{r} *b*

tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
mortalem infernis ad lumina surgere vitae,
ipse repertorem medicinae talis et artis
fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad undas.
at Trivia Hippolytum secretis alma recondit
sedibus et nymphae Egeriae nemorique relegat,
solus ubi in silvis Italis ignobilis aevom
exigeret versoque ubi nomine Virbius esset.
unde etiam templo Triviae lucisque sacratis
cornipedes arcentur equi, quod litore currum
et iuvenem monstris pavidi effudere marinis.
filius ardentis haut setius aequore campi
exercebat equos curruque in bella ruebat.

TESTIMONIA,

770 sq. 'pater . . . vitae' Arusianus p. 239 L. 772 sq. 'clamat summus poeta, eos omnes qui inventas vitam excoluere per artes (VI 663) apud inferos esse, ipsumque illum repertorem medicinae talis et artis ad Stygias undas fulmine esse detrusum' Lactantius inst. I 12 'et . . . relegat' Arusianus p. 258 L.

VARIA LECTIO.

770 omp̃f *c* ab *suprascr.* *γ* urbif *c1* 772 *Post* talis *dist. M* ARMIS *M* 773 POENIGENAM *Mγ2b* POENIGINAM *R* poe. nigenam (*erasa* g *ni f.*) *c* phoenigneam *Mentel. pr.* 'Poenigenam *i. e. matris Poena genitum. Alii* Phoebigenam *legunt, ut Probus' Servius* ſtigiaſ *b1c* in *cm* ī *γ2* (ad *γ1*) VNDIS *P* 774 *Post* Trivia *int. M* HYPPOLITUM *M* hippolitum *b* hyppolitū *c* recedit *c1* 775 NYMPHA *M* nimphae *γbc* 776 I·BI *M* IGNORABILIS (RA *eras.*) *M* AEVOM (O *corr. in* V) *P* AEVVM *MRγbc* 777 IXIGERET *M* VIRłBVS *P* VIRBIVS (B *fort. corr. ex* D, I *seq. in ras.*) *R* uerbiuf *γ1*: *cf.* 762 779 Cornipeſ *c* quod litora circum Ileu! iuvenem m. p. e. m. *Marklandus ad Statii silv.* I 2, 45 III 3, 25 quod litora circum Attoniti monstris iuvenem traxere marinis *vel* per litora curru Quod iuvenem monstris pavidi effudere m. *Peerlkampus* 780 montrif *b* pauide *γ1* EFFUNDERE *Mc1* 781 ꝫAVT *P* aud *γ2* (*γ1 nòn liquet*) haud *bc* ſentiuf (n *m. ant., m.* 1 *non liq.*) *γ2* segnius *χ* ('haud setius: *non segnius patre' Servius*) 782 reebat *c*

Ipse inter primos praestanti corpore Turnus
vertitur arma tenens et toto vertice supra est.
cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram
sustinet, Aetnaeos efflantem faucibus ignis:
tam magis illa fremens et tristibus effera flammis,
quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.
at levem clipeum sublatis cornibus Io
auro insignibat, iam saetis obsita, iam bos
(argumentum ingens), et custos virginis Argus
caelataque amnem fundens pater Inachus urna.
insequitur nimbus peditum clipeataque totis
agmina densentur campis, Argivaque pubes
Auruncaeque manus, Rutuli veteresque Sicani
et Sacranae acies et picti scuta Labici;

TESTIMONIA.

785 sq. Macrobius Sat. V 13, 36 'galea . . . ignis' Servius Aen. X 208 787 sq. Quintilianus IX 3, 15 Pompeius 138 L. 787 'tam . . . fremens' Probi inst. I 9, 8 789 Servius Aen. V 306 791 'argumentum i.' Quintilianus V 10, 10 schol. Lucani VIII 869 'et . . . Argus' schol. Lucani IX 663 792 Macrobius Sat. VI 6, 19 794—800 'agmina . . . praesidet' Macrobius Sat. V 15, 19 795 'Siculi veteresque S.' Servius Aen. I 2 796 'picti s. L.' Servius Aen. IV 509

VARIA LECTIO.

783 PRESTANTI *M* 784 *Post* vertitur *int. M* 785 crynita *γ* IVBA (B *in ras.*) *R* CHIMAERAM (AE *in ras.*) *R* chymerã *c* CHIMERAM *MPyb* 786 AETNEOS *MR* etneof *b* &neof *c* efflantem (f *pr. in ras.*) *b* facib; *c* IGNES *PRybc* *Fortius hic interpunxi, ut illa v. 787 ad Chimaeram referri possit.* 787 IAM *M* tremens *Quintiliani exempl.* 788 CRVDESCVNT *P* 789 AD *PRγ1* clypeũ *c* sub latis *Peerlkampus* 790 insignibat] INSIGNITAM *R* LAM *M1* SETIS *Rc* f&if (f *pr. m.* 2) *γ* OBSTITA *R* TAM *R* IAM· *M* 791 ARCUS *M* 792 CAELATAM *M* aerata *Peerlkampus* annẽ *c* INACHIS *M* ina.chuf *γ* 793 nymbuf *γc* clippeatatq: *b1* 794 denſantur *γ2χ* 'densentur: denseo denses *dicimus, aliter non' Servius : cf. ge.* I 248. 419 arg.ina *b* 795 RUTULI· *M* rutili *b* Siculi *Servius Aen.* I 2 796 stant *Macrobius: cf.* II 333 facrae (e *m.* 2 *in ras.*) *γ* farranae, faranae, faturnae *χ* gaurinae *Thuan.* Gauranae *Macrobius.*

qui saltus, Tiberine, tuos sacrumque Numici
litus arant Rutulosque exercent vomere colles
Circaeumque iugum, quis Iuppiter Anxurus arvis
praesidet et viridi gaudens Feronia luco;
qua Saturae iacet atra palus gelidusque per imas
quaerit iter vallis atque in mare conditur Ufens.

Hos super advenit Volsca de gente Camilla
agmen agens equitum et florentis aere catervas,
bellatrix, non illa colo calathisve Minervae
femineas adsueta manus, set proelia virgo
dura pati cursuque pedum praevertere ventos.
illa vel intactae segetis per summa volaret
gramina nec teneras cursu laesisset aristas,

TESTIMONIA.

799 sq. 'quis ... praesidet' Arusianus p. 252 L. 'Iuppiter ... praesidet' schol. Hor. serm. I 5, 26 800 'viridi ... luco' schol. Hor. serm. I 5, 24 801 sq. Probus 50, 5 K. 803 'Volsca ... Camilla' Servius Aen. IX 505 805 'calathisve M.' Diomedes 428 807 'cursu ... ventos' schol. Lucani VIII 30 'praevertere v.' Priscianus 803 808 'illa v. i. s.' Probi inst. I 6, 2 808—811 Seneca epist. 85, 4 Macrobius Sat. V 8, 4 Diomedes 457 P. 808 sq. Quintilianus VIII 6, 69 Servius Aen. XI 719

VARIA LECTIO.

Sacranae *testatur Servius: cf. Festus* 321 *M.* 797 tyberine c 798 erant *γ*1 durosque *Peerlkampus* exercen' *b* uomore c1 799 CIRCEUM *M* iupiter *bc* ANXURUS *M* AVXYRVS *R* anxyrus *Voss. duo, Menag. alt., Rottend. sec., Moret. pr., Arusianus.* anxirus *Franc. Parrh.* ANXVRIS *Pγ*1, *Macrobius, schol. Hor.* anx$^{y}_{v}$ri$^{v}_{f}$ *γ*2 anxirif (i *post. in ras.*) *b* anxirif *c* anxur et *Scheff.* 'Anxyrus (Anxirus *Lips. Par.* Anxiris *Regin.*) *dicebatur quasi ἄνευ ξυρᾶς' Servius: cf. Martialis* V 1, 6 *codd.* 801 QVAS *R* SATVRAE *libri cum Probo, ut Silius* VIII 382 'Saturae... *secundum hanc lectionem re vera* Saturam paludem *intelligimus. sed alii* asturae(*sic Regin. Lips.* stare *Paris.* siturae *Leid. V*) *legunt; quod si est, paludem pro flumine posuit. nam haud longe a Terracina oppidum est* Astura (eustura *Paris.*) *et eius cognominis fluvius' Servius* 802 i. ter *b* VALLES *MPγb*1*c* ADQVE *R* immare *γ* 803 *Post* advenit *int. M* VOLSCA (O *in ras.*) *R* uo$^{v}_{f}$lca *γ* VVLSCA *Pc* uolfcan *b*1 805 Bellatri. *c*1 calatif *c* 806 affuaeta *c*, (f *pr. in ras.*) *b* fet *c*1 SED *ceteri* 808 SEGETES *M* 809 cursu teneras *Seneca* HARISTAS *M*

furnus ab arce
.erunt cornua cantu.
.sit equos utque impulit arma.
.ti animi, simul omne tumultu
.epido Latium saevitque iuventus
ductores primi Messapus et Ufens
.temptorque deum Mezentius undique cogunt
auxilia et latos vastant cultoribus agros.
mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,

TESTIMONIA.

AENEIDOS VIII. 1—4 'ut ... animi' Diomedes 433 1 sq. 'ut ... extulit' Nonius 297, 20 1 Probi inst. I 9, 2 Prisciannus de XII vers. Aen. 8, 157 3 'utque impulit a.' Servius Aen. VII 603 4 sq. .simul ... Latium' Servius Aen. II 157 7 'contemptorque d. M.' Charisius 245 Diomedes 455 P. Probi inst. I 3, 4 8 'et latos v. c. a.' Servius Aen. XI 367 ge. I 507 9 sq. 'mittitur ... auxilium' Nonius 366, 19 9 Nonius 348 10 Servius Aen. II 157 'Diomedis ad u.' gloss. Port. p. 6

VARIA LECTIO.

AENEIDOS VIII. 2 SONVERVNT (TREP) *P: cf.* VII 637 3 agrif *cl* acref *b* implit. (it *corr. ex* u, *ut vid.*) *γ* inpulit *b* 4 turbato *cl* 5 Coniu.rat *b* 7 contemptor diuum, *om.* que. *Diomedes* deum *om. c* MEZZENTIVS *R* MZENTIVS *P* (E) 8 Axilia *cl*

qui petat auxilium et Latio consistere Teucros,
advectum Aenean classi victosque penatis
inferre et fatis regem se dicere posci
edoceat [multasque viro se adiungere gentis
Dardanio et late Latio increbrescere nomen].
quid struat his coeptis, quem, si Fortuna sequatur,
eventum pugnae cupiat, manifestius ipsi
quam Turno regi aut regi apparere Latino.

Talia per Latium. quae Laomedontius heros
cuncta videns magno curarum fluctuat aestu,
atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
in partisque rapit varias perque omnia versat:
sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis

TESTIMONIA.

11 Priscianus 708 'advectum A. c.' Consentius 2038 P. 18 'talia p. L.' Probi inst. I 6, 3 'Laomedontius h.' Diomedes p. 310 P. Servius Aen. III 248 20 25 (om. 23) schol. Hor. carm. II 16, 11 22 Nonius 449, 20

VARIA LECTIO.

10 TAT (*m.* 2 *sup.*) *P* p&it *c1* CONSIDERE (D *m. ant.*, *sed in spatio erasarum* 2 *litt.*) *P*: *cf.* VI 67 confidere *γ* consistere *Servius*: *cf.* I 541 VI 807 VIII 381 X 75 teerof *b* 11 Aduecti *γ1* (Aduectũ *γ2*) aeneam .. (*eras.* an, *ut vid.*) *γ* eneã *c* penatef *bc* 12 INFERRE *P* Infer.re *c* difcere *c1* 13 fe. *c* GENTIS (I *corr. in* E) *P* gentef *γ4b* multas ... nomen *aliena manu addita esse statuit Peerlkampus, dormitanti Vergilio adscripsit Wagnerus quaest. Verg.* XXXX 2. multas ... Dardanio *interpretatur Servius*: *cf.* VII 238 14 increbefcere *bc* 15—39 *Veron. fol.* 238 15 Quid *b* *quid struat his coeptis quem si f*ORTVNA *se*QVATVR *V* quid. si F. sequatur Eventum pugnae, cupiat *Peerlkampus. Paulo probabilius* quae *scribere poterat*, *sed* quem *testatur Servius.* 16 EVENTVM — *V* 17 Quant'no *c* — *lati*NO *V* regi. aut (*eras.* & *ut vid.*) *γ* aparere *γ* 18 TALIA *per latium quae laomedontius her*OS *V* talia per Latium quae *coniungit Peerlkampus* erof *γ* 19 *cf.* IV 532 *magno curarum fluctua*T *V* 20 *sq.* = IV 285 *sq.* 20 ADQVE *R* nuc *b* celerem nunc huc *schol. Hor.* nun diuidit *γ* 21 PARTS *V* partef *b* *varias V* p (*corr. m. rec.*) *c* 22 *aquae tre*MVLVM *V* AENEIS *V*

sole repercussum aut radiantis imagine lunae
omnia pervolitat late loca iamque sub auras
erigitur summique ferit laquaria tecti.
nox erat, et terras animalia fessa per omnis
alituum pecudumque genus sopor altus habebat:
cum pater in ripa gelidique sub aetheris axe
Aeneas, tristi turbatus pectora bello,
procubuit seramque dedit per membra quietem.
huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno
populeas inter senior se attollere frondes
visus eum tenuis glauco velabat amictu
carbasus, et crinis umbrosa tegebat harundo,
tum sic adfari et curas his demere dictis:

'O sate gente deum, Troianam ex hostibus urbem
qui revehis nobis aeternaque Pergama servas,

TESTIMONIA.

25 cf. schol. Veron. 99. 22 26 sq. Seneca controv. VII 27 p. 195 B. 26 'nox e.' Probi inst. I 4. 17 Marius Victorinus 2474 27 Priscianus 773 schol. Hor. carm. I 1. 33 'alituum p. g.' Servius Aen. VI 653 'alituum' Diomedes 447 28 'in ripa . . . axe' schol. Hor. carm. III 2. 5 'sub a. a.' schol. Veron. 99. 24 30 cf. schol. Veron. 99. 27 'seram . . . quietem' Servius ge. I 251 33 sq. 'eum . . . carbasus' Nonius 541, 15 34 'carbasus' schol. Veron. 99. 29 37 cf. schol. Veron. 100. 1 K.

VARIA LECTIO.

23 repercusso *Hoffmannus spicil. crit. Vindob.* 15. repercussum *legit Servius.* radientif *γb1* himagine h *del.*, x *in ras. b* 25 SVMQVE 1 *add. P* LAQVARIA *V* lacuar— *schol. Veron.* LAQVEARIA *MPRγc, schol. Hor.* laq: aria *b* 'laquearia; *multi* lacuaria *sic Paris.* lacunaria *Regin. Lips. legunt' Servius.* tectif *γ1* 26 feffaf *c1* omf *c* 27 abebat *b* 28 aeterif *b* axae *b1* 29 PECTORE *M* 30 PROCVBVIT — *V* 31 tyberinul *γ* 32 nior c adtollere *b* 33 eum CVM *RV* TENuis *glauco velabat amictu V* tenui. *c1* 34 CRINIIS *V: fuerat* crineis, *ni fallor* VMbrosa *tegebat har*VNDO *V* t. gebat *c* ARVNDO *Rc* 35 affari *c* 'tum sic adfari: *subaudis* visus' *Servius demere dictis V* 36 oftibuf *b* 37 QVI— — —VAS *V* reueif *b*

qui petat auxilium et Latio consistere Teucros,
advectum Aenean classi victosque penatis
inferre et fatis regem se dicere posci
edoceat [multasque viro se adiungere gentis
Dardanio et late Latio increbrescere nomen].
quid struat his coeptis, quem, si Fortuna sequatur,
eventum pugnae cupiat, manifestius ipsi
quam Turno regi aut regi apparere Latino.

Talia per Latium. quae Laomedontius heros
cuncta videns magno curarum fluctuat aestu,
atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
in partisque rapit varias perque omnia versat:
sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis

TESTIMONIA.

11 Priscianus 708 'advectum A. c.' Consentius 2038 P. 18 'talia p. L.' Probi inst. I 6, 3 'Laomedontius h.' Diomedes p. 310 P. Servius Aen. III 248 20—25 (om. 23) schol. Hor. carm. II 16, 11 22 Nonius 449, 20

VARIA LECTIO.

10 TAT (*m.* 2 *sup.*) *P* p&it *c1* CONSIDERE (D *m. ant.*, *sed in spatio erasarum* 2 *litt.*) *P: cf.* VI 67 confidere *γ* consistere *Servius: cf.* I 541 VI 807 VIII 381 X 75 tecrof *b* 11 Aduecti *γ1* (Aduectũ *γ2*) aeneam .. (*eras.* an, *ut vid.*) *γ* eneã *c* penatef *bc* 12 INFERRE *P* Infer.re *c* difcere *c1* 13 fe. *c* GENTIS (I *corr. in* E) *P* gentef *γ4b* multas ... nomen *aliena manu addita esse statuit Peerlkampus, dormitanti Vergilio adscripsit Wagnerus quaest. Verg.* XXXX 2. multas ... Dardanio *interpretatur Servius: cf.* VII 238 14 increbefcere *bc* 15—39 *Veron. fol.* 238 15 Quid *b* *quid struat his coeptis quem si f*ORTVNA *se*QVATVR *V* quid, si F. sequatur Eventum pugnae, cupiat *Peerlkampus. Paulo probabilius* quae *scribere poterat, sed* quem *testatur Servius.* 16 EVENTVM — *V* 17 Quantʳno *c* — *lati*NO *V* regi.aut (*eras.* & *ut vid.*) *γ* aparere *γ* 18 TALIA *per latium quae laomedontius her*OS *V* talia per Latium quae *coniungit Peerlkampus* erof *γ* 19 *cf.* IV 532 *magno curarum fluctua*T *V* 20 *sq.* = IV 285 *sq.* 20 ADQVE *R* nuc *b* celerem nunc huc *schol. Hor.* nunc diuidit *γ* 21 PARTiS *V* partef *b* *varias V* pq (*corr. m. rec.*) *c* 22 *aquae tre*MVLVM *V* AENEIS *V*

sole repercussum aut radiantis imagine lunae
omnia pervolitat late loca iamque sub auras
erigitur summique ferit lacuaria tecti.
nox erat, et terras animalia fessa per omnis
alituum pecudumque genus sopor altus habebat:
cum pater in ripa gelidique sub aetheris axe
Aeneas, tristi turbatus pectora bello,
procubuit seramque dedit per membra quietem.
huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno
populeas inter senior se attollere frondes
visus (eum tenuis glauco velabat amictu
carbasus, et crinis umbrosa tegebat harundo),
tum sic adfari et curas his demere dictis:

'O sate gente deum, Troianam ex hostibus urbem
qui revehis nobis aeternaque Pergama servas,

TESTIMONIA.

25 cf. schol. Veron. 99, 22 26 sq. Seneca controv. VII 27 p. 195 B. 26 'nox e.' Probi inst. I 4, 17 Marius Victorinus 2474 27 Priscianus 773 schol. Hor. carm. I 1, 33 'alituum p. g.' Servius Aen. VI 653 'alituum' Diomedes 447 28 'in ripa . . . axe' schol. Hor. carm. III 2, 5 'sub a. a.' schol. Veron. 99, 24 30 cf. schol. Veron. 99, 27 'seram . . . quietem' Servius ge. I 251 33 sq. 'eum . . . carbasus' Nonius 541, 15 34 'carbasus' schol. Veron. 99, 29 37 cf. schol. Veron. 100, 1 K.

VARIA LECTIO.

23 repercusso *Hoffmannus spicil. crit. Vindob.* 15. repercussum *legit Servius.* radientif *γb*1 himagine (h *del.*, N *in ras.*) *b* 25 SVMMQVE (1 *add.*) *P* LAQVARIA *V* lacuar— *schol. Veron.* LAQVEARIA *MPRγc, schol. Hor.* laq:aria *b* 'laquearia; *multi* lacuaria (*sic Paris.* lacunaria *Regin. Lips.*) *legunt' Servius.* tectif *γ*1 26 feſſaſ *c*1 oñſ *c* 27 habebat *b* 28 aeterif *b* axae *b*1 29 PECTORE *M* 30 PROCVBVIT — *V* 31 tyberinul *γ* 32 nior c adtollere *b* 33 eum] CVM *RV* TENuis *glauco velabat amictu V* tenui. *c*1 34 CRINIIIS *V: fuerat* crineis, *ni fallor* VMbrosa *tegebat har*VNDO *V* t.gebat *c* ARVNDO *Rc* 35 affari *c* 'tum sic adfari: *subaudis* visus' *Servius demere dictis V* 36 oftibuf *b* 37 QVI— — —VAS *V* reueif *b*

expectate solo Laurenti arvisque Latinis,
hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates;
neu belli terrere minis: tumor omnis et irae 40
concessere deum.
[iamque tibi, ne vana putes haec fingere somnum,
litoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
triginta capitum fetus enixa, iacebit,
alba, solo recubans, albi circum ubera nati. 45
ex quo ter denis urbem redeuntibus annis 47
Ascanius clari condet cognominis Albam.
haut incerta cano.] nunc qua ratione quod instat
expedias victor, paucis (adverte) docebo. 50

hic locus urbis erit, requies ea certa laborum 46

TESTIMONIA.

38 Servius Aen. III 185 'expectate s. L.' Servius Aen. VIII 12
41 Marius Plotius p. 252 G. Servius Aen. III 340

VARIA LECTIO.

38 EXSPECTATE *MRV* expectante *γ*1 solo Laurenti] LO^{CO} LAURENTI (CO *m. rec. ut vid., in mg. m. ant.* ALIBISOLO) *M* LAVRENT*i arvisque latinis V* Laurentum *Servii ad v.* 12 *Lips. Par.* (Laurenti *Reg.*) *et ad* III 185 *Cass.* 39 CER*ti ne absiste penates V* ADSISTE *R* 40 NV^{E} *P* om̄ſ *c* '*mire quidam conclusit hunc versum dicens:* concessere deum profugis nova moenia Teucris' *Servius: cf. idem ad* III 340. *Habet interpolationem Menag. pr. cum al. Optime coniungi v.* 41 concessere deum *cum v.* 49 nunc qua ratione quod instat *Heynius animadvertit. Sed quae intercedunt fortasse ab ipsis poetae amicis interpolata sunt.* 42 NEC *R* ne. (e *fort. m.* 2) *γ* puta^{c}ſ *γ* 43—46 = III 390—393 43 Lotoriiſ *c*1 INUENTAUB^{S} *M* ILICIBVSVVS *Pγ*1 ILICIB-USUS$^{S\ U}$ *M* ILICEBVXVS^{SS} (*corr. m. rec.*) *R* 44 cubitũ *c* ſo&uſ *c* e.nixa *γ* 45 ALBA· *M* RECUBANT$^{S\cdot}$ *M* recuban. *c*1 UBERE^{A} *M* 46 *om. MPγ*1 47 *sq.: cf.* I 269 *sq.* ex quo *interpretor* ex quo prodigio, *ut Varro ait de l. l.* V 144 49 HAVT *Pγ*1 HAVT (H *m.* 2 *add.*) *R* HAUD *Mγ2bc* QUA$^{/}$ *M* 50 EXPEDIAS^{M} *M* EXPEDIAM (M *m. ant., sed ex corr. in litura, ut possit* S *fuisse*) *P* expediam *γ*1 : *cf.* VI 759 XI 315 pac^{v}iſ *γ*

Arcades his oris, genus a Pallante profectum,
qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,
delegere locum et posuere in montibus urbem
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.
hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina;
hos castris adhibe socios et foedera iunge.
ipse ego te ripis et recto flumine ducam,
adversum remis superes subvectus ut amnem.
surge age, nate dea, primisque cadentibus astris
Iunoni fer rite preces iramque minasque
supplicibus supera votis. mihi victor honorem
persolves. ego sum, pleno quem flumine cernis
stringentem ripas et pinguia culta secantem,
caeruleus Thybris, caelo gratissimus amnis.
hic mihi magna domus, celsis caput urbibus, exit.'

Dixit, deinde lacu fluvius se condidit alto,

TESTIMONIA.

53 sq. 'et posuere . . . Pallanteum' Servius Aen. V 60 55 Nonius 284, 10 Servius Aen. VII 426 VIII 116 61 sq. 'mihi . . . persolves' Servius Aen. VIII 76 XI 565 62 sq. 'ego . . . ripas' Nonius 403, 10 64 Servius Aen. XI 125 'caelo g. a.' Claudius Sacerdos I 175 Diomedes 454

VARIA LECTIO.

51 Archadef γ1 Archadif *c*1 IIIC (*corr. m. rec.*) *M* APPALLANTE *M* appellante (e *pr. corr. in* a) γ a pellante *c*1 53 Delagere *c*1 54 pollanteũ *c*1 55—58 *m.* 2 *in mg. add. b* 55 affiduc *b* ADSIDVAE *R* affiduae *c* dicunt *c* 56 FOEDERE *Pγb* 'foedera iunge; *legitur et* foedere iunge' *Servius* : *cf.* IV 112 IUNGE (*cauda m. alienae*) *M* 57 tecto *Menag. pr.* certo *Peerlkampus* recto *testatur Servius* 59 age *om. R, m. rec. sup. c* RIMIS *M* 60 *sq.* : *cf.* III 438 *sq.* 60 PRECIS *M* praecef γ iraf *c* 61 donis *ut* III 439 χ, *plerique Pieriani* 62 Perfoluenf *b* quem pleno gurgite *aliquot Pieriani* 63 Strigentem γ SINGUIA *M* pingula γ 64 tybrif *c* 65 tibi *Peerlkampus* CERTA *P* : *cf.* 46 certa γ CAESIS *M* celsum hic *Peerlkampus* 66 laui *b* fluuio γ condedit *b*1 lacus flavo se c. alveo *Peerlkampus contra Servii testimonium*

ima petens; nox Aenean somnusque reliquit.
surgit et aetherii spectans orientia solis
lumina rite cavis undam de flumine palmis
sustinet ac talis effundit ad aethera voces:
'nymphae, Laurentes nymphae, genus amnibus undest,
tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto,
accipite Aenean et tandem arcete periclis.
quo te cumque lacus miserantem incommoda nostra
fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis,
semper honore meo, semper celebrabere donis,
corniger hesperidum fluvius regnator aquarum.

TESTIMONIA.

68 sq. 'surgit . . . lumina' Nonius 397, 16 69 'rite . . . palmis' Probi inst. I 9, 12 71 Servius Aen. I 6 VII 137 XII 142 72 Macrobius Sat. VI 1, 12 73 'et . . . periclis' schol. Hor. carm. I 27, 4 76 Nonius 320, 10 77 sq. 'corniger . . . adsis' Asper 112, 1 77 Priscianus 741. 1110. 1116. 1251. 1280 P. de XII vers. Aen. 7, 120. 13, 212 Cledonius 1863 Phocae ars V 2 (1710 P.) Servius ad Donat. 1784 P. Servii ars p. 500 L. schol. Hor. carm. IV 14, 25 Servius Aen. X 325 'corniger h. f.' Probi inst. II 1, 6 'hesperidum f. r. a.' Servius Aen. XI 464

VARIA LECTIO.

67 eneã c RELINQVIT *R* relinqui .t *c* 68 sVRGIT (S *m. al. add.*) *P* a&erii *γ* aetherei *c* oriantia *c* 69 rete *c*1 PALMIS (P *in ras.*) *R* 70 Suftin& *γ* Suftulit *bc* (sustinet *Servii Par., in Regin. et Lips. lemma mutilum est*) ad *suprascr. γ* effundit pectore voces *Peerlkampus ex* V 482 : *cf. etiam* V 780 VII 292, *sed contra* V 723 71—77. 78—98 *F fol. LXVIII* 71 'nymphae: *hic distinguendum' Servius.* NYMPHAE· LAVRENTES NYMPHAE· *etiam M* UNDESIT (E *sup. m.* 2, T *in mg., sed m. ant.*) *F* VNDEEST *Rybc* 72 TEQVE (V *suprascr. m. rec.*) *F* Tu quoque *b* O THYBRE *R* O THYBRE· *M* tybri *c* o thibri *b* TU O *M* flummine *γ*1 SN̄ACTO *M* facto *γ* feõ *in ras. b* xanto *Macrobii Salisb.* 73 eneam *c* BERICLIS *F* 74 CLACVs (S *m. al. add.*) *P* lacu *b* MISERANTE̅ (*lin. sup. m.* 2) *F* nrõ (o *m.* 2 *corr. in* a) *b* 75 TENENT *FR* : *cf.* 296 III 386 VI 134 QVOTECVMQVE *P* 76 CELEBRAVERE (V *m.* 2 *corr. in* B) *F* celebrare *c* 77 FLUIUS (V *m.* 2 *sup.*) *F*

adsis o tantum et propius tua numina firmes.'
sic memorat geminasque legit de classe biremis
remigioque aptat, socios simul instruit armis.
Ecce autem subitum atque oculis mirabile mostrum,
candida per silvam cum fetu concolor albo
procubuit viridique in litore conspicitur sus.
quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxuma Iuno,
mactat sacra ferens et cum grege sistit ad aram.
Thybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem
leniit, et tacita refluens ita substitit unda,
mitis ut in morem stagni placidaeque paludis
sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.
ergo iter inceptum celerant rumore secundo.

TESTIMÒNIA.

78 Priscianus 1021. 1023. 1140 'adsis o tandem' Alcuini grâmm. 2124. 2125 79 'geminas . . . biremis' Servius Aen. VIII 107 82 sq. 'cum . . . procubuit' Servius Aen. VIII 631 83 Priscianus de accent. 7 'viridique . . . sus' Diomedes 430 Isidorus orig. I 17, 6 Maximi Vict. ars 17 Sergius in Don. 24 (1836 P.) Pompeius p. 77. 79 L. Servius Aen. VII 798 XII 248 84 sq. 'tibi . . . ferens' Macrobius Sat. III 3, 2 85 'et . . . aram' Servius Aen. IV 633 86 sq. 'Thybris . . . leniit' Servius Aen. IV 193 87 'et . . . unda' schol. Hor. carm. I 32, 8 88 Nonius 343, 7 Servius Aen. VIII 57 89 schol. Hor. carm. I 9, 10 90 Macrobius Sat. VI 1, 37 Nonius 385, 7

VARIA LECTIO.

78 O *M* tandem χ, *Prisciani* 1021. 1141 *Par. D*, *Bongars.*, *Alcuinus* propiuſ *γ* PROPRIVS *P* 'propius; *legitur et* proprius' *Servius* et placide, *in mg. m.* 2 ÷ et ꝑpius *b* 79 *m. ant. imo mg. add. b* biremeſ *bc*2 birem *c*1 80 : *cf.* III 471 ablat *b* 81 ADQVE *R* MIRABE (*m.* 2 *sup.*) *F* MOSTRVM *P* MONSTRVM *FMRybc* 82 ſo&u *c* 83 Procumbuit *γ*1 SUS *M* SVVS *P* 84 tibi enim maxima *b* MAXIMA *FMPyc* 86 THYBRIMS *P* Tybrif *c* FLVVIVM (M *in ras.*) *P* fluum *γ* TUMENTE *M* TUMENTE *F* 87 LENIT *R* SVBSTIT *P* ſubſiſtitit *γ*1 INUNDA *F* 88 immore *c* PLACIDAEQ· (Q· *in ras.*) *R* placid..q; *c*1 89 *cf.* V 821 ABISSET *R* 90 inter (n *eras.*) *b* ceptum *b* celerant, at ꝑagant *γ* colerant *c*1 celebrant *Mediceus Pierii*, *Hamb. alter* PERAGVNT *R*, *Macrobius*, *Nonius*, *ut*

labitur uncta vadis abies: mirantur et undae,
miratur nemus insuetum fulgentia longe
scuta virum fluvio pictasque innare carinas.
olli remigio noctemque diemque fatigant
et longos superant flexus variisque teguntur
arboribus viridisque secant placido aequore silvas.
sol medium caeli conscenderat igneus orbem,
cum muros arcemque procul ac rara domorum
tecta vident, quae nunc Romana potentia caelo
aequavit (tum res inopes Euandrus habebat):
ocius advertunt proras urbique propinquant.

Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadae magno divisque ferebat
ante urbem in luco. Pallas huic filius una,
una omnes iuvenum primi pauperque senatus

TESTIMONIA.

91 sq. 'labitur ... nemus' Diomedes 411 91 'labitur ... abies' Macrobius Sat. VI 1, 51 Eutychius II 1 93 Servius Aen. X 80 94 Nonius 112, 16 'remigio ... fatigant' Servius Aen. VIII 549 95 'et ... flexus' Servius Aen. VIII 57 96 'viridis ... silvas' Nonius 247, 2 97 Beda de temp. ratione c. 32 'sol m. c.' Probi inst. I 4, 8 100 'res ... habebat' Nonius 30, 32 'Euandrus' Charisius 11 102 sq. Nonius 320, 14 103 schol. Hor. carm. I 10, 3 105 'una ... primi' Servius Aen. IV 133 'pauperque s.' Servius Aen. III 539: cf. schol. Veron. 100, 6 K.

VARIA LECTIO.

VI 384 RUMONE (*corr. m. rec.*) *M* 'rumore... *aut* rumore *pro* rumone *posuit*' *Servius* celerant; rumore secundo Labitur *Heynius*

91 unda *b*1 unta *b*2 92 MIRANTVR *Fγ*1 93—118 *Veron. fol.* 237 93 FVVIO *V* SPICTAS (S *prior fere abrasa*) *M* 95 VARIS *V* 96 uiridef *b* equora *c*1 97 igneof *b* 98 AC *in ras. ut vid. F, item b* *domorum V* 100 TVNC *Rb* INOPIS *Rγ*2 INOPeS *V* EVAN*dru*S *habebat V* 101 ADVER*tunt V* ubi *bc* 102 Fonte *b* folemnem *b* folemnẽ *γ* SOLLEMNE *PR, Nonii exempl.* archaf *c* *hon*OREM *V* 103 AMPHITR — *ferc*bAT *V* Amphytryoniade *γ* Amphitrioniade *b* Amphytrioniadę *c* ferebant *schol. Hor.* 104 loco *c* PALLANS *V* pallaf *γ* 105 omif *c*

tura dabant, tepidusque cruor fumabat ad aras.
ut celsas videre rates atque inter opacum
adlabi nemus et tacitis incumbere remis,
terrentur visu subito cunctique relictis
consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas
sacra vetat raptoque volat telo obvius ipse
et procul e tumulo 'iuvenes, quae causa subegit
ignotas temptare vias? quo tenditis?' inquit.
'qui genus? unde domo? pacemne huc fertis an arma?'
tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta
paciferaeque manu ramum praetendit olivae:
'Troiugenas ac tela vides inimica Latinis,

TESTIMONIA.

106 'tepidus ... aras' Servius Aen. IX 455 110 sq. 'audax ... volat' Servius Aen. III 178 110 'audax ... Pallas' Servius Aen. IV 615 112–114 'iuvenes ... arma' Isidorus orig. II 21, 16 113 sq. 'quo ... domo' Servius Aen. I 369 114 Priscianus 1160 'qui ... domo' schol. Hor. serm. I 5, 54 Servius Aen. V 285 'qui g.' Arusianus p. 233 L. 115 'puppi ... alta' Consentius 2038 P.

VARIA LECTIO.

106 T*ura — cr*VO*r*FVM*ab*ATADARAS *V* THVRA *R* dabat *γ*1 cruor *m. rec. sup. b* 107 uedere *c*1 RAT.S *Vc*1 A*tque inter op*ACVM *V* ADQVE *R* 108 *adlabi — in*CVM*bere* Rem1S (*sed ante* CVM *agnoscere visus sum* CV) *V* tacitiſ *γ*2*c*2, *ψ ut vid.* TACITOS *MPRγ*1*bc*1 'tacitis, *pro* ipsi taciti' *Servius* 109 T*erre*NTVR *V* uiſo *b* 110 QUOD *M* pallaſ *γ* 111 S*acra vetat V* VELAT *P* obuiaſ *b*1 112 E *M* haec (*i. e.* ec) *m* TUMULO' *M* 113 TEMPT*are vias V* temtara (a *post. corr. in* e) *b* 114 QV*i genus u*NDEDOMOPA*cemne huc fertis a*NARMA *V* quid *Isidori Gud.* 1 VN (*m. rec. sup.*) *R* domu *b*1 domus *Isidori exempl., nisi quod* domum *Gud.* 1 IN *R* ad *c* 115 TV*m pater aenea*S *V* TVNC *R* puppiſ *γ*1 faſ *c* FATVS *Rγ*1 ALT*a V* alba *c*1 116 P*aciferae-que manu V* Pacifere *γ* PAVPERAE (*sup. m. rec.*) *R:* pacuperae *scriptum fuerat.* PRAE*tendit V* pra&endit, aſ *p γ* 117 VDES *R* INimica *latinis V*

quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus. ferte haec et dicite lectos
Dardaniae venisse duces socia arma rogantis.'
obstipuit tanto percussus nomine Pallas:
'egredere o quicumque es' ait 'coramque parentem
adloquere ac nostris succede penatibus hospes;'
excepitque manu dextramque amplexus inhaesit.
progressi subeunt loco fluviumque relincunt.

Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis:
'optume Graiugenum, cui me Fortuna precari
et vitta comptos voluit praetendere ramos,
non equidem extimui, Danaum quod ductor et Arcas
quodque a stirpe fores geminis coniunctus Atridis;
sed mea me virtus et sancta oracula divom

TESTIMONIA.

118 Nonius 243, 17. 391, 15 Servius Aen. VIII 613 'bello . . . superbo' Servius Aen. VIII 146 X 151 119 'Euandrum p.' Nonius 367, 2 123 'et nostris . . . hospes' Nonius 403, 19 'ac . . . penatibus' Servius ecl. V 5 125 Servius Aen. III 662 'progressi s. l.' Servius Aen. VIII 363 'subeunt . . . relinquunt' Servius Aen. VI 525 'subeunt l.' Servius Aen. IV 598 127 sq. Iulius Rufinianus p. 228 R. 127 Priscianus 677. 732 'optime G.' Diomedes p. 312 P. 128 Servius Aen. VII 237. 418 130 Arusianus p. 221 L.

VARIA LECTIO.

118 ILLE *R* profugo. (*erasa* r, *ut vid.*) *γ* SV*perbo V* 120 uenire *c1* uenise *c2* uirof *cχ* : *cf.* VII 168 ROGANTIS *P1* ROGANTES *MP2Rybc* 121 PERCVLSVS *Rb* : *cf.* I 513 *ge.* II 476 peuloſo *c* pallaſ *γ* 122 ETGREDERE *M* ETGRADERE *P* ETGRADERE *R* egredere *ybc* O *M, suprascr. γ* 123 Alloq,re *c* ET *M* et *Nonius* hac *γ* 124 DEXTRA *R* inefit *c* 125 Progreſ *γ* loco *γ* fluuio *γ* RELINCUNT *M* relincunt (c *corr. in* q) *b* RELINQVNT *Rc* RELINQVvNT (V *add.*) *P* relinquunt *γ* 126 afflaſ *c1* 127 OPTIME *PRyc* PRAECARI *Rb* 128 ac *Iulius Rufinianus* PRATENDERE *P* 129 ext..ui *c1* QUODUCTOR *M* ARCES *R* archaſ *c* 130 QVODQVAE *P* quodquae *γ* A *PRyb, Arusiani cod. Ambr.* ab (b *eras.*) *c* AB *M* foret *Arusiani Ambr.* 131 ET *om. P* ſcā *b* DIVOM (O *corr. in* V) *P* diuum *γc* diu//um *b*

cognatique patres, tua terris didita fama,
coniunxere tibi et fatis egere volentem.
Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor,
Electra, ut Grai perhibent, Atlantide cretus,
advehitur Teucros; Electram maxumus Atlans
edidit, aetherios umero qui sustinet orbes.
vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenae gelido conceptum vertice fudit;
at Maiam, auditis si quicquam credimus, Atlans,
idem Atlans generat, caeli qui sidera tollit.
sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
his fretus non legatos neque prima per artem
temptamenta tui pepigi: me, me ipse meumque
obieci caput et supplex ad limina veni.
gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello

TESTIMONIA.

132 tua . . . fama' Velius Longus 2226. 2227 135 sq. 'Electra . . . Teucros' Iulius Rufinianus p. 254 R. 135 Servius Aen. I 530 138 'candida M.' schol. Hor. epod. 3, 10 140 sq. 'at . . . generat' schol. Hor. carm. I 2, 41 143 sq. 'his . . . pepigi' Nonius 412, 30 146 sq. 'gens . . . insequitur' Servius Aen. VIII 474

VARIA LECTIO.

132 COGNATI (AT *in ras. ut vid.*) *R* PATRIS *Ryl* DEDITA *Ryb*, *Servii Regin. Lips. Par.* (*sed ad v.* 131 didita *Regin. Lips.*) debita *aliquot Pieriani*, *Menag. pr.* didita *testatur Velius Longus* 133 CONIVNXERETIBI (RET *in ras.*) *R* EGEREVOLENTEM (GEREVO *in ras.*) *R* 134 &octor *cl* 135 Electram Grai . . . cretam *Rufiniani exempl.* VTGRAII *Py* matre ut *Peerlkampus* adlantide *yc* 136 Aduehitur *bc* MAXIMVS *MPybc* ATHLANS *M* atlanf (n *eras.*) *b* athlaf *c* 137 EHERIOS *M* humero *c* 138 mercuriof *b* 139 CYLLINAE *R* CYLLAENE *M* Cyllenae *b* FVNDIT *P* 140 AD *Py* Et (E *del.*, *adpos. m. rec.* A, t *in ras.*) *b* AVDITISI *P* auditifi *y* CVIQVAM *R* CREDITIS *P* creditif, at credim*t* *y* adlanf *yl* athlanf *b* athlaf *c* 141 athlaf *c* GAELI (G *corr. in* C) *P* 144 Temtamenta *b* ipfi *bl* 145 Obieci. (*erasa fort.* t) *y* 146 Menf (M *m.* 2 *corr. in* G) *b* BELLA *R*

insequitur; nos si pellant, nihil afore credunt,
quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant
[et mare quod supra teneant quodque adluit infra].
accipe daque fidem: sunt nobis fortia bello
pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus.'

Dixerat Aeneas. ille os oculosque loquentis
iandudum et totum lustrabat lumine corpus.
tum sic pauca refert: 'ut te, fortissime Teucrum,
accipio adgnoscoque libens! ut verba parentis
et vocem Anchisae magni voltumque recordor!
nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,
protinus Arcadiae gelidos invisere finis.
tum mihi prima genas vestibat flore iuventas,

TESTIMONIA.

147 sq. 'nos ... mittant' Isidorus orig. II 30, 11 150 sq. 'accipe ... pectora' Macrobius Sat. VI 1, 13 'sunt ... iuventus' Nonius 402, 23 150 'accipe daque f.' schol. Hor. carm. saec. 44 Servius Aen. X 150 151 'rebus s. i.' Donatus ad Ter. Andr. V 1, 1 Servius Aen. I 590 VI 687 ge. I 198 II 237 152 sq. 'ille ... corpus' Nonius 335, 32 154 sq. 'ut ... libens' Nonius 239, 28 'ut ... accipio' Sergius ad Don. 1852 154 'ut ... Teucrum' Cledonius 1926 156 Nonius 502, 5 Arusianus p. 258 L. 157—159 Nonius 377, 16 Arusianus p. 245 L. 157 sq. 'nam ... Priamum' Macrobius Sat. V 14, 15 Priscianus 826 159 Eutychius I 1, 2 160 Servius Aen. VIII 659

VARIA LECTIO.

147 AFORE *P* ATFORE (T *corr. in* D) *M* adfore *γ* affore *Isidori φ* afforte *c1* FORE *R* offore *Moret. pr. m.* 1 obfore *Servius ut vid.*

148 OMEM *P* 149 *cf. ge.* II 158. *Eiecit hunc v. Peerlkampus, legit iam Servius.* TENEANTSVPRA *Pγ* QVOQVE *R* ABLVIT *R* alluit *bc* 150 forti *Nonii exempl.* 151 //pectata *c1* 153 IAM (M *fort. corr. ex* N) *P* IAM *Rybc* limine (*corr. m. ant.*) *c* 154 TAE *M*

155 AGNOSCO *Rbc* ABNOSCO *M* UERA *M* 156 VVLTVM *PRbc*

157 HAESIONAE *Py* HISIONAE *R* HESIONE *M* 158 Laomedontiadem *c* 159 archadiae *b* archadie *c* FINIS (I *alt. in ras.*) *P* 160 tunc *Servius Aen.* VIII 659 ueftibit *c* vesteibat (vestiebat?) *aliquot Pieriani* IVVENTAS *MPRyb, Servii Aen.* VIII 659 *exempl.*: *cf.* V 398 iuuent' *c* iuuentus *Zulich. Leid.* iuuenta *χ*

mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum
Laomedontiaden, set cunctis altior ibat
Anchises: mihi mens iuvenali ardebat amore
compellare virum et dextrae coniungere dextram.
accessi et cupidus Phenei sub moenia duxi.
ille mihi insignem pharetram Lyciasque sagittas
discedens chlamydemque auro dedit intertextam
frenaque bina meus quae nunc habet aurea Pallas.
ergo et quam petitis iuncta est mihi foedere dextra,
et lux cum primum terris se crastina reddet,
auxilio laetos dimittam opibusque iuvabo.
interea sacra haec, quando huc venistis amici,
annua, quae differre nefas, celebrate faventes
nobiscum et iam nunc sociorum adsuescite mensis.'

Haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi
pocula gramineoque viros locat ipse sedili
praecipuumque toro et villosi pelle leonis

TESTIMONIA.

166 'insignem ph.' schol. Veron. 82, 7 K. 168 Nonius 206, 10 'frenaque b.' Servius Aen. X 329 171 Servius Aen. VIII 464 172 'interea s. h.' Claudius Sacerdos I 74 173 'annua . . . nefas' Servius ge. I 339 174 'sociorum a. m.' Arusianus p. 211 L. 175 sq. Macrobius Sat. III 6, 16 176 'gramineo . . . sedili' Servius Aen. I

VARIA LECTIO.

161 teucroſ, aꝫ teucrũ *γ* 162 Laomedontiadẽ *c* SED *PRγbc* 163 Achiſeſ *b*1 iuuenili *γ*2 164 COMPELLA^{RE} *P* Conpellare *b* 165 ACCESSIT *R* PΘENEI *P* PHOENEI *R* PHAENEI *M* penei *γ* Phenei *tribus syllabis Servius conl. Hom. Il.* B 605 166 litiaſ *b*1 167 Diſce.denſ *b* CHALAMYDEM *M* .clamydem (c *m.* 2) *γ* clamidem *c* INTERTEXTΘAM *P* INTERTEXTO *R* 'intertextam, *legitur et* intertexto' *Servius* 168 $\overset{v}{\text{a}}$rea *γ* pall$\overset{n}{\text{a}}$ſ *γ* 169 iuncta est (iunc *in ras.*) *c* 170 primum *suprascr. γ* 171 LE$\overset{A}{\text{C}}$TOS *P* tutos *aliquot Pieriani, Servii ad* VIII 464 *exempl. ex* I 571 173 diff$\overset{r}{\text{e}}$re *γ* 174 NOB$\overset{S}{\text{I}}$CVM (*m.* 2 *sup.*) *R* ſotiorum *γ* $\overset{r}{\text{a}}$dueſcite *b* aſſueſcite *c* menſiſ *in ras. c* 176 POCVLAQVE *P* Procula *γ* ipſa *γ*1 177 PRECIPUUM *M* TVRO *P* uilloſo *c*1 pille *c*1

accipit Aenean solioque invitat acerno.
tum lecti iuvenes certatim araeque sacerdos
viscera tosta ferunt taurorum onerantque canistris
dona laboratae Cereris Bacchumque ministrant.
vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus
perpetui tergo bovis et lustralibus extis.

Postquam exempta fames et amor compressus edendi,
rex Euandrus ait: 'non haec sollemnia nobis,
has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
vana superstitio veterumque ignara deorum
inposuit: saevis, hospes Troiane, periclis
servati facimus meritosque novamus honores.
iam primum saxis suspensam hanc aspice rupem,
disiectae procul ut moles desertaque montis
stat domus et scopuli ingentem traxere ruinam.
hic spelunca fuit, vasto summota recessu,
semihominis Caci facies quam dira tenebat

TESTIMONIA.

79.214.708 181 'dona l. C.' Macrobius Sat. VI 6, 7 182—185 'vescitur ... ait' Macrobius Sat. V 8, 5 182 sq. Servius Aen. I 546 182 Nonius 415, 25 184 Macrobius Sat. V 3, 6 Augustinus contra Iulianum Pelag. 67 185 sq. 'non ... dapes' Emporius rhet. p. 304 Cap. 185 Priscianus 692 'rex E. ait' Probus de nom. 56 p. 223 Endl. 187 Lactantius instit. IV 28 188 sq. 'saevis ... facimus' Arusianus p. 260 L. 190 Priscianus 1006 P. 'hanc primum suspice rupem' Servius Aen. I 438 191 sq. 'deserta ... domus' Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 16

VARIA LECTIO.

178 enean $\gamma 1$ eneam $\gamma 2$ aeneam *c* 179 leti *b* 180 tota γ &taurorũ *c* CANISTRI *R* 181 laborate γ baccũ *c* 182 AENEAS· *M* 183 perpetuo *Goth. tert., Ladevicus* perpetui *testatur Servius* ergo *b* 184 FAMAES *M* CONPRESSVS *Pyb* COMPRENSVS *R* conpſuſ *b* 185 ec *c* SOLLEMNIA *M* ſolemnia *b* folemnia γ follempnia *c* 187 Una *c*1 ue *c* igna γ 188 IMPOSVI *R* TROIANAE *M* perichlif *b*1 190 PRIDEM *Rb* hanc primum suspice rupem *Servius, memoria, ut videtur, falsus* 191 DEIECTAE *R* Diflecte γ 193 ſubmota *ybc* 194 CACI· *M* CACE *R* caci (c *post. m.* 2) γ texebat (x *in ras.*) *b* TEGEBAT *M* TEGEBAT *PRyχ*, '*aliquot pervetusti*'

solis inaccessam radiis; semperque recenti
caede tepebat humus, foribusque adfixa superbis
ora virum tristi pendebant pallida tabo.
huic monstro Volcanus erat pater: illius atros
ore vomens ignis magna se mole ferebat.
attulit et nobis aliquando optantibus aetas
auxilium adventumque dei. nam maximus ultor,
tergemini nece Geryonae spoliisque superbus,
Alcides aderat taurosque hac victor agebat
ingentis, vallemque boves amnemque tenebant.
at furiis Caci mens effera, nequid inausum
aut intractatum scelerisve dolive fuisset,
quattuor a stabulis praestanti corpore tauros
avertit, totidem forma superante iuvencas;
atque hos, nequa forent pedibus vestigia rectis,

TESTIMONIA.

195 sq. 'semper ... humus' Augustinus de civ. dei XIX 12 196 sq. 'foribus ... tabo' Nonius 391, 6 Servius Aen. VIII 233 'foribus ... virum' Arusianus p. 213 L. 197 Macrobius Sat. IV 6, 14 198 'huic ... pater' Priscianus 1206 200 Nonius 246, 7 202 'tergemini n. G.' Servius Aen. VII 662 203 'tauros ... agebat' Servius Aen. VIII 363 207—211 Probi ars minor 536 gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 248 (om. 'versis ... raptos' 210 sq.) 207—209 'praestanti ... atque' Servius Aen. X 572 209 Asper 112, 17 K.

VARIA LECTIO.

Pieriani 195 inacce. ſam *b*1 196 adfixu *γ*1 afixa *c* 197 squallida *Mediceus m.* 1 *teste Heinsio, Bentleius ad Lucani* II 165 : *cf. Ovidii fast.* I 558 198 uulcanuſ *bc* 199 igneſ *b* SIGNIS *R* 200 obtantibuſ *b* obstantibus *Nonii exempl.* 201 NAM *fort. in ras. R* 202 NEGE *P*1 GERYONAE *Pyb*2, *testatur Servius Aen.* VII 662 gerionę *c* GERYONE (*corr. m. rec.*) *M* GERYONI *R* gerion. *b*1 ſuperbiſ *γ* (*sed* iſ *fort. m.* 2), *bc* 203 HAC (H *ex corr. add.*) *P* 204 Ingenteſ *b* 205 Ad *b* fur. iſ *b* furiſ *γ*2*cψ*, *Servius* : *cf.* 211. 219 manus *Peerlkampus*, mens *tuetur Marklandus ad Statii silv.* IV 6, 91 QI D *M* EMP 206 INTRACTATUM *M* intẽ. tatum *c*2 (intractatum *c*1) intemptatum *m* dolisve *m* FUISSENT *My*1 207 *sq. cf. ge.* IV 550 *sq.* 207 Quatuor *c* ab *b*, *Probi Bob. et ed. pr., gramm. Vat.* praeſtante *γ*1 209 NEQUA *continuat M*

cauda in speluncam tractos versisque viarum
indiciis raptor saxo occultabat opaco:
quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant.
interea, cum iam stabulis saturata moveret
Amphitryoniades armenta abitumque pararet,
discessu mugire boves atque omne querellis
impleri nemus et colles clamore relinqui.
reddidit una bovom vocem vastoque sub antro
mugiit et Caci spem custodita fefellit.
hic vero Alcidae furiis exarserat atro
felle dolor: rapit arma manu nodisque gravatum
robur et aërii cursu petit ardua montis.
tum primum nostri Cacum videre timentem
turbatumque oculis: fugit ilicet ocior euro

TESTIMONIA.

214 Priscianus 908 215 'discessu m. b.' Priscianus 773 215 sq. 'omne ... nemus' schol. Leid. ge. I 378 217 Priscianus 773 'reddidit ... vocem' Priscianus 568 Iulius Rufinianus 251 R. 218 'Caci ... fefellit' Servius Aen. XI 585 220 'arma m.' Probi inst. I 5, 1 222 Pseudoascon. ad Cic. 128 Or. 223 'turbatumque o.'. Servius Aen. V 505 IX 127

VARIA LECTIO.

210 CAVDA (D *in ras.*) *R* CAVDAM *P* SPELVNCHAM *P*, *item* 212 *et* 224 tractif *c* versis ... raptor *om. Probi ars minor* 211 raptor *Wakefieldus, ut Propertius* V (IV) 9, 9 RAPTOS *libri* op..aco *c* 212 quaerentef *γ*2 (quaerenti *γ*1) Querentef (f *in ras.*) *c* QVAERENTES *R* Quaerentif *b* 213 a stabulis *m* STATVRATA *R* moueret (t *m.* 2) *γ* 214 amphytioniadef *γ* Amphytrioniadef *b* Amphitrioniadef *c* ABITVM *P* HABITVM *Rγ* PARARENT *R* PARABAT *M* 215 Difceffum *γ* boes *Prisciani φ* ADQVE *R* QVAERELLIS *R* QVERELLOS (O *corr. in* I) *P* querelif *c* 216 colle[f] *b* RELINQVIT *P* relicti *Schraderus* clamare propinqui *Peerlkampus* 'clamore relinqui: cum clamore ... *et hoc est melius*' *e. q. s. Servius* 217 Reddit *c*1 BOVVM *Pγ*1 BOUM *MRbc, testatur Priscianus* VOCEMQ· (Q· *eras.*) *P* 218 MVGIT *R* 219 ALCIDEAE *M* ANTRO *R* 221 robor *γb* robor *c*2, *Mentel. pr.* et aerii] AETHERII *M* a&herii *γ* a&herii. *c* et aetherii (?) *m*: *cf. ecl.* VIII 59 222 trmentem (timentem *m.* 1) *γ*2 223 oculof *γ*1, *eleganter.* oculi *χ* 'oculis... *alii* oculi *legunt*' *Servius*

speluncamque petit (pedibus timor addidit alas).
ut sese inclusit ruptisque immane catenis
deiecit saxum, ferro quod et arte paterna
pendebat fultosque emuniit obice postis,
ecce furens animis aderat Tirynthius omnemque
accessum lustrans huc ora ferebat et illuc,
dentibus infrendens. ter totum fervidus ira
lustrat Aventini montem, ter saxea temptat
limina nequiquam, ter fessus valle resedit.
stabat acuta silex, praecisis undique saxis
speluncae dorso insurgens, altissima visu,
dirarum nidis domus opportuna volucrum.
hanc, ut prona iugo laevom incumbebat ad amnem,
dexter in adversum nitens concussit et imis
avolsam solvit radicibus; inde repente

TESTIMONIA.

228 'ecce ... Tirynthius' Arusianus p. 230 L. 231 'lustrat A. m.' Nonius 335, 20 Servius Aen. I 607 IV 6 V 504 232 'ter ... resedit' Servius Aen. I 178 VI 846 'fessus v. r.' Isidorus orig. X 101 233 Priscianus 655 'stabat a. s.' Probus de nom. 18 p. 218 Endl. Cledonius 1904 P. de gen. nom. 100, 5 H. Pompeius p. 145 L. Servius Aen. I 646 235 Arusianus p. 250 L. Servius Aen. VII 657 236 Iulius Rufinianus p. 255 R.

VARIA LECTIO.

224 PETIT PEDIB· *sine interp. M* 225 inmane *b* immane *c* 226 DEIECTIT *P* Delect. t γ1 (Deiecit γ2) SAXUM· FERRO· *M* 227 EMVNVIT *P* EMVNIT *R* muniit γ POSTIS (I *corr. in* E) *P* POSTES *Myc* potef *b* 228 TIRINTHIVS *R* tyrynthiuf γ tyrinthiuf *bc* omnem Lustrat *omissis v.* 229 *sq. Peerlkampus conl.* IX 57 *et* III 664. *Legit nostra Servius.* 229 hu. c *b* 230 infrendens (d *m.* 2) γ FRENDENS *R* 232 nequi. quã *b* *Possis* limina, nequiquam: *distinguere.* NEQUIQUAM· TER· *M* 'ter fessus valle resedit ... *sane quidam sic distinguunt:* ter saxea tentat limina, *et subiungunt:* nequicquam ter, *ac post:* fessus valle resedit' *Servius* uelle γ1 refedet *b*1 233 SILIX *R* 235 cana nidis *Arusiani cod.* oportuno γ1 oportuna *bc* 236 prouna γ1 LAEVOM (O *corr. in* V) *P* LAEUUM *MRγb* leuum *c* in amnem *Rufinianus sono commodiore* 237 DEXTER· *M* auerfum *b* 238 AVOLSAM *P*1*c* AƉUOLSAM *M* AVVLSAM *P*2*Rγb*

inpulit, inpulsu quo maximus intonat aether,
dissultant ripae refluitque exterritus amnis.
at specus et Caci detecta apparuit ingens
regia, et umbrosae penitus patuere cavernae:
non secus ac siqua penitus vi terra dehiscens
infernas reseret sedes et regna recludat
pallida, dis invisa, superque immane barathrum
cernatur, trepident inmisso lumine manes.
ergo insperata deprensum luce repente
inclusumque cavo saxo atque insueta rudentem
desuper Alcides telis premit omniaque arma
advocat et ramis vastisque molaribus instat.
ille autem (neque enim fuga iam super ulla pericli)
faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
evomit involvitque domum caligine caeca,

TESTIMONIA.

242 'et ... cavernae' Servius Aen. II 19 243—246 Macrobius Sat. V 16, 14 243 sq. 'non ... sedes' Nonius 41, 14 245 sq. 'super ... cernatur' Diomedes 408 246 'trepident ... manes' Nonius 408, 8 248 'atque i. r.' Arusianus p. 241 L. 251 Diomedes 408 'neque ... pericli' de orthogr. 2798 P. Servius Aen. III 489

VARIA LECTIO.

239 IMPVLIT *MRc* IMPVLSV *R* INSONAT *Rbcm* 240 Diffiltant *γ*1 ENTERRITUS *M* 241 AD *PR* APARVIT *P* at specus umbrosaeque intus patuere cavernae *omissis reliquis Peerlkampus* 242 REGI *M* penitus] late *Schraderus ex Ennii Ann.* 420 243 faecuſ *b* SIQVA *continuat M* poenituſ *b* ui (u *in ras.*) *c* 244 referet *bc*2, *Macrobii exempl.* RESERET *M* RESERAT *PRγc*1, *Nonii exempl.* ac *b* 245 diiſ *b* inmane *γbc* baratrū *c* 246 TREPIDENT *MPγb*, *Nonius*, *Macrobii ω* trepident (re *in ras.*) *c* trepidant *Macrobii Par.* TREPIDANTQVE *R* immiſſo *b* 247 DEPRENSVMLVCE *P* DEPRENSVMLVCE *Mγ* DEPRENSVMINLVCE *Rb* depn. fum in luce (n *pr. in ras.*) *c* 248 SAXOQ· INSVETA, *sed ut m.* 1 SAXO ATQ· INSVETA *scriptum fuisse appareat*, *R* 249 alcideſ (f *m.* 2) *γ* telliſ *γ*1 251 illa *c*1 PERICLIEST *Pybc* pericli, *om.* est, *testantur Diomedes et Servius Aen.* III 489 (*quamquam ibi* est *in exempl. add.*) 253 EMOVIT *R* EVOM *M* inuol *γ*

prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro
fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
non tulit Alcides animis seque ipse per ignem
praecipiti iecit saltu, qua plurimus undam
fumus agit nebulaque ingens specus aestuat atra.
hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
corripit in nodum complexus et angit inhaerens
elisos oculos et siccum sanguine guttur.
panditur extemplo foribus domus atra revolsis,
abstractaeque boves abiurataeque rapinae
caelo ostenduntur, pedibusque informe cadaver
protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo
terribilis oculos, voltum villosaque saetis
pectora semiferi atque extinctos faucibus ignis.
ex illo celebratus honos, laetique minores
servavere diem, primusque Potitius auctor

TESTIMONIA.

255 'fumiferam noctem' Macrobius Sat. V 14, 8 257 sq. 'qua ... agit' Servius Aen. II 609 259 'hic ... tenebris conversum a lumine' (cf. XII 172) Probi inst. I 12, 1 260 'et angit i.' Diomedes 361 261 Nonius 291, 28 Servius Aen. III 567 'et s. s. g.' Arusianus p. 263 L. 263 Priscianus 773 268 sq. 'ex illo ... diem' Priscianus 995 268 'ex ... honos' Asper iun. III (2726 P.)

VARIA LECTIO.

255 IGNI *Py1* 256 ALCHIDES *M* 257 PRĀCIPITI *P* IECIT SALTV *MRb* : *cf.* X 683 INIECIT SALTV (S *add.*) *P* iniecit saltu *γc* : *cf.* II 408 IX 553 258 ag. it *γ* NEBULAMQ· *M* 259 Cacum] tantum *Probi inst. cod.* IN E TENEBRIS *M* incendia vana] conversum a lumine *Probi inst.* mouentem *χ* 260 CONPLEXVS *Pyb* 261 'angit oculos *non procedit ... unde multi* elidens *legunt* ... elisos *soloecophanes est' Servius* 262 EXTEMPLO *P* EXEMPLO *R* exemplo *b* extemplo, at intea *γ* ALTA *P*: *cf. ge.* II 461 REVOLSIS (O *corr. in* V) *P* reuulſiſ *γ1c* 263 boes *Prisciani φ* ADIURATAE *M* abiurata *c1* 266 Terribilef *bc* VVLTVM *MRy1bc* SETIS *Ryc* 267 adq: *c1* IGNIS *M1γ1* IGNES *M2PRγ2bc* 268 illo celebratus honos] ILLO CELEBRATVS H *in ras., sed m. ant. R* cebrat' *c1* celebratur *χ* MINORIS *M* 269 SERVARE *R* Seruare *b* altor *c*

et domus Herculei custos Pinaria sacri.
hanc aram luco statuit, quae maxuma semper
dicetur nobis et erit quae maxuma semper.
quare agite, o iuvenes, tantarum in munere laudum
cingite fronde comas et pocula porgite dextris
communemque vocate deum et date vina volentes.'
dixerat, Herculea bicolor cum populus ymbra
velavitque comas foliisque innexa pependit
et sacer inplevit dextram scyphus. ocius omnes
in mensam laeti libant divosque precantur.

Devexo interea propior fit Vesper Olympo.
iamque sacerdotes primusque Potitius ibant,
pellibus in morem cincti, flammasque ferebant.
[instaurant epulas et mensae grata secundae

TESTIMONIA.

270 Macrobius Sat. III 6, 12 273 Priscianus 1021 'quare ... iuvenes' Priscianus 1170 274 'cingite f. c.' Probi inst. I 7, 4 'et pocula p. d.' Servius Aen. I 249 276 sq. Probus 46, 18 276 'Herculea ... umbra' schol. Hor. carm. II 3, 9 Servius ge. II 66 278 'et ... scyphus' Macrobius Sat. V 21, 1 Nonius 545, 18 278 sq. 'omnes ... precantur' Macrobius Sat. III 11, 8 279 Macrobius Sat. III 11, 3 283 'et ... secundae' Servius Aen. I 216 schol. Lucani I 163

VARIA LECTIO.

270 SACRIS *R* 271 *sq. damnavit Heynius* ARMA *Py*1 arm^{a}. *γ*2 statui *Pomponius* MAXIMA *MPybc* 272 *om. Mentel. pr., Rottend. sec., imo mg. m. ant. add. b* quae m. s. *om. Leid.* et erit quae m. s. *om. Mūrklandus ad Statii silv.* III 1, 9: *tuetur Servius* ET POCVLA QVAE *P* MAXIMA *MPybc* 273 munera *m* 274 COMAS· FOLIISQ· PORGITE DEXTRIS INNEXA PEPENDIT (*corr. m. ant.*) *M* : *cf.* 277 275—277 *infra additi adpositis in mg. literis* B C D *et ad v.* 278 E *M* UINEA *M* 276 HERCVLIA *P* tum *γ*2 (cum *γ*1) 277 UELABIT *M* nexa *γ* inmissa *Probus* (*lacuna in Paris.*), *quod probavit H. Keilius philol.* II 167 278 IMPLEVIT *Rybc* SCHYPUS *M* feiphuf *c* 279 IM *P* que. (e *m.* 2) *γ* 280 PROPRIOR *Py*1*b*1*c*1 ORYMPO (R *corr. in* L) *M* olimpo *b*1*c* 282 FLAMAS *P* flamaf *c* FLAMMAM *R* 283—286 *hoc ordine:* 285. 286. 283. 284 *Menag. pr.* 283 *sq. in margine a poeta ad v.* 279 *adposita videntur Heynio, quo sane melius quadrant. cf.* VII 146 *sq.* 283 Inftaurat *c* inftaurant^{n} *γ* gratia *c*1 mensis grata secun-^{q}

dona ferunt cumulantque oneratis lancibus aras.]
tum salii ad cantus incensa altaria circum
populeis adsunt evincti tempora ramis,
hic iuvenum chorus, ille senum; qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt: ut prima novercae
monstra manu geminosque premens eliserit angues,
ut bello egregias idem disiecerit urbes,
Troiamque Oechaliamque, ut duros mille labores
rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquae
pertulerit. 'tu nubigenas, invicte, bimembris,
Hylaeumque Pholumque, manu, tu Cresia mactas
prodigia et vastum Nemeae sub rupe leonem.
te Stugii tremuere lacus, te ianitor Orci

TESTIMONIA.

284 'cumulantque ... aras' Probi ars minor 541 gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 249 285 sq. Macrobius Sat. III 12, 1 'tum ... circum adsunt' schol. Hor. carm. I 36, 11 289 'geminos ... angues' Nonius 291, 33 290—293 Macrobius Sat. VI 6, 14 291—293 'ut ... pertulerit' schol. Hor. epist. II 1, 11 292 sq. 'rege ... pertulerit' schol. Lucani IX 367 292 'fatis I. i.' Donatus ad Ter. adelph. prol. 2 Servius Aen. I 32. 299 293 'tu ... bimembres' Macrobius Sat. VI 5, 13 295 'et ... leonem' schol. Lucani IV 612 296 sq. 'ianitor ... cruento' (et VI 401) Seneca epist. 82, 16

VARIA LECTIO.

dis *schol. Lucani* 284 COMVLANT *R*, *Probi a. m. Bob.* 285 TVNC *R* SALIIT *M* AT *Py1* 286 ETVINCTI (*i. e.* ecvincti) *R* ramif, at tenif *γ* taenis *Voss. pr. ut* V 269 288 FERVNT *M* 289 geminas *Nonii exempl.* '*hunc versum iunge: unum est enim* monstra *et* angues' *Servius* 290 egratiaf *c1* defiecerit *c* deiecerit *b* 291 OECHIALIAMQ· ET *Rb*, *Macrobii exempl.* OECHIALIAM· Q. UT E DUROS *M* oequaliamq: ut durof *c* 292 EVRYsTHEO (S *add.*) *P* eriftheu *b1* eryftheo *b2* eriftheo *c* 293 *m. ant. in mg. c* PERTVERIT *P* INVICTAE *R* inuitae *γ* BIMEMBRES *M* 294 Hileum *b* Hileum *c* PHOLVM *P* POLVM *Ry* 295 NEMEAE *P* NEMEA *Ryb* NEMAEA *M* Nemeae *testatur Servius* 296 STVGII *R* STYGII *MPc* ftigii *yb*

ossa super recubans antro semessa cruento;
nec te ullae facies, non terruit ipse Typhoeus,
arduus arma tenens; non te rationis egentem
Lernaeus turba capitum circumstetit anguis.
salve, vera Iovis proles, decus addite divis,
et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.'
talia carminibus celebrant; super omnia Caci
speluncam adiciunt spirantemque ignibus ipsum.
consonat omne nemus strepitu collesque resultant.

Exim se cuncti divinis rebus ad urbem
perfectis referunt. ibat rex obsitus aevo
et comitem Aenean iuxta natumque tenebat
ingrediens varioque viam sermone levabat.
miratur facilisque oculos fert omnia circum
Aeneas capiturque locis et singula laetus
exquiritque auditque virum monimenta priorum.
tum rex Euandrus, Romanae conditor arcis,

TESTIMONIA.

297 'ossa s. r.' diff. vocum 1 p. 226 Endl. schol. Hor. carm. I 27, 8 Servius Aen. VI 395 299 Probi inst. I 2, 1 'non te r. e.' Arusianus p. 227 L. 301 'salve ... proles' Servius Aen. II 491 VI 322 302 Augustinus epist. 17, 2 Nonius 290, 11 Servius Aen. IV 294 311 sq. 'singula ... priorum' Macrobius Sat. VI 2, 16 311 'Aeneas c. l.' Nonius 253, 12 'capiturque l.' Servius Aen. IV 348 313 Priscianus 738 Isidorus orig. XV 1, 1. 55 Servius Aen. VI 773 VII 678

VARIA LECTIO.

297 recu.banf *b* SEMESsA (S *add.*) *P* SEMENSA (N *in ras.*) *R* SEMESA *Mbcm* 'semesa ... semensum *non dicimus, sicut nec* ensum: *nam* esum *facit et* comesum.' *Servius* 298 ipſ^{c} *b* tiphoeſuſ (ſ *pr. eras.*) *c*1 300 LERNEUS *Myc* 301 DIVIS (IS *in ras.*) *R* 302 ADII *Py*1 PEDES *R* 305 *imo mg. m.* 2 *add. b: cf.* 216 306 EXIN *Rb*2*c* CUNTI^{c} *M* 307 Perfecti^{f} *b* 308 commi.tem *b* aeneam *c* 309 LAVABAT *R* leuabant *χ* 310 facilif (fac *corr. ex* que) *γ* facilef *b*2 312 monumenta *b* 313 tunc *Isidorus* XV 1, 1, *Prisciani φ*, *Servius Aen.* VI 773 pater *Isidorus* XV 1, 55, *Servius l.l.: cf.* 558 EVANDER *Pc* euandẽr^{uf} *γ* Euandrus *testatur Priscianus*

'haec nemora indigenae fauni nymphaeque tenebant
gensque virum truncis et duro robore nata,
quis neque mos neque cultus erat, nec iungere tauros
aut componere opes norant aut parcere parto,
sed rami atque asper victu venatus alebat.
primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,
arma Iovis fugiens et regnis exul ademptis.
is genus indocile ac dispersum montibus altis
composuit legesque dedit Latiumque vocari
maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
aurea quae perhibent illo sub rege fuere
saecula. sic placida populos in pace regebat,
deterior donec paulatim ac decolor aetas
et belli rabies et amor successit habendi.

TESTIMONIA.

314—317 Victorinus ad Cic. de inv. p. 8 Or. 316 'quis ... erat' anon. de nom. 54 p. 141 Endl. Servius ge. I 3 317 'nec componere o. n.' Servius Aen. I 371 318 Nonius 230, 6 319 sq. Augustinus epist. 17, 3 de civ. dei VII 27 320—323 Augustinus de consensu evang. I 34 321—325 'is ... saecula' Augustinus de civ. dei XVIII 15 321—323 Lactantius de falsa relig. I 13 324 sq. Lactantius de falsa relig. I 14 Servius Aen. XI 252 'aurea ... saecula' schol. Hor. carm. II 10, 5 IV 2, 22 325 'longa populos ... regebat' Servius Aen. VII 162 326 sq. Augustinus de civ. dei III 10 326 Nonius 432, 12

VARIA LECTIO.

314 Hęc (ęc *m.* 2 *in ras.*) *b* indigine *b*1 315 Menſ, *ut vid. b*1 rupto *Rottend. tert.* nati *Servius Dresdensis* 317 At *c*1 nec *Servius Aen.* I 374 conponere *c* gnorant *Mentel. pr.* RAPTO, *sed ut videatur principio scriptum fuisse* PARTO *M* 319 &herio c olympho *b* 320 adentif *c* 322 Conposuit *b* 323 tuuf *b* tutus latuisset *Lactantius* 324 AVREAQVAE (A *postr. m.* 2 *add.*) *P* Aureaque (e *m.* 2) *b* Aureaq; ut *c*, *Lactantius*, *Augustinus* : *cf.* IV 179 *ge.* I 247 phibent (p *in ras.*) *b* FVERVNT *Pyc*, *schol. Hor. carm.* IV 2, 22, *Servius Aen.* XI 252 : *cf.* IX 292 *et Wagneri quaest. Verg.* V 325 longa *ut* VII 46 *Servius Aen.* IV 229 pa.ce *γ* regebat (gebat *m.* 2) *γ* 326 DETERIOR· *M* difcolor *b* decolor&af (color&af *m.* 2 *in ras.*) *γ* 327 amor *in ras. c*

tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae,
saepius et nomen posuit Saturnia tellus;
tum reges asperque immani corpore Thybris,
a quo post Itali fluvium cognomine Thybrim
diximus (amisit verum vetus Albula nomen).
me pulsum patria pelagique extrema sequentem
fortuna omnipotens et ineluctabile fatum
his posuere locis matrisque egere tremenda
Carmentis nymphae monita et deus auctor Apollo.'
vix ea dicta: dehinc progressus monstrat et aram
et Carmentalem Romani nomine portam
quam memorant, nymphae priscum Carmentis honorem,
vatis fatidicae, cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.
hinc lucum ingentem quem Romulus acer Asylum
rettulit et gelida monstrat sub rupe Lupercal,

TESTIMONIA.

328 'et ... Sicanae' Servius Aen. XI 317 328 sq. 'et ... saepius' Servius Aen. I 2 329 'et ... tellus' Servius Aen. VI 784 331 sq. 'a quo ... diximus' Priscianus 757 'fluvium ... diximus' Servius Aen. III 335 334 Probi inst. I 10, 1 Servius Aen. VIII 477 ge. II 491 336 Servius Aen. IV 331 VII 102 340 sq. 'cecinit ... Pallanteum' Priscianus 814 342 sq. 'hinc ... rettulit' schol. Lucani VII 438 'quem ... rettulit' Servius Aen. II 761 343 'et ... Lupercal' Augustinus de gramm. 1981 P.

VARIA LECTIO.

328 tunc γ, *Servius* AVSONIAE *Rb* auſonię *c* ſicanae γ 329 SAEPIUS *M*: '*alii sic distinguunt* Sicanae, *et subiungunt:* saepius et nomen p. S. t. *semel enim Sicani ex Hispania in Italiam venisse dicuntur; at Italia plura nomina habuit' Servius.* 330 aſper. γ inmani *bc* tybriſ *bc* 331 QUO, *M* POSIT *R* poſt // (ſt *in ras.*) *b* tibrym γ tybrim *bc* 333 aecſtrema *c* 334 omp̃ſ *c* ineluctabile *b* 335 ERIGERE *R* TREMENDAE *R* 336 d&iſ *c*1 337 MONSTRAT· *M* ETARAM (T *add.*) *P* ET ARMA *M* ET ARMA *R* 338 ROMANO *Rbc* 339 memorant *b* merant *c* nimphę *b* carmenti *b* 340 CAECINIT *M* 341 NOBINE *Py*1 NOMINE *R*, *Prisciani Paris. R* 342 romoluſ *c* ASASYLU *M* aſilum *b* 343 *totum continuat M* Retulit *b* R&ulit *yc* MONSTRATARGILETISUB *M* LVPERCAL (L *corr. ex*

Parrhasio dictum Panos de more Lycaei.
nec non et sacri monstrat nemus Argileti
testaturque locum et letum docet hospitis Argi.
hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit,
aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis.
iam tum religio pavidos terrebat agrestis
dira loci, iam tum silvam saxumque tremebant.
'hoc nemus, hunc' inquit 'frondoso vertice collem
(quis deus incertum est) habitat deus: Arcades ipsum
credunt se vidisse Iovem, cum saepe nigrantem
aegida concuteret dextra nimbosque cieret.
haec duo praeterea disiectis oppida muris,
reliquias veterumque vides monimenta virorum.

TESTIMONIA.

344 Priscianus 688 Probi inst. I 4, 20 Terentianus Maurus 1223 Servius Aen. I 232 'Parrhasio de more Lycaei' schol. Lucani II 237 'Panos ... Lycaei' Probi inst. II 1, 20 Phocae ars III 13 (1705) Claudius Sacerdos II 11 349 sq. Nonius 379, 14 'iam ... loci' Servius Aen. I 293 351 sq. 'hoc ... deus' Priscianus 1183 'hunc ... deus' Claudius Sacerdos I 185 352 'quis ... deus' Sēneca epist. 41, 2

VARIA LECTIO.

E *ut vid.*) *P* 344 PARNASIO *Rb*, *Prisciani* φ Parafyo *γ* Arcadici *Servius Aen.* I 232 DICTAM *M* monte *χ*, *Schraderus conl. Ovidii fast.* II 423 licaei *b* 345 *m.* 2 *in mg. add. b* NECNON *continuat M* MONSTRANTNEMVS (NE *in ras.*) *R* argiloeti *bc* 346 *glossam sapere videtur Peerlkampo: legit hunc versum Servius.* LAETUM *M* la&ųm *γ* loetum *b* hoſpiti *b* 347 AT *P* ait *γ*1 (ad *γ*2) TARPEIAM ETSAEDEM *M* capitolio *γ*1 348 nonc *b* 349 RELIGIO (L *sup. eras.*) *M* religi *b* relligio *c* AGRESTIS *M* agreſtef *b* 350 ſiluã. *b* SILVAS *R* TREMEBANT (T *pr. add.*) *P* TENEBANT *M* tremebat *γ* 351 HUC *M* .hoc *γ*2 .hoc *γ*3 (hunc *γ*1, *ut vid.*) inquid *γ* collem, at faxũ *γ* 352 INCERTU EST *M* DEOS (O *corr. in* V) *P* archadeſ *c* 353 SED *P* 354 'aegida concuteret: *hic distinguendum' Servius.* DEXTRA *M* dextram *γ*1 nymboſ *c* cieret (r *in ras.*) *b* cierit *γ*1 355 diſiectoſ *b*1 356 Relliquiaſ *c* monumenta *b*

hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.'
talibus inter se dictis ad tecta subibant
pauperis Euandri passimque armenta videbant
Romanoque foro et lautis mugire Carinis.
ut ventum ad sedes, 'haec' inquit 'limina victor
Alcides subiit, haec illum regia cepit.
aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum
finge deo rebusque veni non asper egenis.'
dixit et angusti subter fastigia tecti
ingentem Aenean duxit stratisque locavit
effultum foliis et pelle Libystidis ursae.

Nox ruit et fuscis tellurem amplectitur alis.
at Venus haut animo nequiquam exterrita mater
Laurentumque minis et duro mota tumultu

TESTIMONIA.

358 Macrobius Sat. I 7, 23 Arusianus p. 248 L. 360 'pauperis E.' Probi inst. II 1, 34 361 'lautis m. c.' schol. Hor. epist. I 7, 48 362 sq. 'haec ... subiit' Macrobius Sat. III 6, 9 Arusianus p. 259 L. Nonius 403, 24 "haec ... Alcides' schol. Iuven. XI 63 363 'haec ... cepit' Nonius 253, 17 364 'aude ... opes' Nonius 442, 27 Isidorus orig. II 21, 20 schol. Hor. epist. II 2, 111 364 sq. 'aude ... deo' Seneca epist. 18, 12 de paup. 460 H. 'et ... deo' Seneca epist. 31, 11 366 sq. 'angusti ... duxit' Augustinus de gramm. 2016 P. 369 Sergius in Donat. 7 p. 479 Endl. (1831) 370 Priscianus 546 Arusianus p. 228 L.

VARIA LECTIO.

357 HAN SATVRNVS (*corr. m. ant.*) *P* ARCEM *M* VRBEM *R*: *cf. Wagneri lect. Verg.* 350 358 Iuniculum *γ*1 illi. *c* 359 AT *P* ac *γ*1 (ad *γ*2) fubibat *γ* 361 Roma..no *γ* LATIS *M* CAVERNIS *R* lautis ... Carinis *testatur Servius* 362 inquit *om. Arusianus* nobif t uictor *b* victor *confirmat Servius* 363 SVBIT *R* SUBIT *M* coepit *b* 364 CONTEMPNERE *Rc* comptempnere *γ* comtempnere *b* 365 DEO·S *P* deo. (o *m.* 2) *γ* REB·Q· *M* rebuſ *c* 366 ANGVſTI *P* SVBTER *MPybc* 367 aeneã *c* 368 spoliis *Goth. tert., Schraderus* lybiſtidiſ *ybc* 369 & fuſcif *in ras.* *c* 370 AD *PR* A.t *c* HAUD *Mb* AVT (*corr. m.* 2) *R* AVT *Py*1 had *c*2 ad *c*1 NEQUI·QUAM *M* 371 diro *Schraderus* TUMULTUM *M*

Volcanum adloquitur thalamoque haec coniugis aureo
incipit et dictis divinum adspirat amorem:
'dum bello Argolici vastabant Pergama reges
debita cassurasque inimicis ignibus arces,
non ullum auxilium miseris, non arma rogavi
artis opisque tuae nec te, carissime coniunx,
incassumve tuos volui exercere labores,
quamvis et Priami deberem plurima natis
et durum Aeneae flevissem saepe laborem.
nunc Iovis imperiis Rutulorum constitit oris:
ergo eadem supplex venio et (sanctum mihi nomen)
arma rogo genetrix nato. te filia Nerei,
te potuit lacrimis Tithonia flectere coniunx.
aspice qui coeant populi, quae moenia clausis
ferrum acuant portis in me excidiumque meorum.'
dixerat et niveis hinc atque hinc diva lacertis
cunctantem amplexu molli fovet. ille repente

TESTIMONIA.

374 'dum b. A.' Emporius rhet. p. 305 Cap. 381 sq. 'nunc ... venio' Servius Aen. VIII 374 384 schol. Hor. carm. I 28, 8 Servius Aen. I 489 385 sq. 'aspice ... portis' Seneca epist. 49, 7 'quae ... portis' schol. Hor. a. p. 200 Servius Aen. I 299 II 27 388 'cunctantem ... fovet' Nonius 252, 18

VARIA LECTIO.

372 Vulcanum *bc* alloquit^{t} *c* AURO *M* aureo *m. 2 add. c* 373 inſpirat *mχ* 374 bellũ *b* quassabant *Schraderus* pergaa^{m} *b* 375 CASVRAS *MPybc* 376 AXILIVM *P* axilium^{v} *γ* 377 opisve *m* 378 Incaſum *b* vc] Q· *M* 380 dolorem *m* 381 Hunc *c1* IOVHS *P* INPERIIS *M* imperio *m*, *Oblongus Pierii, Menag. pr.*, *χ*: *sono, ni fallor, elegantiore.* 'imperio ... *et subdistingue' Servius* 382 ſcm̃ *b* nomen *γ*, *Leid.* NVMEN (V *m. 2 in ras.*) *P* NVMEN *Rbcψ* NUME· *M*. *Sanctum sibi id nomen dicere videtur, quod genetrix nato arma roget.* sanctum tibi nomen *Schraderus* 383 'arma rogo; *hic distinguendum' Servius* genitrif *c* Neri '*aliquot' Pieriani, Menag. alt., Mentel. tert.*, *χ*, *Asper apud Servium* Neres '*nonnulli' Pieriani* 386 exci$^{}$dium *γ* exicium *b* 387 ADQVE *R*

accepit solitam flammam, notusque medullas
intravit calor et labefacta per ossa cucurrit:
non secus atque olim tonitru cum rupta corusco
ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
sensit laeta dolis et formae conscia coniunx.
tum pater aeterno fatur devinctus amore
'quid causas petis ex alto? fiducia cessit
quo tibi, diva, mei? similis si cura fuisset,
tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset:
nec pater omnipotens Troiam nec fata vetabant
stare decemque alios Priamum superesse per annos.
et nunc, si bellare paras atque haec tibi mens est,
quidquid in arte mea possum promittere curae,
quod fieri ferro liquidove potest electro,
quantum ignes animaeque valent, absiste precando
viribus indubitare tuis.' ea verba locutus

TESTIMONIA.

392 Servius Aen. VII 142 393 'et ... coniunx' schol. Hor. carm. II 4, 6 395 'quid ... alto' Nonius 237, 20. 366, 23 396 sq. 'similis ... fuisset' Iulius Rufinianus 239 R. Priscianus 1151 396 'similis ... fuisset' Priscianus 1144 Servius Aen. IV 696 398 sq. 'nec ... annos' Servius Aen. IV 610 399 'decem ... annos' Servius Aen. VII 315 402 Probus 11, 16 403 'quantum ... valent' Macrobius Sat. I 14, 14 Nonius 233, 33 schol. Persii I 14 Hor. carm. IV 12, 1 Servius Aen. I 57 404—406 'ea ... soporem' Gellius IX 10

VARIA LECTIO.

389 ACCIPIT *R* 390 CALO. *P* color *c*1 CALEFACTA *R* 391 non] HAUT *M* : *cf.* 414 ADQVE *R* TONETRUM *M* 392 MICAS (N) *M* nymbof *γ* 394 DEVIN̄CTVS *P* deuic(n)tuf *γ* deuictuf *c* : *cf.* *Lucretius* I 34 evinctus *m* 395 QUIT *M* 396 QVOD *R* QVAE (O) *M* diuinaeif *c*1 MEIS *R* subisset *prop. Heinsius, ut* IX 757 397 *om. Mentel. alt. m.* 1 TEVCROS NOBIS *P* teucrof nobif *c* FUISSEN̄T *M* 398 om̃pf *c* u&ebant *c* 400 ADQVE *R* men^f *b* EEST *P* 401 QUITQUIT *M* Quidquid (d *pr. corr. in* c. *γ* Quicquid (c *in ras.*) *b* Quicquid *c* POSSUN̄T (M) *M* possunt *m* PROMITTERERE *Pγ*1 402 fieri (i *pr. m.* 2 *in ras.*) *γ* poteftur *cm* 403 ignif *b*1 PRAECANDO *Mb*

optatos dedit amplexus placidumque petivit
coniugis infusus gremio per membra soporem.

Inde ubi prima quies medio iam Noctis abactae
curriculo expulerat somnum, cum femina primum,
cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
impositum, cinerem et sopitos suscitat ignes,
noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
exercet penso, castum ut servare cubile
coniugis et possit parvos educere natos:
haut secus ignipotens nec tempore segnior illo
mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.
insula Sicanium iuxta latus Aeoliamque
erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,

TESTIMONIA.

405 sq. 'placidum ... soporem' Claudius Sacerdos I 177 Charisius 245 Diomedes 456 P. Nonius 366, 27 'placidum ... gremio' Isidorus orig. I 36, 15 408—410 'cum ... ignes' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 48 409 sq. 'cui ... impositum' Arusianus p. 264 L. 409 Priscianus 719 410 schol. Persii VI 45 412 sq. 'castum ... natos' schol. Hor. epod. II 39 415 Nonius 346, 26 416 'insula ... latus' Servius Aen. X 653 417 'Aeoliam Liparen' Servius Aen. I 52

VARIA LECTIO.

405 placidũ *c*1 placiduſ *c*2 notum *Nonius* : *cf.* 389 406 INFVSVM (M *m. ant. corr. in* S) *P* INFVSVM (M *m. ant. in ras.*) *R* 'infusum *Probus et Carminius propter sensum cacemphaton ... alii* infusus *legunt' Servius.* infusus *Charisius*, *Claudius Sacerdos*, *Nonius* effusus *Diomedes*, placidus ... infusum *malebat Burmannus* GREMIO *m. ant. in ras. R* 407 abacto *Montalb.* opacae *Peerlkampus* 408 primum] **duram** *Peerlkampus ex Terentii Andr.* I 1, 47 408 *sq.* '*multi sic distinguunt:* inde ubi ... abactae, curriculo e. s. cum f. primum, cui ... impositum' *Servius. Post* curriculo *et* somnum *dist. in M* 409 'tenuique Minerva ... *et alii hic distinguunt et subaudiunt* mos est *vel* placet ... *et sic inferunt:* impositum cinerem ... ignes. *alii sic legunt:* tenuique M. inpositum' *Servius. Post* cinerem *dist. in M* 410 INPOSITUM *Mbc* IGNES *MRγ*1*bc* IGNIS (I *post. m. ant. corr. in* E) *P* 412 EXERCENS *M* 413 CONIUGIS· *M* CONIVGIS (ONIV *m.* 2 *in ras., in spatio* 5 *liter.*) *R* 414 HAUD *MRγb* Aud *c* 415 E *M* STRATIS (R *in ras. ut vid.*) *R* adfurgit (ad *eras.*) *b* 417 lyparen *γ* LIPARE (L *in ras.*) *R* liparen *b* lyparem *c*

quam supter specus et Cyclopum exessá caminis
antra Aetnaea tonant validique incudibus ictus
auditi referunt gemitus striduntque cavernis
stricturae Chalybum et fornacibus ignis anhelat,
Volcani domus et Volcania nomine tellus.
hoc tunc ignipotens caelo descendit ab alto.
ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque Steropesque et nudus membra Pyragmon.
his informatum manibus iam parte polita
fulmen erat, toto genitor quae plurima caelo
deiecit in terras, pars inperfecta manebat.
tris imbris torti radios, tris nubis aquosae
addiderant, rutili tris ignis et alitis austri:

TESTIMONIA.

420 sq. 'stridunt . . . anhelat' Priscianus 837. 866. 867. 892 421 Nonius 21, 14. 524, 3 423 Priscianus 553. 1006 Servius Aen. I, 4 424 'ferrum exercebant' Servius Aen. IV 86 ge. I 99 425 Marius Victorinus 2478 P. Servius ge. I 58 'membra P.' Terentianus Maurus 1252 426 'iam p. p.' Probi inst. II 3, 6 Claudius Sacerdos II 132 427 'fulmen e.' Probi inst. I 4, 10 427 sq. 'toto . . . terras' Nonius 288, 29 429 sq. 'tris . . . addiderat' Servius Aen. II 649 429 'tris . . . radios' Probi inst. II 1, 25 430 'et alitis a.' Servius Aen. V 319 'alitis a.' Isidorus orig. XIII 12, 22

VARIA LECTIO.

418 SUBTER *Mbc* ciclopum *b* cyclopeum *c*1 EXESA *Pyb* EXSESA *M* exaeſſa *c*1 419 AETNEA *MP* aetnea *b* &hnea *c* ictiſ *yc* hictuſ *b*1 420 gemituſ ſtridunt *yc*2*χ*, *Servius* GEMITVS· STRIDVNT *P* GEMITUS· TRIDENT *M* gemitũ ſtridunt *c*1 GEMITVM STRIDVNT *Rb* stridunt *testatur Priscianus* 421 chalibum *b* calibum *c* hanelat *c* 422 Vulcani (u *in ras.*) *b* Vulcani *c* domoſ *y* uulcania (u *post. in ras.*) *b* uulcania *c* 423 HVC *Py*1 'hoc *pro* huc' *Priscianus*, *Servius* TVM *Py*1 'hoc tunc, *i. e.* huc tum' *Servius* 424 ciclopeſ *yb* 425 PYRAGMO *M* phyragmon *b* Pyracmon *Servius*, *Terentianus Maurus* : *cf. Corssen de pronuntiatione l. L.* I 41 426 INFORMATVSM *P* 428 DEIECIT *R* DE·I·CIT *P* DEICIT *Mybc* canebat *b* 429 NOBIS (O *corr. in* V) *P* nubeſ *y*1 430 ADDIDERAT *M* rutuli *y*1 ALITI *P* alituſ, ał alitiſ *y* halitus *Rottend. pr.* AVSTRi *P*

fulgores nunc terrificos sonitumque metumque
miscebant operi flammisque sequacibus iras.
parte alia Marti currumque rotasque volucris
instabant, quibus ille viros, quibus excitat urbes;
aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma,
certatim squamis serpentum auroque polibant
conexosque anguis ipsamque in pectore divae
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.
'tollite cuncta' inquit 'coeptosque auferte labores,
Aetnaei Cyclopes, et huc advertite mentem:
arma acri facienda viro. nunc viribus usus,
nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.
praecipitate moras.' nec plura effatus; at illi
ocius incubuere omnes pariterque laborem
sortiti. fluit aes rivis aurique metallum,

TESTIMONIA.

433 sq. 'parte ... instabant' Arusianus p. 238 L. Priscianus 1177. 1183 'currumque ... instabant' Asper 115, 16 436 'squamis auroque p.' Servius Aen. VI 468 'polibant' Probi inst. II 3, 6 Claudius Sacerdos II 132 438 Nonius 418, 25 439 Plinius epist. VI 33 Nonius 422, 18 'tollite c. i.' Servius Aen. XII 39 441 sq. 'arma ... rapidis' Nonius 419, 23 441 'arma ... viro' Donatus ad Ter. eun. I 2, 17 Servius Aen. I 1 442 Seneca epist. 95, 33 445 'fluit ... metallum' Arusianus p. 231 L.

VARIA LECTIO.

431 HORRIFICOS *R*, *Servii exempl. ad* 429, *sed idem* terrificos *ad* 431. *cf.* 435 433 marte γ1 martis *Prisciani* 1177 ω, 1186 *Vind. N, Par. Rm.* 2 CVRRVMQVE *P* currum^{q} γ VOLVCRES *MRbc* 434 INTABANT *P* illae γ URBES (E *corr. ex* I) *M* 435 horriferam, at horrificã γ : *cf.* 431 pallidif γ 436 POLLIBANT *R* poleibant *'aliquot' Pieriani* 437 Conexfof *c* ANGVES *P*2γ1*bc* ipfam (ip *m.* 2 *in ras.*) γ ipfã (ã *in ras.*) *b* 438 GORGONA^{M} (*sup. m. rec.*) *P* DEIECTO *R* de..fecto (de *m.* 2 *in ras.*) γ dissecto *Rottend. pr.* disiecto χ lumine *c*1 439 inquid *c*1 AUTFERTE *M* 440 Aetnei *b* A&hnei *c* ciclopef *b* auertite γ 441 faciunda *Nonii exempl.* 442 omni] opus est *Seneca* nonc *c* 443 ET *P* ATTI *R* 444 INCVBERE *R* omif *c* 445 aef. γ RIVIS (I *pr. add.*) *P*

volnificusque chalyps vasta fornace liquescit.
ingentem clipeum informant, unum omnia contra
tela Latinorum, septenosque orbibus orbes
impediunt. alii ventosis follibus auras
accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt
aera lacu. gemit impositis incudibus antrum.
illi inter sese multa vi bracchia tollunt
in numerum versantque tenaci forcipe massam.

Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris.
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma
et matutini volucrum sub culmine cantus.
consurgit senior tunicaque inducitur artus
et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis;
tum lateri atque umeris Tegeaeum subligat ensem,
demissa ab laeva pantherae terga retorquens.

TESTIMONIA.

446 Charisius 72 P. 'vulnificusque c.' Isidorus orig. XVI 21, 1 Servius ge. I 58 447 'ingentem c. i.' Cledonius 1890 449 sq. 'alii ... redduntque' Nonius 239, 32 453 'versantque t. f. m.' Nonius 531, 30 Velius Longus 2232 Charisius 75 455—462 Macrobius Sat. V 8, 6 457 Priscianus 796 'tunicaque i. a.' Arusianus p. 235 L. 458 Terentianus Maurus 1213 459 Arusianus p. 262 L. Servius Aen. V 299 460 'pantherae t. r.' Priscianus 688

VARIA LECTIO.

446 VOLNAFICVS *R* Vulnificuf *bc* que. *γ* CHALYPS *P* calypf *γ* CHALYBS (H *m. 2 in ras.*) *R* CALYBS *Mc* chalibf *b* FORNACAE *P*

447 cli. peum (*i. e.* clupeum) *b* clypeum *γ* informat *b* unī *c*

448 Tacla *b* la. tinorum (a *m. 2*) *γ* 449—453 *cf. ge.* IV 171—175 449 Inpediunt *b* Inpediunt *c* fontibuf *γ* 450 ALE *R* 451 *a*ERA *P* Atra *γ* gemit] ·TGEMIT *P* INPOSITIS *Mbc* 452 ILLI *P* brachia *γbc* tollont *b* 453 INnVMERVM *P* INNVMERANT *R* FORFICE *R*: forfices *et* forcipes *distinguit Servius*, forcipe *testantur grammatici*. ferrum *Charisius ut ge.* IV 175 454 leniuf *c* horif *c*

456 matutinus *Macrobii exempl.* 458 TE *M* thyrrena *b* thyrrhena *c* CIRCVMDANT *R* 459 ADQVE *R* humerif *c* Tegeaeum *ψ ut vid.*: *testatur Servius Aen.* V 299 TEGAEVM *Pybc*, *Arusiani Gud.* TEGEVM *MR*, *Arusiani Ambr.* 460 lena *b* PANTHEREA *Pγ* pantherae *testatur Priscianus*

nec non et gemini custodes limine ab alto
praecedunt gressumque canes comitantur erilem.
hospitis Aeneae sedem et secreta petebat
sermonum memor et promissi muneris heros.
nec minus Aeneas se matutinus agebat.
filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.
congressi iungunt dextras mediisque residunt
aedibus et licito tandem sermone fruuntur.
rex prior haec:
'maxume Teucrorum ductor, quo sospite numquam
res equidem Troiae victas aut regna fatebor,
nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
exiguae vires: hinc Tusco claudimur amni,
hinc Rutulus premit et murum circumsonat armis.
sed tibi ego ingentis populos opulentaque regnis
iungere castra paro, quam fors inopina salutem

STIMONIA.

463 'hospitis A. s.' Servius Aen. VIII 532 465 'nec m. interea m. a. Aeneas' schol. Lucani III 499 466 Probi inst. I 4, 14 lius h. P.' Probi inst. I 4, 13 468 'et . . . fruuntur' Priscianus 922 470 Festus v. sospes p. 301 M. 'maxime T. d.' Probi inst. I 10 Servius Aen. VIII 363 470 sq. 'quo . . . fatebor' Priscianus 765 2 Probi inst. I 12, 2 475 sq. 'sed . . . paro' Servius Aen. VIII 552 5 'sed . . . populos' Claudius Sacerdos I 74

RIA LECTIO.

461 NECNON *continuat M* cuftode[r] *b* lumine *γ1* limine in so *ut ecl.* VIII 92 *Aen.* X 355 XI 881 *Macrobius* limine ab arto *Markndus ad Statii silv.* I 1, 46 *propter v.* 360. 455 limine aperto *Peerlmpus.* limine ab alto *inter somnia poetae refert Wagnerus quaest. erg.* XXXXI; *sed potuit, ni fallor, etiam* humile tectum *regis* alto limine *ae ceteris insigne esse. Ceterum cf.* XI 482 462 PR~~O~~CEDVNT *P* aecedent *c* herilē *c* 465 SE[SE] *MP* SESE *Rγc* 467 iugunt *c* 468 SERMONI *R* 470 MAXIME *MPγbc* TEVCRVM *R* quo/// *b* SHOSPITE *P* NUMQvA~ *M* 472 AT (T *mut. in* D) *M* NOMINE *corr. ex* V) *P* 473 tufquo *γ1* (tufco *γ2*) t'co *b* 474 *imo mg. m.* 2 *d. b* CIRCVMSONAT *M* armis] ARN.. *P1* ARANS *R* arcens '*alioi antiqui*' *Pieriani* Arruns '*alii*' 475 S&d *c* INGENTES *Rb*

ostentat: fatis huc te poscentibus adfers.
haut procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam
gens, bello praeclara, iugis insedit Etruscis.
hanc multos florentem annos rex deinde superbo
imperio et saevis tenuit Mezentius armis.
quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni
effera? di capiti ipsius generique reservent!
mortua quin etiam iungebat corpora vivis
componens manibusque manus atque oribus ora,
tormenti genus, et sanie taboque fluentis
complexu in misero longa sic morte necabat.
at fessi tandem cives infanda furentem
armati circumsistunt ipsumque domumque,
obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
ille inter caedem Rutulorum elapsus in agros

TESTIMONIA.

478 'haut . . . saxo' Probi inst. I 9, 3 480 'gens b. p.' Arusianus p. 217 L. 'iugis i. E.' Arusianus p. 236 L. 483—486 'quid . . . effera? mortua . . . ora componens' Pompeius 453 L. 484 'di . . . reservent' Macrobius Sat. IV 6, 19 'di c. i.' fragm. de quant. 11 p. 504 Endl. 485 sq. 'mortua . . . manus' Servius Aen. X 714 485 Macrobius Sat. IV 4, 16 486 Nonius 260, 26 'componens . . . manus' Servius Aen. I 374 489 'infanda f.' schol. Hor. serm. I 6, 43 Servius Aen. XI 854

VARIA LECTIO.

477 affref c1 affeef c2 adfer χ *'legimus igitur et* affert *et* affers *t Servius* 478 HAUD *Mbc* 479 agillinae (gi *in ras.*, g *corr. ex* c *u' vid.*) *b* agilline *c* lidia *bc* 480 iugis] LVCTIS *R* 482 SEVIS *M* *mezenti*VSAR*mis R* MEZZENTIVS *M* me.zentiuf *b* 483 INFAN— *R* infundaf, *ut vid.*, γ1 fata *b* tiranni *b* 484 dii γ IPSIVS C— *R* 485 quin, *i. e.* quine : *cf.* VII 299 ETIAM— *R* 486 MAN*ibus* — *R* horib, *c* *Hoc versu finitur pagina lacera in R* 487 FLVENTES *M* fluentif (f *eras.*) γ 488 in *suprascr. b* *Post* misero *interp. M* 489 AD *M* AD *Pc*1 infenda *c*1 491 OBTRVNCAT *M* obftruncant γ1 492 CAEDEM *R*ψ CAEDEM *M* : *cf.* 709 XI 648. 729 cedēf γ CEDES *Pc* caedef *b* elapfof *b*

confugere et Turni defendier hospitis armis.
ergo omnis furiis surrexit Etruria iustis:
regem ad supplicium praesenti Marte reposcunt.
his ego te, Aenea, ductorem milibus addam.
toto namque fremunt condensae litore puppes
signaque ferre iubent; retinet longaevos haruspex
fata canens "o Maeoniae delecta iuventus,
flos veterum virtusque virum, quos iustus in hostem
fert dolor et merita accendit Mezentius ira,
nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
externos optate duces": tum Etrusca resedit
hoc acies campo, monitis exterrita divom.
ipse oratores ad me regnique coronam
cum sceptro misit mandatque insignia Tarchon,
succedam castris Tyrrhenaque regna capessam.
sed mihi tarda gelu saeclisque effeta senectus

TESTIMONIA.

497 Servius Aen. VIII 607 499 'Maeoniae d. i.' Servius Aen. XI 759 503 'externos o. d.' Servius Aen. X 71. 154 505 sq. 'ipse ... mandat' Servius Aen. IV 200 'ipse ... misit' Servius Aen. VIII 552

VARIA LECTIO.

493 CONFVGERE (FV *m. 2 in ras., in spatio trium literarum*) *R* tni *b* defendiher *b* 494 ·E·TRURIA *M* 495 PRAESENTE *R* arte *b* 496 ergo *b* MILLIBVS *PRγ* 497 frement *γ* 498 IGNA *P* QVAE *R* LONGAEVOS (O *corr. in* V) *P* LONGAEVVS *Rγ* LONGAEUS *M* longeuuf (uu *in ras.*) *b* longeuuf *c* ARVSPEX *PRγc* 499 Facta *γ1* dilecta *b1* 500 FLOS *veteru*MV*irtusq*VERVM *R* oftem *b* 501 *fert — ac*CENDIT *R* MEZZENTIVS *R* me.zentiuf *b* 502 *nulli — su*BIVNGERE *R* 503 *externos — et*RVSCA *R* Externo *b* 504 *hoc — exter*RITA *R* diuom *γ* DIUUM *Mbc* *Hic finitur pagina in R* 505 *sq.* ipse oratores regnique insignia Tarchon Misit *electis reliquis Peerlkampus. Vulgatam interpretatur Servius* 506 Con (*corr. m. ant.*) *c* tharcon (h *eras.*) *γ* torchon *b1* tharcon *c* 507 tyrrena *c* tirrena *b* capafcā *c1* 508 geluf *c1* ·SSECLIS *M* SAECVLIS *R* faclif *γ* EFFATA *Py1*

invidet imperium seraeque ad fortia vires.
gnatum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
hinc partem patriae traheret. tu, cuius et annis
et generi fata indulgent, quem numina poscunt,
ingredere, o Teucrum atque Italum fortissime ductor.
hunc tibi praeterea, spes et solacia nostri,
Pallanta adiungam; sub te tolerare magistro
militiam et grave Martis opus, tua cernere facta
adsuescat primis et te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
lecta dabo totidemque suo sibi munere Pallas.'

Vix ea fatus erat, defixique ora tenebant
Aeneas Anchisiades et fidus Achates
multaque dura suo tristi cum corde putabant,
ni signum caelo Cytherea dedisset aperto.
namque inproviso vibratus ab aethere fulgor

TESTIMONIA.

509 'invidet i.' Servius ecl. 7, 58 511 sq. 'tu ... indulget' Servius Aen. VIII 552 515 sq. 'sub ... militiam' Charisius 210 Priscianus 1211 P. 'sub ... opus' Servius Aen. V 546 516 sq. 'tua ... annis' schol. Lucani IX 807 517 'et te primis m. ab annis' schol. Lucani VI 167 521 'Aeneas A.' Probi inst. I 4, 14

VARIA LECTIO.

509 INPERIUM *Mc* fere *γ* 510 NATVM *MPybc* exortarer *b* extarer *c* EXHORTAREM *P* 511 PATREM *M* TRAHERENT *P* CIUS *M* 512 FATVM *P* FATVM *Rγ1b* INDVLGES *P* INDVLGEET (D *m.* 2 *in ras.*) *R* indulget *b* fatum indulget *Servii exempl.*, *etiam ad* 552 ~~fata re~~numina poſcunt *b* : *cf.* 495 513 ADQVE *R* 514 tibi *b* 515 PALLANTAM *R* TOTOLERARE *P* 516 et *om. m* 517 ADSVECAT (S *prior e suprascriptis erasa*) *P* Aſſuefcat *bc* et te primis *schol. Lucani* VI 167 518 Archadeſ *b* Archadaſ *c* PUBES *M* 519 SVOTIBI (T *m. ant. corr. in* S) *P* ſuo tibi (t *corr. ex* ſ) *γ* TUOSIBI *M* SVOTIBI *Rbc*, *Servius* MVNERE *PRyb* NOMINE *Mc*, *Servius* : *cf.* 121 520 Vox *γ1* defixit *γ1* 522 cum tristi *m* 523 citherea *b* 524 a&here *γ*

cum sonitu venit, et ruere omnia visa repente
Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.
suspiciunt, iterum atque iterum fragor increpat ingens:
arma inter nubem caeli regione serena
per suidum rutilare vident et pulsa tonare.
obstipuere animis alii, sed Troïus heros
adgnovit sonitum et divae promissa parentis.
tum memorat 'ne vero, hospes, ne quaere profecto,
quem casum portenta ferant: ego poscor Olympo.
hoc signum cecinit missuram diva creatrix,
si bellum ingrueret, Volcaniaque arma per auras
laturam auxilio.
heu quantae miseris caedes Laurentibus instant!
quas poenas mihi, Turne, dabis! quam multa sub undas
scuta virum galeasque et fortia corpora volves,

TESTIMONIA.

525 Seneca nat. qu. VI 22, 4 526 Isidorus orig. XVIII 4, 2 527 'iterum ... ingens' Nonius 329, 21 528 sq. 'arma ... vident' Nonius 31, 15 529 'per ... vident' Servius ge. IV 77 534 Servius Aen. VIII 612 537 Priscianus 1183 schol. Hor. carm. I 15, 9

VARIA LECTIO.

525 r.uere γ 526 Tyrrenuf *bc* GLANGOR *P* clangor (c *m.* 2) γ aℓ fonnf 527 SVSCIPIVNT *R* ADQVE *R* FRANGOR *R* fragor γ INCREPAT *M* intonat *'vetusti admodum' Pierii, Servius : cf.* IX 706 increpat *testatur Nonius* 528 nubes *Parrhas., Nonius* IN *post* caeli *PRγbc, suprascr. M : om. Nonius* REGIONE (REG *m. ant. in ras.*) *P* 529 SVIDVM *R* ſudum *b* SVDVM *MPγc* rutillare γl tonare *b, Servius* TORARE *M* ſonare, aℓ tonare γ SONARE *PRc* 530 eroſ γ 531 AGNOUIT *Mbc* ET *om. R* 532 Tunc *c* quaere, profecto Quem *Ladevicus, qui in commentatione scholastica de locis aliquot Vergilii scripta p.* 3 *sqq. totum hunc locum a v.* 520 *ad* 540 *in examen vocavit.* 533 *'alii* Olympo poscor, *alii* Olympo *sequentibus iungunt' Servius. Et hoc praetulit Peerlkampus, illud Wagnerus lect. Verg.* 420 *sqq.* 535 VOLCANIA (O *corr. in* V) *P* VULCANIA *Mc* 536 auxiliū *c*l 537 Θ *P* HAEV *M* quante γ 538 michi poenaſ *b* VNDA *Rb* : *cf.* I 100 539 *cf.* I 101 galiaſ *b*l VOLVENS *R*

Thubri pater! poscant acies et foedera rumpant.'

Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto
et primum Herculeis sopitas ignibus aras
excitat hesternumque larem parvosque penatis
laetus adit: mactant lectas de more bidentis
Euandrus pariter, pariter Troiana iuventus.
post hinc ad navis graditur sociosque revisit.
quorum de numero qui sese in bella sequantur
praestantis virtute legit; pars cetera prona
fertur aqua segnisque secundo defluit amni,
nuntia ventura Ascanio rerumque patrisque.
dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva;
ducunt exsortem Aeneae, quem fulva leonis
pellis obit totum, praefulgens unguibus aureis.

Fama volat parvam subito volgata per urbem,
ocius ire equites Tyrrheni ad litora regis.

TESTIMONIA.

540 'Thybri p.' Probi inst. I 4, 22 Servius ge. IV 355 Aen. I 155 III 89 542 sq. 'et sopitas ... excitat' Servius Aen. VIII 408 545 Asper 113, 1 546 Priscianus 1105 P. 547 sq. 'quorum ... legit' Servius Aen. X 430, qui ... legit' Servius Aen. VIII 606 549 'segnis ... amni' Servius ge. I 70

VARIA LECTIO.

540 THVBRI *Pγl* THYBRI *MRγ2b* Tybri *c* et] E *R* 542 HERCVLEIS *P* Herceis *susp. Heynius* fopitiſ *c* Herculeas ... aras *Dorvill.* 543 SVSCITAT *Rm, ut* 410 *et* V 743 ESTERNVM *M* EXTERNVM *R* 'hesternum ... *male quidam* externum *legunt' Servius* patrios *Goth. sec.* PENATES *MRbc* 544 *cf.* IV 57 ADIIT *Pγl* MACTAT *PRybc, Servii exempl.* BIDENTES (E *corr. ex* I) *P* bidenteſ *b* bodentef (o *corr. in* i) *γ* 546 NAVES *Rbc* reueſit *γl* 548 PRAESTANS *M* Preſtantef *c* caetera *b* 549 FERTVR *P* ANNIS *M* 550 Nuncia *γ* ASCASIO *R* PARATRIS *P* 551 TEVCRIS (S *m.* 2 *ut vid. in ras.*) *P* thyrrena *b* 552 DVCVN *P* EXORTEM *Pybc* 553 Pelleſ *γ* OBIIT *Pγl* otum *b* .fulgenſ *c* 554 VVLGATA *Rbc* urbē (rbē *m.* 2 *in ras.*) *γ* 555 thyrreni *b* tyrreni *c* TYRRHENA *Pγl* LITORA *MRγ2b* : *cf.* 497 LIMINA *Pγlc* : *cf.* 145. 362

vota metu duplicant matres, propiusque periclo
it timor, et maior Martis iam apparet imago.
tum pater Euandrus dextram complexus euntis
haeret, inexpletus lacrimans, ac talia fatur:
'o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos,
qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa
stravi scutorumque incendi victor acervos
et regem hac Erulum dextra sub Tartara misi,
nascenti cui tris animas Feronia mater
(horrendum dictu) dederat (terna arma movenda,
ter Leto sternendus erat; cui tum tamen omnis

STIMONIA.

556 sq. 'vota ... timor' Philargyrus ge. IV 47 'propiusque p. metus' Priscianus 1172 556 'vota ... matres' schol. Hor. carm. I, 25 558 Priscianus 692 560—567 Macrobius Sat. V 8, 8 0 sq. 'o ... eram' Nonius 381, 33 560 Priscianus 899. 908 de XII rs. Aen. 1, 18 Sergius 1856 Cledonius 1936 Marius Victorinus 2475 P. dorus orig. II 21, 18 Servii ars 519 L. Servius Aen. VIII 268 'o hi ... si' Marius Plotius p. 264 G. 561 sq. 'qualis ... stravi' crobius Sat. V 14, 15 Priscianus 1100 P. 'cum ... stravi' Ser- s Aen. VII 682 561 Priscianus 760. 1110 P. 'Praeneste s. i.' nsentius 2027 Priscianus 656 564 sq. 'nascenti ... dederat' No- s 319, 9 Servius Aen. VIII 252

RIA LECTIO.

556 PROPRIVS *PR* prop.uf (propriif γ1) at ppiuf γ propi.uf (i *in s.*) *b* pericli *Philargyrus* 557 it] Il *P* ET *R* timor] metus *iscianus* martyf γ APPERET *P* 558 DEXTRM *P* 559 HAERET· INEXPLETVM (M *corr. in* S) *P* inexpletũ (pletũ *in ras.*) *c* INPLE- S *R*γ1 LACRIMIS· *M* lacrimanf, *supra scr.* at lacrimif γ 'haeret xpletus: *multi hic distinguunt, ut sit:* inexpletus haesit et talia locu- s est lacrimans. *Alii legunt* inexpletus lacrimis. *Honestius tamen est* xpletum lacrimans, *ut sit nomen pro adverbio' Servius.* 560 RE- RT *P* referṫ, *in mg.* at referat γ iupiṫ *c* 563 HAC *M* HAEC *P* ec γ ERYLUM *MPyc* erilum *b* herilum *Macrobii Salisb.* erimum *tera Macrobii exempl.* DEXTRA *P* miffi *c*1 564 TRIS (I *corr.* E) *P* tref γ 565 Orrendũ *c* 'movenda *autem vel contra ipsum l ab ipso' Servius. Itaque alii* terna ... movenda *cum antecedentibus niungebant.* 566 lo&o γ laeto *b* ternenduf γ cui ... armis *isisse poetam mavult Peerlkampus.* tum *b* TUNC *MPRyc*, *Macro- exempl.*: *cf. Wagneri quaest. Verg.* XXV 5 *a.*

abstulit haec animas dextra et totidem exuit armis):
non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,
nate, tuo, neque finitimos Mezentius umquam
huic capiti insultans tot ferro saeva dedisset
funera, tam multis viduasset civibus urbem.
at vos, o superi, et divom tu maxume rector
Iuppiter, Arcadii, quaeso, miserescite regis
et patrias audite preces. si numina vestra
incolumem Pallanta mihi, si fata reservant,
si visurus eum vivo et venturus in unum:
vitam oro, patior quemvis durare laborem.
sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris:
nunc, o nunc liceat crudelem abrumpere vitam,
dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri,

TESTIMONIA.

574 sq. 'si ... reservant' Servius Aen. I 546 576 'si ... vivo' Probi inst. I 8, 7. 17, 6 577 'patior ... laborem' Arusianus p. 254 L. 579 schol. Persii I 11

VARIA LECTIO.

567 animas, totidem dextra *Mentel. pr.* EXSUIT *M* 568 *apodosis hinc incipit in ed. Lipsiensi, ceteri novam sententiam fecerunt.* ufquam *γ*2 *in ras.* 569 FINITIMOS *P* finitimus *Rottend. pr. m.* 2 finitimo (o *in ras.*) *b* FINITIMO *MRyc*, *Serrius* MEZZENTIUS *M* me.zentiuf *b* MEZZENTIVS *R* VSQVAM *PRc* ufquam (*inf. eras.*, *suprascr. m. rec.*) *γ* hostis *Moret. sec.* 570 CAPIT *P* SAEVA *P* DEDESSET *P* 571 MVNERA *P* uiduaf fed *γ*1 572 AD *PRc*1 AD *M* DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIVVM *Ryc* TVM *Ry*1 MAXIME *MPc* maximue *γ* maxime. (e *in ras.*) *b* 573 archadii *bc* 574 PRAECES *Pγ* 575 palanta *γ* 576 VISURUM *M* VIVVM *R* *Post* eum *et* vivo *interp. M* 577 PATIOR *P* patiar *γc* patior (o *m.* 2 *corr. in* a) *b* 579 *cf.* IX 497 NVNC Ó NVNC *R*, *Mentel. pr.* : *cf.* II 644 NUNC NUNC O *Mybcψ*, *add. m.* 2 O *P* tunc tunc o *schol. Persii* aprūpere *c*

dum te, care puer, mea sera et sola voluptas,
complexu teneo, gravior neu nuntius auris
volneret.' haec genitor digressu dicta supremo
fundebat: famuli conlapsum in tecta ferebant.

Iamque adeo exierat portis equitatus apertis, 585
Aeneas inter primos et fidus Achates,
inde alii Troiae proceres, ipse agmine Pallas
in medio, chlamyde et pictis conspectus in armis:
qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
quem Venus ante alios astrorum diligit ignis, 590
extulit os sacrum caelo tenebrasque resolvit.
stant pavidae in muris matres oculisque secuntur
pulveream nubem et fulgentis aere catervas.

TESTIMONIA.

581 'mea ... voluptas' Servius Aen. IX 482 582 sq. 'gravior ... vulneret' Donatus ad Ter. hec. IV 4, 15 Nonius 315, 13 585 sq. 'iamque ... primos' Servius Aen. VIII 552 585 Nonius 236, 11 589—591 Macrobius Sat. V 8, 10 589. 591 cf. Iulius Capitolinus in vita Maximini iunioris c. 1 589 sq. Servius Aen. I 382 589 schol. Hor. carm. III 9, 21 590 Servius Aen. IV 130 591 'protulit os s.' schol. Hor. serm. I 8, 22

VARIA LECTIO.

581 SERA ET SOLA *Pb*, *Mentel. pr.*, *Mediceus et Porcius Pierii*, *Servius Aen.* IX 482 SOLA ET SERA *MR*, *γ*2 *in ras.*, *cψ* 582 Complexu *c* CONPLEXV *Py* CONPLEXU^{S} *M* Complexuſ (uſ *in ras.*) *b* COMPLEXVS *R* TENEO^{A} (teneam?) *P* NEU *MR* NEV^{v} *P* ne^{v} *γ* ne *b*, *Nonius et Donatus*, *m. rec. suprascr. c* auref *bc* 583 VOLNERET (O *corr. in* V) *P* VVLNERET *Rbc* verberet *Donatus* nec ... volnerat *Marklandus ad Statii silv.* V 2, 88 DICTA SVPPREMO *Py*1 DICTA SVPREMO$^{D\,I\,C}$ (C — O *in ras.*) *R* MAESTA SUPREMO *M*: *cf.* III 482 584 conlapſum^{l} *b* colapſū *c* ferrebant *γ*1 585—613. 614—642 *folium libri Medicei codici Vaticano F adnexum.* 585 APERTVS (V *eras.*, *m. ant. corr. in* I) *Py* 587 ALıl (l *add.*) *P* agmine (e *in ras.*) *b* pallaſ^{a} *γ* 588 it *Marklandus ad Statii silv.* V 1, 245 clhamidae *γ* clamide^{li} *bc* 590 digit *b* IGNES (E *corr. ex* I) *P* ignef *γbc* 591 protulit *schol. Hor.* 592 pauide *γ* mu.rif$^{\cdot}$ *c*

olli per dumos, qua proxuma meta viarum,
armati tendunt; it clamor, et agmine facto
quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,
religione patrum late sacer; undique colles
inclusere cavi et nigra nemus abiete cingunt.
Silvano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
arvorum pecorisque deo, lucumque diemque,
qui primi finis aliquando habuere Latinos:
haut procul hinc Tarcho et Tyrrheni tuta tenebant
castra locis, celsoque omnis de colle videri
iam poterat legio et latis tendebat in arvis.
huc pater Aeneas et bello lecta iuventus
succedunt fessique et equos et corpora curant.

At Venus aetherios inter dea candida nimbos
dona ferens aderat; natumque in valle reducta

TESTIMONIA.

596 Macrobius Sat. VI 1, 22 Nonius 272, 15 Diomedes 498 'quadrupedante ... ungula' Marius Plotius p. 248. 259 597—601 'est ... deo' Macrobius Sat. III 3, 9 597 Priscianus 633. 994. 1172 P. 599 Marius Plotius p. 301 G. 603 Servius Aen. X 748 'haud ... Tyrrheni' Servius Aen. X 153 605 'et ... arvis' Servius Aen. II 29 607 'fessi ... curant' Servius ge. IV 187 608 Servius Aen. XI 596 609 ? 'penitusque in valle r.' schol. Hor. carm. I 17, 17

VARIA LECTIO.

594 PROXIMA *MPybc* 595 Armate *b*1 ID *Py* 596 QVADRIPEDANTE *M*, *Nonii et Macrobii exempl. excepto Par.* 1, *Diomedes* campū *m. rec. add. c* 597 lucif *b* CERITIS *M* cer&if *c* 598 Religione *b* Relligione *c* LATV (V *erasa, m. ant. corr. in* E) *P* 599 cava *Plotius* ABIEGTE *M* abiecte *c*1 cingit *Macrobii exempl.* 601 agrorum *Macrobii exempl.* DIEMQVAE *P* 602 FINES (E *corr. ex* I) *P* finef *γ*1*bc* 603 HAVD *Pγ*2*bc* tharco *c* TARCHON *MPy* : *cf.* 506 Tarcho *Servius testatur* YRRHENI *M* tyrreni *b* hyrreni *c* 605 ut latis *Faber*, *Barthius ad Statii Theb.* X 857. *In interpretatione horum versuum haesit Servius.* 607 aequof *γ* currant *γ*1 608 AD *M* AD *P* AETERIOS *MRb*1 ITER (*sup. m. ant.*) *M* nymbof *c*

ut procul ecgelido secretum flumine vidit,
talibus adfata est dictis seque optulit ultro:
'en perfecta mei promissa coniugis arte
munera, ne mox aut Laurentis, nate, superbos
aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.'
dixit et amplexus nati Cytherea petivit,
arma sub adversa posuit radiantia quercu.
ille, deae donis et tanto laetus honore,
expleri nequit atque oculos per singula volvit
miraturque interque manus et bracchia versat
terribilem cristis galeam flammasque minantem
fatiferumque ensem, loricam ex aere rigentem
sanguineam ingentem, qualis cum caerula nubes
solis inardescit radiis longeque refulget;
tum levis ocreas electro auroque recocto
hastamque et clipei non enarrabile textum.
illic res Italas Romanorumque triumphos

TESTIMONIA.

612—619 Macrobius Sat. V 8, 11' 614 Nonius 241, 8. 374, 15. 616 Priscianus 717. 1000 Donati ars II 16, 5 Servius Aen. I 173 620 Macrobius Sat. V 13, 36 621 'fatiferumque e.' Servius Aen. IV 262 VI 515 625 'et . . . textum' Priscianus 904

VARIA LECTIO.

610 ETGELIDO *PRγ* EGELIDO (T *suprascr. m. ant.*) *M* e///gelido (e *pr. in ras.*) *b* egelido *c*, *Servius* 611 affata eſt *c* OBTVLIT *PRγbc* 612 MET (*corr. m.* 2) *M* coniu.gif *b* 613 AVT *om. R* 614 Au *b* haut *γ*1 praelia *b* 615 chy.terea *b* 616 radientia *γc*, *Prisciani φ* : *cf.* 23 617 dea& *c* 618 Expleri, aſ impleri *γ* inpleri *Macrobii exempl.* : *cf.* 216 NEQUID *M* ADQVE *R* VINGVLA (V *pr. eras., m. ant. corr. in* S) *P* 619 MIRATVRQ· (ATVRQ· *in ras.*) *R* brachia *γbc* 620 FLAMMA (S *m.* 2) *R* MINANTEM *Pγ*1 VOMENTEM *MRbc* vomentem, aſ mouentē *γ*2 : *cf.* 259. 680 vocantem *Macrobii Paris. a* 621 fatigerum *m* 622 sanguineam ardentem *Peerlkampus* 623 inardeſcet *b*1 LONGAE *M* 624 Tunc *c* lauif *b*1 recoctas *Rottend. pr.* nitentem *Oblongus Pierii* 625 clypei *γ* cli.pei (*i. e.* clupei) *b* 626 roman°rum (*eras.* a) *γ*

haut vatum ignarus venturique inscius aevi
fecerat ignipotens, illic genus omne futurae
stirpis ab Ascanio pugnataque in ordine bella.
fecerat et viridi fetam Mavortis in antro
procubuisse lupam, geminos huic ubera circum
ludere pendentis pueros et lambere matrem
inpavidos, illam tereti cervice reflexa
mulcere alternos et corpora fingere lingua.
nec procul hinc Romam et raptas sine more Sabinas
consessu caveae magnis circensibus actis
addiderat subitoque novom consurgere bellum
Romulidis Tatioque seni Curibusque severis.
post idem inter se posito certamine reges

TESTIMONIA.

630 Nonius 312, 7 Servius Aen. I 51 'fecerat ... fetam' Servius Aen. II 238 'Mavortis in a.' Probi inst. I 18, 3 Charisius 248 Diomedes 436. 447 631—633 'geminos ... inpavidos' Nonius 423, 23 631 sq. 'geminos ... pueros' Nonius 316, 17 632 sq. 'et ... inpavidos' Nonius 343, 32 632 'ludere p. p.' Servius ge. I 369 634 Servius Aen. I 483 'et ... lingua' schol. Hor carm. III 6, 12 Servius Aen. II 80 IV 148 VI 80 635 'raptas ... Sabinas' Servius Aen. I 28 636 'magnis c. a.', Pseudoascon. Cic. 143 Or. 637 sq. 'subito ... seni' Priscianus 583 637 'subito ... bellum' Servius Aen. III 591 638 Nonius 390, 12 'Curibusque s.' schol. Hor. epist. I 16, 50 639—641 schol. Lucani I 118

VARIA LECTIO.

627 '*quibusdam videtur hunc versum omitti potuisse*' *Servius*. HAVT *Ryl* HAUD *MPy2bc* fatum *et* fati χ 628 OMNIPOTENS *M* ignipotenf *b* 629 pugnanti *et* pugnantia χ pugnanda, *quod conici posse monuerat Wagnerus, Peerlkampus commendavit.* bella Fecerat: et *prop. Heynius* 630 et] *malim* en. VIRIDE (E *ut vid., corr. in* I) *M* fe.tam *b* antrum *Probi inst.* 631 HVIC (H *in ras.*) *R* ubere *c*, *Nonii* 316 *exempl.* 632 pendentef *c* pendenſ *b* 633 te.r&i *γ* teriti *b*1 REFLEXA *PRyb* : *cf.* X 535 XI 622 *Lucretius* I 35 REFLEXAM *M* reflexam *c* 634 Mulcere (c *m.* 2) *γ* FINGERE (F *corr. ex* L) *M* fingere *Servius testatur.* 635 rapta *b* Marte *Schraderus* 636 CONSENSV *R* conſeſſu (ſ *alt. m.* 2), at cſeſſu *γ* Conſe.ſu *b* circencibuſ (ci *post. in ras.*) *b* 637 Addiderant (n *erasa*) *b* NOVUM *MRybc* 638 TAT (*m.* 2 *sup.*) *M* SINI *M* curribuſ *γ*1*b*1

armati Iovis ante aram paterasque tenentes
stabant et caesa iungebant foedera porca,
Romuleoque recens horrebat regia culmo.
haut procul inde citae Mettum in diversa quadrigae
distulerant (at tu dictis, Albane, maneres!)
raptabatque viri mendacis viscera Tullus
per silvam, et sparsi rorabant sanguine vepres.
nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
accipere ingentique urbem obsidione premebat:
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.
illum indignanti similem similemque minanti
aspiceres, pontem auderet quia vellere Cocles
et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.

TESTIMONIA.

641 'caesa ... porca' Quintilianus VIII 3, 19 Claudius Sacerdos I 144 'et ... porca' Paulus Festi 84 Isidorus orig. XVIII 1, 11 schol. Hor. carm. I 4, 12 epist. II 1, 143 Servius Aen. I 62 XII 170 654 Charisius 128 Diomedes 310 P. Diomedis exc. 535, 18 K. (80 E.) 642—644 Quintilianus IX 3, 25 642 sq. 'haut ... distulerant' Nonius 265, 24. 284, 22 643 'at tu ... maneres' Gellius XX 1, 54 Macrobius Sat. IV 4, 11 Arusianus 246 L. 645 'sparsi ... vepres' Nonius 231, 11 646—648 Augustinus de civ. dei V 12 646 sq. 'nec ... accipere' Nonius 300, 18 648 Priscianus 583 de XII vers. Aen. 6, 100 Servius Aen. I 157 649 sq. 'illum ... aspiceres' Claudius Sacerdos I 147 649 Arusianus p. 259 L. 651 Nonius 353, 21 'vinclis ... ruptis' Servius Aen. II 134

VARIA LECTIO.

640 ioui *b* ARAS *Rb* PATERAM *M* *Post* 641 *legitur v.* 654 *in ed. Parmensi: cf. emend. Verg.* 4 654 RVMOLEO *R* romoleo *Diomedis Paris. A* 642 HAVT *R*, *Nonius* HAUD *MPybc* MEDIUM (I *corr. in* T) *M* Metium *Quintiliani exempl., ut Livii, Valerii Maximi, Dionysii codd.* m&ũ *c* Mettum *confirmant Servii Regin. Lips. Paris.* 643 DISTVLERAT *P* DISTULERANT *M* AD *R* : a *interiectio magis placeat.* 645 Pe *γ* SPARSIS *M* PRES *M* uaepraef *b*l 646 electum *γ* PORSENA *R* Porsenna *testatur Servius* : *cf. Lachmannus Lucr.* 37 iuuebat *b*l 647 ingentem *γ*l PRAEMEBAT *M* 648 AENEADE *M* Aeneade *yb* ferum *b* 649 INDIGNANTE (E *corr. in* I) *M* indignate *m* que *b* 650 Afpicef *b* COCHLES *MR* 651 inna.r& *γ* coclia *bm*

in summo custos Tarpeiae Manlius arcis
stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat,
atque hic auratis volitans argenteus anser
porticibus Gallos in limine adesse canebat.
Galli per dumos aderant arcemque tenebant,
defensi tenebris et dono noctis opacae:
aurea caesaries ollis atque aurea vestis,
virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
auro innectuntur, duo quisque Alpina coruscant
gaesa manu, scutis protecti corpora longis.
hic exultantis salios nudosque lupercos
lanigerosque apices et lapsa ancilia caelo
extuderat, castae ducebant sacra per urbem
pilentis matres in mollibus. hinc procul addit

TESTIMONIA.

653 Nonius 523, 7 'stabat pro t.' Arusianus p. 255 L. 658 schol. Hor. carm. III 11, 50 659 Nonius 45, 28 660 'virgatis l. s.' Nonius 538, 23 660 sq. 'tum ... innectuntur' Isidorus orig. IX 2, 104 661 sq. 'Alpina ... manu' Nonius 555, 10 662 'scutis ... longis' schol. Iuvenalis VIII 251 Lucani I 423 VI 250 664 sq. 'et ... extuderat' Priscianus 891 666 'pilentis m. in m.' Isidorus orig. XX 12, 4 Servius ge. II 389

VARIA LECTIO.

652 insomnis *Peerlkampus* in summo *confirmat Servius* MALIVS *R* MANLIVS *M* malliuf *b* mall. luf *m.* 2 (*m.* 1 *potest fuisse* manuluf), at malliuf *γ* 653 tegebat *Wakefieldus*: *cf.* 657 tenebat *tuetur Servius* 655 ADQVE *R* HINC *R* hic *Servius* 656 ABESSE *R* 657 OLLI *R*: *cf.* 659 domof *b* 658 in tenebris *m* DODO *P*, *γ*I, *ut vid.* dolo *m* 659 OLIS *M* ollif (l *post. m.* 2) *γ* ADQVE *R* 660 LUCEN *MP* fulgent *c* TVNC *Pγc*, *Isidorus* 661 albina *c*1 corufcat *γ* CORVSCAT *Pbc*, *Nonii ω praeter Bamb.* 662 CAESA *PRγ*, *Nonii exempl.* GESSA *M* corpore *c*1, *schol. Iuven.* 663 hinc *γ* 'hic, *in eodem scuto*' *Servius* EXULTANTES *M* exutantif *b* ALIOS *Rb*1 664 A..IES (C *erasa*) *M* LABSA *M* 665 EXTVDERANT *R* 666 PILENIS *M* 666 - 670 hinc ... Catonem *additamentum esse grammatici arbitratur Peerlkampus: parum poeta nostro digna esse concedo.*

Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,
et scelerum poenas et te, Catilina, minaci
pendentem scopulo furiarumque ora trementem,
secretosque pios, his dantem iura Catonem.
haec inter tumidi late maris ibat imago
aurea, set fluctu spumabant caerula cano;
et circum argento clari delphines in orbem
aequora verrebant caudis aestumque secabant.
in medio classis aeratas, Actia bella,
cernere erat totumque instructo Marte videres
fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.
hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar
cum patribus populoque, penatibus et magnis dis,
stans celsa in puppi; geminas cui tempora flammas

TESTIMONIA.

668 'et s. p.' Probi inst. I 4, 22 668 sq. 'et te ... scopulo' Arusianus p. 254 L. schol. Lucani VI 793 674 Servius Aen. V 119 675 cf. Probus 59, 4 'et Actia bella videbis' Donati ars III 1, 2 675 sq. 'Actia ... erat' Arusianus p. 219 L. 676 sq. 'totumque ... Leucaten' Macrobius Sat. V 14, 10 schol. Lucani I 43 677 Priscianus 837. 866 Servius Aen. IV 409 'fervere L.' Donati ars III 1, 2 Probi inst. I 7, 7 Eutychius I 4, 1 Diomedes 448 Marius Victorinus 2481 P. Alcimus Avitus epist. 51 Pompeius 447 L. Philargyrus ge. IV 169 'auroque e. f.' Priscianus 838. 866 Probi inst. I 7, 7 680 'stans ... puppi' Priscianus 761 Donati ars II 16, 5

VARIA LECTIO.

667 *cf. ge.* IV 467 HOSTIA *Rb* di.tif *b* 669 Penden^{te} *γ*, frementem *m* 670 hic *Ladevicus* : *cf. Wagnerus lect. Verg.* 409 671 Hae *c* LATE (L *add.*) *P* 672 AVREASED *Pγ2bcψ* AURE^{A}A'SED *M* Aureaſ ſed *γ1* AVREVSET *R* SPVMABAT *PRγ* ſpumabat *b* aequora *Zulich.* caerula *Servius* ponto *Montalb.* caerula, sed fluctu *sp.* aequora cano *Peerlkampus* 673 delfinef *c* 674 uerebant *b* 675 Im *γ* CLASSES *PRybc* ^{A}ERATAS *M* . actua *γ* accia *b* et Actia bella videbis *Donatus* 676 INST^{R}VCTO (R *add.*) *P* 677 leucatan *b1* 678 praelia *b* 679 p.enatibuf *γ* poenatibuf *b1* DIIS *Pγ1* 680 STAT *Rb* prima *Prisciani exempl.* : *cf.* III 527 pulpi *γ* MVC (II *corr. m. ant. ex* C *P* huic *γ*, *fortasse ne v.* 683 *eadem locutio recurreret.*

laeta vomunt patriumque aperitur vertice sidus.
parte alia ventis et dis Agrippa secundis
arduos agmen agens; cui (belli insigne superbum)
tempora navali fulgent rostrata corona.
hinc ope barbarica variisque Antonius armis,
victor ab Aurorae populis et litore rubro,
Aegyptum viresque Orientis et ultima secum
Bactra vehit, sequiturque (nefas) Aegyptia coniunx.
una omnes ruere, ac totum spumare reductis
convolsum remis rostrisque tridentibus aequor.
alta petunt: pelago credas innare revolsas
Cycladas aut montis concurrere montibus altos,
tanta mole viri turritis puppibus instant.
stuppea flamma manu telisque volatile ferrum

TESTIMONIA.

681 'patrium . . . sidus' Nonius 236, 31 682 Servius Aen
687 sq. 'ultima . . . vehit' schol. Hor. carm. III 29, 27 68
inst. I 13, 2 'sequitur . . . coniunx' schol. Hor. epod. IX 11
Aen. VI 21 'nefas A. c.' Maximi Vict. ars 25 691—693
. . . instant' Claudius Sacerdos I 163 691 sq. 'pelago . . . Cy
Macrobius Sat. V 14, 10 Arusianus p. 235 L. Servius Aen. II
'credas . . . Cycladas' Quintilianus VIII 6, 68 Seneca suas. I 12
692 'aut . . . altos' Arusianus p. 218 L. 693 'turriti
Servius Aen. XI 529

VARIA LECTIO.

M
681 UOLUNT *M* AUERTICE *M* 682 diif *b* dis et vent
vius Aen. I 292 agryppa *b*1 683 arduos '*aliquot*' *Pieriani* A
MPRybc 685 VARIIS (I *add.*) *P* Phariis *Heinsius* 686 ductor
landus ad Statii silv. II 6, 3 victor *Servius interpretatur.* au
EVROPAE *R* populof *b*1*m* littore *b*1*c* 687 Aeguptum
quidam Pieriani Aegiptum *bc* 688 Bacthra *b* ueit *γ* fequi.
Aeguptia *quidam Pierianus* aegiptia *c* coiux *Maximi Vic*

S
690 = V 143 CONVOLVM *P* Conuulfum *c* ROSTR
STRIDENTIBVS *Rγ*2, *et* (ſt *in ras.*) *b* roſtrif ſtridentibuf *cχ* rosti
dentibus *Hamb. pr. pro var. lect.* 691 reuulfaf *c* 692 Cyclade
con
MONTES *M* cucurre *c* altis *χ* 'altos; *alii* altis *legunt*' *Serv*
693 uiri *suprascr. γ* TVRRITES *R* PVPPIBVS (PVP *fort. in r*
ma
f
intant *b* 694 flammanu *γ* TELLIS *M* teli *vulgo ante Heinsi*

spargitur, arva nova Neptunia caede rubescunt.
regina in mediis patrio vocat agmina sistro
necdum etiam geminos a tergo respicit anguis.
omnigenumque deum monstra et latrator Anubis
contra Neptunum et Venerem contraque Minervam
tela tenent. saevit medio in certamine Mavors
caelatus ferro tristesque ex aethere Dirae,
et scissa gaudens vadit Discordia palla,
quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
desuper: omnis eo terrore Aegyptus et Indi,
omnis Araps, omnes vertebant terga Sabaei.
ipsa videbatur ventis regina vocatis
vela dare et laxos iam iamque inmittere funis.
illam inter caedes pallentem morte futura

TESTIMONIA.

696 'patrio ... sistro' Servius Aen. VIII 678 697 schol. Hor. carm. I 27, 26 698 Priscianus 732 anon. de nom. 4 p. 128 Endl. 'omnigenumque d. m.' Priscianus 1233 P. 699 Priscianus 994 schol. Hor. carm. III 4, 57 702 sq. Macrobius Sat. IV 5, 11 704 schol. Hor. carm. saec. 33 'haec ... Apollo' schol. Hor. carm. I 2, 30 705 Probi inst. I 4, 15 706 Charisius 99 Priscianus 688 709 sq. Appuleius de mundo 14

VARIA LECTIO.

696 REGINAM *R* AGMINE *R* 697 ANGVES *P2ybIc* 698 OM NIGENUM *M*: '*e quo suspicio nascitur fuisse qui scriberent* Niligenum' *Lachmannus Lucr.* 292. *Possis etiam* amnigenum *conicere, ut Hoffmannus.* omnigenum *testatur Priscianus.* omni.genum *γ* ANOBIS *M* 699 u&erem *γ* 700 TENENS (S *m. ant. corr. ex* T) *P, γ*l 701 TRISTIS *Rb*Ic*l* athere *γ* DIRAE *M* DIVAE *Rm* : *cf.* IV 473 Dirae *legit Servius* 702 fcifa *γ* uidit *b* 703 confanguineo *c* 704 TENDEBAT *Pγ* opollo *γ* 705 AEGYPTUS· *P* AEGYPTVS *P2yb* AEGYPTOS *P*1 *et* (O *in ras.*) *R, Probi inst. testantur.* aegiptuf *c* Aeguptus *antiqui Pieriani* 706 ARAPS *R, Charisii cod.* ARABS *MPybc, Prisciani exempl.* omnif *bc* 707 uocatif. *γ* 708 FUNES *MRbc* 709 ILLAM (L *add.*) *P* pallantẽ *c*

fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri,
contra autem magno maerentem corpore Nilum
pandentemque sinus et tota veste vocantem
caeruleum in gremium latebrosaque flumina victos.
at Caesar, triplici invectus Romana triumpho
moenia, dis Italis votum inmortale sacrabat,
maxuma tercentum totam delubra per urbem.
laetitia ludisque viae plausuque fremebant;
omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae;
ante aras terram caesi stravere iuvenci.
ipse, sedens niveo candentis limine Phoebi,
dona recognoscit populorum aptatque superbis
postibus; incedunt victae longo ordine gentes,
quam variae linguis, habitu tam vestis et armis.
hic Nomadum genus et discinctos Mulciber Afros,
hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos

TESTIMONIA.

710 'Cleopatram ... iapyge ferri ait' Gellius II 22, 23 712 sq. schol. Hor. carm. I 37, 24 'pandentem ... gremium' Agroetius 2273 P. 714 sq. 'at ... moenia' Priscianus 763 720 sq. 'ipse ... populornm' schol. Hor. carm. saec. 65 721 sq. 'aptatque s. p.' Servius Aen. XI 8 722 'incedunt ... gentes' schol. Persii VI 47 724 schol. Lucani X 447 'et ... Afros' Macrobius Sat. VI 5, 2 'discinctos M. A.' schol. Hor. a. p. 49

VARIA LECTIO.

710 DEFECERAT *P* undi *b* LAPYGE (L *corr. in* I) *M* iapige *c* IAPVGE *R*. 711 MAERENTEM (ERENTEM *in ras.*) *R* mae.r.ntem (*eras.* r *et* a, *ut vid.*) *γ* *Quid si* emergentem *vel* surgentem *scriptum fuerit?* 714 AD *P* TRIPLICLI *P* 715 TALIS *P* INMORTALE *Pγc* 716 MAXIMA *MPybc* SACRABAT· MAXIMA — LAETITIA· *M* '*est zeugma, nam et* delubra fremebant' *Servius*. 719 ardentes *Peerlkampus, quod magnopere placet*. ARAS· *M* TERRAM (RR *in ras.*) *R* STAUERE *M* IUUENCIS *M* iuuencif *γ1* 722 INCENDVNT *R* INCAEDUNT *Mb* gentes] MATRES *R* : *cf.* 718 724 HINC *Pyb* nomadum *γ* mulcifer *c* atrof *γ1* 725 HINC *Pybc* RELEGAS *R* LEGAS *P* leligaf *γ1* carif *b* fagitiferof *γ*

finxerat; Euphrates ibat iam mollior undis,
extremique hominum Morini Rhenusque bicornis
indomitique Dahae et pontem indignatus Araxes.
talia per clipeum Volcani, dona parentis,
miratur rerumque ignarus imagine gaudet,
attollens umero famamque et fata nepotum.

TESTIMONIA.

726 'Euphrates ... undis' schol. Hor. carm. II 9, 21 727 Servius ecl. VIII 44 728 'pontem i. A.' Quintilianus VIII 6, 11: cf. XII 10, 61 Seneca nat. qu. VI 17 'et p. i. A.' schol. Iuvenalis III 62 Hor. carm. II 9, 21 Arusianus p. 238 L.

VARIA LECTIO.

726 TINXERAT *R* Fincxerat *c* EVFRATES *MRc* 727 EXTREMI *P* renufque bicornif *bc* RENHVSCEBICORNIS *manu rec. eaque rudi (antiquae scripturae vestigia supersunt haec:* R.NH..Q//////N) *P* renhufcebicornif *γ* 728 DAAE *Pγ* EIT *P* arastes *Arusiani Gu.* araxif *blc* 729 clẏ.peum *b* clupeum *'antiqui' Pieriani* uulcani *c* VOLCANI· *M* 'per clypeum Volcani; *hic distinguendum, nam* Vulcani parentis *non procedit' Servius* 731 humero *c* FLAMMAM (L *et* M *erasae*) *M* facta *c* *'si* fata *legeris, hoc est, quod nepotes fataliter fecerunt. Hunc versum notant critici quasi superfluo et inutiliter additum nec convenientem gravitati eius, namque est magis neotericus' Servius.*

·P̃· UERGILI MARONIS || AẼN· LIB· UIII EX̃P· || IN̄C· LIB· UIIII FELICITER· *M* VERGILI· MARONIS· AENEIDOS· LIBER· VIII· EXPLIC· INCIPIT· LIBER· VIIII· *R* FINIT LIBER VIII || INCIPIT VIIII *γ* EXPLICIT LIBER OCTAVVS || VIRGILII MARONIS AENEIDOS (*sequuntur* 11 *versus, quos vide in proleg.*) EXPLICIT PROLOGVS OVIDII NASONIS *b*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER NONVS

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,
Irim de caelo misit Saturnia Iuno
audacem ad Turnum. luco tum forte parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.
ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
'Turne, quod optanti divom promittere nemo
auderet, volvenda dies en attulit ultro.

TESTIMONIA.

AENEIDOS IX. 1 Donati ars III 4, 2 Charisius 249 Diomedes 437 Priscianus de XII vers. Aen. 10, 169 Servius Aen. I 226 'atque ea d. p.' Isidorus orig. I 34, 5 Probi inst. I 18, 12 'atque ea d.' Claudius Sacerdos I 71 2 sq. 'Irim ... Turnum' Nonius 442, 26 2 Charisius 107 3 sq. 'luco ... sedebat' Servius Aen. I 441 'luco ... Turnus' Servius Aen. VIII 54 3 'audacem' Servius Aen. VIII 110 4 'Turnus ... sedebat' Nonius 404, 22 Servius Aen. I 56 5 'ad ... roseo' Marius Victorinus p. 10 G. 'sic ore locuta est' Claudius Sacerdos I 109 6 sq. Sidonius Apollinaris epist. IV 24 'Turne ... auderet' Charisius 75 6 Priscianus 683 'Turne q. o.' Probi inst. I 4, 22 7 'volvenda ... ultro' Servius Aen. VIII 200

VARIA LECTIO.

AENEIDOS IX. 1 ADQVE *Rc* 3 AT *Pb*1 dū *c* 5 AT *P* ad *scribendum esse monet Marius Victorinus* ROSEO. (O *in ras.*) *P* roſe o. (e o *in ras.*) *b* thaumatiaſ *γ* locuſta eſt *γ*1 6 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DICUM *Mybc* primittere *b*

Aeneas urbe et sociis et classe relicta
sceptra Palatini sedemque petit Euandri.
nec satis: extremas Corythi penetravit ad urbes
Ludorumque manum collectos armat agrestis.
quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus.
rumpe moras omnis et turbata arripe castra.'
dixit et in caelum paribus se sustulit alis
ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
adgnovit iuvenis duplicisque ad sidera palmas
sustulit, ac tali fugientem est voce secutus:
'Iri, decus caeli, quis te mihi nubibus actam
detulit in terras? unde haec tam clara repente
tempestas? medium video discedere caelum
palantisque polo stellas. sequor omina tanta,

TESTIMONIA.

8 Iulius Rufinianus p. 229 R. 11 Probi inst. I 7, 2 13 'turbataque arripe c.' Servius Aen. IX 146 14 Servius Aen. IV 252 'paribus . . . alis' Priscianus 692 18 sq. 'Iri . . . terras' Macrobius Sat. V 9, 1 18 'Iri d. c.' Probi inst. I 4, 22 19 sq. 'unde . . . tempestas' Servius Aen. II 516 III 528 ge. I 27 20 sq. 'medium . . . stellas' Seneca nat. qu. VII 20, 3 20 'medium . . . caelum' schol. Lucani III 632

VARIA LECTIO.

9 PALLANTINI *R* palatine (a *post. in ras.*, e *m.* 2 *corr. in* i) *b* palevtini *c*1 PETIT (*corr. m. rec.*) *R* petiu^{it} (u *in ras.*) *b* petiuit *cm*: *cf. Lachmannus Lucr.* 209 10 corithi *c* hurbef *c* 11 LVDORVM *R* LYDORVM *MPybc* MANVM COLLECTOS *MRb* MANVS ^{C}OLLECTOS *P* manus collectos *Menag. alt., Leid., Probi inst.* manuf & collectof *γ*1 *ut vid.* manū & collectof *cχ* manū..collectof *γ*2 manum collectosque *Parrhas.* 13 omnef *b* TVRBAT^{A} *R* 14 *sq. cf.* V 657 *sq.* 16 Agnouit *bc* DVPLICES *Rbc* SIDERA (A *in ras.*) *P* palmi^{n}f (*corr. m. ant.*) *b* 17 ET *MR* 18 ACTAM (M *dim. erasa*) *R* actum *γ*1 19 DETULIT (I *corr. ex* E) *M* HAEC *P* cla.ra *γ*2 clauſa, *ut vid.*, *γ*1 20 uidem *γ*1 DISCEDERE *MPbψ*, *legerunt Servius et Seneca, quamvis librarii erraverint.* DISC E D ERE (E *pr. et* D *post. in ras.*) *R* diſced^{e}er^{n} (e *pr. corr. in* i) *γ* diſcindere *cmχ* deſcendere *χ* dicedere *b* 21 PALLANTIS *Pyc*1, *item R, sed priore* L *erasa* POLOS *P* SEQUAR *M*

quisquis in arma vocas.' et sic effatus ad undam
processit summoque hausit de gurgite lymphas,
multa deos orans, oneravitque aethera votis.

Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,
dives ecum, dives pictai vestis et auri
(Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidae iuvenes, medio dux agmine Turnus),
ceu septem surgens sedatis amnibus altus
per tacitum Ganges aut pingui flumine Nilus
cum refluit campis et iam se condidit alveo.
hic subitam nigro glomerari pulvere nubem
prospiciunt Teucri ac tenebras insurgere campis.

vertitur arma tenens et toto vertice supra est.

TESTIMONIA.

22 'quisquis ... vocas' Servius Aen. IV 577 26 Iulius Rufinianus p. 246 R. Servius Aen. I 14 IV 263 VII 11 Priscianus 561. 728. 1126 Velius Longus 2222 P. 'dives pictai ... auri' Probi inst. I 18, 10 Diomedes 437 Pompeius 448 L. Servius Aen. VII 464 'dives p. v.' Isidorus orig. I 34, 4 incertus de nom. 1 p. 127 Endl. 'pictai v.' Charisius 249 Scaurus 2254 Marius Victorinus 2460 28 'medio ... Turnus' Servius Aen. VIII 587

VARIA LECTIO.

22 ET *P* et *languere videbatur Heynio, nec satis aptis exemplis defendit Wagnerus quaest. Verg.* XXXV 6. haec *Peerlkampus, ut* III 463. *Poterat etiam* sic deinde effatus *ut* VII 135 *poeta scribere.* 23 fumo *γ* 24 multa orans pronus *m* 25 OMNIS (A DEO) *M* : *cf.* VIII 585 EXERCITVSR *P* 26 EQVVM *MRbc* PICTAI (l *post. in ras.*) *P* PICTA[l] *M* PICTA *R* pictai *testantur certatim grammatici.* 27 PRIMVS (V *m. ant. corr. in* A) *P* COHERCENT *R* 28 IEIIUENES *M* agmina *γ*1 tarnuſ[v] *γ* 29 = VII 784 : *om. MPRybcmψ, habet Dorvill. et si qui sunt alii nullius auctoritatis.* 30 EDATIS[S] *P* AMNIBVS (AM *in ras., corr. ut vid. ex* MA) *R* OMNIB[λ] *M* *'Asper distinxit:* altus per tacitum' *Servius, et sic dist. M.* 31 ac *m* 32—52. 53—68 *F fol. LXIX* 32 REFLVIT *P* 33 MAGNO *Pγ*1 : *displicet certe eadem* nigritiae *notio ter intra quatuor versus* (34. 36) *repetita : cf. quae adnotavit Dietschius in Fleckeiseni ann.* LXIX 559 34 Propi-ciunt[c] *b* TEVCRI *in ras. R* TEVERI *F*

primus ab adversa conclamat mole Caicus:
'quis globus, o cives, caligine volvitur atra?
ferte citi ferrum, date tela, ascendite muros,
hostis adest, heia!' ingenti clamore per omnis
condunt se Teucri portas et moenia complent.
namque ita discedens praeceperat optumus armis
Aeneas: siqua interea fortuna fuisset,
neu struere auderent aciem neu credere campo;
castra modo et tutos servarent aggere muros.
ergo etsi conferre manum pudor iraque monstrat,
obiciunt portas tamen et praecepta facessunt
armatique cavis expectant turribus hostem.
Turnus ut ante volans tardum praecesserat agmen

TESTIMONIA.

35 schol. Lucani III 756 36 'quis ... cives' Servius Aen. I 615 37 sq. 'ferte ... adest' Macrobius Sat. VI 6, 16 'heia ... portas' Servius Aen. IX 675 38 'hostis ... ingenti' Probi inst. I 13, 2 'hostis a. e.' Probi inst. I 9, 6 40 sq. 'namque ... Aeneas' Nonius 372, 3 41 'si ... fuisset' Donatus ad Ter. hec. III 3, 26 schol. Veron. 82, 28 44 Nonius 268, 16 47—50 Macrobius Sat. V 1, 11 47 Donati ars I 5, 3 'Turnus ... volans' Diomedes 430 Maximi Victorini ars 17

VARIA LECTIO.

35 caicuſ *b* 36 CIVIS *ut vid. F* 37 *cf.* IV 594 ASCENDITE *P* ASCENDITE, *in mg.* alibi SCANDITE *Mm* afcendite, aſ & afcandite *γ* ETSCANDITE (ecscandite?) *Rbc*, *Macrobii exempl.* ETCANDITE *F* 38 ADEST· HEIA' *M* ADEST· HEIA· *FP* 'hostis adest eia: *hic distinguendum ... alii* hostis adest: heia *legunt. Alii* eia *non a persona ad personam dictum putant, sed ipsum poetam quasi actu rei et imaginatione exclamasse' Servius. De elisa in* heia *vocali cf. Lachmannus Lucr.* 164 CLAMOR *F* OMNIS (I *corr. in* E) *P* omneſ *γ* 39 CONDVN *F* CONPLENT *FMRγc* 40 deſcedenſ *γ*1 diſce.denſ *b* OPTVMVS *R* OPTIMVS *FMPγc* obtimuſ *b* armiſ (miſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* armis *testatur Servius* 41 FVISSET *P* 42 ſtruere (u *m.* 2 *in ras.*) *γ* ACIES *Rc* 43 TVTO *F* tutos *Servius legit* IGGERE (A *sup. m. rec.*, I *corr. in* N) *F* aggre *b* 44 furor *Nonius ut* II 316 pudor *Servius* MONSTRANT *F* : *cf.* II 317 46 cauef *γ*1 EXSPECTANT *MRb* URBIB· *M* turribus *Servius* oſtem *γc* 47 ut ante

viginti lectis equitum comitatus, et urbi
inprovisus adest; maculis quem Thracius albis
portat equos cristaque tegit galea aurea rubra.
'ecquis erit, mecum, iuvenes, qui primus in hostem?
en' ait et iaculum attorquens emittit in auras,
principium pugnae, et campo sese arduos infert.
clamorem excipiunt socii fremituque secuntur
horrisono: Teucrum mirantur inertia corda,
non aequo dare se campo, non obvia ferre
arma viros, set castra fovere. huc turbidus atque huc
lustrat equo muros aditumque per avia quaerit.
ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
quom fremit ad caulas, ventos perpessus et imbris,
nocte super media tuti sub matribus agni
balatum exercent, ille asper et improbus ira

TESTIMONIA.

48 'viginti . . . comitatus' Servius Aen. X 21 55 'Teucrum . . . corda' Diomedes 435 56 sq. 'non . . . fovere' Nonius 311, 31 57 sq. 'huc . . . quaerit' Nonius 237, 30 59 sq. 'ac . . . caulas' Macrobius Sat IV 5, 8 60 Priscianus 776 'cum . . . caulas' schol. Hor. epod. II 45 61 sq. 'nocte . . . exercent' Priscianus 1210 61 'nocte s. m.' Arusianus p. 260 L.

VARIA LECTIO.

volans *interpretor* ut qui ante volaret: *vulgo* ut . . . praecesserat *coniungunt*. AGME *FM* 48 lecto. *b1* comitantibus urbi *Peerlkampus* 49 *sq. cf.* V 565 *sq.* 49 quā *c1* traciuf *γc* 50 EQVVS *V post. in ras.* *R* EQVVS *P* EQUUS *FM;bc* GALEAM *M* 51 ET QVIS *Pbc* etquif. ab ec *γ* IVVENIS *MR* oftem *γ* 52 ADTORQVENS *FRc* INTORQVENS *M ut* X 323 53 *prin*CIPIVM *F* CAMPIS *R* arduos '*alicubi*' *teste Pierio* ARDVVS *FMPR;bc* 54 CLAMOREM *MP;1bcv* CLAMORE *R;2* *cla*MORE *F* 'clamorem . . . [illegible] *et* clamore' *Servius*. FRETV *F* fequuntur *bc* 55 HORRISONO *F* inercia *γ* 56 EQUO *M* SEDARE [illegible] *F* SE DARE *M* 57 SET *M* SED *FPR;bc* FAVERE *P* [illegible] ALQVE *R* atque illuc *Nonius* 58 VIA *F* 60 QVOM *P1* [illegible] *F2* CVM *FMR;bc* IMBRES *MR;2bc* imbris *Priscianus* 61 [illegible] 62 BATVM *F* INPROBVS *P;bc*

saevit in absentis, collecta fatigat edendi
ex longo rabies et siccae sanguine fauces):
haud aliter Rutulo muros et castra tuenti
ignescunt irae, duris dolor ossibus ardet.
qua temptet ratione aditus et qua vi clausos
excutiat Teucros vallo atque effundat in aequor?
classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat,
aggeribus saeptam circum et fluvialibus undis,
invadit sociosque incendia poscit ovantis
atque manum pinu flagranti fervidus implet.
'sic vos, o lecti, ferro qui scindere vallum
apparat et mecum invadit trepidantia castra.'

TESTIMONIA.

63 sq. 'collecta . . . fauces' Nonius 304, 8 64 'et . . . fauces' schol. Lucani VI 553 65 'haud a. m.' Marius Victorinus 2462 146 sq. Macrobius Sat. V 9, 3

VARIA LECTIO.

63 abfenteſ *c* 65 HAVD *FMbc, et sic scribi iubet Mariūs Victorinus* HAVT *P̃Rγ1* MOROS (V *sup. m. rec.*) *F* : moeros? tuendi *c* 66 IGNESCVNCVNT *P* DVRVS *Pγ1* : *cf.* V 5, *sed contra* VI 54. haeret *m* *Distinxi ut Peerlkampus* : *cf.* 399. ardet, Qua *ceteri* 67 TEMTET *M* aut *Wagnerus* qua vi *proposui in emend. Verg.* 16 QVA VIA *FMγbc* QVAE VIA *P* QVAEVIA *R* qua vice *Withofius* 'qua via . . . *legitur tamen et* quae via, *et est sensus absolutior*' *Servius* CAVSOS *F* 68 ADQVE *R* EFFVDAT *F* aequor *γbc* AEQVOR *P* AEQVM *F* AEQVV͂ *MR* aequum *Servii Par.* (*deest glossa in Regin.*) : *cf.* V 456 VII 781 X 444. 451. 569. 665 XI 599. 746 XII 333. 501. 614. 710 69 QUAE *M* 70 cirſeptã (cir *m.* 2 *in ras.*, cũ *sup. m.* 2) *b* CLAVSAMCIRCVM *R* : *cf.* 67 71 INCENDA *P* incendia (a *m.* 2) *γ* OVANTES *MRc* 72 ADQVE *R* manũ *γ*2 MANV *Pγ1* PINVM *Pγ1* FRAGLANTI *Pγ1* FRAGRANTI *M* *Post v.* 72 *inserendos esse* 146 *sq. in emend. Verg. p.* 14—16 *demonstrare conatus sum.* 146 sic *proposui l. l.* SED *libri* et *Ladevicus* uos electi *m* lecti ferro *male coniungit Servius* QVISCINDERE *FMPRγbcψ* quis scindere *vulgo* 147 Appar at (r *in ras.*) *b* Appar& *γ* non *vel* haud parat *Ladevicus* inuadit (*corr. m. ant.*) *c* REPIDANTIA *F*

tum vero incumbunt (urget praesentia Turni),
atque omnis facibus pubes accingitur atris.
diripuere focos; piceum fert fumida lumen
taeda et commixtam Volcanus ad astra favillam.

Quis deus, o musae, tam saeva incendia Teucris
avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
dicite. prisca fides facto, set fama perennis.
tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
Aeneas classem et pelagi petere alta parabat,
ipsa deum fertur genetrix Berecyntia magnum
vocibus his adfata Iovem: 'da, gnate, petenti,
quod tua cara parens domito te poscit Olympo.
*[pinea silva mihi, multos dilecta per annos]
lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,
nigranti picea trabibusque obscurus acernis:
has ego Dardanio iuveni, cum classis egeret,

TESTIMONIA.

73 Servius Aen. IV 397 'urget p. T.' schol. Iuven. XIV 63 76 'commixtam ... favillam' Isidorus orig. I 36, 9 'commixtam V. mittit ad a. f.' Beda de trop. 380 C. 79 sq. Servius Aen. II 804 83 'da n. p.' Arusianus p. 224 L. 85 'pinea s. m.' schol. Iuven. XII 59 88 Servius Aen. IV 373 'cum c. e.' Servius Aen. XI 343

VARIA LECTIO.

73 urg.et *b* 74 ADQVE *R* 76 VOLCANVS (O *corr. in* V *P* uulcanuf *γc* Vulcanus mittit ad astra *Isidorus* 77 Quif *γ* QVI *P* faeua. (a *post. m.* 2) *γ* 78 IGNES *MP2γ1c* IGNIS *P1Rb* 79 SET *M* SIT *R* SED *Pybc* 80 ab Ida *Servius Aen.* II 804 81 AENEA *R* 82 GENETRIX FERTVR *R* BERECYNTHIA *MRγ* berechintia *bc* 'Berecyntia ... *a monte Phrygiae* Berecynto, *cuius ultima syllaba caret aspiratione*' *Servius* 83 IIIS *P* afata *γ* affata (f *pr. in ras.*) *b* affata *c* DA *M* gnate *c*, *Menag. alt.* NATE *MPRγb* petendi *c1* 84 Quo *b* Quot *c1* olimpho *b* 85 *dittographiam habeo versuum* 86 *sq., sed eam ipsius poetae manu prima in schedas coniectam ut* VI 716 85 SILVA MIHI- *M* DELECTA *M* 86 *sq. delendos censebat Heynius.* 86 terebant (t *pr. eras.*) *γ* 87 que *om. c* acenif *γ* 88 hanc *Heynius*

laeta dedi; nunc sollicitam timor anxius angit.
solve metus atque hoc precibus sine posse parentem:
ne cursu quassatae ullo neu turbine venti
vincantur, prosit nostris in montibus ortas.'
filius huic contra, torquet qui sidera mundi:
'o genetrix, quo fata vocas? aut quid petis istis?
mortaline manu factae inmortale carinae
fas habeant certusque incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
immo ubi defunctae finem portusque tenebunt
Ausonios olim, quaecumque evaserit undis
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva,
mortalem eripiam formam magnique iubebo
aequoris esse deas, qualis Nereia Doto
et Galatea secant spumantem pectore pontum.'
dixerat idque ratum Stygii per flumina fratris,

TESTIMONIA.

92 'prosit . . . ortas' schol. Iuven. IV 36 94 'aut . . . istis' Donatus ad Ter. eun. I 2, 112. 122. 3, 73. IV 6, 27 95—97 'mortaline . . . Aeneas' Isidorus orig. II 30, 8 97 'cui . . . potestas' Servius Aen. IX 7 99 'quaecumque e. u.' Arusianus p. 227 L. 101 'mortalem e. f.' Probi inst. I 7, 3 102 sq. 'qualis . . . pontum' Nonius 404, 5 104—106 Macrobius Sat. V 13, 22

VARIA LECTIO.

89 urget χ 90 ADQVE *R* PARENTLEM *M* 91 NE *Pc, quod aptius videtur* Ne γ NEU *MRb, ut* 42 : *cf. Wagneri quaest. Verg.* XXXVI 14 CVRSVS *P* quaffate γ 92 p///fit *c* ſirif *suprascr. b* 94 qo γ trahis χ, *Servii Regin. Lips.* uocas trahis *eiusdem Paris.: cf.* V 709 QUIT *M* 95 facte γ IMMORTALE *R* 97. 98 *inverso ordine R* 98 tenebat *ut vid.* γ 99 OLEM *M*1 euaferit γ undas *Moret. sec.* 'undis . . . *alii legunt* evaserit undas' *Servius*, undis *testatur Arusianus.* 100 ducem] DVCEMET *R* UEXERAT *M* 102 quales '*aliquot antiqui*' *Pierii et* '*multi*' *Burmanniani* : *et puto aut hoc restituendum aut v.* 103 *secat scribendum aut totum v.* 103 *omittendum esse.* NEREIA (A *in ras.*) *R* DOTO (D *in ras.*) *R* dote *c* dota *Servii Par.* (doto *Regin.*) clotho χ 103 AVT *R* 104—106 Stygii . . . Olympum = X 113—115 104 it *c* ſtygii. (i *post. m.* 2) γ ſtigii *bc*

per pice torrentis atraque voragine ripas
adnuit et totum nutu treme fecit Olympum.

Ergo aderat promissa dies et tempora parcae
debita complerant, cum Turni iniuria Matrem
admonuit ratibus sacris depellere taedas.
hic primum nova lux oculis offulsit et ingens
visus ab Aurora caelum transcurrere nimbus
Idaeique chori; tum vox horrenda per auras
excidit et Troum Rutulorumque agmina complet:
'ne trepidate meas, Teucri, defendere navis
neve armate manus: maria ante exurere Turno
quam sacras dabitur pinus. vos ite solutae,
ite deae pelagi: genetrix iubet.' et sua quaeque
continuo puppes abrumpunt vincula ripis
delphinumque modo demersis aequora rostris
ima petunt. hinc virgineae (mirabile monstrum)

quot prius aeratae steterant ad litora prorae

TESTIMONIA.

106 Aldhelmus de re gramm. in A. Mai auct. class. V 589 Servius Aen. I 250 108 sq. 'cum ... taedas' Diomedes 431 'cum ... admonuit' schol. Hor. carm. I 35, 13 Servius ge. IV 238 110 'hic ... oculis' Probi inst. I 4, 17 114 Nonius 408, 11 schol. Hor. carm. II 3, 12 Servius Aen. III 666 'ne ... Teucri' Cledonius 1931 P. 'ne t. viri' schol. Hor. carm. II 4, 24 III 27, 17 115 sq. 'maria ... pinus' Macrobius Sat. IV 6, 16 schol. Hor. epist. I 14, 22 118 Servius Aen. X 233

VARIA LECTIO.

105 torrentef *c* uoragene c1 repaf *c*1 106 olimpum *bc* 108 COMPLERANT (COMP *in ras.*) *R* CONPLERANT *Pγ* conpleuerant *b*1 109 'sacras (sacris *Par. AB Mon.*) ... *et* sacras taedas *expresse legendum, ut abominandas ostendas' Diomedes* 110 lex *γ* oculif—ingenf *m. rec. b* effulfit *b*1*cm, ut* 731 111 tranfcurre *b* 112 orrenda *b* 113 RVTILORVM *Pγ* 114 meas] viri *schol. Hor.* II 4, 24 III 27, 17 *et* II 3, 12 *Med.* NAVES *P*2*γb*2*c* 116 folute *γ* 117 genetrix (e *post. in ras.*) *b* 118—125. 126—146 *F fol. LXX* 118 arrũpunt *c* 119 Dephinum *γ* Delfinũ *c* dimerfif b1 120 monstrum] DICTV *R ut alias saepe* 121 = X 223, *om. FMPRybc, habet cod. Porcius Pierii, in aliis post-*

reddunt se totidem facies pontoque feruntur. 122
Obstipuere animis Rutuli, conterritus ipse
turbatis Messapus equis, cunctatur et amnis
rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto. 125
at non audaci Turno fiducia cessit;
ultro animos tollit dictis atque increpat ultro:
'Troianos haec monstra petunt, his Iuppiter ipse
auxilium solitum eripuit, non tela neque ignes
expectans Rutulos. ergo maria invia Teucris 130
nec spes ulla fugae: rerum pars altera adempta est.
terra autem in nostris manibus, tot milia gentes

TESTIMONIA.

123 'obstipuere a. R.' Asper 112, 16 124 sq. 'cunctatur ... alto' Nonius 461, 28 'cunctatur ... sonans' Servius Aen. V 19 125 'revocat ... alto' schol. Hor. carm. I 29, 12 126 Servius Aen. IV 615 X 270 128 'Troianos ... petunt' Nonius 367, 7 131 sq. 'rerum ... manibus nostris' schol. Lucani VII 97

VARIA LECTIO.

ponitur versui 122, *in Goth. tertio post v.* 142: *et alii* prorae, *alii* puppes, *alii* naves. 122 SED *F* QVE *m.* 2 *in ras. F* ferunt (erunt *in ras.*) *c* 123 OBSTIPVERE *FMγ*, *item*, *nisi quod* O *m. ant. corr. ex* V, *P* OBSTVPVERE *R* ANIMIS *FRγ2b2cm* ANIMI *MPγ1b1* RVTVLI *FRγ2cm* rutuli. *b2* RUTULIS *MPγ1* rutilif *b1* animis Rutuli *ut* VIII 530 *Asper*, animi Rutulis *Servius* conterritu. *γ2* CONTERRITVR *Pγ1* 124 TVRBATVS (V *post. m. ant. corr. in* I) *P* TVRBATVS *Rb1c1* (turbati. f *b2*) CVNCTATVR (NCT *in ras. et in spatio duarum litt.*, R *in ras.*) *R* cunctat (c *post. in ras.*) *b* 125 '*melius ... est accipere* rauca sonans ... *quam* rauca amnis' *Servius* revocat] V *in ras. ut vid. F* PEDE *F* tiberin. *b1* 126 *cf.* X 276 AD *P* At.. (t *m.* 2) *γ* cessit fiducia Turno *χ*, *Servius Aen.* IV 615 127 ADQVE *R* 128 IPSO *F* 129 neq/// *b* NEC *R* ignif *b1* 130 EXSPECTANS *M* Expecta. (*vid. fuisse* expectaf) *b1* EXPECTANT *FPγb2c* EXSPECTANT *R* expectat *Peerlkampus.* '*non* expectant *Troiani ut Rutulorum telis aut ignibus pereant*' *Servius* 131 DEMPTAEST *R* 132 in manibus nostris *schol. Lucani* GENTIS *MRb1c* *Comma post* milia *sustuli*, *ut sententia sit:* tot milia efficiunt gentes Italae, quae arma ferunt.

arma ferunt Italae. nil me fatalia terrent,
siqua Phryges prae se iactant, responsa deorum:
sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
fertilis Ausoniae Troes. sunt et mea contra
fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
coniuge praerepta: nec solos tangit Atridas
iste dolor solisque licet capere arma Mycenis.
"set periisse semel satis est": peccare fuisset
ante satis penitus modo nunc genus omne perosos
femineum. quibus haec medii fiducia valli
fossarumque morae, leti discrimina parva,
dant animos. at non viderunt moenia Troiae

TESTIMONIA.

135 sq. 'sat ... Troes' Nonius 409, 4 138 'nec ... Atridas' Cledonius 1884 138 sq. 'an solos ... Mycenis' Macrobius Sat. IV 4, 11 'nec solos ... dolor' Macrobius Sat. V 9, 2 Nonius 408, 14 140 sq. 'sed ... satis' Iulius Rufinianus p. 270 R. 141 sq. 'penitus ... femineum' Charisius 188 P. schol. Hor. carm. I 21, 3 'non ... femineum' Arusianus p. 255 L. 144 sq. 'at ... ignes' Charisius 248 Diomedes 460 P. Arusianus p. 220 L. Claudius Sacerdos

VARIA LECTIO.

133 ITALIAE *F* italae (1 *m.* 2) *γ* italae NIL (AEN *in ras.*) *b* NIHIL *FMPRγ* 134 frygef *b* frigef *c* PRE *F* 135 *cf.* II 291 SAT *P* DATVMEST *FPRγbc* 137 fcindere *c* 138 nec] an *Macrobii* IV 4, 11 *exempl.* SOLVS (V *corr. in* O) *F* 139 micenif *bc* 140 SED *FPRbc* Si. (i *m.* 2) *γ* si '*nonnulli admodum vetusti*' *Pieriani*, *χ* PERISSET *F* PERISSE *R* PERiSSE *M* periffe *b* perif.fe *γ*2 periiffe *γ*1 FVISSET (T *m.* 2 *add.*) *F* 141 modo nunc *ed. Vencta, Marklandus ad Statii silv.* V 3, 35 modo nec '*aliquot antiquissimi*' *Pieriani* MODO NON *FMPγbc, Servius, grammaticorum exemplaria: defendere conatur Wagnerus lectt. Verg.* 352 NON MODO *R* OME *P* PEROSOS (*corr. m. rec.*) *F* PEROSSOS *M* perofuf *γ*1, *Charisii cod.* perofum *γ*2, *schol. Hor. Med.* 142 FVDVCIA *R* 143 MORAET *R* more *γ* LETIS *M* la&i *γ* DISCRIMINE (*sup. m. rec.*) *F* DISCRIMINE *Mγ* PARVAS *P* PARVO (*corr. m. rec.*) *F* PARVO *MRγ* : *cf.* III 685 144 AD NON *Pγ*1 an non *Diomedes* non *Charisii Neap.* 'an non ... *legitur et* at non' *Servius* : *cf.* VII 363 monia *γ*

Neptuni fabricata manu considere in ignis? 145
non armis mihi Volcani, non mille carinis 148
est opus in Teucros (addant se protinus omnes
Etrusci socios); tenebras et inertia furta 150
[Palladii caesis summae custodibus arcis]
ne timeant, nec equi caeca condemur in alvo:
luce palam certum est igni circumdare muros.
haut sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga
esse ferant, decumum quos distulit Hector in annum. 155
nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
quod superest, laeti bene gestis corpora rebus
procurate, viri, et pugnam sperate parari.'
interea vigilum excubiis obsidere portas

TESTIMONIA.

I 182 Victorinus ad Cic. p. 97 Or. 152 sq. 'nec . . . palam' schol. Hor. carm. IV 6, 13 153 'luce p.' Probi inst. I 12, 2 154 Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 78 155 'decimum . . . annum' schol. Hor. carm. II 4, 11 156 Nonius 2, 14 157 sq. Macrobius Sat. V 9, 4 VII 1, 23 inscr. Neap. 6016 157 Servius Aen. XI 15 158 'et . . . parari' Servius Aen. XI 18 159 Priscianus 722

VARIA LECTIO.

145 IGNES *PRγ*1*c* igni *Claudius Sacerdos, Charisii Neap.* 146 *sq. post v.* 72 *posui.* 147—158. 159—164 *F fol. LXXI* 148 VOLCANI (O *corr. in* V) *P* uolcani (N *in ras. duarum vel trium litterarum*) *b* uulcani *c* 150 fociof (f *post. m.* 2) *γ* inhertia *γ* 151 *cf.* II 166 : *om. ed. Parmensis.* PALLADI *F* Palladii *formam tuetur Lachmannus Lucr.* 328 LATE (*corr. m. rec.*) *Fb* LATE *R* 152 ALVEO *R* 153 CIRCVMDATE (T *m. rec. corr. in* R) *P* 154 HAVD *FMγ*2*bc* Pelasga] P *in ras. F* 155 FERANT *FIγ*1 petent *γ*2 putent (pute *in ras.*) *b* putent *in ras. c* PUTENT *MR* DECVMVM *F* DECIMVM *MPRγbc* QVO *R* haector *b* 156 DIEIEST *M*2*Rbc, Nonii exempl.* 157 leti *γ* lecti *Macrobii* V 9, 4 *Cantabr.* CORPORE (E *m.* 2 *corr. in* A) *F* 158 PROCUBATE *M* VIRIS *F* parati *Moret. sec., Macrobii exempl. exc. Cantabr.* V 9, 4, *Cantabr. Salisb.* VII 1, 23 159 UIGULUM *M*

cura datur Messapo et moenia cingere flammis.
bis septem Rutuli, muros qui milite servent,
delecti; ast illos centeni quemque secuntur
purpurei cristis iuvenes auroque corusci.
discurrunt variantque vices fusique per herbam
indulgent vino et vertunt crateras aënos.
conlucent ignes, noctem custodia ducit
insomnem ludo.

Haec super e vallo prospectant Troes et armis
alta tenent, nec non trepidi formidine portas
explorant pontisque et propugnacula iungunt,
tela gerunt. instat Mnestheus acerque Serestus,
quos pater Aeneas, siquando adversa vocarent,
rectores iuvenum et rerum dedit esse magistros.
omnis per muros legio, sortita periclum,

TESTIMONIA.

163 Iulius Rufinianus p. 250 R. 'purpurei c. i.' Servius Aen. X 722 164 cf. Nonius ad 175 165 Nonius 326, 7 schol. Hor. carm. II 2, 13 Servius Aen. IV 51 'indulgent v.' Servius Aen. II 776 ge. II 277 166 'noctem c. d.' Servius ge. I 6 168 'haec ... Troes' Diomedes 408 anon. de orthogr. 2798 P. 169 sq. 'nec ... explorant' Nonius 294, 15

VARIA LECTIO.

160 et moenia c. f. *ex* X 119 *huc translatum putat Peerlkampus* – CINGE *F* INGERE *M* FLAMMA *FRb* 161 VIS (*sup. m. rec.*) *F* BIS *M* RUTULO *M* morof *c* : *cf.* 65 SENT *F* 162 DILECTI (I *pr. corr. in* E) *P* Dilecti *γc* centi *c* SEQUUNTUR *M* fecuti (ti *in ras.*) *b* SECVTI *R* 163 Purperei *c* Purperei *γ* purpureis *Rufiniani exempl., qui tamen* purpurei *legisse videtur;* purpurei *item Servius.* IVVENIS *ut vid. F* 164 erbam *b* 165 uertuN crateref (uN crateref *m. 2 in ras*, e *post. corr. in* a) *b* 168 e] et, *i. e.* ec *Diomedis Monac.* armis] R *in ras. ut vid. R* 169 formide (e *inf. corr. in* i) *γ* 170 PONTES *Rγ2c* portif *γ1* & *in ras. b* ppugnacula (p *in ras.*) *b* 171 INSTAT *Pybc* INSTANT *M* INSTANT *R* 173 'iuvenum: *legitur et* iuveni' *Servius* 174 LEGIOEST *R*

excubat exercetque vices, quod cuique tuendum est.
Nisus erat portae custos, acerrimus armis,
Hyrtacides, comitem Aeneae quem miserat Ida
venatrix iaculo celerem levibusque sagittis;
it iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
non fuit Aeneadum Troiana neque induit arma,
ora puer prima signans intonsa iuventa.
his amor unus erat, pariterque in bella ruebant:
tum quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait: 'dine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale, an sua cuique deus fit dira cupido?
aut pugnam aut aliquid iandudum invadere magnum
mens agitat mihi nec placida contenta quietest.
cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum.
lumina rara micant; somno vinoque soluti
procubuere; silent late loca: percipe porro,
quid dubitem et quae nunc animo sententia surgat.

TESTIMONIA.

175 'succedunt variantque duces' (sic libri), 'quod cuique tuendum est' Nonius 413, 31, qui hunc et v. 164 et 222 conflavit. 177 Macrobius Sat. V 15, 12 181 Macrobius Sat. V 13, 24 184 'Nisus a.' Probi inst. I 17, 7 'dine hunc a. m. accommodant' Appuleius de deo Socr. 15 184 sq. 'dine ... cupido' Servius Aen. X 689 185 'an ... cupido' Servius Aen. I 293 VI 373 VIII 350 186 Nonius 323, 30 188 'quae ... fiducia' Servius Aen. IX 164 189 'lumina r. m.' Servius Aen. IX 239 'somno vinoque sepulti' Servius Aen. III 42

VARIA LECTIO.

177 *sq.* comitem ... sagittis *damnat Peerlkampus, legit Servius.* 178 *cf.* V 68 SAGITTIIS *M* 179 it *Moret. pr.* : *cf.* VI 159. 448 ET *MPRybc* eurialuf *bc* 180 eneadem *c* 181 oraque prima puer *m* SIGNAS *M* 184 IDE *P* (E *inferior corr. in* I) diine *b* 185 de. *bl* EIT *M* 186 ALIQVIT *MPRγ2* IAMDVDVM *Rbc* iadudum (ia *m. 2 in ras.*, i *corr. ex* a) *γ* 187 mihi *m. 2 suprascr. b* QUIETEST *M* QVIETEEST *Rybc* QVIESCIT *P* 188 habea *b* 189 VINO *suprascr. P* sepulti *mχ, Servius* : *cf.* 236 II 265 190 late (l *m. 2*) *γ* PECIPE *R* prospice *m* 191 aut quae *m* anima *γ*

Aenean acciri omnes, populusque patresque,
exposcunt mittique viros, qui certa reportent.
si tibi quae posco promittunt (nam mihi facti
fama sat est), tumulo videor reperire sub illo
posse viam ad muros et moenia Pallantea.'
opstipuit magno laudum percussus amore
Euryalus; simul his ardentem adfatur amicum:
'mene igitur socium summis adiungere rebus,
Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam?'
non ita me genitor, bellis adsuetus Opheltes,
Argolicum terrorem inter Troiaeque labores
sublatum erudiit, nec tecum talia gessi,
magnanimum Aenean et fata extrema secutus:
est hic, est animus lucis contemptor et istum
qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.'
Nisus ad haec: 'equidem de te nil tale verebar
nec fas, non, ita me referat tibi magnus ovantem
Iuppiter aut quicumque oculis haec aspicit aequis.

TESTIMONIA.

199 sq. 'mene ... fugis' Macrobius Sat. VI 6, 16 Nonius 401, 33 202 sq. 'Troiae ... erudiit' Nonius 385, 19 203 sq. 'nec ... secutus' Nonius 316, 28 205 'est hic ... contemptor' Donatus ad Ter. Andr. V 3, 19 205 sq. 'est animus ... honorem' schol. Hor. carm. III 14, 2 208 sq. 'non ... Iuppiter' Priscianus 1023 'me ... Iuppiter' Servius Aen. IX 241

VARIA LECTIO.

192 Aeneã *c* aeneam *γ2* POPVLOS *R* populoſ *c* 193 Expoſfunt *c* 195 fad *γ1* 196 at *γ1* 197 OBSTIPVIT *MPRbc* 198 Eurialuſ *c* aſſatz *c* 199 summis] tantis *Macrobii exempl.*: *cf.* VII 315 201 adfue. tuſ *b* ofellef *b* 202 LABORIS *M* 203 ERVDIT *R* 204 aeneã *c* FAMA *R* 205 hinc *c1* et istum] TI *in ras. P* 206 EMIHI (*corr. minio*) *M* co *b1* qo *b2* 207—227. 228—233 *F fol. LXXII* 207 ad haec (haec *m. recentiss.*) *γ* AIT· HAEC *P* THE (H *del. minio*) *M* ..nil *γ2* NIHIL *M* NIHIL *FPRγ1b* 208 NON *suprascr. P* 'non: *distinguendum, ut initium iurisiurandi sit* ita me referat' *Servius* refier& *c* 209 AVTITAQVICVMQVE *P* ASPICIS *P* EQVIS *R*

sed siquis, quae multa vides discrimine tali,
siquis in adversum rapiat casusve deusve,
te superesse velim; tua vita dignior aetas.
sit qui me raptum pugna pretiove redemptum
mandet humo, solita aut siqua id Fortuna vetabit,
absenti ferat inferias decoretque sepulchro.
neu matri miserae tanti sim causa doloris,
quae te sola, puer, multis e matribus ausa
persequitur magni nec moenia curat Acestae.'
ille autem 'causas nequiquam nectis inanis,
nec mea iam mutata loco sententia cedit:
adceleremus' ait. vigiles simul excitat, illi
succedunt servantque vices: statione relicta

TESTIMONIA.

210—212 'sed ... velim' Priscianus 1144 210 'sed ... vides' Probi inst. I 17, 6 211 Priscianus 1145 214 'mandet h. s.' Arusianus p. 247 L. 214 sq. 'aut ... inferias' Priscianus 1145 217 sq. 'quae ... persequitur' Donatus ad Ter. Andr. V 4, 32 schol. Lucani II 303 Servius Aen. XI 35 222 cf. Nonius ad 175

VARIA LECTIO.

210 TALIS *R* t..l..... *γ* TALI·II (TA *m. ant. corr. in* LE, I *prior* E *fuisse potest, punctum m. rec., duae literae extremae erasae*) *P, ut* discrimina leti *scripturus fuisse videatur librarius*: *cf.* IX 143 X 511 212 VITIGNIOR *P* a&haf *γ* 213 *m.* 2 *imo mg. add. b* SIT *P* Si *γ* PRAETIO *R* 214 MANDIT *ut vid. F*1 · HVMO· SOLITA AVT *FM* HVMO SOLITA· AVT *P, Arusianus, Priscianus* 'mandet humo: *multi hic distinguunt, alii iungunt* mandet humo solita' *Servius*: *cf.* V 356 id *om., ut* solita *dicantur ea quae solita sint, Hoffmannus spicileg.* 16. *Non queritur Fortunae iniquitatem, sed ut v.* 210 *multis idem accidere, ne singulare fatum timere videatur, significat.* 214 VITABIT *R* uetabat *c*1 vetabit *testatur Priscianus* 215 que] QVAE *Py*1 216 NE *F* MISERE *F* 217 mulf *γ* tantis *Servius Aen.* XI 35 A *R* ex *schol. Lucani* 218 ACESTE *M* 219 causas] A *alt. fort. in ras. F* INANES *Pyc* 220 MEIM MVTATA *F* 221 ATCELEREMVS *MPy* Accelerem' *bc* 222 uice *b* 'servantque vices: *hic distinguendum, alias sensus non procedit. ... quidam* servantque vices statione relicta *pro* stationis relictae vices servant *intelligi volunt' Servius. Nulla post* vices *interpunctio in MP.*

ipse comes Niso graditur, regemque requirunt.
Cetera per terras omnis animalia somno
laxabant curas et corda oblita laborum:
ductores Teucrum primi et delecta iuventus
consilium summis regni de rebus habebant,
quid facerent quisve Aeneae iam nuntius esset.
stant longis adnixi hastis, in scuta tuentes,
castrorum et campi medio. tum Nisus et una
Euryalus confestim alacres admittier orant:
rem magnam, pretiumque morae fore. primus Iulus
accepit trepidos ac Nisum dicere iussit.
tum sic Hyrtacides: 'audite o mentibus aequis,
Aeneadae, neve haec nostris spectentur ab annis,
quae ferimus. Rutuli somno vinoque soluti

TESTIMONIA.

229 Nonius 339, 3 231 'admittier o.' Charisius 248 Diomedes 430 P. Isidorus orig. I 34, 3 Claudius Sacerdos I 94 232 'rem ... fore' Donatus ad Ter. Andr. III 5, 4 Arusianus p. 247 L. 233 Servius Aen. III 666 'ac ... iussit' Nonius 324, 3 235 'neve ... annis' Arusianus p. 263 L.

VARIA LECTIO.

223 graditur γ1 REGM *F* reuifunt '*antiqui aliquot*' *Pierii* 224 *cf.* III 147 TCETERA *F* 225 OBLATA *F* 226 DVCTORES *P* delecta iuventus : *cf.* IV 130 VIII 499 DELECTA, *non praemisso* et *FMPRybψ*, *Pierii codices paene omnes antiqui, quotquot habuit.* dilecta c1. et *quibus in libris extet nescio. Legebatur in editionibus ante Pierium : cf.* 246. 309 229 adnixi (ad *m.* 2) γ adnixi (xi *in ras.*) *c* innixi *Nonii exempl.* ENCVT-ATQ-ENTES (*corr. m. ant. in* ETCVTA TENENTES) *P* ETSCVTATENENTES *FMRybc*, *Nonius, nisi quod* tenentis γ1 *et Nonii exempl.* 230 CAMPIS *M* campi *Servius testatur.* 231 eurialuf γc admittier (er *in ras.*) *b* .orant γ 232 Rem (R *m.* 2 *atramento ser., fort.* C *fuerat*) *b* MORAT *M* 233 ACCIPIT *M* AT *ut vid. F*1 234 hirtacidef *b* O *M* 235 Aeneaeade *b*1 236 FERIMVS *P* FEREMUS *M*1 SOLVTIS *R* soluti, *adscr. m. rec.* sepulti. *b* sepulti *mχ*. *Servii Par.* (*in Regin. deest hoc scholium*), *hic rectius, ni fallor : cf.* 189

conticuere; locum insidiis conspeximus ipsi,
qui patet in bivio portae, quae proxuma ponto;
interrupti ignes, aterque ad sidera fumus
erigitur: si fortuna permittitis uti
quaesitum Aenean et moenia Pallantea,
mox hic cum spoliis ingenti caede peracta
adfore cernetis. nec nos via fallit euntis:
vidimus obscuris primam sub vallibus urbem
venatu adsiduo et totum cognovimus amnem.'
hic annis gravis atque animi maturus Aletes:
'di patrii, quorum semper sub numine Troia est,
non tamen omnino Teucros delere paratis,
cum talis animos iuvenum et tam certa tulistis
pectora.' (sic memorans umeros dextrasque tenebat
amborum et voltum lacrimis atque ora rigabat.)
'quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis

TESTIMONIA.

238 'portae ... ponto' Servius Aen. IX 317 240. sq. 'si ... Pallantea' Priscianus 810 240 'si ... uti' schol. Veron. 82, 26 244 Nonius 359, 27 Donatus ad Ter. hec. V 3, 24 Charisius 188 245 Nonius 230, 4. 275, 28 246 Donatus ad Ter. Andr. II 3, 15 hec. I 2, 92 Arusianus p. 233 L. Iulius Rufinianus 246 R. 'aevi m. A.' Arusianus p. 246 L. 249 sq. 'tam ... pectora' Servius Aen. I 576 252 Macrobius Sat. VI 6, 12

VARIA LECTIO.

237 PROCVBVERE *Pc* procubuere, aℓ c̃ticuere γ : *cf.* 190 *et* II 253 238 UIUIO *M* biuico γ1 PROXIMA *MPybc* 239 acer *m* fomuf γ 240 '*alii hunc ordinem volunt:* si fortuna p. u., Mox hic ... Affore cernetis. nec nos v. f. euntis Quaesitum' *e. q. s. Servius. Transposuerunt igitur:* 240. 242. 243. 241. *Librorum ordinem servat Priscianus.* 241 et] ad *c* PALLATEA *R* 243 FALLET *M* EVNTES *R* 244 primum *Nonii exempl.* primam *confirmant Charisius, Donatus, Servius* VALLIBVS *P* moenibuf, aℓ fubuallib7 γ : *cf.* 241 vallibus *legit Servius.* 245 affiduo *c* 246 ADQVE *R* ANIMIS *R* ALETIS *M* 247 DII *Py*1 250 Si *c* γ animorof, *ut vid.* γ1 ..umerof γ2 humerof *c* TENEBANT *R* tebat γ 251 UULTUM *MP2bc* ADQVE *R* RIGEBAT *P* rigebat γ1 252 pro ta.libuf. f. if (pro laudibuf

praemia posse rear solvi? pulcherrima primum
di moresque dabunt vestri; tum cetera reddet
actutum pius Aeneas atque integer aevi
Ascanius, meriti tanti non inmemor umquam.'
'immo ego vos, cui sola salus genitore reducto'
excipit Ascanius, 'per magnos, Nise, penatis
Assaracique larem et canae penetralia Vestae
obtestor; quaecumque mihi fortuna fidesque est,
in vestris pono gremiis: revocate parentem,
reddite conspectum; nihil illo triste recepto.
bina dabo argento perfecta atque aspera signis
pocula, devicta genitor quae cepit Arisba,
et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
si vero capere Italiam sceptrisque potiri
contigerit victori et praedae dicere sortem,

TESTIMONIA.

254—256 'tum . . . Ascanius' Charisius 175 Priscianus 1013 255 sq. 'actutum . . . Ascanius' Iulius Rufinianus 246 R. 255 'atque i. a. A.' Donatus ad Ter. eun. III 2, 20 Arusianus p. 236 L. 'integer a. A.' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 45 263 sq. 'bina . . . pocula' Nonius 244, 6 266 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 343 268 'et . . . sortem' Servius Aen. III 323

VARIA LECTIO.

iftif γ1) γ2 pro talib. aufif *in ras. b*2*m*χ, *Macrobius* : *cf.* 281 II 535 pro laudibus istis *ut* X 825 *legit Servius.* 253 solvi et *m* 254 DII *Py* memoref γ1 q; *suprascr. b* ca&era γ reddent *Charisii cod.* 255 ADQVE *R* inter^{ge} γ 256 MERITI^{S} (*ut vid.*) *P* IMMEMOR *PRb* 258 EXCIPIAT *P* nifi γ1 PENATES *MP*2γ penatof *b*1 panatof *c*1 259 CANE *My* 260 obftector γ1 261 GREMIIS *P* GRAEMIIS *M* reuocare^{t} γ 262 TRISTI *P* recoepto *b*1 263 BINA *M* ADQVE *R* 264 PROCVLA *P* coepit *b*1 265 geminos] MINOS *in ras. R* 266 *abesse posse iudicavit Heynius, eiecit Peerlkampus. Interpretatur versum Servius.* ANTIQVM *Ry* antiquum *bc* 268 PRAEDE *M* DICERE *MP* dicere^{u} γ DVCERE *Rbcm, tuetur Marklandus ad Statii silv.* V 3, 92 'dicere sortem, *statuere. alii proprie* ducere *legunt . . .* [*alii* deicere *legunt secundum illud* V 490]' *Servius.* deicere *antiquiorem formam verbi quod est* dicere *Servium in codicibus invenisse statuit Heinsius.* fortem (f *m. 2 in ras.*) γ.

vidisti quo' Turnus equo, quibus ibat in armis
aureus: ipsum illum, clipeum cristasque rubentis
excipiam sorti, iam nunc tua praemia, Nise.
praeterea bis sex genitor lectissima matrum
corpora captivosque dabit suaque omnibus arma,
insuper his campi quod rex habet ipse Latinus.
te vero, mea quem spatiis propioribus aetas
insequitur, venerande puer, iam pectore toto
accipio et comitem casus complector in omnis.
nulla meis sine te quaeretur gloria rebus;
seu pacem seu bella geram, tibi maxima rerum
verborumque fides.' contra quem talia fatur
Euryalus: 'me nulla dies tam fortibus ausis
dissimilem arguerit; tantum: fortuna secunda

TESTIMONIA.

260 Macrobius Sat. VI 6, 12 270 sq. 'ipsum ... sorti' Nonius 293, 9 271 Arusianus p. 229 L. 275 sq. 'mea ... insequitur' schol. Hor. carm. I 36, 8 278—280 'nulla ... fides' Donatus ad Ter. eun. III 1, 12 279 'seu p. s. b. g.' Claudius Sacerdos I 74 281 sq. Priscianus 881

VARIA LECTIO.

269 vidistis *Macrobii Par. a* EQV^{O} *R* QVIS *in ras. vel eras. R* 270 clypeum *bc* RUBENTES *M* COMANTIS *R, ut* III 468 271 iam tua nunc *γ* nunc iam tua *c* nisae *γ* 272—274 *damnat Peerlkampus, interpretatur Servius.* 273 cap. tiuof *γ* dabat *c1* 274 IS *M*: *cf. Lachmannus Lucr.* 262. *Sed Ladevicus perperam pro nominativo interpretatur: cf. Wagnerus lectt. Verg.* 389 his *Servius* CAMPIS *R* QVO^{S} *P* QUOS *Myc2* 275 PROPIIORIBUS *M1* PROPRIORIBUS *M2Pγ1c1* 276 UENERANDAE *M* 277 CONPLECTOR *Pγ* 279 seu pacem s. b. geram *ad superiora retulit Iahnius.* 281 Eurialuf *c* Nisus ad haec *ut* 207 *Prisciani exempl.* dies umquam tam *ex* 447 *Prisciani ω* 282 AVGVERIT *R* ARGUERIT· TANTUM FORTUNA *M*

'tantum: *tantummodo hoc possum de me promittere ... nam* aut *disiunctiva particula est, non negantis adverbium.* [*quidam sic intelligunt:* tantummodo fortuna prospera non in contrarium recidat ... *alii ita putant:* me nulla dies dissimilem arguet, sive quae est hodie fortuna permanserit sive etiam laeta fuerit ... *et melius legitur sine aspiratione, i. e.* aut adversa' *Servius.*

aut adversa cadat. sed te super omnia dona'
unum oro: genetrix Priami de gente vetusta
est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
mecum excedentem, non moenia regis Acestae.
hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est
inque salutatam linquo: nox et tua testis
dextera, quod nequeam lacrumas perferre parentis.
at tu, oro, solare inopem et succurre relictae.
hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
in casus omnis.' percussa mente dedere
Dardanidae lacrimas; ante omnis pulcher Iulus,
atque animum patriae strinxit pietatis imago.
tum sic effatur:
'sponde digna tuis ingentibus omnia coeptis.
namque erit ista mihi genetrix nomenque Creusae
solum defuerit, nec partum gratia talem
parva manet. casus factum quicumque sequentur,

TESTIMONIA.

283 sq. 'sed ... oro' Servius Aen. VIII 303 287 Servius Aen. IX 61 288 'inque s. l.' Nonius 333, 23 Servius Aen. I 161 288 sq. 'nox ... parentis' Asper 114, 9 291 sq. 'audentior ... omnis' Nonius 442, 24 294 Nonius 402, 30 'patriae ... imago' Macrobius Sat. IV 6, 9

VARIA LECTIO.

283 aut *γ2bc* HAVT *MPR*, *Symmachum legisse putant, qui epist.* I 28 *haec scripserit: 'nec umquam te dissimilem scriptis talibus dies arguet. modo* fortuna munifica prosperorum *secundet optata.'* haud *γ1*

287 nunc ego *c* unc *b* inaram *γ2* naram *γ1* PERICLIEST *M* pericli c̃ (c̃ *m. 2 add.*) *b* peri.cliē (cl *fort. corr. ex* d) *γ* PERICLI (*om.* est) *PR* 289 NEQ·AM *M* LACRIMAS *Pybc* 290 at] Hanc *c* tē (e *in ras.*) *b* inopem] I *m. 2 sed ant. in ras. P* 291 SIGNE *P* MET *P* 292 CASSVS *R* OMNES *M* percuſſa *γ* DEDERVNT *PRγb* dedeř *c* : *cf. Wagneri quaest. Verg.* V 293 Dardaniae *γ* 294 *cf.* X 824 ADQVE *R* ſtrixit *b* 295 effatuſ *γ1* affatur *m* 296 Sponde (d *in ras.*) *b* Spondeo *cm* tuſ *γ* 298 talem] A *m. 2 ant. in ras. P* 299 factum (ac *m. 2, fort. ex* a) *γ* SEQVETVR *Pb*

per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat:
quae tibi polliceor reduci rebusque secundis,
haec eadem matrique tuae generique manebunt.'
sic ait inlacrimans; umero simul exuit ensem
auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius atque habilem vagina aptarat eburna.
dat Niso Mnestheus pellem horrentisque leonis
exuvias; galeam fidus permutat Aletes.
protinus armati incedunt; quos omnis euntis
primorum manus ad portas iuvenumque senumque
prosequitur votis. nec non et pulcher Iulus,
ante annos animumque gerens curamque virilem,
multa patri mandata dabat portanda: sed aurae
omnia discerpunt et nubibus inrita donant.

Egressi superant fossas noctisque per umbram
castra inimica petunt, multis tamen ante futuri
exitio. passim somno vinoque per herbam
corpora fusa vident, arrectos litore currus,

TESTIMONIA.

300 Appuleius de deo Socr. 5 Donatus ad Ter. Andr. I 5, 46 adelph. III 2, 54 Arusianus p. 236 L. 302 Arusianus p. 246 L. Diomedes p. 296 P. 303—307 Macrobius Sat. V 9, 5 304 'mira ... Lycaon' Servius Aen. X 499 308—10 Macrobius Sat. V 9, 7 311 Servius Aen. III 342 312 'multa ... portanda' Nonius 348, 27 312 sq. 'sed ... donant' Servius Aen. IV 705 'sed ... discerpunt' Servius Aen. X 652 314-323 Macrobius Sat. V 9, 8 314 'egressi s. f.' Caper 2241 315 sq. 'multis ... exitio' Arusianus p. 231 L.

VARIA LECTIO.

300 capud *c* ante solebat *m. 2 add. b* 302 matrif γ1 303 sic ait] Sicut γ1 inlacrumans *'veteres' Pierii* VMERO (V *m. 2 ant. in ras., fuit* H *ut vid.*) *P* humero *c* 304 LYGAON *M* licaon γc 305 ADQVE *R* 306 mnefteuf (mnefte *in ras.*) *c* orrentif γ 307 Exuuiaf (f *m. 2 add. ut vid.*) γ 308 INCENDVNT *R* ince.dunt *b* euntif *in ras.* γ2 312 portenta γ1 SET *M* 313 INLITA *R* irrita (i *post in ras.*) *b* irrita *c* 314 umbras *'omnes antiqui' Pieriani*, χ 315 *sq.* multis ... passim *cicit Peerlkampus, interpretatur Servius* castra petunt passim *e. q. s. proposuit Dietschius in Fleckeiseni ann.* LXIX 560 316 uno γ erbam *c* VMBRAM *Rm, ut* 314 317 littore *b*

inter lora rotasque viros, simul arma iacere,
vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus:
'Euryale, audendum dextra; nunc ipsa vocat res.
hac iter est. tu, ne qua manus se attollere nobis
a tergo possit, custodi et consule longe;
haec ego vasta dabo et lato te limite ducam.'
sic memorat vocemque premit; simul ense superbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
extructus toto proflabat pectore somnum,
rex idem et regi Turno gratissimus augur,
sed non augurio potuit depellere pestem.
tris iuxta famulos temere inter tela iacentis
armigerumque Remi premit aurigamque sub ipsis
nanctus equis ferroque secat pendentia colla;

TESTIMONIA.

323 Nonius 417, 15 Servius Aen. IX 350 X 513 324—326 'simul ... extructus' Nonius 391, 31 324 'sic ... premit' Nonius 365, 11 325 sq. 'qui ... somnum' Nonius 542, 16 'qui ... extructus' Iulius Rufinianus p. 250 R. schol. Hor. carm. II 3, 19 Servius Aen. VII 277 325 'qui f. t. a.' Charisius 45 'tapetibus a.' Probi ars minor 546 inc. de orthogr. 2803 P. gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 250 326 'toto ... somnum' Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. (1830 P.) 328 Macrobius Sat. V 9, 10 329 'temere ... iacentes' Servius Aen. IX 375 330 'armigerumque R. p.' Nonius 365, 18 'armigerumque premit' Servius Aen. II 530

VARIA LECTIO.

318 lora (l *m. 2 ut vid.*) γ tela '*nonnulli*' *Pieriani* : *cf.* 329 320 Euriale *c* UIDENDUM *M* 321 MANVSE *P* 322 tergo (ergo *m. 2 in ras.*) γ 323 hEc *c* uaſtadabo γ1 uasta..bo γ2 uaſtabo *c* recto *Macrobii exempl.* lato *confirmat Servius Aen.* X 513 TE *suprascr. P* LEMITE (E *pr. corr. in* I) *P* limine γ1 limite *confirmat Servius l. l.* 324 SIC *M* UOCET *M* SIMVL E NSE (E *et* N *in ras.*) *R* 325 Ramnetem *c* 326 EXSTRVCTVS *R* 327 dux *Io. Schraderus* regni *m* 328 auguriis poterat *Macrobii* ω, *sed* augurio *Par.* 1 *et* potuit *Salisb.* depelle *γ* 329 TRES *R* iuxta (x *in ras.*) *b* tela] LORA *R* : *cf.* 318 IACENTES *P2γc* 330 Remum *Dorvill. m.* 2, *Schraderus* 331 NANCTVS *Rγ*1, *Mentel. pr.* NACTVS *P* Nactuſ (a *in ras., fortasse duarum lit.*) *b* NACTUS *Mc*

tum caput ipsi aufert domino truncumque relinquit
sanguine singultantem; atro tepefacta cruore
terra torique madent. nec non Lamyrumque Lamumque
et iuvenem Serranum, illa qui plurima nocte
luserat, insignis facie, multoque iacebat
membra deo victus: felix, si protinus illum
aequasset nocti ludum in lucemque tulisset.
inpastus ceu plena leo per ovilia turbans
(suadet enim vaesana fames) manditque trahitque
molle pecus mutumque metu, fremit ore cruento:
nec minor Euryali caedes; incensus et ipse
perfurit ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumque Herbesumque subit Rhoetumque Abarimque,

TESTIMONIA.

335 sq. 'illa ... luserat' Arusianus p. 244 L. 337 sq. 'felix ... tulisset' Diomedes 407 'felix ... ludum' Nonius 244, 11 340 sq. 'mandit ... pecus' schol. Hor. epod. V 83 344 'Fadum ... subit' Nonius 403, 33

VARIA LECTIO.

332 capud *c* AUFER *M* reliquit *b* reliquit *m* 333 atro *suprascr. γ* 'atro *potest et superioribus adplicari, ut sit intellectus:* sanguine singultantem atro, *potest et sequentibus iungi, sed melius sequentibus' Servius. Post* singultantem *interp. M* 334 nō *γ* lamirum *c* lamūque (lam *in ras.*) *b* Numamque *conl.* 454 *Io. Schraderus* 335 SERANVM (*erasa* I *vel* L) *P*1 SERRANVM *P*2 quae *Arusiani codd.* 336 IACEBANT (N *corr. ex* T, *ut altera* T *videatur esse m.* 2 *sed ant.*) *P* iacebant *γ*1 337 de (e *m.* 2 *in ras.*) *γ* SI *in ras. ut vid., fuit fort.* ET *P* ullum *γ*1 338 noctis *Nonii* 244 *exempl.* 339 INPASTUS *M* inpaſtuſ (uſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* LEO *suprascr. M* VILIA *P* 340 VAESANA *P* VESANA *Rc* MANDET *M* TRAHIT (H *vel erasa vel in ras.*) *R* thrait *γ* 341 MULTUM *MP* MVLTVM *R* 'mutumque metu: *scilicet pecus, nam male quidam accipiunt* mutum fremit *de leone' Servius* FREMIT *M* 342 Ne *c* euriali *γb* 343 MULTA *M* multum *γ*1 344 Cadum *Nonii exempl.* Fandum, Phadanum, Phadum, Thadum *χ* HERBESSVM *R* HEBESVM *Pγc* hebe.ſum *b* Herbaesum *Nonii exempl.* Herbosum, Hebusum, Heresum *χ* ROETHVM

ignaros, Rhoetum vigilantem et cuncta videntem,
sed magnum metuens se post cratera tegebat;
pectore in adverso totum cui comminus ensem
condidit adsurgenti et multa morte recepit.
purpuream vomit ille animam et cum sanguine mixta
vina refert moriens; hic furto fervidus instat.
iamque ad Messapi socios tendebat; ibi ignem
deficere extremum et religatos rite videbat
carpere gramen equos: breviter cum talia Nisus
(sensit enim nimia caede atque cupidine ferri)
'absistamus' ait, 'nam lux inimica propinquat.
poenarum exhaustum satis est, via facta per hostis.'
multa virum solido argento perfecta relincunt
armaque craterasque simul pulchrosque tapetas.

TESTIMONIA.

347 sq. 'pectore ... condidit' Servius Aen. IX 443 'totum ... recepit' Nonius 383, 30 347 'totum c. c. c.' Probi inst. I 9, 3 349 'purpuream v. i. a.' schol. Hor. carm. I 24, 15 Lucani VII 622 Servius Aen. I 98 II 532 VI 221 358 'pulchrosque t.' Nonius 229, 7

VARIA LECTIO.

Pγc RHOETEVM *R* rhoetũ *b* Rhoecum χ ARABĪM *R* habarim *c* abratim, haberim, aberim, hilarim, haburim, abaren, fabrum χ 345 IGNARVS (*sed corr. m. ant.*) *P* Ignoraf *c*1 RHOTUM *M* roethum *c* rŏthum *γ* Rhoecum *Schraderus* Erytum *Peerlkampus* 346 cratera (c *m. 2 in ras.*) *γ* tegeba.t *b* 348 '*Cornutus* nocte *legit, et annotavit: utrum* nocte *pro* morte? *an cum multa nox esset?*' *Servius* 349 PVRPVREAM *P* Purpeream *γ* 'et multa morte recepit Purpureum: *multi hic distinguunt ... alii* multa morte recepit, *ut sit:* eduxit gladium cum multo cruore, *et sic inferunt:* purpuream vomit ille animam' *Servius. Post* recepit *interp. M* ETCVM *P*2 V..ON *ut vid. P*1 350 furtu *b*1 351 mefapi *γ* IBIGNEM *P* ibignèm *γ* ubi ignem *c* 352 RIGATOS *R* 354—366 *Veron. fol.* 235 *a* 354 ADQVE R *Nimia* — FERRI *V* cupidem *c*1 355 *lux* — *pro*PINQVAT *V* 356 exauftum *γ* HOSTES *MP*2*γc* 357 RELINQVNT *Rγ, item, sed ut* nt *in ras. sit, b* relinquit *c* 358 ARMA *R* pictos *Charisius, inc. de orthogr.* : *cf.* VII 277 tapetos *Rottend. pr., inc. de orthogr.* tapetas *testantur ceteri cum Servio.*

Euryalus phaleras Rhamnetis et aurea bullis
cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim
quae mittit dona hospitio cum iungeret apsens
Caedicus (ille suo moriens dat habere nepoti),
[post mortem bello Rutuli pugnaque potiti]
haec rapit atque umeris nequiquam fortibus aptat.
tum galeam Messapi habilem cristisque decoram
induit. excedunt castris et tuta capessunt.

Interea praemissi equites ex urbe Latina,
cetera dum legio campis instructa moratur,
ibant et Turno regi responsa ferebant,
tercentum, scutati omnes, Volcente magistro.

TESTIMONIA.

Charisius 45 Probi ars minor 548 Probus de nom. 19 p. 218 Endl. inc. de orthogr. 2803 gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 251 Servius Aen. VII 277 359—363 Asper 113, 8 K. 359 sq. 'Euryalus ... cingula' Nonius 554, 17 'aurea ... cingula' Servius Aen. IX 651 360 cf. schol. Veron. 100, 13 K. 'Tiburti ... olim' Servius Aen. XI 700 363 cf. schol. Veron. 100, 20 K. 367 Nonius 295, 16 369 cf. schol. Veron. 101, 3 K. 370 Servius Aen. VII 274 XI 603 'tercentum sc. o.' Servius Aen. I 114

VARIA LECTIO.

359 Eurialuſ *c* RHAMNITIS *ut vid. M*1 ramnetiſ *bc* 360 TIBVRTIS *P* tyburti *c* di. tiffimuſ (*erasa aut* c *aut* ſ) *γ* 361 *Post* hospitio *interp. P* coniunger& *γc* APSENS *M* ABSENS *PR Vybc* 362 moriens] *deest nota* m *apud Asprum* 363 rutili *b* rutili *c* PUGNAM *M* PRAEDA *R* : *cf.* 450 *'sane sciendum locum hunc esse unum de* XII (*al.* XIII) *Virgilii sive per naturam obscuris sive insolubilibus sive emendandis sive sic relictis, ut a nobis per historiae antiquae ignorantiam liquide non intelligantur' Servius. Legit Asper hunc versum* (*cf. schol. Veron.*), *spurium esse iudicavit Wagnerus, infelicissime idem nuper vindicare conatus in lectt. Verg.* 354. *Ab eo adscriptum esse puto, qui* nequiquam *v.* 364 *interpretari vellet.* 364 ADQVE *R* humeriſ *γc* APTANT *V* abtat *bc* 365 meſapi *γ* decoram (a *m.* 2) *γ* 366 et cedunt *m* 367—379 *Veron. fol.* 235 *b* 369 *'in omnibus bonis* regis *dicitur inventum' Servius Paris. 'alio loco ostendit illos a Turno missos.(?) hoc loco adnotant Probus et Sulpicius contrarium illi esse:* VII 600' *schol. Veron. Sane parum haec accurate narrata sunt.* 370 omiſ *c* VOLCENTE *RVγ, item, nisi quod* O *in ras., Pb* UOLCENTE *M* uulcente *c*

iamque propinquabant castris murosque subibant,
cum procul hos laevo flectentis limite cernunt
et galea Eurvalum sublustri noctis in umbra
prodidit inmemorem radiisque adversa refulsit.
haut temere est visum. conclamat ab agmine Volcens:
'state, viri. quae causa viae? quive estis in armis?
quove tenetis iter?' nihil illi tendere contra,
sed celerare fugam in silvas et fidere nocti.
obiciunt equites sese ad divortia nota
hinc atque hinc omnemque abitum custode coronant.
silva fuit late dumis atque ilice nigra
horrida, quam densi complerant undique sentes;
rara per occultos lucebat semita calles.

TESTIMONIA.

371 Priscianus 1178 373 'sublustri' schol. Veron. 101, 6 K. 375 Charisius 196 'haud t. e. v.' Donatus ad Ter. eun. II 2, 60 376 sq. 'state ... iter' Donatus ad Ter. eun. IV 7, 34 376 Servius Aen. VIII 113 378 'et fidere n.' Priscianus 1191 Servius Aen. I 452 'fidere n.' Servius Aen. VII 290 379 sq. 'obiciunt ... huc illuc' Nonius 458, 19 379 Nonius 290, 24 'divortia' schol. Veron. 101, 12 380 'omnem ... coronant' schol. Veron. 101, 14 K.

VARIA LECTIO.

371 IAM *M* PROPINQ*uabant — su*BIBANT *V* portif (port *in ras.*) *b* portis χ, *Priscianus, ut* XI 621 MVROS *Pγb*1c1, *confirmare videtur Servius* (muros muro *Paris.* muro *Regin.*) MVRO *MRb*2c2, *Prisciani, qui inter duo accusativi exemplа hunc v. laudat, codd.* : *ut* VII 161 372 flectentef *c* 373 EVRYLVM *V* eurialum *b* VMBRAM *V* 374 PRO*didit in*MEMOREM *V* IMMEMOREM *Rc* .adumfa *c*1 375 H*aud — agmine V* HAUT *MRγ*1 HAVD *Pγ*2*bc* haut ... visum *Volcenti tribuenda putat Peerlkampus.* TEMERERES *P* TEMERE SESE *M* temerere eſt *γ*1 ag..ne *γ*2 AGGERE *Pγ*1 uolcenſ *γ* VVLCENS *Vc* ULCENS *M* 377 ONTRA *P* 378 *Sed — fidere V* SED (D *erasa*) *R* SILVIS *Pγ* 379 OBICIVNTES *P* 380—405 *Veron. fol.* 240 380 HINC *atque hinC V* huc illuc *Nonius* ADQVE *R* abitum *cψ* ABITUM *M* aditum *b* ADITVM *RVγ*1 ADITV *P* '*melior est lectio* abitum *quam* aditum' *Servius.* '*sic* abitum, *non* aditum' *schol. Veron.* CONPLERANT *Pybc* COMPLEBANT *M* : *cf.* V 107 383 LVCEBAT *Pyb*2*c* LVCEBANT *R* LUCEBAT *M* ducebat *b*1*m luce*BAT *V*

Euryalum tenebrae ramorum onerosaque praeda
impediunt fallitque timor regione viarum;
Nisus abit. iamque inprudens evaserat hostis
atque locos, qui post Albae de nomine dicti
Albani (tum rex stabula alta Latinus habebat):
ut stetit et frustra absentem respexit amicum.
'Euryale infelix, qua te regione reliqui?
quave sequar, rusus perplexum iter omne revolvens
fallacis silvae?' simul et vestigia retro
observata legit dumisque silentibus errat.
audit equos, audit strepitus et signa sequentum.

TESTIMONIA.

384 schol. Veron. 101, 19 386 cf. schol. Veron. 101, 17 'iamque ... hostes' Arusianus p. 227 L. 387 'qui ... dicti' schol. Veron. 101, 22 390 Servius Aen. XI 243 'infelix' schol. Veron. 102, 1 K.

VARIA LECTIO.

'ducebat ... *legitur et* lucebat' *Servius.* 384 Eurialum *c* TENEB*rae ramorum V* 385 IMPEDIVNT (T *m. 2 sed ant. in ras.*) *P* INPEDIVNT *M* FALLIT *M* 386 NISUS *M* abit *γ* I AM (I *m. 2 sed ant. in ras., fuit fortasse* N) *P* IMPRVDENS *V* EVASERIT *M* HOSTES *P2c* hoſtef *γ* 387 ATQVE LOCOS *MPγbψ, defendit Wagnerus lectt. Verg.* 410 ADQVE LOCOS *R* atque lucof *cχ* ac lucos *m, si Hassleri silentio fides est: Ladevicus.* at locos *Goth. sec.* atque lacus *Baptista Egnatius?* adque lacus ut stetit *coniungit Hoffmannus spicileg.* 17, *qui saltem v.* 389 substetit *corrigere debebat. Sed fortasse neque hic neque sequens versus nostri poetae est: et v.* 388 *etiam Hoffmannus damnavit.* quo *schol. Veron.* 388 *alta latinuS V* 389 Ut (U *in ras. m. rec.*) *b Alii post* amicum *commate posito apodosin sequi statuunt.* 390 INFELIX- *M* '*se* infelicem *dicit, qui dolet; non illum, propter quem dolet' Servius.* '*melior haec distinctio, ut* infelicem *dicat, quam ut ad se referat' schol. Veron.* 391 QVaVE *sequar V* RVRVS *M* RVRSVS *PRybc rurSVS V* REVOLVEN. *V* RESOLVES *M*: *cf.* VI 29 'iter omne revolvens: *Urbanus hucusque verba Nisi vult esse: alii poetae dant* rursus perplexum i. o. r.' *Servius.* 392 *m. rec. in mg. add. c* silvas *Hoffmannus spicileg.* 18. *verbis* rusus ... errat *poetae tribuit. vestigia V* 393 legit] T *in ras. P* DVM *M* 394 EQVos *V* SEQVENTVTVM (TVM *eras. et corr. in* M) *P* fequentem *γ*

nec longum in medio tempus, cum clamor ad auris
pervenit ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
fraude loci et noctis, subito turbante tumultu,
oppressum rapit et conantem plurima frustra.
quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis
eripere? an sese medios moriturus in enses
inferat et pulchram properet per volnera mortem?
ocius adducto torquens hastile lacerto,
suspiciens altum, Lunam sic voce precatur:

TESTIMONIA.

397 schol. Veron. 102, 3 398 'ac conantem p. f.' Priscianus 1183 399 sq. 'quid ... eripere' Macrobius Sat. IV 6, 12 Servius Aen. IV 283 401 'et ... mortem' Arusianus p. 255 L. 'pulchram ... mortem' Asper 115, 18 402 Nonius 246, 29 cf. schol. Veron. 102, 10 K. 403 Priscianus 1034 P.

VARIA LECTIO.

395 TVM *M* tum *γ* aurif (a *m.* 2) *γ* 396 eurialum *bc* 397 LOCI· *M* : *nulla interp. in P* '*Haterius:* fraude loci *potest per se legi, deinde subiungi* et noctis subito t. t. . . . *sed et alio modo haut absurda distinctio*, fraude loci et noctis, *deinde* subito turbante tumultu' *schol. Veron.* 'fraude loci et noctis . . . *quidam* noctis subito turbante tumultu *legunt' Servius.* 398 'oppressum rapit: *hoc est* quem iam manus omnis rapit; *nam male quidam* videt rapi *accipiunt. Quod si admiseris, vacat* quem iam manus omnis' *Servius* rapiunt *Peerlkampus* et] ac *Prisciani exempl.* 399 quid faciat] heu quid agat? *Servius Aen.* IV 283 QUI *M* facia (a *post. in ras.*) *b* inuenē (e *post. in ras.*) *b* *armis V* 400 mediof (o *in ras.*) *b* HOSTIS *MRb* : *cf.* II 511 HO*stis V* '*quidam* in enses *legunt et melius hoc putant quam* in hostes' *Servius* 401 *cf. ge.* IV 218 *Aen.* XI 647 PVLCRAM *Vc* PROPE R ET (ERE *in ras.*) *P* properet per] propter *Arusiani cod.* uolnera *γ* VVLNERA *MPRb*1 *Vulnera V* uulnere *c*1 403 altum, Lunam *Bergkius ind. lect. Hal. aest.* 1860 *p.* VIII ALTAM LVNAM· ET *MPybcmψ* ALTAM AD LVNAM ET *RV* altam lunam et *cum interpunctione post* et *voculam Priscianus, eodemque artificio* '*adfectatam structuram*' *explicare Asper studuit.* altam Lunam *deleto* et (*cf.* VI 186) *ante Pierium. Servari possit* et, *si vel v.* 402 torquet *scribas* (*et proposuit* torquetque *Wagnerus lectt. Verg.* 355) *vel dissecto v.* 403 *post* lunam *duo hemistichia cum verbo finito additurum fuisse poetam statuas. Quamquam quid addere potuerit nescio. Tuetur* et *copulam comparato Hom. Il.*

'tu, dea, tu praesens nostro succurre labori,
astrorum decus et nemorum Latonia custos.
siqua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris
dona tulit, siqua ipse meis venatibus auxi
suspendive tholo aut sacra ad fastigia fixi:
hunc sine me turbare globum et rege tela per auras.'
dixerat, et toto conixus corpore ferrum
conicit: hasta volans noctis diverberat umbras
et venit abversi in tergum Sulmonis ibique
frangitur ac fisso transit praecordia ligno.
volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
frigidus et longis singultibus ilia pulsat.
diversi circumspiciunt. hoc acrior idem

TESTIMONIA.

404 Servius Aen. X 421 cf. schol. Veron. 102, 16 405 'astrorum ... nemorum' Arusianus p. 222 L. 406 sq. 'siqua ... tulit' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 57 408 'sacra ... fixi' Servius Aen. III 287 XII 768 412 sq. 'et ... frangitur' schol. Hor. serm. II 1, 14 412 'et ... Sulmonis' Nonius 414, 9 Servius Aen. X 717 413 Priscianus 1272 414 sq. 'volvitur ... frigidus' Nonius 311, 8 Iulius Rufinianus p. 236 R. 414 Nonius 263, 17 416 Macrobius Sat. VI 1, 36

VARIA LECTIO.

XXII 247 *Naekius in Catonis Dir. p.* 299 UŌCE, *in mg.* FŌRTE (*ut* VI 186) *M* ore γ2 (uoce γ1) *m* : *cf.* I 614 II 524 XI 123 PREC*atur V* 404 SV*ccu*RRE *labori V* ſuccurre.. γ ſuccurri. *b*1 405 LATON*ia* CV*sto*S *V* 408 Sufpendiu&olo γ AT *P* 409 Nunc *b*1 410 CONISVS *R* 411 haſta (ſ *in ras.*) *b* 412 ADŪERSI *MPRybcψ, Nonius, Servius.* aversi *Rottend. sec.* 'tergum *pro* tergus *dixit* ... *ut intelligamus hastam in scutum venisse et illic esse collisam, ut* frangitur *sit* colliditur, *fisso scuti ligno etiam praecordia penetrasse: aliter non procedit. ... alii re vera in tergum volunt esse percussum, quod falsum est. Nam quomodo ante fissum lignum esset et sic praecordia penetrata? sciendum tamen, locum hunc unum esse de his quos insolubiles diximus supra'* (363) *Servius* ſ. lmonif *c* 413 hac *c* FESSO *P*1 transit] S *in ras. R* 414 Soluitur *ut vid. b*1 : *cf.* 433 FLUME͂ *M* flumen (l *in ras.*) *b* 415 PVLSANT *R* pluſat *b*1 416 CIRCVMSPICIVENT (E *eras.*) *P* ACRIOR *MP*1 ACRIVS *P*2γ1 (acrior γ2)

ecce aliud summa telum librabat ab aure.
dum trepidant, it hasta Tago per tempus utrumque
stridens traiectoque haesit tepefacta cerebro.
saevit atrox Volcens nec teli conspicit usquam
auctorem nec quo se ardens inmittere possit.
'tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
persolves amborum' inquit; simul ense recluso
ibat in Euryalum. tum vero exterritus, amens
conclamat Nisus, nec se celare tenebris
amplius aut tantum potuit perferre dolorem.
'me me (adsum qui feci), in me convertite ferrum,
o Rutuli! mea fraus omnis; nihil iste nec ausus
nec potuit (caelum hoc et conscia sidera testor),
tantum infelicem nimium dilexit amicum,'
talia dicta dabat; sed viribus ensis adactus

TESTIMONIA.

417 Servius Aen. II 231 418 Nonius 408, 6 'it ... utrumque' Servius Aen. IV 56 Priscianus 1101. 1184. 1185 'tempus' Charisius 21 422 sq. 'tu ... persolves' Macrobius Sat. VI 1, 15 423 sq. 'simul ... Euryalum' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 16 427 sq. 'me ... omnis' Charisius 251 Diomedes 441 P. Beda de trop. 377 C. 'me me ... Rutuli' Claudius Sacerdos I 140 427 Donati ars III 5, 2 'me me ... feci' Priscianus 1030 Probi inst. I 6, 1 Iulius Rufinianus p. 233 R. Pompeius 459 schol. Persii I 11 Servius Aen. VIII 144 430 'nimium d. a.' Servius de fin. 5 p. 494 Endl. (1803. 1812 P.) Beda de metr. 2359 P. 431 sq. 'sed ... costas' Nonius 243, 22

VARIA LECTIO.

417 ALIUT *MPγ* TELVMSVMMA *Pybc* AVRAE *P* aurae *γ*2 418 IT *MRybc*, *Nonii exempl.*, *probavit Lachmannus Lucr.* 269 IIT *Pγ* volat *Montalb.*, *Priscianus* : *cf.* 411. 698 XII 923 419 hae.fit (*i. e.* haeffit) *γ* TEPEFACTO *Pγ*1 420 UOLCENS *M* uulfenſ *c* conpicit *b* UMQUAM *M* uſquã *in ras. b* 421 NEC *M* IMMITTERE *MR* 423 quid *γ*2 quit *γ*1 reclufo (lu *in ras.*) *b* relicto *Donati exempl.* reducto *Burmannus* : *cf.* XI 605 424 Euryalum propere *Donatus* amens] MENS *R* 426 laborem *m* 427 ME ME *M* 428 rutili *c* NEQVE *R* 429 HAEC *P*1 430 nimium (um *in ras.*) *b* 431 adactuſ enſiſ *c*

transabiit costas et candida pectora rumpit.
volvitur Euryalus leto, pulchrosque per artus
it cruor, inque umeros cervix conlapsa recumbit:
purpureus veluti cum flos succisus aratro
languescit moriens lassove papavera collo
demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
at Nisus ruit in medios solumque per omnis
Volcentem petit, in solo Volcente moratur.
quem circum glomerati hostes hinc comminus atque hinc
proturbant. instat non setius ac rotat ensem
fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
condidit advorso et moriens animam abstulit hosti.
tum super exanimum sese proiecit amicum
confossus placidaque ibi demum morte quievit.

TESTIMONIA.

433 sq. 'volvitur ... cruor' Macrobius Sat. IV 6, 14 435—437 Macrobius Sat. V 10, 13 435 'purpureus v. c. f.' Asper 115, 11 Probus de nom. p. 222 Endl. 436 sq. 'lasso ... caput' Nonius 341, 7 440 'quem ... hostes' Servius Aen. IV 154 442 sq. 'donec ... advorso' Nonius 459, 5 444 diff. vocum 3 p. 226 Endl.

VARIA LECTIO.

432 TRANSABIIT *R*, *Statius Theb.* II 9 tranſadiit *bc* TRANSADIGIT *Py*, *Nonius* : *cf.* XII 276. 508 TRANSADIBIT *M* PECTORACANDIDA *Rm* ru.pit *b* RVPIT *Rc* 433 Soluitur *ut vid. b*1, *Schraderus, non male* : *cf.* 414 IV 530 *et* X 590 XI 640 eurialuſ *bc* leto *om. Macrobii exempl.* loeto (o *post. in ras.*) *b* pulcroſ *c* ALTUS *M*1 434 ID *Py*1 *ut vid.* humeroſ *γc* CONLABSA *MP* conlapſa. *b* 435 PVRPVREOS (O *corr. in* V) *P* 436 laxo *Macrobii Salisb.* 437 capud *c* 438 AD *MPy* medio *c* 439 UULCENTEM *M* Vulſcentem *c* uulſcente *c* 440 oſteſ *γ* HINCOMMINVS *R* ATQ· HINC *literis minoribus M* 441 PROTURBAT *Mγ* inſtit *c* ſotiuſ *b*1 442 FVMINEVM *P* Fulminũ *b* rutili *c* hore *c* 443 advorso *Nonius* ADVERSO *libri* abſtulit (abſtu *in ras.*) *b* HOSTIS *P* 444 TUM *M* EXANIMUM *Mcψ* exanimũ (u *in ras.*) *b* exanimem *γ* EXANIMEM *PR*, *diff. vocum* PROIICIT *P* 445 CONFOSUS *M* confoſſoſ *γ*

Fortunati ambo! siquid mea carmina possunt,
nulla dies umquam memori vos eximet aevo,
dum domus Aeneae Capitoli inmobile saxum
accolet imperiumque pater Romanus habebit.

Victores praeda Rutuli spoliisque potiti
Volcentem exanimum flentes in castra ferebant.
nec minor in castris luctus Rhamnete reperto
exsangui et primis una tot caede peremptis,
Serranoque Numaque. ingens concursus ad ipsa
corpora seminecisque viros tepidaque recentem
caede locum et plenos spumanti sanguine rivos.
adgnoscunt spolia inter se galeamque nitentem

TESTIMONIA.

446—449 Seneca epist. 21, 5 447 Priscianus 748 schol. Hor. carm. I 32, 3 448 sq. 'dum . . . accolet' Donatus ad Ter. Andr. I 4, 3 schol. Hor. carm. III 30, 9 448 'Capitoli i. s.' Lactantius de falsa relig. I 20 455 sq. 'tepida . . . locum' Macrobius Sat. VI 6, 3

VARIA LECTIO.

446 QVIT *PR* 447 uof (f *in ras.*) *b* 448 dom' (o *in ras.*) *b* IMMOBILE *Rbc* 449 AcÞCOLET *P* ACCOLLET *M* 450 rutili *b* 451 uolcentem (f *m. rec.*) *b* VULCENTEM *M* Vulfcentem *c* EXANIMEM *PRγc* 452 ramnete *c* 453 EXANGVI *M* Exfangui..et (et *m. rec.*) *b* EXSANGVEM *R* ET *m. 2 add. P* perepmtif *γ* peremtif (e *post. in ras.*) *b* 454 SARRANO *M* NVMA (MA *in ras.*) *P* numaq: (*sup. m.* 2) *b* Lamo *Schraderus conl.* 334 Remo *suspicari aliquem posse monet Heynius conl.* 330. *'decima antapodosis, quae fit quotiens commemorantur ea quae non sunt ante praedicta. neque* Numam *induxit occisum' Servius Aen.* IX 454. *Quoniam* Numa *ad 'multam' illam 'sine nomine plebem'* (343) *referri omnino non potest, vix dubito quin poeta aut hic* Lamoque *aut v.* 334 Numamque *scripturus fuisset, si absolvisset poema. Et alterutrum fuisse qui corrigendo inferrent docent librorum b ad v.* 334 *et P ad h. l. scripturae.* 455 femineceſ *bc* tepida (te *m.* 2 *in ras.*) *b* tepida. *γ*2 TEPIDAM *M* TEPIDVM *PRγ*1 RECENTI *Pγ*1 : *cf.* VIII 195 'tepidaque recentem Caede locum *hypallage est pro* tepidum locum recenti caede. *Unde multi legunt* tepidumque recenti Caede locum' *Servius.* tepidaque recentem *testatur Servius apud Macrobium* 456 PLENOS *Rγc* PLENOS *P* pleno' *b* PLENO *Mψ* ſpumanti *γ* ſpumanti. *b* SPVMANTIS *MPRψ, Servius* 457 Agnoſcunt *bc*

Messapi et multo phaleras sudore receptas.

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
iam sole infuso, iam rebus luce retectis
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
suscitat, aeratasque acies in proelia cogit
quisque suas variisque acuunt rumoribus iras.
quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
praefigunt capita et multo clamore secuntur
Euryali et Nisi.
Aeneadae duri murorum in parte sinistra
opposuere aciem (nam dextera cingitur amni)
ingentisque tenent fossas et turribus altis
stant maesti; simul ora virum praefixa movebant,
nota nimis miseris atroque fluentia tabo.

TESTIMONIA.

459 sq. Macrobius Sat. V 9, 11 'quin ... capita' Servius Aen. II 558 Priscianus 766 Servius Aen. IX 238 Aen. VII 31 — 459 Nonius 405, 8 — 465 sq. 468 sq. 'murorum ... amni' 'murorum ... aciem' Servius

---

VARIA LECTIO.

458 paleraf *b* — 460 Titoni *γ* Titoni *c* LIQUENS *M* — 461 lamq. *c* — 462 uirof (of *in ras.*) *b* CIRCVMDASVS *P* circumdatuf (f *in ras.*) *b* — 463 praelia *b*1 — 464 SUAS *M* SVOS *PRybc* 'quisque suos, *scil. comites. nam plenum est* aeratasque acies' *Servius Paris. et Regin.* suos *ut recte se haberet*, *v.* 463 cogunt *scribendum fuisse concedo Wagnero quaest. Verg.* XVI 2 — 465 *om. P, m. rec. in mg. add., habet Servius.* Quin *b*2 Tum, *ut vid.*, *b*1 arectif *γb* MIRABILE *M* mirabile *Servii Aen.* II 558 *exempl.* haftif (a *in ras.*) *b* — 466 fequntur *b* — 467 nifi (ifi *in ras.*) *b* — 468 AENEADE *M* Aeneade *γ* in *om. R* — 469 Obpofuere *γb*1 DEXTRA *My* DEXTRA *Rb*, *Prisciani* ω AMNI·S *P* *Ablativum* amni *testantur Priscianus et Servius.* — 470 q: *suprascr. b* — 471 MAESTI *suprascr. m. rec. P* VIDEBANT *Pγ* uidebant, *in mg. m. rec.* At mouebant, *c* — 472 NOTANIMIS (*corr. m. rec.*) *P* miferi *γ*

Interea pavidam volitans pinnata per urbem
nuntia Fama ruit matrisque adlabitur auris
Euryali. at subitus miserae calor ossa reliquit,
excussi manibus radii revolutaque pensa.
evolat infelix et femineo ululatu,
scissa comam, muros amens atque agmina cursu
prima petit, non illa virum, non illa pericli
telorumque memor; caelum dehinc questibus implet:
'hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille senectae,
sera meae requies, potuisti linquere solam,
crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
adfari extremum miserae data copia matri?
heu, terra ignota canibus data praeda Latinis
alitibusque iaces, nec te, tua funera mater

TESTIMONIA.

473 'pennata' schol. Lucani I 471 474 sq. 'nuntia ... Euryali' Iulius Rufinianus p. 253 R. 474 'matris ... auris' Diomedes 429 476 sq. 'excussi ... infelix' Macrobius Sat. IV 1, 5 476 Quintilianus VI 2, 32 Nonius 298, 30 477—479 'evolat ... petit' Priscianus 1105 478 'scissa c.' Cledonius 1884 Servius de ult. syll. 1802 Sergius in Donat. 1830 P. Iulius Rufinianus p. 248 R. schol. Hor. serm. I 1, 5 Servius Aen. VI 281 cf. Terentianus Maurus 1103 481 'hunc ... aspicio' Charisius 240 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 14 Servius Aen. I 253 II 554 IV 237. 674 VIII 427 X 670 XI 16 482 sq. 'potuisti ... crudelis' Servius Aen. IX 289 485 'canibus ... marinis' Seneca epist. 92, 34 486 sq. 'nec ... lavi' Macrobius Sat. VI 2, 21 'nec ... oculos' Donatus ad Ter. adelph. IV 2, 52 schol. Lucani V 280 (om. 'te' et 'mater') 'nec ... produxi' Nonius 372, 30 schol. Lucani II 298

VARIA LECTIO.

473 pennata *cψ, schol. Lucani* 474 AVRAS *M* 475 Euriali *b* AD *Pγ1b1* AC *R* fubiti *b1* (fubituf *b2*) MISERE *M* mifere *γ1* 476 expulsi *Macrobii exempl. exc. Med.* 2 RENSA (R *corr. in* P) *P* penſa *γ* 477 FIMINEO *P1* ululat. *b1* 478 ADQVE *R* 480 QVAESTIBVS *R* 481 euriale *bc* aſpiceo *b1* ILLA *R* 482 MEE *M* REREQVIES *M* 484 Affari *c* EXTREMIS *P* EXTREMIS *M* extrema *χ* 485 Neu *b1* date *Mentel. alt., χ* 486 TE TVA FVNERA *MPRγbc, Servius, schol. Luc., Nonii Donati Macrobii exempl.* te in tua funera *Pseudodonatus* enim tua funera *Moret. sec.* ego tua funera *Parrhas.* te et tua funera *Heumannus* tristia funera *Burmannus* fletu funera

produxi pressive oculos aut volnera lavi,
veste tegens, tibi quam noctes festina diesque
urgebam et tela curas solabar anilis.
quo sequar? aut quae nunc artus avolsaque membra
et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
nate, refers? hoc sum terraque marique secùta?
figite me, siqua est pietas, in me omnia tela
conicite, o Rutuli, me primam absumite ferro;
aut tu, magne pater divom, miserere tuoque
invisum hoc detrude caput sub Tartara telo,
quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.'
hoc fletu concussi animi, maestusque per omnis
it gemitus: torpent infractae ad proelia vires.
illam incendentem luctus Idaeus et Actor
Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli

TESTIMONIA.

487 sq. 'produxi ... tegens' Nonius 435, 5 'pressive ... tegens' Nonius 364, 29 'nec vulnera ... tegens' Servius Aen. IV 683 488 sq. 'tibi ... urgebam' Nonius 418, 14 493 'figite ... pietas' Servius Aen. X 676 494 'me ... ferro' Servius Aen. XI 895 495—497 Servius Aen. II 645 495 'aut ... miserere' Diomedes 412

VARIA LECTIO.

Peerlkampus, ingeniose. te tua funere *Petrus Bembus* taeda funera *Hoffmannus. Librorum scripturam cum Catroeo sic interpretor:* nec te, immo tua funera, produxi. *Contra* tua funera ... tegens *coniunxit Ladevicus positis* 488 *sq. ante* 487. 487 praeſſi γ VOLNERA (O TE *corr. in* V) *P* VVLNERA *MRybcm* funera *Macrobii Par.* l 488 VES *R* QVOD *R* 489 urgebam γ Urguebam *b*l anileſ γ ANILES *M2P2c* 490 aut quae] atq· *c* AVOLSA (O *corr. in* V) *P* AVVLSA *Ry*l*bc* 491 FUNES *M* 492 referſ (ſ *m.* 2) γ HO *P* 494 PRIMUM *P*l 495 summe *Servius Aen.* II 645 DIVOM (O *corr. in* V) *P* diuum *ybc* 496 capud *c* 497 NEQ·O *R* 498 fl&um *y*l meſt' *m. rec. in ras. c* maestos *Mentel. pr. m.* l 499 IT (T *m. ant. corr. ex* N) *P* genituſ *b* infractae ad proelia vires] AEADPROELIAV *in ras. R* infacte (ſ *corr. ex* t *vel* c *vel* r) γ praelia *b* 500 *sq. ordine inverso ybc* 500 IDEUS *Mb* AVCTOR *R* 501 *om., sed ima pag. m. ant. add. P, interpretatur Servius*

corripiunt interque manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
increpuit; sequitur clamor caelumque remugit.
adcelerant acta pariter testudine Volsci
et fossas implere parant ac vellere vallum.
quaerunt pars aditum et scalis ascendere muros,
qua rara est acies interlucetque corona
non tam spissa viris. telorum effundere contra
omne genus Teucri ac duris detrudere contis,
adsueti longo muros defendere bello.
saxa quoque infesto volvebant pondere, siqua
possent tectam aciem perrumpere: num tamen omnis

TESTIMONIA.

503 sq. 'at . . . increpuit' Nonius 329, 23 Diomedes 498 P. Servius Aen. XI 474 503 Isidorus orig. III 19, 2 XVIII 4, 4 Terentianus Maurus 1855. 1912 Beda de metr. 2375 Marius Victorinus 2520. 2565 P. Marius Plotius p. 248. 250. cf. 285 G. Atilius Fortunatianus p. 339 Mallius Theodorus p. 551 G. 'at . . . procul' Marius Victorinus 2564 P. 'tuba . . . aere recurvo' Augustinus de mus. IV 26 505 Nonius 243, 29 508 Nonius 379, 23 'unde spissa corona' Terentianus Maurus 1103 Sergius 1830 P. 510 'ac . . . contis' Nonius 556, 2 511 Arusianus p. 211 L. 513 sq. 'omnes . . . casus' Augustinus de gramm. 2016 P.

VARIA LECTIO.

502 CORRIPIVN *P* manu *c* reportant *b*, *ut* VII 574 : *cf.* IV 391 VII 220 503 SONITVM *P* SONITV *M* procul] dedit *libri quidam Isidori* XVIII 4, 4, *Marius Victorinus* 2565, *ut saepissime, velut* XI 799. aere recurvo *praeceptorum suorum causa Terentianus Maurus, item Augustinus* : *cf.* VII 513 excitat horrida *Beda* 505 ATCELERANT *M* accelerant *bc* uolci *γ* uolfci (fci *in ras.*) *b* 506 INPLERE *Pγ* UELLERE *M* PELLERE *R* : *cf.* 519 UALLUM *M* vellere vallum *legit Servius* 507 ADITVS *Pγ* CALIS *P* 508 RARASEST *P* : *voluitne* rarast? int loc& *c* 509—528. 530—535 *F fol. LXXIII* 509 uirif (f *e corr.*) *γ* 510 Omnem *γ1* 512 infesta *c* UOLUERANT *M1* 513 PERRVMPERENT *F* perrupere *b* num] CVM *libri* quam *Io Schraderus* OMNES *P2* omf *c*

ferre iuvat supter densa testudine casus?
nec iam sufficiunt. nam qua globus imminet ingens,
immanem Teucri molem volvontque ruuntque,
quae stravit Rutulos late armorumque resolvit
tegmina. nec curant caeco contendere Marte
amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
missilibus certant.
parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
pinum et fumiferos infert Mezentius ignis;
at Messapus ecum domitor, Neptunia proles,
rescindit vallum et scalas in moenia poscit.
Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,

TESTIMONIA.

514 Donati ars II 16, 5 Arusianus p. 261 L. Priscianus 1101 P. 'ferre . . . testudine Pompeius 403 L. 'subter d. t.' Alcuini gramm. 2141 P. 518 sq. 'nec . . . Rutuli' Servius Aen. XII 786 524 Servius ge. I 264 525 Priscianus 731, 821 Donatus ad Ter. hec. IV 4, 42 Iulius Rufinianus p. 252 R. schol. Hor. carm. III 4, 3 Servius Aen. IX 258 XI 664 'vos . . . precor' Claudius Sacerdos 89 Servius Aen. X 188

VARIA LECTIO.

514 iuuat *Mentel. alt.*, χ, *Prisciani* ω, *Arusiani cod.* IVVAT (IVV *m. rec. in ras.*, V *alt. corr. ex* A) *F* iubat *c* iubat γ, *Prisciani Sangall. et Carolir.* IVBET *P* iubet *Donatus*, *Prisciani Bamb. Grut.* LUBAT *M* LIBET *Rbm*, *Augustinus* SUBTER *FMPybc* 515 NEC *M* nam globuf (nam *eras.*) γ 516 Inmanem *b* VOLVVNT *FMRbc* uolunt γ VOLVNT *P* 517 Volscos *Peerlkampus* armorum] MVRORVM *F* 518 Tecmina *b* CVRRANT *F* CV·RANT *My* marti *b* 521 orrenduf γ VISVM *F* ETRVSCA *F* 522 INFER *M* MEZZENTIVS *R* ignef γ IGNES *FP2Rbc* 523 at *suprascr.* γ AD *P* At (A *m. 2 in ras.*) *b* EQVVM *P* equum *ybc* 524 Refcidit *b* Refcin.dit *c* scalas in SCALIS AD SCAL *m. 2, item reliqua, quorum loco m. 1 scriptum fuisse videtur* IMAS *P* fcalaf ad γ fcalaf in in *m. 2 in ras. b* fcalaf ad *c*, *Servius ge. I 264. Fortasse poeta* scalas iam ad *scripserat.* monia *c* 525 O *M a c* CALIOPE *M* PRAECOR *FM* ADSPIRARATE *P*

quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus
ediderit, quem quisque virum demiserit Orco;
et mecum ingentis oras evolvite belli.

Turris erat vasto suspectu et pontibus altis,
opportuna loco, summis quam viribus omnes
expugnare Itali summaque evertere opum vi
certabant, Troes contra defendere saxis
perque cavas densi tela intorquere fenestras.
princeps ardentem coniecit lampada Turnus
et flammam adfixit lateri, quae plurima vento
corripuit tabulas et postibus haesit adessis.
turbati trepidare intus frustraque malorum
velle fugam. dum se glomerant retroque residunt
in partem, quae peste caret, tum pondere turris
procubuit subito et caelum tonat omne fragore.

---

et meministis enim, divae, et memorare potestis.

TESTIMONIA.

528 Macrobius Sat. VI 1, 18 535 Isidorus orig. IX 3, 21 Aldhelmus de re gramm. in A. Mai auct. class. V 590 537 'et ... adesis' Priscianus 892. 893 Arusianus 233 L. 'postibus h. a.' Servius Aen. IX 762 539 sq. 'dum ... caret' Arusianus p. 258 L.

VARIA LECTIO.

526 SIBI *R* TVM *FRb* TVNC *MPyc* 528 ingentef *c1* / EUOLUITE *M* 529 = VII 645 : *om. FMPybcmψ, non legit Servius (nam quod ad h. v. in interpolatis libris saeculi* XV, *velut Bononiensi, extat scholion deest in Paris. Regin.)* MORARE *R* 530 fubſpecu *c* 531 Oportuna *bc* omnif *γ1c* 532 ITALIS *R* 533 TROESACRI CONTRA *R* 534 INTVRQVERE *P1* INTORQUE·∴·RE *M* FENESTRAS *P* 535 PRINCEPS *M* LAMPAD^{A} *P* 536 QVAE *P* 537 pontibus *Io. Schraderus* ADESIS *Pyb, testantur Servius et Priscianus* (adessis *Prisciani Sangall. Grut. Carolir.)* ADHESSIS *R* ADESIS *M* ad.eſſ *c* adhaesis *Arusiani Gud.* aenis *eiusdem Ambr.* 538 malorum (l *corr. ex* i) *γ* 539 RETR *P* . 540 peſte (e *pr. in ras.*) *b* poste *Arusiani cod.* PARET *M* tum] T *in ras. P* turr..ſ *b1*

semineces ad terram, immani mole secuta,
confixique suis telis et pectora duro
transfossi ligno veniunt. vix unus Helenor
et Lycus elapsi. quorum primaevos Helenor,
Maeonio regi quem serva Licymnia furtim
sustulerat vetitisque ad Troiam miserat armis,
ense levis nudo parmaque inglorius alba;
isque ubi se Turni media inter milia vidit,
hinc acies atque hinc acies adstare Latinas:
ut fera, quae densa venantum saepta corona
contra tela furit seseque haut nescia morti
inicit et saltu supra venabula fertur,
haut aliter iuvenis medios moriturus in hostis
inruit et, qua tela videt densissima, tendit.
at pedibus longe melior Lycus inter et hostis
inter et arma fuga muros tenet altaque certat
prendere tecta manu sociumque attingere dextras.
quem Turnus, pariter cursu teloque secutus,

ESTIMONIA.

544 'Helenor' Probi inst. II 1, 33 546 sq. Macrobius Sat. V 12, 9
548 Nonius 554, 24 'parmaque i. a.' Servius Aen. VII 796
51—553 Macrobius Sat. V 13, 25 553 'supra v. f.' Nonius 555, 29
557 sq. 'alta ... dextras' Priscianus 743 559 sq. 'quem ... ictor' Nonius 329, 17

ARIA LECTIO.

542 Seminecaef γ1 AT *P* TERRA *P* IMMANI *P* inmani *c*
44 ligno] N *fort. in ras. R* elenor *c* 545 *om., m. rec. in mg. add.* I
, *legit Servius.* LVCVS *M* licuf (I *in ras.*) *b* corum *c* PRIMAE-
OS *P* PRIMAEVVS *MRc* pri.m..uf *b*1 elenor *c* 546 Meonio *b*
uem (e *m. 2, corr. fort. ex* a) γ SERVAT *R* licimnia *c* 547 AT
V1*P* 548 leui *Nonii* ω *exc. Bamb.* nodo *b* 550 Hic *c* ADQVE
551 fepta *c* 552 fuit γ2 R V IT (V *in ras.*) *P* ruit γ1 HAVD
Pybc NECIAMORTI *R* MORTIANESCI *P* 553 SVPPRA *P* 554
laud *bc* morituro *b* HOSTES *R* 555 QUAE *M* uidit *b*1
56 AD *M*1c1 melior (li *in ras.*) *b* licuf *b*1 557 *Post* arma *interp.*
558 saxa *Moret. pr.* DEXTRA *R*

increpat his victor: 'nostrasne evadere, demens,
sperasti te posse manus?' simul arripit ipsum
pendentem et magna muri cum parte revellit:
qualis ubi aut leporem aut candenti corpore cycnum
sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis
quaesitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a stabulis rapuit lupus. undique clamor
tollitur: invadunt et fossas aggere complent;
ardentis taedas alii ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo atque ingenti fragmine montis
Lucetium portae subeuntem ignisque ferentem,
Emathiona Liger, Corynaeum sternit Asilas,
hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta,
Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus,
Turnus Ityn Cloniumque, Dioxippum Promolumque
et Sagarim et summis stantem pro turribus Idan,
Privernum Capys. hunc primo levis hasta Themillae
strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens

TESTIMONIA.

560 sq. 'nostrasne ... manus' Nonius 294, 5 563—567 Macrobius Sat. V 12, 12 566 'Martius ... lupus' schol. Hor. carm. I 17, 9 Servius Aen. I 273 569 'atque ... montis' Charisius 105 P. 571 'Corinaeum s. A.' Macrobius Sat. V 15, 10 576 sq. 'hunc ... strinxerat'. Nonius 403, 12

VARIA LECTIO.

563 cygnũ *c* 565 matri *γ* MATRIS *Rc* 567 fossas] FOSSAS ADQ· *R* CONPLENT *Pγ* 568 ARDENTES *R* 569 ADQVE *R* INGENTIS *M* FRAGMENE *ut vid. R* 570 SVBEVNTEM IGNES *Ryl* fubeuntem ignẽ *b* SVBEVNTE GMINIS (E *ante* G *corr. ut vid. in* I, *in mg. m. rec.* igneſ) *P* 571 EMATHIONA *P* CORYNEVM *MRγ* corneum *c* *Sed* Asilas *demum* X 175 *cum Aenea Tuscis ab oris advenire narratur.* 573 Ortigium *bl* Ortigeum *cl* 574 ITYN *PRybc* ITYN *M* Ityn *Mentel. all.*, *χ* DIOXIPPUMQ· *R* dioxipſum *γl* promulum *γblc* 575 ETSAGARIMETET *P* IDAM *Pybc* 576 capiſ *c* capyi *γl* THEMILLE *M* temille *b* temille *c* 577 STRIXERAT *R* tecmine *c*

ad volnus tulit; ergo alis adlapsa sagitta
et laevo infixa est lateri manus abditaque intus
spiramenta animae letali volnere rupit.
stabat in egregiis Arcentis filius armis,
pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Hibera,
insignis facie, genitor quem miserat Arcens,
eductum Matris luco Symaethia circum
flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici:
stridentem fundam positis Mezentius hastis
ipse ter adducta circum caput egit habena
et media adversi liquefacto tempora plumbo

TESTIMONIA.

580 Aldhelmus de re gramm. in A. Mai auct. class. V 587 'letali v.' Augustinus de gramm. 1981 581—585 Macrobius Sat. V 19, 15 581 Arusianus p. 262 L. 582 'pictus a. c.' schol. Persii I 18 Hor. serm. I 1, 5 'ferrugine c. H.' Isidorus orig. XIX 28, 6 schol. Hor. epod. V 21 Servius Aen. XI 772 ge. I 466 583 schol. Veron. 82, 8 587 Nonius 243, 11. 246, 28 588 sq. Priscianus 890 588 'liquefacto t. p.' Servius Aen. I 44

VARIA LECTIO.

578 At *γ*1 uolnuſ *γ* VVLNVS *Rbc* ſagitta ẽ (ẽ *in ras.*) *b* ſagitta eſt *c* 579 INFIXA EST *MRbc* : *cf.* I 45 ADFIXA EST *Pγ*, *ut Ovidii metam.* XII 387 ATQADDITA (D *pr. corr. in* B) *M* a.ditaque *b* 580 SPIRAMENTANIMAE *P* Spiramentanimae *γ* uoluere *γ* VVLNERE *Rbc* rumpit *bmχ* 581 *sqq. cf.* VII 762 *sqq.* XI 769 *sqq.* aegregiiſ *γ* 582 Picthuſ *γ* CLAMYDEM *Myzb* clamidem *γ*1*c* hybera *b* 583 miserat, Arcens *interpungi iubet Servius, quo filii quoque nomen commemoretur* 584 matriſ *γ*, *Macrobii exempl.* MARTIS *MPRbψ*, *Servius* matiſ *c* loco *c* lucoſ.hym&hia *γ* SYMETHIA *M* sumoetia *Mentel. pr.* ſimoethia *b*2 SHYMETHIA *P* ſimethya *c* SIMOENTAQVE *R* ſ...thia *b*1 585 *cf.* VII 764 PALICI *Pybcψ*, *confirmant singularem numerum Servius et Macrobius* PALECI *M* PAICI *R* Palicis *Peerlkampus* Palicum *Cerda* Palici *ut nominativum pluralis commate post* ara *posito olim Wagnerus, qui nuper lectt. Verg.* 413 *genetivum singularis defendit Ovidii epist. ex Ponto* II 10, 25. *Eundem locum et Firmici astron.* I *praef. laudaverat Otto Iahnius in philologi* I 648 586 POSITUS *M* MEZZENTIVS *MR* ASTIS *M* haſtiſ, aſt armiſ *γ* ARMIS *Rcm*, *ut* X 52 587 capud *c* habenas *Nonii* 243 *exempl.* 588 tempore *c*1

diffidit ac multa porrectum extendit harena.

Tum primum bello celerem intendisse sagittam
dicitur ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius fortemque manu fudisse Numanum,
cui Remulo cognomen erat, Turnique minorem
germanam nuper thalamo sociatus habebat.
is primam ante aciem digna atque indigna relatu
vociferans tumidusque novo praecordia regno
ibat et ingentem sese clamore ferebat:
'non pudet obsidione iterum valloque teneri,
bis capti Phryges, et morti praetendere muros?
en qui nostra sibi bello conubia poscunt!
quis deus Italiam, quae vos dementia adegit?
non hic Atridae nec fandi fictor Ulixes:
durum a stirpe genus natos ad flumina primum
deferimus saevoque gelu duramus et undis,
venatu invigilant pueri silvasque fatigant,
flectere ludus equos et spicula tendere cornu.
at patiens operum parvoque adsueta iuventus

TESTIMONIA.

593 'cui ... erat' Arusianus p. 248 L. Iulius Rufinianus p. 248 R. Pompeius 99 L. Servius ge. III 148 Aen. I 267 595 Probi inst. I 11, 1 596 'tumidus ... regno' Iulius Rufinianus p. 249 R. 598 'non p. o. i.' Probi inst. I 8, 6 599 'bis c. P.' Macrobius Sat. IV 3, 7 Iulius Rufinianus p. 272 R. 600 Servius Aen. IV 213 602 Priscianus 1196 605 'venatu i. p.' Arusianus p. 239 L. Philargyrus ge. IV 158 'silvasque f.' Servius Aen. VIII 94 607 'parvoque a. i.' Servius ge. II 168

VARIA LECTIO.

589 hac γ1 arena *c* 592 Aſchaniuſ γ 594 talamo *b* 595 Hiſ γ ADQVE *R* 596 Volciferanſ γ1 nou. *b*1 597 clamore ...rebat *b* 599 frigeſ *b* MORTE *M*1 Marti χ, *'aliquot antiqui' Pieriani, non male.* morti *Servius legit.* PRO AE TENDERE *M* praetende re *b* 600 poſcant v *b* 601 ITALIAMM *P*2 IATRIMIAM, *ut vid. P*1 (*ut* ATRIDAE *videatur scripturus fuisse librarius*) 603 ab *Sprotianus* STIRPE V *P* 604 SEVO A *M* duro, at ſeuo *c* DVRO *Py* DIRAMUS V *M* 605 fatigant (ti *in ras.*) *b* 606 ludiſ γ2 luduſ γ1 607 *cf. ge.* II 472 AT (A *in ras.*) *b* AD *PRc*1

aut rastris terram domat aut quatit oppida bello.
omne aevom ferro teritur, versaque iuvencum
terga fatigamus hasta; nec tarda senectus
debilitat vires animi mutatque vigorem:
canitiem galea premimus, semperque recentis
comportare iuvat praedas et vivere rapto.
vobis picta croco et fulgenti murice vestis,
desidiae cordi, iuvat indulgere choreis,
et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.
o vere Phrygiae (neque enim Phryges), ite per alta
Dindyma, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.
tympana vos buxusque vocat Berecyntia Matris

TESTIMONIA.

608 Nonius 272, 17 609 'omne . . . teritur' Priscianus 1177. 1197 609 sq. 'versa . . . hasta' Nonius 304, 3 Charisius p. 243 Diomedes 373. 446 Cledonius 1884 Beda de metr. 2347 P. Isidorus orig. I 33, 12 Claudius Sacerdos I 115 Pompeius 442 L. 610 Charisius p. 4 'terga f. h.' Maximus Vict. de fin. 5 p. 457 Endl. Sergii fragm. 9 p. 198 Endl. Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. (1830 P.) Servius de ult. syll. 1802 Marius Victorinus 2472 Diomedes 425 P. Martianus Capella III 278 Pompeius 33. 47 L. 612 'canitiem g. p.' Seneca de otio 1, 4 Nonius 365, 12 614 Nonius 3, 16 615 'iuvat i. c.' Servius Aen. VI 643 616 Gellius VI 12, 6 Nonius 350, 22. 536, 22 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 530 617 'o . . . Phryges' Macrobius Sat. V 9, 13 Nonius 3, 18 schol. Lucani V 358 Servius Aen. I 468 IV 215 'o . . . Phrygiae' schol. Iuvenalis II 65 617 sq. 'ite . . . cantum' schol. Hor. carm. IV 1, 22 619 sq. 'tympana . . . Idaeae' schol. Hor. carm. III 19, 18 'buxus . . . Idaeae' Servius Aen. XII 764 619 Cledonius 1896 P.

VARIA LECTIO.

608 Aud *c* DVOMAT *P* cuatit *Nonii exempl.* opida *b* opida *γ* 609 aeuom *γ* AEVVM *MRbc* te.ritur *γ* TERRITVR *P* 610 TERGA *M* sera *Leid. pro varia lectione.* 'tarda senectus: *in aliis* sera senectus' *Servius* 612 PRAEMIMUS *M* RECENTES *Rc* 613 *cf.* VII 749 CONPORTARE *Pγb* et *in ras. b* 615 COREIS *R* coreif *c* 616 *ante* 615 *poni malit Heynius.* remicula *c* 617 ·Q· (*corr. in* O) *M* UIRI *R* frigie *b* phrigef *b* 618 Dindima *γ* Bindim.a *b* ADSVETVS (V *alt. in ras.*) *P* adſu&uſ *γ*1 BIFORE *MP* 619 Timpana *b* uocant *bcχ* berecyhthia *γ* berecinthia *b* VERECYNTHIA *R* BERECIHYNTIA *M* berechyntia *c*

Idaeae: sinite arma viris et cedite ferro.'

Talia iactantem dictis ac dira canentem
non tulit Ascanius, nervoque obversus equino
intendit telum diversaque bracchia ducens
constitit, ante Iovem supplex per vota precatus:
'Iuppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis.
ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona
et statuam ante aras aurata fronte iuvencum
candentem pariterque caput cum matre ferentem,
iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.'
audiit et caeli genitor de parte serena
intonuit laevom, sonat una fatifer arcus:
ecfugit horrendum stridens adducta sagitta
perque caput Remuli venit et cava tempora ferro
transigit. 'i, verbis virtutem inlude superbis!
bis capti Phryges haec Rutulis responsa remittunt,'

TESTIMONIA.

624 Cledonius 1884 P. 625 Servius ecl. IV 50 627 Macrobius Sat. III 5, 8 Servius ge. II 395 Aen. III 21 V 366 'et . . . aras' schol. Lucani I 611 634 'i . . . superbis' Arusianus p. 235 L. 'verbis . . . superbis' Servius Aen. II 64 635 'bis c. P.' Servius

VARIA LECTIO.

620 IDEAE *MPRybc* SINETE *R* ce.dite *c* caedite *yb* 'cedite . . . *aut* caedite' *Servius* 622 obuerſuſ equino *m. rec. in ras. c* conversus equino *Dorvill. m.* 2 623 *m. rec. in mg. add. c* INTENDIT *Pyc ut* 590. 665 CONTENDIT *MRb ut* V 513 XII 815 BRACHIIA *Mb* P.
624 SUPLEX *M* praecatuſ *γ* 625 oĩnpſ *bc* annue *c* 626 AT *MP* ſolemnia *γ* 627 FRONDE *P* 629 = *ecl.* III 87 : *om. Goth. tert.* ſpurgat *γ*1 HARENAM (ARENA *in ras.*) *R* arenam *c* 630 AUDIT *R* 631 LAEVVM *P*2*Ryb* leuum *c* LETIFER *Pycm, ut* X 169 632 Ecſugit *b*1 ETFVGIT *PRy*2*c*, *Pieriani* EFFUGIT *My*1 'et ſugit, *melius* effugit (efugit *Regin.* effudit *Paris.*)' *Servius* ADLAPSA *Py, ut* 578 *et* XII 319 elapſa *cm* 633 CAPVTTREMVLI *P* CAPUTTREMULI *M* 634 TRANSIGIT *P* TRANSADIGIT *R* : *cf.* XII 276 Tranſiit *ut vid. γ*1 : *cf.* 413 XII 926 TRAICIT *M ut* X 400 XI 685 Traĩcit *b* Traiecit *γ*2*cm* ·I· *suprascr. M, eras. b, om. Rm* ii *eras. γ* 635 hec *m. rec. in ras. c* RUTULI S *M* rutilĩſ *b*

hoc tantum Ascanius. Teucri clamore secuntur
laetitiaque fremunt animosque ad sidera tollunt.
aetheria tum forte plaga crinitus Apollo
desuper Ausonias acies urbemque videbat,
nube sedens, atque his victorem adfatur Iulum:
'macte nova virtute, puer: sic itur ad astra,
dis genite et geniture deos. iure omnia bella
gente sub Assaraci fato ventura resident,
nec te Troia capit.' simul haec effatus ab alto
aethere se misit, spirantis dimovet auras
Ascaniumque petit. forma tum vertitur oris
antiquom in Buten (hic Dardanio Anchisae
armiger ante fuit fidusque ad limina custos,
tum comitem Ascanio pater addidit). ibat Apollo
omnia longaevo similis, vocemque coloremque
et crinis albos et saeva sonoribus arma,
atque his ardentem dictis adfatur Iulum:

TESTIMONIA.

Aen. XI 306 641 'macte ... puer' Nonius 341, 29 schol. Hor. serm. I 2, 31 Pompeius 174. 208 L. Servius Aen. XI 855 'sic ... astra' Seneca epist. 48, 11. 73, 15 642 'dis ... deos' schol. Hor. carm. IV 5, 1 Servius Aen. I 6 V 45 X 228 644 'nec ... capit' Servius Aen. I 5 VII 158 VIII 363 647 sq. 'hic ... custos' Priscianus 1177 Servius Aen. I 726

VARIA LECTIO.

636 aſchaniuſ γ ſequuntur *b* 638 AETERIA *R* appollo γ 640 ADQVE *R* affatur *c* 641 sīc] hac *Seneca epist.* 73 642 Diif *b* genitur. *b* 643 aſaraci *b* reſident (e *post. corr. ex* u, *ut vid.*) γ residunt χ 644 TROIANA *M* affatus *m* 645 SEMISIT *Py*1 ſemiſit *c* SEMITTIT *Mγ*2*b* SEMITTITET *R* SPIRANTES *M*2 DEMOVET *R* 646 FORMA *PRbc* formā γ FORMAM, *sed* M *post. abras.*, *M*: *cf.* XII 224 647 ANTIQVOM *P*1 ANTIQVVM *P*2*Rybc* ANTIQVOM *M* butem *c* qui *Servius Aen.* I 726 649 Tunc *b* Hunc *c* ADDIDIT (A *m.* 2 *add.*) *P* 650 *sq.* : *cf.* IV 558 *sq.* 651 CRINES *R* FLAVOS *R*, *m. rec. in ras. c* : *ex* IV 559 652 ADQVE *R* affatur *c*

'sit satis, Aenide, telis inpune Numanum
oppetiisse tuis; primam hanc tibi magnus Apollo
concedit laudem et paribus non invidet armis:
cetera parce, puer, bello.' sic orsus Apollo
mortalis medio aspectus sermone reliquit
et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
adgnovere deum proceres divinaque tela
Dardanidae pharetramque fuga sensere sonantem.
ergo avidum pugnae dictis ac numine Phoebi
Ascanium prohibent, ipsi in certamina rursus
succedunt animasque in aperta pericula mittunt.
it clamor totis per propugnacula muris,
intendunt acris arcus ammentaque torquent.
sternitur omne solum telis, tum scuta cavaeque
dant sonitum flictu galeae, pugna aspera surgit:
quantus ab occasu veniens pluvialibus haedis

TESTIMONIA.

653 'sit s. A.' Probi inst. I 9, 9 653 sq. 'sit ... tuis' Priscianus 583. 730. 1244 656 'cetera ... bello' Servius Aen. X 133 656 sq. 'sic o. A. mortalis visus' Diomedes 373 660 'pharetram ... sonantem' Servius Aen. IV 149 661 sq. 'ergo ... prohibent' Priscianus 1123 661 'ergo ... dictis' Arusianus p. 210 L. 665 'amentaque t.' gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 666 'sternitur ... telis' Nonius 389, 16 668 sq. 'quantus ... humum' schol. Hor. carm. III 7, 6 668 'quantus ab o.' Probi inst. I 6, 9 'pluvialibus h.' schol. Hor. carm. III 1, 24 Servius ge. I 205

VARIA LECTIO.

653 aenide (NI *in ras. trium lit.*) *b* aenidae *Probi cod.* AENEADAE *R* aeneidae χ Aeneide *Servius* Aenide *testatur Priscianus* *Post* telis *interp. P* IMPVNE *Rb* NVMANVM (N *alt. in ras., m. 1 fort.* LI) *P* numanum (a *in ras.*) *b* 654 OPPETISSE *P* Oppetiſſe γ OPPETISSE *MR* tuis] T *in ras. P* appollo γ 657 Mortalef *c* ASPECTV *MPR* aſpectu, *in mg.* aſ uiſuſ γ : *cf.* IV 277 visus *Diomedes* 658 = IV 278 659 Agnouere *c* procere γ 661 AC *fort. in ras. R* ET *M* numina γ 664 ID *P*γ ET *M*1 CLAMOR TOTIS· *P* totiſ clamor *c* 665 acref *c* ARMENTA *R* 666 caue γ 667 dant] NT *in ras. ut vid. P* SONITVM *P* fluctu γ1 ADFLICTV *R* ATFLICTU *M* ad flictum *Paldamus* 'flictu *pro* afflictu' *Servius* 668 QUANTUS *M* PLUBIALIB· *M* aediſ γ HERBIS *R*

verberat imber humum, quam multa grandine nimbi
in vada praecipitant, cum Iuppiter horridus austris
torquet aquosam hiemem et caelo cava nubila rumpit.

Pandarus et Bitias, Idaeo Alcanore creti,
quos Iovis eduxit luco silvestris Iaera
abietibus iuvenes patriis et montibus aequos,
portam, quae ducis imperio commissa, recludunt,
freti animis, ultroque invitant moenibus hostem.
ipsi intus dextra ac laeva pro turribus adstant,
armati ferro et cristis capita alta corusci:
quales aëriae liquentia flumina circum,
sive Padi ripis Athesim seu propter amoenum,
consurgunt geminae quercus intonsaque caelo
attollunt capita et sublimi vertice nutant.

TESTIMONIA.

671 'torquet a. h.' Servius Aen. I 108 VIII 429 675—682 Macrobius Sat. V 11, 26 675 Nonius 249, 12 Servius Aen. III 428 676 'freti a.' Arusianus p. 231 L. 677 Servius Aen. VIII 653 'pro t. a.' Charisius 209 679 sq. 'quales ... ripas' Diomedes 459 680 Priscianus 981

VARIA LECTIO.

669 humũ (m *in ras.*) *b* quã. (˜ *m.* 2) *b* nybi *b*1 670 prae.pitant *b*1 HAUSTRIS *M* auſter *c*1 671 NUBIL ~~LUMIN~~·A *M* 672 ET *P* BITIAS *P* IDEO *MRybc* 673 LVCO·S *P* IERA *M* HIERA *Rbc* 674 PATRIIS IVVENES *Pyc* AEQVAS (AS *eras.*, A *corr. in* I) *P* aequif *γ*1 675 est commissa *Macrobii Salisb.* 676 animis *Peerlkampus : cf.* 703 ARMIS *libri* 677 hac *γ* leua *γ* 678 CORUSCANT *M* coruscis *Macrobii exempl.* 679 QUALIS *M* LIQUENTIA *MPR, Diomedis exempl.* lique.tia (*erasa* n) *γb* liquetia *c*, *Oblongus Pierii*, *χ* 'Liquetia *legendum est, non* liquentia' *Servius : cf. Plinius n. h.* III 18, 126, *qui* Liquentiam *appellat. Inde a Vergilio adiectivum* Liquentia *factum esse sibi persuasit Paldamus.* 680 ripas *Diomedis exempl.* AHTESIM *P* ATESIM *Mc* a.tefim *γ* athefin *b* AMONVM *R*

inrumpunt aditus Rutuli ut videre patentis
continuo Quercens et pulcher Aquiculus armis
et praeceps animi Tmarus et Mavortius Haemon
agminibus totis: at versi terga dedere
aut ipso portae posuere in limine vitam.
tum magis increscunt animis discordibus irae;
et iam collecti Troes glomerantur eodem
et conferre manum et procurrere longius audent.

Ductori Turno diversa in parte furenti
turbantique viros perfertur nuntius, hostem
fervere caede nova et portas praebere patentis.

TESTIMONIA.

684 'pulcher quoque Aquiculus' Macrobius Sat. V 15, 8 685 Priscianus 1122 'Mavortius Haemon' Macrobius Sat. V 15, 8 690 Nonius 268, 17

VARIA LECTIO.

683—687 *sic distinxi.* patentis. Continuo ... Haemon Agminibus totis aut versi *Servius et reliqui. Non assentiendum censeam si quis propter v.* 693 *verba v.* 683 aditus ... patentis *interpolata vel adeo reliqua sic in artum contrahenda suspicetur:* inrumpunt Quercens *e. q. s.*

683 rutili *b* PATENT.S *R* patentef, aᵗ patentif *γ* PATENTES *P2c*

684 CONTINV *R* Q·RECENS *M* quer.ens *γ* Querquens '*antiqui aliquot*' *Picriani* QVERCVS *R* pulcer *γ* AQVICVLVS *MPγb, Macrobii exempl.* AQVICOLVS (O *corr. in* V) *R* aquiluf *c* aquilicus, aquilurus, equicolus *χ*

685 TMAROS *R* MARUS *M*, *Prisciani Bong., defensum nuper a Wagnero lectt. Verg.* 338 *conl. inscr. Neap. Momms.* 718, *Grut. p.* 334, 6, *Muratori p.* 1767, 14 : *cf. etiam Silius Ital.* VI 74. 98. 136 .ma.ruf *b* Timarus *Parrhas., Prisciani Vindob.* timarys *Monac.* tinarus *Grut.* thamarus *Zulich.* : *cf. Fleckeiseni annal.* LXXVII 196 686 AVERSI *P* AVTVERSI (AVT *in ras. duarum litt.*) *R* AVTVERSI (I *corr. ex* E) *M* autuerfi *bc* aut.uerfi *γ*2 ut.auerfi *γ*1 adversi *Parrhas.* 687 IPSI *R*

689 ET *M* Et (t *in. ras.*) *c* eodem] INVNVM *R ut* 801 690 manum] gradum *Nonii exempl.* : *cf. ge.* III 169 *Aen.* VI 488 procedere *Moret. sec., Nonii exempl.* audent (n *in ras.*) *b* audet *Nonii exempl.* ardent *Leid.* 692 profertur *c*1 nontiuf *c* oftem *γ* 693 prebere *γ* patentef *c*

deserit inceptum atque immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam fratresque superbos.
et primum Antiphaten (is enim se primus agebat),
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
coniecto sternit iaculo; volat Itala cornus
aëra per tenerum stomachoque infixa sub altum
pectus abit: reddit specus atri volneris undam
spumantem, et fixo ferrum in pulmone tepescit.
tum Meropem atque Erymanta manu, tum sternit Aphidnum,
tum Bitian ardentem oculis animisque frementem
non iaculo (neque enim iaculo vitam ille dedisset),
sed magnum stridens contorta phalarica venit,
fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga
nec duplici squama lorica fidelis et auro
sustinuit: conlapsa ruunt immania membra.
dat tellus gemitum, et clipeum super intonat ingens.
talis in Euboico Baiarum litore quondam

TESTIMONIA.

697 'nothum S. a.' Servius Aen. X 471 699 sq. 'sub . . . abit' Augustinus de gramm. 2015 P. 701 'et . . . tepescit' Servius Aen. IX 419 705 sq. 'sed . . . modo' Nonius 555, 14 709 'et . . . ingens' Nonius 196, 23 'clipeum . . . ingens' Cledonius 1896 P. Servius Aen. III 286

VARIA LECTIO.

694 ADQVE *R* inmani *bc* 695 DARDANIVM *P* DARDANIAM (M *in ras. ut vid.*) *R* AT *M*1 FRATRIS *M* 697 notum *γ* NOTUM *M* 698 Coniect. *γ* VOLAT (O *fort. in ras.*) *P* 699 STHOMACO *Mb* ſthomacho *γ* 700 REDIT *R* VOLNERIS *P*1 VVLNERIS *MP*2*Rybc* 702 MEROPEN *R* ADQVE *R* ERYMANTHA *PRγ* erimanta *b* erimantha *c* ſtnit *γ*, *item*, *sed* t *pr. in ras. b* afidnum *Oblongus Pierii* a. fidnũ *c* APHEDNUM *M* aphydnũ *b* afidnim *γ* AFEDVM *P* ACHIDNVM *R* apidnum, afitmum, asitnum, asidnum, asidum, aphinum, aphium, aphipnum, afignum, apronum *ceteri* 703 bitiam *γc* 706 CERGA *M* 708 INMANIA *PRb*1 menbra *b* 709 clypeũ *b* 710 QVALIS *Pybcm*, *Servius*, *ut* I 430. 498 II 223. 471 IV 143 V 213. 273 VI 784 VIII 589 IX 563 X 565 XI 492 *ge.* III 196 IV 511 balarum *γ* littore *b*

saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
constructam ponto iaciunt; sic illa ruinam
prona trahit penitusque vadis inlisa recumbit:
miscent se maria, et nigrae attolluntur harenae;
tum sonitu Prochyta alta tremit durumque cubile
Inarime Iovis imperiis inposta Typhoeo.

Hic Mars armipotens animum viresque Latinis
addidit et stimulos acris sub pectore vertit
inmisitque Fugam Teucris atrumque Timorem.
undique conveniunt, quoniam data copia pugnae
bellatorque animo deus incidit.
Pandarus ut fuso germanum corpore cernit
et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
portam vi magna converso cardine torquet,
obnixus latis umeris, multosque suorum

TESTIMONIA.

716 Priscianus 736 schol. Lucani V 101 717 sq. 'hic ... addidit' Servius Aen. X 21 723 'qui ... res' Charisius 70 725 'obnixus l. u.' Diomedes 371

VARIA LECTIO.

711 mollibuſ $\gamma 1b1$ 712 PON.TO (N *in ras.*) *P* 714 *cf.* III 557 MARIA *R* at tolluntur (*corr. m. rec.*) *b* HERENAE *M* arenae *c* 715 Tum (T *m.* 2) *b* prochita *c* PROCYTHA *M* PROCVTHA *R* 716 INARIMAE *R* IMPOSTA *P* inpo.ta *b* INPOSTAQVE *R* TYPHEO *P* TYPHAEO *M* tiphoeo (o *pr. eras.*) *γ* typheo *b* 718 *cf.* VI 101 fup *c* 719 IMMISIT *Pyb* ACRUM *M* FVROREM (F *corr. in* T) *P* 720 qm̃ *γ* quō *b* 721 ANIMOS *M* animo. *c* animis *Goth. tert.* animos *probat post Heinsium Naekius ad Catonis Dir.* 63 *p.* 98, *Vergilii esse negat Lachmannus Lucr.* 242 722 cernit, *add. m.* 2 'A' uidit *b* VIDIT *Pyc* 723—794 *admodum corrosis foliis duobus R* 723 QVIS *PRy1b2* qui *testatur Charisius* 724 *in mg. add.* A *M* MAGNA *M. ut ge.* I 169 IV 174 MVLTA *PRybc* : *cf. ge.* III 220 *Aen.* I 271 *al.* multa vi *m* conuerfo cardine (oca *in ras.*) *b* CARMINE *M* cardene *c1* 725 *sq. hic om., sed sequuntur in textu post v.* 732, *praeterea add. ima pag. literis minoribus et adpositis notis* B C *M* 725 HUMERIS *M imo mg., γc* MULTUS *M1 imo mg.*

moenibus exclusos duro in certamine linquit;
ast alios secum includit recipitque ruentis,
demens, qui Rutulum in medio non agmine regem
viderit inrumpentem ultroque incluserit urbi,
immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
continuo nova lux oculis effulsit, et arma
horrendum sonuere; tremunt in vertice cristae
sanguineae, clipeoque micantia fulmina mittit:
adgnoscunt faciem invisam atque immania membra
turbati subito Aeneadae. tum Pandarus ingens
emicat et mortis fraternae fervidus ira
effatur: 'non haec dotalis regia Amatae,
nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
castra inimica vides; nulla hinc exire potestas.'
olli subridens sedato pectore Turnus
'incipe, siqua animo virtus, et consere dextram:
hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem.'
dixerat. ille rudem nodis et cortice crudo

TESTIMONIA.

730 Priscianus 757 731 'continuo ... effulsit' Servius Aen. IX 110 732 sq. 'tremunt ... mittunt' Macrobius Sat. V 13, 35 737 'non ... Amatae' Servius Aen. XI 369 742 'hic ... Priamo n.' Probi inst. I 9, 5 'hic e. i.' Probi inst. I 10, 3

VARIA LECTIO.

727 *in mg. nota* D *M* ATIOS (T *corr. in* L) *P* RUENTES *M2c* 730 INMANEM *M* TIGRIN *Py* tigrim *testatur Priscianus* 731 OFFVLSIT *R ut* 110 effulsit *confirmat Servius Aen.* IX 110 732 *in mg.* A *M* tremunt *m. rec. suprascr. c* sub vertice *Macrobii exempl.* crifte *m. rec. add. c* *Hic sequuntur* 725 *et* 726, *sed nota* ϕ *utrimque in mg. adposita in M* 733 *in mg.* B *M* clypeo *b* CLIPEI *P* clipe^{at_o}. *γ* MITTET (E *corr. in* I) *M* mittu$^{at\ ut}$nt *γ* MITTVNT *PR, Macrobii exempl.* nutant *χ* 734 Agnoscunt *bc* ADQVE *R* inmania *bc* membra *b* 735 AENEADE *M* 736 EORTIS *M* fraterna *γ* IRAE *M* 737 affatur *m* 738 muri. f *b* PATRIS *R* 741 ANIMI *R* confe..re *γ* 742 narrabif (f *m.* 2) *γ* ACHILLE *M* 743 rudē *m.* 2 *suprascr. b*

intorquet summis adnixus viribus hastam:
excepere aurae; volnus Saturnia Iuno
detorsit veniens, portaeque infigitur hasta.
'at non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
effugies; neque enim is teli nec volneris auctor,'
sic ait et sublatum alte consurgit in ensem
et mediam ferro gemina inter tempora frontem
dividit inpubesque immani volnere malas.
fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus:
conlapsos artus atque arma cruenta cerebro
sternit humi moriens, atque illi partibus aequis
huc caput atque illuc umero ex utroque pependit.
diffugiunt versi trepida formidine Troes:
et si continuo victorem ea cura subisset,
rumpere claustra manu sociosque inmittere portis,
ultimus ille dies bello gentique fuisset;
sed furor ardentem caedisque insana cupido
egit in adversos.

TESTIMONIA.

744 'adnixus v. h.' Diomedes 371 747 Isidorus orig. XVIII 7, 10 Servius Aen. II 468 755 Macrobius Sat. IV 3, 8 759 Nonius 417, 22

VARIA LECTIO.

745 EXCEPERE *P* Excipere *γ* VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRybc* 746 UENIES *M* 747 AD *ut vid. R* vi] tibi *m* DEXTRA *M* LIBRAT *Pyc* : *cf.* X 421. 773 'versat, *librat iactat, et est Enniānum (inc. libr.* III)' *Servius* 748 EFFVGIENS *P* ES *Py, m. rec. in ras. b* teli *m. rec. in ras. b* VOLNERIS (O *corr. in* V) *P* VVLNERIS *MRybc* 749 *Accuratius edocendus erat lector, Turnum locutum esse.* 751 inmani *bc* uolnere *γ* VVLNERE *MRbc* 752 fonitu *c* concuſſa eſt *c* 753 conlapſos (o *post. m.* 2) *γ* CONLAPSUS *MPlc* ADQVE *B* 754 ADQVE *R* 755 capud *c* ADQVE *R* humero *γ* PERENDIT *P* 757 ſi *m.* 2 *suprascr. c* 758 MAN *R* mana *γ* IMMITTERE *MP* immitere *γ* 760 infana, aſ inmſa *γ* : *cf.* VI 823 infanda *m*

principio Phalerim et succiso poplite Gygen
excipit; hinc raptas fugientibus ingerit hastas
in tergus (Iuno vires animumque ministrat);
addit Halym comitem et confixa Phegea parma,
ignaros deinde in muris Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanimque.
Lyncea tendentem contra sociosque vocantem
vibranti gladio conixus ab aggere dexter
occupat (huic uno desectum comminus ictu
cum galea longe iacuit caput), inde ferarum
vastatorem Amycum, quo non felicior alter
ungere tela manu ferrumque armare veneno,

STIMONIA.

762 Priscianus 757 763 sq. 'hinc ... tergus' Charisius 54. 118 nius 414, 6 'ingerit h. in t.' Servius Aen. I 211 'in tergum cientibus i. h.' schol. Hor. carm. III 2, 16 764 'Iuno ... ministrat' hol. Hor. a. p. 191 Servius Aen. I 8 766 Servius Aen. X 23 7 Macrobius Sat. V 17, 17 Diomedes 442 Priscianus 1026 769 onixus ... dexter' Diomedes 371 773 Velius Longus 2223 Cassiorus 2295 'ungere t. m.' Probi ars minor 829 gramm. Vat. in A. ii auct. class. V 318 'ferrum ... veneno' Quintilianus VIII 6, 12 acrobius Sat. VI 6, 17 schol. Veron. 81, 7 K.

RIA LECTIO.

762 falarim *c*, *Prisciani* ω PHALARIN *Py* ararim *Prisciani* φ. *rminationem in* im *testatur Priscianus* gigen *b* 763 *cf.* XII 330 hinc] IN *R* 764 TERGVS *R*, *testantur Charisius et Servius Aen.* M 11 TERGVS *P* TERGUM *Mybc*, *Nonius* huic Iuno *schol. Hor.* VM inc *Med.*) 765 halim *b* alim *c* HALYN *Py* CONFIXA *P* CONVM a KA *M* confixum *γ* phegia *c* 766 CLENTES *M*1 CIENTES R *P*2*Ryc* 767 ALCAN.RVM *R* ALCANDVM *P* HALYUM *M* alium NOEMVNA *P* *n*OEMONA *R* *pr*YTANIM *R* PHRYTANIM *M* prytan *Prisciani codd.* pritanim *bc* PRYTANIN *P*, *Macrobii exempl.* tanin *γ* pritanin, printanin, paratanin *Diomedis codd.* 768 lincea *γ*1 M E gea *γ*2*bc* TENDENTES *M* 769 *c*ONEXVS *ut vid. R* DEXTRA *M* tra *c* 770 hunc *b*1 defectum *γ*1, *ut* VIII 438 DEIECTUM *MPy*2*bc*: longe v X 319. 753 XI 642. 665. 833 *Deie*CTVM *R* 771 galea.iacit *γ*2 gaeiacit *γ*1 IACVIT *P* 772 amicum *yb*1*c* 773 *cf.* X 140 UNGERE *testantur Servius, Velius Longus, Cassiodorus* ung.ere *γ*2 VNGVERE

et Clytium Aeoliden et amicum Crethea musis,
Crethea musarum comitem, cui carmina semper
et citharae cordi numerosque intendere nervis.
[semper equos atque arma virum pugnasque canebat.]

Tandem ductores audita caede suorum
conveniunt Teucri, Mnestheus acerque Serestus,
palantisque vident socios hostemque receptum.
et Mnestheus 'quo deinde fugam, quo tenditis?' inquit.
'quos alios muros, quae iam ultra moenia habetis?
unus homo et vestris, o cives, undique saeptus
aggeribus tantas strages inpune per urbem
ediderit? iuvenum primos tot miserit Orco?
non infelicis patriae veterumque deorum
et magni Aeneae, segnes, miseretque pudetque?'
talibus accensi firmantur et agmine denso

TESTIMONIA.

774 sq. 'et . . . comitem' Priscianus 737 774 'et a. C. m.' Arusianus p. 210 L. 775 'Crethea m. c.' Servius Aen. XII 538 777 'semper . . . virum' Probi inst. I 9, 12 782—787 Macrobius Sat. V 9, 14 783 sq. 'vestris . . . aggeribus' Servius Aen. XI 398 785 'primos iuvenum . . . Orco' Priscianus 602

VARIA LECTIO.

Ryb, *Probi Bob. m. pr.* VNGVERE (V *pr. in ras.*, *vid. fuisse* A^{V}) *P* tingere *Bentleius ad Lucan.* III 266 ARMaRE *veneN*^{O} *R* 774 CLITIUM *Mb* clithium *c* AEOLIDEN *M* aeolyden *γ* colidem *b* CRETEA *Mc* 775 CRETEA *M* CARMINa *se*MPER *R* 776 CITHARE *R* CHITARAE *M* cytharę *b* 777 *secundis curis poeta vix relicturus fuisse videbatur Heynio* ADQVE *R* 778 TANDEMIAM (IA *eras. ut vid.*) *R* 779 fer'tuſ *b* 780 PALLANTIS *R* Palenteſ *c* 781 At *b* FVGA *P* INQIT *M* 782 *om. m* QVAEVE VLTRA *Pc* quaeue ultra *γ* quae ultra iam *exc. Burmanniana* quaeue altera *Moret. sec.* aut quae iam *Macrobii ω* 783 ūrif *b* O *M* cieſ *b* feptuſ *c* 784 IMPVNE *R* 785 primos iuvenum *Priscianus* IVVENVM *R* 786 NONINFELICIS *M* deorum, aŧ malorum *γ* : *cf.* XI 280 parentū *m. ant. in ras. b* : *cf.* II 448 V 39. 576 788 acce. ſi *b1* FIRMANTVRET *R*

consistunt. Turnus paulatim excedere pugna
et fluvium petere ac partem, quae cingitur unda;
acrius hoc Teucri clamore incumbere magno
et glomerare manum. ceu saevom turba leonem
cum telis premit infensis, at territus ille,
asper, acerba tuens, retro redit, et neque terga
ira dare aut virtus patitur, nec tendere contra
ille quidem hoc cupiens potis est per tela virosque:
haut aliter retro dubius vestigia Turnus
inproperata refert, et mens exaestuat ira.
quin etiam bis tum medios invaserat hostis,
bis confusa fuga per muros agmina vertit;
sed manus e castris propere coit omnis in unum,
nec contra vires audet Saturnia Iuno
sufficere, aëriam caelo nam Iuppiter Irim
demisit germanae hau mollia iussa ferentem,
ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis.
ergo nec clipeo iuvenis subsistere tantum
nec dextra valet: iniectis sic undique telis

TESTIMONIA.

794 'asper ... redit' Macrobius Sat. VI 1, 30 796 'potis ... virosque' Arusianus p. 255 803 sq. 'aeriam ... ferentem' Servius Aen. V 606 IX 2 806—814 Macrobius Sat. VI 3, 4

VARIA LECTIO.

789 PVGNAE *PR*: *cf.* X 441, *fortasse ut homoeoteleuton vitaretur.* unda] amni *bmχ, ut* 469 791 ACRIVs *R* 792 SAEVOM (O *corr. in* V) *P* SAEVVM *MRγbc* leonum *b*1 793 *telis* PREMIT *R* premet *b*1 AC *MR* 795 .ra *b*1 I.ra *b*2 NEQVE *R* 796 occupienf *γ* po.tif (t *e corr.*) *b* virosque] per ignes *Arusianus, ut* II 664. per hostes *Venet., ut* II 358. 527 XII 682 797 HAVT *R* Aut *c* HAUD *MPγb* dubiif *c*1 798 EXTUAT *M* 799 medium *c*1 hoſtef *γ* HOSTES *P2c* 803 eriam *γ* IREM *M*1 804 dimittit *Servius Aen.* V 606 haud *c* haud *γb* HAVT *MPR* IUSSA *suprascr. M* 805 CAEDAT *M* teuchrorum *b* 806 iuuenis clypeo *Mentel. pr.* clypeo *b* CLIPEOS (S *fere abrasa*) *M* clypeus *Macrobii Salisb.* 807 obiectis *Macrobii exempl.* VNDique *telis P*

obruitur. strepit adsiduo cava tempora circum
tinnitu galea, et saxis solida aera fatiscunt,
discussaeque iubae capiti, nec sufficit umbo
ictibus: ingeminant hastis et Troes et ipse
fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
liquitur et piceum (nec respirare potestas)
flumen agit; fessos quatit aeger anhelitus artus.
tum demum praeceps saltu sese omnibus armis
in fluvium dedit: ille suo cum gurgite flavo
accepit venientem ac mollibus extulit undis
et laetum sociis abluta caede remisit.

TESTIMONIA.

809 'tinnitu g.' Pompeius 471 L. 810 sq. 'nec ... ictibus' Nonius 386, 8 810 'nec s. u.' schol. Lucani VII 608 814 'flumen a.' Probi inst. I 4, 10 815 sq. 'tum ... dedit' Nonius 387, 5 Priscianus 1205 'saltu ... dedit' Arusianus p. 224 L.

VARIA LECTIO.

808 OBRVITVr— *P* STREPITU *M*1γ1 affiduo *bc* 809 TINNITu— *P* Tinnitu. *b* GALEAE *M* 810 DISCVSSae— *P* Difcu. fae (*eras.* r *vel* n : *m.* 2 f) γ 812 MNESTEVS *R* *an* cum *propter v.* 815? 813 Li. quitur *b* NECRESPIRARE (NECRES *in ras.*) *R* necfpirare γ 814 '*Probus ait: commodius hic est* aeger *quam in quinto* (432), *quamvis consuetudo sit Virgilio ista mutandi. Quidam* acer *legunt, et volunt in quinto* aeger *aptius dictum de sene, hic de iuvene* acer *melius convenire.*' *Servius* 815 faltu precepf *in ras.* γ2 816 uafto, aᵗ flauo γ VASTO *Pc, ut* I 118 III 197 VI 741 817 Accipit *b*1 fugientem *m*, '*antiqui plerique*' *Pieriani*, χ extu. lit (u *e corr.*) *b*

VERGILI· MARONIS· AENEIDOS || LIBER· VIIII· EXPLIC· || INCIPIT· LIBER· X· (*Sequentis folii pag. prior vacua relicta, in altera versus undecim, quos vide in Prolegom.*) *R* FINIT AENEIDOS LIB NONVS || INCIPIT DECIMVS γ EXPLCT || INCIPIT LIBER X *b*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER DECIMVS

Panditur interea domus omnipotentis Olympi,
conciliumque vocat divom pater atque hominum rex
sideream in sedem, terras unde arduus omnis
castraque Dardanidum aspectat populosque Latinos.
considunt tectis bipatentibus, incipit ipse:
'caelicolae magni, quianam sententia vobis
versa retro tantumque animis certatis iniquis?

TESTIMONIA.

AENEIDOS X. 1 Quintilianus I 4, 28 IX 4, 49 Diomedes 494. 497 Marius Victorinus 2567 Priscianus de XII vers. Aen. 185 schol. Hor. carm. II 12, 9 cf. schol. Veron. 102, 21 K. 2 Macrobius Sat. VI 1, 10 Marius Victorinus 2518 4 cf. schol. Veron. 102, 26 5 'considunt t. b.' Servius Aen. I 374 'considunt t.' Probi inst. I 11, 1 6 sq. 'caelicolae ... retro' Servius Aen. V 13 6 'quianam' schol. Veron. 102, 29

VARIA LECTIO.

AENEIDOS X. 1—26 *Veron. fol.* 260 1 *cf.* XII 791 OMNIPONTENTIS *M* olimpi *bc* 2 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIVVM *MVybc* ADQVE *R* 3 INSEDEM *suprascr. M, in ras. b in se*DEM *V* *terras un*DE *V* ARCVVS *P* OMNES *MP2yb* 4 ADSPECTAT *M* ADSPECTAT *P* fpectat *γ* 5 *bipatenti*BVS *V* 6 Caelicole *γ* *quia nam V* quena (enā *in ras.*) *b* quianam *testantur Servius et schol. Veron.* fententia (fente *in ras.*) *b* 7 *tantum — iniq*VIS *V* CERTATIS (R *in ras.*) *P* certatur *Menag. alt.*

abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
quae contra vetitum discordia? quis metus aut hos
aut hos arma sequi ferrumque lacessere suasit?
adveniet iustum pugnae (ne arcessite) tempus,
cum fera Carthago Romanis arcibus olim
exitium magnum atque Alpes inmittet apertas:
tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.
nunc sinite et placitum laeti componite foedus.'

Iuppiter haec paucis; at non Venus aurea contra
pauca refert:
'o pater, o hominum rerumque aeterna potestas!
(namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?)
cernis ut insultent Rutuli Turnusque [feratur
per medios insignis equis tumidusque] secundo

TESTIMONIA.

8 Arusianus p. 210 L. Servius Aen. I 261 'abnueram' schol. Veron. 102, 31 K. 9 'aut hos' schol. Veron. 103, 1 K. 13 'Alpes i. a.' Isidorus orig. XIV 8, 13 schol. Lucani I 183 16 'Iuppiter haec p.' Servius Aen. X 621 'at ... contra' Servius ge. I 431 18 schol. Hor. carm. III 1, 5 'potestas' schol. Veron. 103, 2 K. 20 'tumidusque feratur' schol. Iuvenalis VIII 40

VARIA LECTIO.

8 *bell*O *V* concurre^{re} *b* 9 CO*ntra — met*VS *V* 10 *aut — lacesse*RE *V* hos] of *γ* ſuaſit *γ* 11 Aduciat *γ* Iu*stu*M *V* pugnę *m. ant. suprascr. c* ne *in ras. b* acenſite *c*1 12 roman.ſ *b*1 13 EXITUM *M* ADQVE *R* IMMITTET *V* 14 *tum ce*RTARE *V* *tum res — licebit V* licebit] E *in ras. P* 15 *nunc — co*MPONITE *V* LAETI PLACIDUM *M* placidum *γ*2 placitum *Servius confirmat* COMPONITE *MRb* CONPONITE *Pγ* phoeduſ *γ* 16 *iuppiter — a*T *V* nun. *b*1 17 *pauca refert V* 18 PA*ter — aeterna V* oHOMINVM *P* OMNIVM *R* diuumque *in ras., in mg.* 1 regūq; (g *corr. in* r) *b* diuūq: *cm, schol. Hor.* : *cf.* XII 829 19 *namque — implorar*E *V* ALIVT *MP* IMPLORARE *Rb* QVEAM*us V* QUEA^{-US} *M* queamuſ (amuſ *in ras.*) *b* QVIEAMVS *P* 20 *cernis — ferat*VR *V* r^{v}&uli *γ* TVRNOS (O *corr. in* V) *P* Q· *m.* 2 *sup. R* SECUNDO *M* tumidusque feratur *schol. Iuvenalis* 21 *intra lineas insertus in M, interpretatur Servius* : *cf.* XII 478 *Non eques, sed pedes pugnaverat Turnus.* *per — secund*O *V* inſigneſ *b*1 tumidoſ *γ* t^{u}miduſ *c*

Marte ruat? non clausa tegunt iam moenia Teucros:
quin intra portas atque ipsis proelia miscent
aggeribus moerorum et inundant sanguine fossas.
Aeneas ignarus abest. numquamne levari
obsidione sines? muris iterum imminet hostis
nascentis Troiae [nec non exercitus alter;]
atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides. equidem credo, mea volnera restant
et tua progenies mortalia demoror arma.
si sine pace tua atque invito numine Troes
Italiam petiere, luant peccata neque illos
iuveris auxilio; sin tot responsa secuti,
quae superi manesque dabant: cur nunc tua quisquam
vertere iussa potest aut cur nova condere fata?
quid repetam exustas Erycino in litore classes,
quid tempestatum regem ventosque furentis

TESTIMONIA.

29 'equidem ... restant' Servius Aen. VIII 385 31 Priscianus 999 'si ... tua' Alcuini gramm. 2140 P. 'si ... numine' Servius Aen. IV 56 33 sq. 'si ... dabant' schol. Hor. carm. saec. 37 34 'quae ... dabant' Servius Aen. X 65 36 Servius Aen. I 39

VARIA LECTIO.

22 *marte — t*EVCR*os V* Marte ruat (arte ruat *in ras.*) *b* clauſe *c*1 CLAUSTRA *M* : *cf.* IX 758, *quo servato* non claustra tegunt, non moenia *Wakefieldus, non male* 23 QV*in — V* ADQVE *R* 24 *cf.* XI 382 AGG*eri*BVS *V* MOERORVM (OE *corr. in* V) *P* moerorum (moe *in ras.*) *b* merorum *c*2 MURORUM *MRVyc*1 moerorum *Servius testatur* SAN*guine V* FOSSAS *Pyb*, *Servius fos*SAS *V* FOSSAE *MRc* 25 numquam] QVA *in ras. R* LE*vari V* 27 troie *γ* nec ... alter *hemistichium frigere sensit Heynius, non interpretatur Servius* 28 ADQVE *R* &olif *γ* SURGET *Myb* 29 Tidideſ *γc* VOLNERA (O *corr. in* V) *P* VVLNERA *Rybc* 30 MORTALIA *P* 31 ADQVE *R* inùi. to *b* nomine *γ*, *Prisciani Par. R et Bong.* Teucri *Prisciani ω exc. Sangall.* 32 petire *b* 33 SINI *R* si *schol. Hor.* 34 cùr *m.* 2 *suprascr. c* nu*nc b* 35 flectere *m*, *Menagiani*, *χ* IVRA *R* POTES *R* 36 referam *m* memorem *Servius Aen.* I 39 *ut* VI 123. 601 VIII 483 ericeno (eroccino?) *c*1 li. tore *b* littore *c* 37 uento*r b* FURENTES *Mc*

saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
constructam ponto iaciunt; sic illa ruinam
prona trahit penitusque vadis inlisa recumbit:
miscent se maria, et nigrae attolluntur harenae;
tum sonitu Prochyta alta tremit durumque cubile
Inarime Iovis imperiis inposta Typhoeo.

Hic Mars armipotens animum viresque Latinis
addidit et stimulos acris sub pectore vertit
inmisitque Fugam Teucris atrumque Timorem.
undique conveniunt, quoniam data copia pugnae
bellatorque animo deus incidit.
Pandarus ut fuso germanum corpore cernit
et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
portam vi magna converso cardine torquet,
obnixus latis umeris, multosque suorum

TESTIMONIA.

716 Priscianus 736 schol. Lucani V 101 717 sq. 'hic ... addidit' Servius Aen. X 21 723 'qui ... res' Charisius 70 725 'obnixus l. u.' Diomedes 371

VARIA LECTIO.

711 mollibuſ *γ1b1* 712 PON.TO (N *in ras.*) *P* 714 *cf.* III 557 MARIA *R* at tolluntur (*corr. m. rec.*) *b* HERENAE *M* arenae *c* 715 Tum (T *m.* 2) *b* prochita *c* PROCYTHA *M* PROCVTHA *R* 716 INARIMAE *R* IMPOSTA *P* inpo.ta *b* INPOSTAQVE *R* TYPHEO *P* TYPHAEO *M* tiphoeo (o *pr. eras.*) *γ* typheo *b* 718 *cf.* VI 101 ſup *c* 719 IMMISIT *Pyb* ACRUM *M* FVROREM (F *corr. in* T) *P* 720 qm̃ *γ* quō *b* 721 ANIMOS *M* animo. *c* animis *Goth. tert.* animos *probat post Heinsium Naekius ad Catonis Dir.* 63 *p.* 98, *Vergilii esse negat Lachmannus Lucr.* 242 722 cernit, *add. m.* 2 A uidit *b* VIDIT *Pyc* 723—794 *admodum corrosis foliis duobus R* 723 QVIS *PRγ1b2* qui *testatur Charisius* 724 *in mg. add.* A *M* MAGNA *M. ut ge.* I 169 IV 174 MVLTA *PRybc* : *cf. ge.* III 220 *Aen.* I 271 *al.* multa vi *m* conuerſo cardine (oca *in ras.*) *b* CARMINE *M* cardene *c1* 725 *sq. hic om., sed sequuntur in textu post v.* 732, *praeterea add. ima pag. literis minoribus et adpositis notis* B C *M* 725 HUMERIS *M imo mg., γc* MULTUS *M1 imo mg.*

moenibus exclusos duro in certamine linquit;
ast alios secum includit recipitque ruentis,
demens, qui Rutulum in medio non agmine regem
viderit inrumpentem ultroque incluserit urbi,
immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
continuo nova lux oculis effulsit, et arma
horrendum sonuere; tremunt in vertice cristae
sanguineae, clipeoque micantia fulmina mittit:
adgnoscunt faciem invisam atque immania membra
turbati subito Aeneadae. tum Pandarus ingens
emicat et mortis fraternae fervidus ira
effatur: 'non haec dotalis regia Amatae,
nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
castra inimica vides; nulla hinc exire potestas.'
olli subridens sedato pectore Turnus
'incipe, siqua animo virtus, et consere dextram:
hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem.'
dixerat. ille rudem nodis et cortice crudo

TESTIMONIA.

730 Priscianus 757 731 'continuo ... effulsit' Servius Aen. IX 110 732 sq. 'tremunt ... mittunt' Macrobius Sat. V 13, 35 737 'non ... Amatae' Servius Aen. XI 369 742 'hic ... Priamo n.' Probi inst. I 9, 5 'hic e. i.' Probi inst. I 10, 3

VARIA LECTIO.

727 *in mg. nota* D *M* ATIOS (T *corr. in* L) *P* RUENTES *M*2*c* 730 INMANEM *M* TIGRIN *Py* tigrim *testatur Priscianus* 731 OFFVLSIT *R ut* 110 effulsit *confirmat Servius Aen.* IX 110 732 *in mg.* A *M* tremunt *m. rec. suprascr. c* sub vertice *Macrobii exempl.* criſtę *m. rec. add. c* *Hic sequuntur* 725 *et* 726, *sed nota* ϕ *utrimque in mg. adposita in M* 733 *in mg.* B *M* clypeo *b* CLIPEI *P* clipe^{at_o}. *γ* MITTET (E *corr. in* I) *M* mittu$^{at\,ut}$nt *γ* MITTVNT *PR, Macrobii exempl.* nutant *χ* 734 Agnoſcunt *bc* ADQVE *R* inmania *bc* membra *b* 735 AENEADE *M* 736 ΞORTIS *M* fraterna *γ* IRAE *M* 737 affatur *m* 738 muri. ſ *b* PATRIS *R* 741 ANIMI *R* confe..re *γ* 742 narrabiſ (ſ *m.* 2) *γ* ACHILLE *M* 743 rudę *m.* 2 *suprascr. b*

Cassandrae inpulsus furiis: num linquere castra
hortati sumus aut vitam committere ventis,
num puero summam belli, num credere muros
Tyrrhenamque fidem aut gentis agitare quietas?
quis deus in fraudem, quae dura potentia nostra
egit? ubi hic Iuno demissave nubibus Iris?
indignum est Italos Troiam circumdare flammis
nascentem et patria Turnum consistere terra,
cui Pilumnus avos, cui diva Venilia mater:
quid face Troianos atra vim ferre Latinis,
arva aliena iugo premere atque avertere praedas?
quid soceros legere et gremiis abducere pactas,
pacem orare manu, praefigere puppibus arma?

TESTIMONIA.

68 'Cassandrae i. f.' schol. Veron. 103, 9 Servius Aen. X 110 'linquere c.' Diomedes 436 71 'Tyrrhenamque f.' Donatus ad Ter. Andr. IV 3, 1 72 sq. 'quis ... Iuno' Iulius Rufinianus p. 271 R. 'quae ... egit' Servius Aen. X 44 74—77 Iulius Rufinianus p. 270 R. 76 cf. schol. Veron. 103, 11 K. 'cui P. a.' Servius Aen. VI 90 'cui diva V. m.' Arusianus p. 248 L. Servius Aen. VI 90 78 'arva ... premere' Nonius 192, 28 79 'et ... pactas' Donatus ad Ter. hec. V 1, 21 Nonius 439, 12 Arusianus p. 213 L. 80 Servius Aen. I 183

VARIA LECTIO.

petiit *'nonnulli admodum vetusti' Pieriani, quod probare videtur etiam Lachmannus Lucr.* 208 68 Caffandre *γ* IMPVLSVS *R* inpulſuſ *c* LINQVERE *P* 69 uentiſ, aſ teucriſ *γ ut* XII 60 ventis *Servius legit* 70 Non puero *γ* NON PVERO *P* 71 Thyrrenam (r *post. e corr.*) *γ* Thyrrenam *b* Tyrrenam *c* VE *RVc, in ras. b* aut] ET *R* genteſ *c* agittare *γ* 72 QVAE *P* NOSTRA *PRVybc, Servii exempl., Iulius Rufinianus* NOSTRI *M: conferunt* VIII 514 73 .ubi *b* HINC *M* iuno/// *c* 74 INDignuM EST *V* succendere *Rufinianus: cf.* IX 153 75 *nascenteM V* 76 *om. Rufinianus* AVOS (O *corr. in* V) *P* AVVS *MRybc* AvoS *V* diun/// *c1* VENELIA *Py1* VEN.LIA *V* uenia *c* *mater V* 77 FACERE *R facE V* ATRAM *Py1* atra *Servius* FErre — *V* //ferre *b* 78 *sq. inverso ordine m* 78 p̃mere (p̃m *in ras.*) *b* ADQVE *R* evertere *m* p̃dã *c* 79 socios legere *Hoffmannus spicileg. crit.* 20 legere *b* gremiſ *c* 80 MANVET *R* prefigere *γ*

principio Phalerim et succiso poplite Gygen
excipit; hinc raptas fugientibus ingerit hastas
in tergus (Iuno vires animumque ministrat);
addit Halym comitem et confixa Phegea parma,
ignaros deinde in muris Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanimque.
Lyncea tendentem contra sociosque vocantem
vibrante gladio conixus ab aggere dexter
occupat (huic uno desectum comminus ictu
cum galea longe iacuit caput), inde ferarum
vastatorem Amycum, quo non felicior alter
ungere tela manu ferrumque armare veneno,

TESTIMONIA.

762 Priscianus 757 763 sq. 'hinc ... tergus' Charisius 54. 118 Nonius 414, 6 'ingerit h. in t.' Servius Aen. I 211 'in tergum fugientibus i. h.' schol. Hor. carm. III 2, 16 764 'Iuno ... ministrat' schol. Hor. a. p. 191 Servius Aen. I 8 766 Servius Aen. X 23 767 Macrobius Sat. V 17, 17 Diomedes 442 Priscianus 1026 769 'conixus ... dexter' Diomedes 371 773 Velius Longus 2223 Cassiodorus 2295 'ungere t. m.' Probi ars minor 829 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 318 'ferrum ... veneno' Quintilianus VIII 6, 12 Macrobius Sat. VI 6, 17 schol. Veron. 81, 7 K.

VARIA LECTIO.

762 falarim *c*, *Prisciani* ω PHALARIN *Pγ* ararim *Prisciani* φ. *Terminationem in* im *testatur Priscianus* gigen *b* 763 *cf.* XII 330 hinc] IN *R* 764 TERGVS *R*, *testantur Charisius et Servius Aen.* I 211 TERGVS *P* TERGUM *Mybc*, *Nonius* huic Iuno *schol. Hor.* (nunc *Med.*) 765 halim *b* alim *c* HALYN *Pγ* CONFIXA *P* CONFIXA *M* confixum *γ* phegia *c* 766 CLENTES *M*1 CIENTES *M*2*P*2*Ryc* 767 ALCAN.RVM *R* ALCANDVM *P* HALYUM *M* alium *bc* NOEMVNA *P* *n*OEMONA *R* *pr*YTANIM *R* PHRYTANIM *M* prytanim *Prisciani codd.* pritanim *bc* PRYTANIN *P*, *Macrobii exempl.* pritanin *γ* pritanin, printanin, paratanin *Diomedis codd.* 768 lincea *γ*1 lingea *γ*2*bc* TENDENTES *M* 769 *c*ONEXVS *ut vid. R* DEXTRA *M* dextra *c* 770 hunc *b*1 defectum *γ*1, *ut* VIII 438 DEIECTVM *MPγ*2*bc*: *cf.* X 319. 753 XI 642. 665. 833 *Deie*CTVM *R* 771 galea. iacit *γ*2 galeaeiacit *γ*1 IACVIT *P* 772 amicum *γb*1*c* 773 *cf.* X 140 UNGERE *M*, *testantur Servius*, *Velius Longus*, *Cassiodorus* ung. ere *γ*2 VNGVERE

aut ego tela dedi fovive Cupidine bella?
tum decuit metuisse tuis: nunc sera querellis
haut iustis adsurgis et inrita iurgia iactas.'

Talibus orabat Iuno, cunctique fremebant
caelicolae adsensu vario, ceu flamina prima
cum deprensa fremunt silvis et caeca volutant
murmura, venturos nautis prodentia ventos.
tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas,
infit (eo dicente deum domus alta silescit
et treme facta solo tellus, silet arduos aether,
tum zephyri posuere, premit placida aequora pontus):
'accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.
quandoquidem Ausonios coniungi foedere Teucris
haud licitum, nec vestra capit discordia finem:

TESTIMONIA.

94 'tum ... tuis' Arusianus p. 247 L. Iulius Rufinianus p. 247 R. Cledonius 1924 95 'atque i. i. i.' Servius Aen. I 102 96 'talibus o. I.' Servius Aen. IV 219. 437 100—103 Macrobius Sat. VI 2, 26 100 sq. 'tum ... infit' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 50 101—103 Macrobius Sat. V 13, 38

VARIA LECTIO.

93 fovique *schol. Hor.* capi..dine γ BELLA (ELLA *in ras.*) *R* 94 TVNC *PRyc, Rufinianus* QUERELLIS· SERA *M* QVERELLIS *P* QVAERELLIS *Rb* querelif *c* 95 HAUD *My2bc* irrita *b* Iactaf γ 96 Iuno] DICTIS (T *superne cras.*) *P ut* VI 124 dictif, aŧ iuno γ REMEBANT *P* remebant γ1 97 CAELICOLE *M* affenfu *c* flamma γ 98 DEPRENSA (ENSA *in ras., in spatio quinque literarum*) *R* deprefenfa *c*1 depressa *Parrhas., Marklandus ad Statii silv.* I 2, 45, *refutatus ab Handio* FREMVNT· *P* gemunt *Marklandus l. l.* 99 UENTIS *M* 100 PRIMA *R* PRIMA *M* SVMMA *Pbcm, Macrobii et Donati exempl.* fumma, aŧ prima γ 102 TREMIFACTA *R* trema facta *c*1 solo] silet *Peerlkampus* arduoſ *c* arduſ γ ARDVVS *MPRb* 103 tephyri *c*1 venti *Macrobii* VI 2, 26 *exempl.* premit γ placid *c* ponduſ *c*1 104 = III 250 ADQVE *R* 105 AVSONIOS *P* aufoniſ γ aufoniam *ut vid. c*1 coniugi γ TEVCROS *Py*1 106 Hau *c* HAVT *MPRy*1 Haud *b* LICITVMEST *Rc, Servii exempl.* ũra *b* ullũ (llũ *in*

quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,
Tros Rutulusne fuat nullo discrimine habebo.
[seu fatis Italum castra obsidione tenentur
sive errore malo Troiae monitisque sinistris.]
nec populos solvo: sua cuique exorsa laborem
fortunamque ferent. rex Iuppiter omnibus idem.
fata viam invenient.' Stygii per flumina fratris,
per pice torrentis atraque voragine ripas
adnuit et totum nutu treme fecit Olympum.
hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
surgit, caelicolae medium quem ad limina ducunt.

Interea Rutuli portis circum omnibus instant
sternere caede viros et moenia cingere flammis.

TESTIMONIA.

107 Nonius 404, 9 108 'Tros R. f.' Diomedes 376 'Tros Rutulusve' Consentius p. 2050 P. 111 'nec ... solvo' Nonius 390, 33 112 'rex ... idem' Servius Aen. II 326. 617 IV 581 X 689 114 'apud poetas etiam ipse rex Iupiter per torrentes ripas et atram voraginem iurat' Minucius Felix Octav. p. 330 116 sq. 'hic ... surgit' Nonius 205, 6 116 schol. Hor. serm. I 8, 43 'hic f. f.' Charisii exc. 555, 27 K. Probus de nom. 20 p. 218 Endl. 118 Servius Aen. X 20

VARIA LECTIO.

ras.) *c* 107 *om., in mg. superiore lit. min. add. P* CUIQ·EST *M* odie *γ* 108 TRORS *P* rutulof *γb* NE *MPR, Diomedis Par. A et Monac.* ne (*corr. m. rec.*) *b* ue *γcm, Diomedis Par. B, Consentius Putschii* FIAT *M* luat (l *in ras.*) *c* luat *m* 109—112 *rescindit Peerlkampus* 109 *'sic distingue:* Italum, *et infer* castra obsidione tenentur, *scilicet Troianorum' Servius* caſtro *γ1* 110 VE *Pγ1b1* qe *b2* 111 populos *Nonius* RVTVLOS *libri* solvo *ea mente accipio, qua Propertius* V 4, 59 QUISQ· *M, quod aut pro* quibusque *haberi aut ex* quoique *ortum videri potest.* 112 quae *b* 113 inueniant *γ1c1m* ſtigii *b1c* 114 TORRENTES *M2c* 115 Adnuat *c1* notu *c* olymphum *b* olympom *c* 116 foliũ *c1* tũ. *b* 117 caelicole *γ* quẽ (˜ *fort. m. 2*) *b* : *cf. Wagnerus lectt. Verg.* 387 118 *Post* Rutuli *interp. P* PORTIS (R *in ras., vid. fuisse* S) *P* portaſ *b1*

at legio Aeneadum vallis obsessa tenetur,
nec spes ulla fugae. miseri stant turribus altis
nequiquam et rara muros cinxere corona
Asius Imbrasides Hicetaoniusque Thymoetes
Assaracique duo et senior cum Castore Thymbris,
prima acies; hos germani Sarpedonis ambo
et Clarus et Thaemon Lycia comitantur ab alta.
fert ingens toto conixus corpore saxum,
haut partem exiguam montis, Lyrnesius Acmon,
nec Clytio genitore minor nec fratre Menestheo.
hi iaculis, illi certant defendere saxis

TESTIMONIA.

124 'Assaracique d.' Servius Aen. X 541 128 'haud partem e. m.' Seneca suas. 6, 21 B. Servius Aen. XII 687 129 Priscianus 736 'nec f. M.' Macrobius Sat. V 17, 19

VARIA LECTIO.

120 AD *PRγ1* ast *Servii exempl.* aeniadum *b1* 121 fuge *γ* MISERIS *Rbc2* 122 NEQQVICQVAM *P* nequicquam *γ* .& *γ* *Alii post* corona *fortiter interpungunt.* 123 A. ſuſ *γ1* IASIUS *Mc* IA. ſiuſ *γ2* INBRASIDES *Mc* HICETAONIUS *M* HIGETAONIVS *P* &taoniuſ *γ* THYMOETES (E *post. in ras.*) *R* timoetef *b1* timoetef *c* 124 thy. brif *b* THYBRIS *MPγc* 'senior cum Castore Thybris (thibris *Regin. Par.*): *possumus et solum* Tybrim (tibrim *Regin.* thybrim *Par.*) *senem accipere, possumus et* Castorem, *si legamus* et senior cum Castore [Tybris.] (thibris *Par., om. Regin.*). *nam amphibologia est' Servius.* 125 hoſ (ſ *in ras.*) *b* of *γ* ſarpedoniſ (ſ *pr. in ras.*) *b* 126 THAEMON LYCIA *P* themon licia *γ2* themonacia *ut vid. γ1* themon lycia *b* HAEMON LYCIA *MR* emonlicia c al'a *γ2* IDA *Pγ1* : *cf.* V 254 XII 412 alta *Servius* 127 connixuſ *b* 128 Aut *γ* Haud *bc* lyrneſiuſ (e *et* ſ *post. in ras.*) *b* AGMON *Pγb2c* ACMO~ *M* 129 NECLYGIO *P* Nec clitio *c* Nec. clitio (c *post. in ras.*) *b* frater *γ1* frate. *γ2* meneſtheo *Prisciani Par. R et Bongars.* menesteo *eiusdem Lugd.* mneſtheo *bc* minestheo *Prisciani Carolir.* MNESTHEO *MPRγ. Prisc. libri ceteri, Macrobii exempl.* '*non* Mnestheo, *de quo paulo post dicturus est, legendum est, ne versus non stet, sed* Menestheo' *Servius* 130 faxoſ (o *corr. in* i) *c*

molirique ignem nervoque aptare sagittas.
ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum,
qualis gemma micat, fulvom quae dividit aurum,
aut collo decus aut capiti; vel quale per artem
inclusum buxo aut Oricia terebintho
lucet ebur; fusos cervix cui lactea crinis
accipit et molli subnectens circulus auro.
te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes
volnera derigere et calamos armare veneno,
Maeonia generose domo, ubi pinguia culta
exercentque viri Pactolusque inrigat auro.
adfuit et Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
aggere moerorum sublimen gloria tollit,

TESTIMONIA.

132 'Veneris i. c.' Servius Aen. I 678 III 476 IV 2 VI 691 133 Servius Aen. I 289 134 Servius Aen. I 593 136 'aut O. t.' schol. Hor. carm. III 7, 6 137 sq. 'fusos . . . accipit' Priscianus 1121 P. 137 'fusos . . . crinis' schol. Persii I 29 142 'Pactolusque i. a.' Isidorus orig. XIII 21, 21 143 'adfuit et M.' Donatus ad Ter. eun. IV 6, 1 144 'aggere m.' Diomedes 435

VARIA LECTIO.

131 Mo.liri *γ* 132 mediof, *in mg.* primof *γ* iuſtiſſimi *b* 133 capud *c* 134 FVLVOM (O *corr. in* V) *P* FVLVVM *MRybc* 136 Incluxum *b* boxo *b* AVT (T *m. 1 ut vid., corr. in* C) *P* au *γ* ORYCIA *Pc* orytia (t *corr. in* c) *b* ORYCI *R* ORYCIA *M* corycia *γ* TEREBENTO *M* 137 fusus cervix *schol. Persii* CERVIX FVSOS *Pyc* latea *b* CRINES *Rc* collaque *schol. Persii* : *cf.* VIII 660 138 mollif ſubnectenſ *b1* MOLLIS SUBNECTIT *M* 139 MAGNANIME *M* magnanime *γ* 'magnanimae gentes . . *hic est ordo, aliter non stat versus*' *Servius* uideruN (uN *in ras.*) *b* 140 uolnera *γ* VVLNERA *MRbc* DIRIGERE *My2bc* 141 Meonia (eo *in ras.*) *b* Moenia *c1* generof. *b1* genere *c1* MODO *M* ubi] cui *m* 142 PACTOLOS *R* 143 Atſuit & mneſtheuſ *in ras. γ* ATFVIT *P* ET *suprascr. M* mneſteuſ *b* 144 mororum *b1* MEORVM (E *corr. in* R) *P* MVRORVM *Ry1b1cm* ſublimen *γ1* SVBLIMEM *MPRy2c* ſublimẽ *b*

et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.
Illi inter sese duri certamina belli
contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.
namque ut ab Euandro castris ingressus Etruscis
regem adit et regi memorat nomenque genusque
quidve petat quidve ipse ferat, Mezentius arma
quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni
edocet, humanis quae sit fiducia rebus
admonet inmiscetque preces: haut fit mora, Tarchon
iungit opes foedusque ferit; tum libera fati
classem conscendit iussis gens Lydia divom,
externo commissa duci. Aencia puppis

TESTIMONIA.

147 'media ... secabat' Servius Aen. X 215 148 sq. Servius Aen. VIII 607 148 'castris i. E.' Arusianus p. 239 L. 149—154 'regem ... ferit' Charisius 250 Diomedes 439 Beda de trop. 376 Cap. 149 Priscianus 1202 P. Nonius 237, 26 Isidorus orig. I 35, 4 Donati ars III 5, 2 Pompeius 456 L. 'regem ... memorat' Claudius Sacerdos I 128 152 'humanis ... rebus' Servius Aen. VIII 150 153 sq. 'haut ... ferit' Nonius 311, 17 154 sq. 'tum ... divom' Arusianus p. 244 L. 156 sq. 'Aeneia ... tenet' Charisius 128 156 'Aeneia p.' Diomedes p. 310 P. Charisii exc. 535, 7 K.

VARIA LECTIO.

145 capif *b*1 hinc nom̃ *in ras. b* CAMPANE *P* CAMPAENA *M* campane *γ* URBE (E *corr. in* I) *M* 147 Contullerant *γ*1 freta (fret *in ras.*) *b* feccabat *γ*1 148 ingreff. *b*1 149 ADIIT *P* MEMORANT *R* decusque *Diomedes, ut* II 89 150 '*multi autem* quidque petat quidque ipse ferat *dicunt oportuisse dici' Servius* quidue ferat quidue ipse petat *Charisii cod.* quidve ipse] AVTQVIDVE (AV *et* VI *et* VE *in ras.*) *P* aut quidue^{ipſe} *γ* *Videntur fuisse qui* quidve (*vel* quidque) petat aut ipse ferat *scriberent.* MEZZENTIVS *R* MEZZENTIUS *M* me. zentiuſ *b* 151 VIVOLENTA *P* 152 etdocet (*i. e.* ecdocet) *Charisii cod.* 153 IMMISCET *MR* admiscet *Charisii cod.* PRECES (S *in ras.*) *P* PRAECES *M* *Alii hic apodosin, cuius protasin v.* 148 *statuunt, concludunt.* aut *γ* haud *bc* MAIORA *M* t. archon *γ* tarcon *c* TARCHO *R* '*hoc nomen ubique Graece ponit excepto uno loco* (VIII 603)' *Servius* 154 feduſ *in ras. b* ferit] FERT^{EF} *P* ..ferit *γ* facti *Arusiani Gu.* fatis *Servii exempl. Genetivum testatur Arusianus.* 155 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIVO *R* DIUUM *Mybc* 156 DVCE (E *corr.*

prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones,
imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
hic magnus sedet Aeneas secumque volutat
eventus belli varios, Pallasque sinistro
adfixus lateri iam quaerit sidera, opacae
noctis iter, iam quae passus terraque marique.

Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,
quae manus interea Tuscis comitetur ab oris
Aenean armetque rates pelagoque vehatur.

Massicus aerata princeps secat aequora tigri:
sub quo mille manus iuvenum, qui moenia Clusi
quique urbem liquere Cosas, quis tela sagittae
gorytique leves umeris et letifer arcus.
una torvos Abas: huic totum insignibus armis
agmen et aurato fulgebat Apolline puppis.
sescentos illi dederat Populonia mater

TESTIMONIA.

164 Diomedes 450 166 sqq. cf. Macrobius Sat. V 15 166 Priscianus 761 schol. Hor. carm. III 30, 13 167 sq. 'sub Massico duce mille manus iuvenum venisse dixit, qui moenia Clusi quique Cosas liquere' Macrobius Sat. V 15, 7 168 'quique . . . Cosas' Arusianus p. 266 L. 169 Nonius 556, 27 170 'una t. A.' Pompeius 333 L. 172 sq. Priscianus 1198 P.

VARIA LECTIO.

in I) *P* enea *γ* enaeia *b* 157 fubiunta *γ* 158 Inminet *b* 161 querit *γ* OPACE *M* opace *γ* 162 IDEM *M* TERRA *P* ..mari *γ* 163 = VII 641 BELICONA *P* CASTVS (STV *in ras. ut vid.*) *R* MONETE *Pγ*1 : *cf.* VII 641 165 Aeneam *c* 167 CLAVSI *P* 168 COSAS *Mbc, legit Arusianus, ut Strabo* V *p.* 225 COSSAS *R* co.fa *γ* COSAM *P* 'Cosas, *civitas Tusciae, quae numero dicitur singulari secundum Sallustium* (*hist.* I 51 *D.*)' *Servius* fagitte *γ* 169 Gorythi *γ* CORYTI *PR* Cory.thi *b* Choriti *c* corici *Nonius* humerif *γc* umerif (if *in ras.*) *b* LAETIFER *M* 170 TORVOS (O *post. corr. in* V) *P* TORUUS *Mybc* abhaf *γ* 171 appolline *γ* 172 Sexcentof *c* POPVLONI *R*

expertos belli iuuenes, ast Ilva trecentos
insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.
tertius ille hominum divomque interpres Asilas,
cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent
et linguae volucrum et praesagi fulminis ignes,
mille rapit densos acie atque horrentibus hastis.
hos parere iubent Alpheae origine Pisae,
urbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens et versicoloribus armis.
tercentum adiciunt (mens omnibus una sequendi)
qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis,
et Pyrgi veteres intempestaeque Graviscae.
Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,

TESTIMONIA.

173 'expertos b. i.' Arusianus p. 227 L. 175—177 Servius Aen. VIII 429 — 176 sq. Servius Aen. III 359 179 'Alphea . . . Pisae' Priscianus 587 P. 180 sq. 'sequitur . . . armis' Charisius p. 250 P. Beda de trop. 376 C. \ 'sequitur . . . fidens' Donati ars III 5, 2 Claudius Sacerdos I 137 Diomedes 440 Pompeius 458 Servius Aen. IX 774 183 Priscianus 633 Servius Aen. VIII 597 cf. schol. Veron. 103, 17 K. 184 Diomedes 407 cf. schol. Veron. 103, 27 K.

VARIA LECTIO.

173 Experto γ TRECENTOS INSULA- *M* '*Probus* trecentos *subdistingui vult, ut* insula *sequentibus iungatur*' *Servius* 174 calibum *bc* 175 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIUUM *Mybc* SASILAS *Ryl* 176 fabre γl 177 LINGVE *P* lingue γ PRESAGI *Mγ* fulmine fegnef γl 178 AOCIAE *M* ADQVE *R* orrentibuſ *b* haſtef *b* ARMIS *Pc* : *cf.* 181 armiſ, aſ aſtiſ γ 179 Alpheae origine *Lachmannus Lucr.* 160 : *cf. Wagnerus lectt. Verg.* 356. ALPHEAE ABORIGINE *P* ALPHAEAE ABORIGINE *R* alphee ab origine *c* alpheę ab origine γ ALPHEA AB ORIGINE *M*, *Priscianus* alpea ab origine *bl* 180 VRBIS *R* ASTVR *PRbc*, *Macrobius*, *Beda*, *Claudius Sacerdos* aſtor γ aſtor *Charisii et Donati cod.* ASTYR *M*, *Diomedes* 181 ASTVR *Pc*, *Claudii Sacerd. cod.*, *Servius* Astor *Donati cod.* Aſtur γ ASTYR *MRb* VERSCOLORIBVS *P* 183—196 *Veron.* 234 *a* 183 CHERETE *M* : *cf. Varronis originationem apud schol. Veron.* car&e (a *corr. in* ae, r *m.* 2) γ 184 pirgi *c* GABISCAE *R* 185 NON TEGO *V* *forti*SSIME *V*

transierim, Cinyre, et paucis comitate Cupavo,
cuius olorinae surgunt de vertice pinnae,
crimen, Amor, vestrum formaeque insigne paternae.
namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,
populeas inter frondes umbramque sororum
dum canit et maestum musa solatur amorem,
canentem molli pluma duxisse senectam,
linquentem terras et sidera voce sequentem.
filius, aequalis comitatus classe catervas,
ingentem remis Centaurum promovet: ille.

TESTIMONIA.

188 'crimen a. v.' Macrobius Sat. IV 6, 18 schol. Lucani IX 425 Servius Aen. II 65 VII 339 'crimen' schol. Veron. 103, 29 189 Macrobius Sat. V 14, 16 cf. 16, 4 190 Servius Aen. VI 659 193 'sidera v. s.' Servius Aen. X 65 195 sq. 'ille i. a.' Arusianus p. 238 L.

VARIA LECTIO.

186 cinyre *b*2, *Mentel. pr.* CINIRE *Vb*1*c*2 (Cinirus *in Macrobii* V 15, 5 *exempl. dicitur*) cinere *γ* cinere *c*1, '*plerique*' *Pieriani* CINYRAE *M* cinira *Voss. alt.* (Cinyra et *vitiosam synaloepham esse monuit Lachmannus Lucr.* 272) CINERA (I *in ras.*) *P* CVMARRE *R* cigna *m* 'Cycne; (*om. Par.*) Cunare *quidam duci nomen datum tradunt a Cunaro monte, qui in Piceno est' Servius* (*deest totum schol. in Regin.*)*: de promontorio* Cunero *Plinius n. h.* III 13, 111 CVPAO. (*post* O *vid. erasa vel* I *vel* E *vel* F *vel* L *vel* P; AO *perfossae ut vid.*) *P* CupaVO *V* cupabo *γ* 187 olorine *γ* De — *V* dE *R* penne *c* 188 *reiciendum censet Heynius: hemistichium* crimen amor vestrum *posterius adiectum videtur Ladevico.* crimen, Amor, vestrum *Sprengelius: cf.* I 140 IX 525 *Eadem erat sententia eorum, qui teste Servio* vestrum *pro* tuum *acceperunt conlato ipso* IX 525: *quamquam in Servianis perverse ad Cygnum adlocutio refertur.* crimen amor vestrum *significare* 'originis vestrae, o pinnae, causa est amor' *putat Wagnerus: atque ita sane intellexit Asper* forme *γ* forma *b*1 fortunae *prop. Wagnerus* paterne *γ* 189 cicnũ *b*1 PHAETONTIS *M* phoetontif *c* phetontif *yb* PETHONTIS *R* 190 *frondes V* 191 solatur] T *in ras. R* 192 PRIMA (I *corr. in* L) *P* 194 AEQUALI*S* *M* equalef *c* 195 *inge*NTEM *V* CENT*auru*M *V*

instat aquae saxumque undis immane minatur
arduus et longa sulcat maria alta carina.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
fatidicae Mantus et Tusci filius amnis,
qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen
(Mantua, dives avis; set non genus omnibus unum:
gens illi triplex, populi sub gente quaterni,
ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires).
hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
quos patre Benaco velatus harundine glauca
Mincius infesta ducebat in aequora pinu.
it gravis Aulestes centenaque arbore fluctum
verberat adsurgens, spumant vada marmore verso.
hunc vehit immanis Triton et caerula concha

TESTIMONIA.

196 'saxum ... minatur' Nonius 502, 27 199 Priscianus 684 Servius ecl. IX 60 'fatidicae ... Tusci' Probi inst. II 1, 21 'fatidicae M.' Charisius 48. 111 P. exc. Charisii 543 K. (91 Endl.) Claudius Sacerdos II 13 200 cf. schol. Veron. 103, 30 K. 201 sq. schol. Veron. 104, 6 K. 202 Servius Aen. II 278 VIII 475 XI 9 205 sq. 'velatus h. g. M.' Servius Aen. VIII 33 207 sq. Priscianus 591 'it ... adsurgens' Priscianus 1353 (de fig. num. 6, 24) 207 cf. schol. Veron. 104, 13 K. 209 'hunc ... Triton' Probi inst. I 4, 11 Servius Aen. X 166

VARIA LECTIO.

196—208 *Veron. fol.* 234 *b* 196 *aquae V* immane *c* *mina*TVR *V* 197 *Arduus— V* fulca *γ* fulgat *c* VLTA *P* 198 OGNUS *MPγb* 199 mantof *γc*, *Prisciani Sangall. Lugd.* mantof (o *in ras.*) *b* Mantus *testantur grammatici.* 201 *Man*TV*a* DIV*es avis sed V* auif *om. P, suprascr. γ* SED *PRγbc* 202 ILLIS *V* POPVLI TRIPLEX *R* 203 *ipsa—popu*LIS *V* capud *b* POPVLI *R* 204 *hinc — in V* IIIN *P* QVINGE^{N}TOS *R* QVINGENTOS (O *in ras., in spatio duar. lit.*) *P* MEZZENTIUS *MRb*1 205 VENACO *PRγ*1 arundine *c* 206 *mincius infe*STA *V* PINV (V *in ras., ut vid.*) *Pb* pinu. *c* PIN. *V* 207 FLVCTVS *Rb* 208 MARMORA·E *M* mamore *γ* 209 IIVNC (V *fort. in ras.*) *R* inmanif *c*^{r} CHERULA *M*

exterrens freta, cui laterum tenus hispida nanti
frons hominem praefert, in pristim desinit alvos:
spumea semifero sub pectore murmurat unda.

Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
subsidio Troiae et campos salis aere secabant.

Iamque dies caelo concesserat almaque curru
noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum:
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
ipse sedens clavomque regit velisque ministrat.
atque illi medio in spatio chorus ecce suarum
occurrit comitum: nymphae, quas alma Cybebe
numen habere maris nymphasque e navibus esse
iusserat, innabant pariter fluctusque secabant,
quot prius aeratae steterant ad litora prorae.

TESTIMONIA.

210—212 'cui . . . unda' (om. 211) Arusianus p. 264 L. 210 sq. 'cui . . . praefert' Priscianus 1203 'laterum . . . praefert' Nonius 377, 27 210 'laterum . . . nanti' Diomedes 404 211 Nonius 535, 28 213 Priscianus 1355 (de fig. num. 7, 29) 215 sq. 'alma . . . Phoebe' Macrobius Sat. VI 5, 12 215 'iamque . . . concesserat' Servius Aen. X 1 218 Arusianus p. 247 L. Servius Aen. V 868 220—222 'quas . . . iusserat' Servius Aen. IX 117 222 'adnabant p.' Probi ars minor 836 (gramm. Vatic. A. Mai V 319) 223 Velius Longus 2231 P.

VARIA LECTIO.

210 hispida] I *post. in ras. R* 211 PRISTIN *Py, Nonii Leid. m.* 1 pistrim *Dorvill., 'multi' Heinsiani* ALVOS (O *corr. in* V) *P* ALUUS *Mybc* 212 femiferof *γ*1 caeruleos *Arusiani cod.* 213 T̄OT *M* lecti. *c* iuuenes *χ*, *Prisciani Par. P, ut* VIII 179 X 836 bis *Priscianus* DENIS (S *in ras. ut vid.*) *P* 214 *cf.* I 35 cāpſ *c* AERAE *M* 216 olimphum *b* 218 *cf.* VI 302 CLAVOM (O *corr. in* V) *P* CLAVVM *MRybc* gerit *Arusiani Gu.* 219 ADQVE *Rc* INSPIRATIO *R* 220 comytum *γ* nimphae *b* CYBERE *R* cibebe *b*1 cybele *cm* Cybebe *Servius* 221 NOMEN *P* Nomen *γ* nīphaſ *b* que e] QVE *R* nauibuſ (ui *m.* 2) *γ* 222 adnabant *testatur Probi ars minor* fluctoſ *b* 223 = IX 121 QVOT *P* QVOD *R, quam scripturam reprehendit Velius Longus* QUOD *M* ERATE *M* STESE-

adgnoscunt longe regem lustrantque choreis.
quarum quae fandi doctissima Cymodocea
pone sequens dextra puppim tenet ipsaque dorso
eminet ac laeva tacitis subremigat undis,
tum sic ignarum adloquitur: 'vigilasne, deum gens,
Aenea? vigila et velis inmitte rudentis.
nos sumus, Idaeae sacro de vertice pinus,
nunc pelagi nymphae, classis tua. perfidus ut nos
praecipitis ferro Rutulus flammaque premebat,
rupimus invitae tua vincula teque per aequor
quaerimus. hanc genetrix faciem miserata refecit
et dedit esse deas aevomque agitare sub undis.
at puer Ascanius muro fossisque tenetur
tela inter media atque ardentis Marte Latinos.

TESTIMONIA.

225 Probi inst. I 6, 3 226 "dextra p. t.' Priscianus 761 228 sq. 'vigilasne . . . vigila' Priscianus 730. 1068. 1118 Donatus ad Ter. hec. III 5, 8 Servius Aen. II 148 233 'rumpimus . . . vincula' Nonius 382, 17

VARIA LECTIO.

RANT *P* flerant *c* AT *P* PUPPIS' PRORAE *M*, *ut* III 135. 277 VI 901 VIII 497 naves *Oblongus, Velius* 224 Agnoſcunt *bc* choraeiſ *b* 225 nandi *Marklandus ad Statii silv.* II 2, 19 cymocca *γ* cymodocaea *c* 227 Iminet *b*1 Imminet *b*2 AT *M* 228 IGNAVVM *R* alloquitur *bc* 229 IMMITTE *MRc* inmittere *γ*1 RUDENTES *MP*2 230 NOS *M* SUMUS, *M* IDAEAE *R* IDEAE *Mb* 231 nymphe *γ* nimphae *b* fervidus *Schraderus conl.* IX 72 perfidus *Servius legit* 232 PRAECIPITES *Rc* PRECIPITES *M* rutuloſ *γ* flăma (flā *in ras.*) *b* 233 rumpimus '*aliquot*' *Pieriani, Servii et Nonii exempl.* 234 gen. trix *b*1 235 AEVOM *P*1 AEVVM *MP*2*Rybc* 236 — 261 *Veron. fol.* 265 236 Ad *γ* Et *V* (*an* set *volucrat?*) *puer — tenetur V* moro (moero?) *c* 237 *Nihil agnosci potuit in V* ADQVE *R* ARDENTIS *Py*1, *ut Schraderus coniecerat* arrentiſ *γ*2 orrentiſ *b* HORRENTIS *MR* horrenteſ *c*

iam loca iussa tenent forti permixtus Etrusco
Arcas eques: medias illis opponere turmas,
ne castris iungant, certast sententia Turno.
surge age et Aurora socios veniente vocari
primus in arma iube et clupeum cape, quem dedit ipse
invictum Ignipotens atque oras ambiit auro.
crastina lux, mea si non inrita dicta putaris,
ingentis Rutulae spectabit caedis acervos.'
dixerat, et dextra discedens inpulit altam
haut ignara modi puppim: fugit illa per undas
ocior et iaculo et ventos aequante sagitta.

TESTIMONIA.

238 sq. 'iam ... eques' Servius Aen. VIII 547 239 'Arcas e.' Probi inst. I 4, 13 241 cf. schol. Veron. 104, 20 K. 242 cf. schol. Veron. 104, 16 K. 243 'atque ... auro' Nonius 242, 9 244 sq. Donatus ad Ter. hec. III 1, 6 248 'et ventos a. s.' Arusianus p. 214 L.

VARIA LECTIO.

238 '*hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum est. nam intelligimus eum equites misisse per terram*' *Servius. cf.* VIII 547 TENENT *M et ut vid. V* TENET *PRybc* PERMIS*tus et*RVSCO *V* 239 ILLI^{S} *M* 240 NEc *P* Nec *γ* CERTAST *V* CERTAEST *MPRybc2* certaef *c1* 242 CLVPEVM *V* CLIPEVM *MPRb1c* clypeum *γb2* CARE (R *corr. in* P) *P* ipse] IGNI *V, quod interpretatur Haterianus apud schol. Veron.* ingens *cm*, '*aliquot antiqui*' *Pieriani, Mentel. alt. cum aliis* 243 ADQVE *R* aro *c corr. m. rec.* ora *c1* 244 CRA*stina* — *i*NRITA *V* lux] LVXSI *P* irrita *b* 245 Ingentef *c* *rutulae* — *acervos V* rutile *b* SPECTABIT *Rbc*, *probavit Bentleius ad Ter. hec.* III 1, 6 fpectabit (t *post. m.* 2) *γ* SPECTABIS *MP*, *testatur Donatus* 'crastina lux [*si ad Aeneam referas*, spectabis ... *si autem ad lucem*, spectabit *legas*. Crastina lux *suspendendum quidam..**] spectabit *est vera lectio ... nam male quidam* spectabis *legunt ... alii more antiquo* lux *pro* luce *accipiunt ... Longus ait: deest* venerit, *unde et ipse* spectabis *legit*' *Servius.* caedis] gentis *γ* (*teste Heinsio*) *χ* 246 DIX*erat* — *V* DIXERAT *M* dextra. *b* DISCENDENS *R* IMPVLIT *MRbc* altã (ã *in ras.*) *b* altum *c* 247 HAVD *MPVybc* *ignara* — *und*AS *V* 248 OCIO*r et iacul*O *V* VENT*os a*EQVANTE *V* uento. (*eras.* r, *ut vid.*) *γ*

inde aliae celerant cursus. stupet inscius ipse
Tros Anchisiades; animos tamen omine tollit.
tum breviter super aspectans convexa precatur:
'alma parens Idaea deum, cui Dindyma cordi
turrigeraeque urbis biiugique ad frena leones,
tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
augurium Phrygibusque adsis pede, diva, secundo.'
tantum effatus. et interea revoluta rubebat
matura iam luce dies noctemque fugarat:
principio sociis edicit, signa sequantur
atque animos aptent armis pugnaeque parent se.
iamque in conspectu Teucros habet et sua castra,
stans celsa in puppi. clipeum cum deinde sinistra
extulit ardentem, clamorem ad sidera tollunt
Dardanidae e muris, spes addita suscitat iras,
tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris

TESTIMONIA.

254 sq. Priscianus 657 'tu . . . augurium' Priscianus 799 261 'stans . . . puppi' Donati ars II 16, 5 263 'Dardanidae e m.' Probi inst. I 18, 12 264—266 Macrobius Sat. V 10, 1 264 sq. 'quales . . . tranant' Aldhelmus de re gramm. in A. Mai auct. class. V 592

VARIA LECTIO.

249 *aliae ce*LERANT *V* 250 *ani*MOS *V* nomine *γ1* 251 SVPER ASPECTANS *PV* SUPERASPECTANS *Mγ* SUPERAASPECTANS *Rbc* precator *γ* 252 IDEA *Pγ2c* icea *γ1* dyndima *γ* dindima *b1* dindimiti *c* 253 FERENA (F *in ras., fuit vel* I *vel* L *vel* T; E *quod seq. eras.*) *P* 256 *revo*LVTA *V* RVEBAT *P*: *cf.* 241 ru.ebat *γ* RVEBAT *Rbc* RUERAN *M* ruebat *explicare conatur Servius* 257 figarat (a *pr. in ras.*) *b* 258 SOciis — *V* educit *γ1* 259 AIQVE *R* *armis — se V* 260 IAM *M* 261 Stant *γ* *Alii levi distinctione coniungunt* clipeum . . . ardentem *cum antecedentibus et post* ardentem *fortiter interpungunt.* clypeum *γ* *deinde* sINISTRA *V* 263 e *om. R, suprascr. bc* spes . . . iaciunt *damnat Peerlkampus, sed ipsa tela cum clamore iacta gruum per aethera cum clangore volitantium imaginem poetae in mentem vocaverunt.* 264 QVAELES (E *pr. eras.*) *P*

Strymoniae dant signa grues atque aethera tranant
cum sonitu fugiuntque notos clamore secundo.
at Rutulo regi ducibusque ea mira videri
Ausoniis, donec versas ad litora puppes
respiciunt totumque adlabi classibus aequor.
ardet apex capiti cristisque a vertice flamma
funditur et vastos umbo vomit aureus ignis:
non secus ac liquida siquando nocte cometae
sanguinei lugubre rubent aut Sirius ardor,
ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris,
nascitur et laevo contristat lumine caelum.

Haut tamen audaci Turno fiducia cessit
litora praecipere et venientis pellere terra.

ultro animos tollit dictis atque increpat ultro

TESTIMONIA.

265 sq. 'atque ... sonitu' Servius Aen. X 356 265 'Strymoniae ... grues' Priscianus 716 267 sq. 'at ... Ausoniis' Diomedes 450 270—275 Macrobius Sat. V 10, 2 270 sq. Macrobius Sat. V 13, 35 'ardet ... funditur' Nonius 240, 21 'cristis ... funditur' Nonius 313, 8 273 'sanguinei l. r.' Pompeius 338 L. Servius Aen. XII 338 'lugubre' Sergius in Donat. 1851 P. 274 sq. 'ille ... nascitur' Servius ge. I 218 275 'et ... caelum' Servius Aen. IV 294 276 Servius Aen. X 270 'haut t. a.' Probi inst. I 10, 2

VARIA LECTIO.

265 Strimoniae *yb*1*c* ADQVE *R* 266 arctos *Peerlkampus* : *cf. Statius Theb.* V 11 *sqq.* 267 AD *R* DUCIB· *M* ea] F·A·MA *M* 268 Aufoniuf *c*1 littora *b*1 LITORE *M* littore *c*1 269 adlapi *γ* 270—275 *fortasse post illa* stans celsa in puppi *v.* 261 *aliquo modo inserere statuerat.* 270 Ardet (d *corr. ex* c) *γ* CAPITIS *R*, *Macrobii* V 10, 2 *Par.* I a] AC *PRγc*, *Macrobii exempl.* 271 et] ac *b* aure.f *γ* AEREUS *Mχ*, *Macrobii* V 13, 35 *exempl.* : *cf.* 884. 887 IGNES *P*2*γ*1*b* 272 a *c* LIQVIDAS *R* 273 Sanguinei (i *post. in ras.*) *c* sanguineae *χ*, *Pompeius* LVGVBRAE *P* lucubre *γ*1 ardor; Ille *Wagnerus* 274 fi.tim *b* 275 leuo *γ* 276 *cf.* IX 126 HAUD *Mbc* at non audaci *Servius Aen.* X 270 *ut* IX 126 277 *displicet Gruppio in Minoe p.* 203 Littore *c*1 uenientef *c* 278 = IX 127 *om. MPγm, non interpretatur Servius.* ADQVE *R*

'quod votis optastis, adest, perfringere dextra:
in manibus Mars ipse viris. nunc coniugis esto
quisque suae tectique memor, nunc magna referte
facta, patrum laudes. ultro occurramus ad undam,
dum trepidi egressisque labant vestigia prima.
audentis Fortuna iuvat,'
haec ait et secum versat, quos ducere contra
vel quibus obsessos possit concredere muros.

Interea Aeneas socios de puppibus altis
pontibus exponit. multi servare recursus
languentis pelagi et brevibus se credere saltu,
per remos alii. speculatus litora Tarchon,
qua vada non sperat nec fracta remurmurat unda,
sed mare inoffensum crescenti adlabitur aestu,
advertit subito proram sociosque precatur:
'nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;

TESTIMONIA.

280 'in . . . viris' Servius Aen. X 773 280 sq. 'coniugis . . memor' schol. Lucani VII 347 284 Macrobius Sat. VI, 1 62 Nonius 431, 9 442, 23 287 sq. 'socios . . . exponit' Nonius 299, 6 291 Servius ge. I 326

VARIA LECTIO.

279 OPTATIS *P* obtaſtif *γ* ADEST *P* perfingere *b* 280 VIRI *R* ſit eſto *c* 281 *Post* suae *et* memor *dist. P* TECTISQVEM *P* MEMOR· *P* MOR *R* REFERTE *P* referte *γ1* REFERTO *MRγ2bc* 'referto *autem pro* referat: *alii hic distinguunt, ut sit* referat modo unusquisque facta patrum et laudes . . . *alii distinguunt* nunc magna referto facta' *Servius.* 282 FACTA PATRUM LAUDES' *M, post* facta *et* laudes *interp. P* 283 Tum *b1* EGRESSIS *MP* EGRESSI *Rybc* gressus '*quidam*' *Pieriani* '*si* egressi, *figurate dictum est*' *Servius* 284 AVDENTES *M2P2ybc* 286 CONCREDERE *M* 288 MULTI·· *M* 289 Languentef *γ1* 290 SPICULATUS *M1* littora *c* 291 SPERAT *PRyb2c* : *cf.* 303 SPIRANT *M*, *Servius ge.* I 326 ſpira/// *b1* 'spirant . . . *legitur et* sperat, *quod et melius est*' *Servius* 292 AESTV *P* 293 ATVERTIT *Py* PRORA·S· SOCIOS *M* PRORASOCIOS *R* PRORAS SOCIOS *Pybcm* 294 NUNC *M* incumbe (e *corr. in* i) *γ*

tollite, ferte rates; inimicam findite rostris
hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina.
frangere nec tali puppim statione recuso
arrepta tellure semel.' quae talia postquam
effatus Tarchon, socii consurgere tonsis
spumantisque rates arvis inferre Latinis,
donec rostra tenent siccum et sedere carinae
omnes innocuae, sed non puppis tua, Tarchon.
namque inflicta vadi dorso dum pendet iniquo,
anceps sustentata diu, fluctusque fatigat,
solvitur atque viros mediis exponit in undis;
fragmina remorum quos et fluitantia trastra
impediunt, retrahitque pedem simul unda relabens.

Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer
totam aciem in Teucros et contra in litore sistit.
signa canunt. primus turmas invasit agrestis
Aeneas, omen pugnae, stravitque Latinos
occiso Therone, virum qui maximus ultro

TESTIMONIA.

296 'sulcum ... carina' Nonius 364, 27 301 sq. 'et ... innocuae' Nonius 444, 27 303 'dorso ... iniquo' Servius Aen. I 110 306 sq. 'fragmina ... impediunt' Arusianus p. 241 L. 308 Probi inst. I 7, 2 310 'signa c.' Priscianus 1263

VARIA LECTIO.

295 INIMICA' *M* 296 PRAEMAT *M* PRAEMAT *Rb*1 297 PUPPIM *Myb* puppif (f *in ras.*) *c* puppif *γ*2 PVPPES *PR* ſtatio *b* 299 tarcon *b* SOCIIS *M* 300 SPUMANTES *Mc* ratif *b*1 301 TENT *R* 302 INNOCUE *M* innocue *γ* innocuae *Nonius et Servius legerunt.* non (on *in ras.*) *b* 303 VADI *P* VADIS *MRybc* '*Probus* vadi dorso *pro* vado *dictum putat*' *Servius* 304 SVSTENTAT *P* ſuſtentat *γ*1 305 ADQVE *M*1*R* 306 FRACMINA *R* fluuitantia *c* TRASTRA *M* TRANSTRA *PRybc* 307 pedem *Menag. pr.*, *χ* PEDES *M* pedẽſ *b*2 PEDES *PRyb*1*cm* . 308 SIGNIS *P*1 309 littore *c* litora *γ* 310 agreſteſ *γ*1 agreſtiſ (reſtiſ *in ras.*) *b* 311 AENEAS *M* PUGNA *M* pugn. *c* 312 thaerone *c*

Aenean petit: huic gladio perque aerea suta,
per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.
inde Lichan ferit, exsectum iam matre perempta
et tibi, Phoebe, sacrum: casus evadere ferri
quo licuit parvo? nec longe Cissea durum
immanemque Gyan, sternentis agmina clava,
deiecit Leto: nihil illos Herculis arma
nec validae iuvere manus genitorque Melampus,
Alcidae comes usque gravis dum terra labores
praebuit. ecce Pharo, voces dum iactat inertis,
intorquens iaculum clamanti sistit in ore.
tu quoque, flaventem prima lanugine malas

TESTIMONIA.

314 Gellius II 6, 4 Nonius 319, 25. 404, 14 'per . . . auro' Macrobius Sat. VI 7, 6 Nonius 452, 27 Servius Aen. II 277 'latus h. a.' Isidorus orig. I 20, 2 XVIII 33 schol. Lucani X 387 Hor. epod. V 31 Servius Aen. I 738 II 600 V 137 ge. III 105 322 'ecce . . . inertis' Nonius 328, 6 'voces . . . inanes' Servius Aen. I 102 324 Probi inst. I 17, 3 Servius Aen. X 390

VARIA LECTIO.

313 Aenean *γ* Aeneam *c* futa *γ* 314 tonicam *c* SQVALENTEM *R* haurit] AURIT *M* 315 lican *b* licham *c* FERRIT *Pγ1* EXECTUM *M* exeptum *c* &fectum, *i. e.* ecfectum *Oblongus* 316 AT *P* phoebo *γ* 317 quo, *i. c.* quorsum *Marklandus ad Statii silv.* I 2, 88 : *cf. Servii verba 'et respexit ad illud, quod ferrum nunc iuvenis vitare non potuit, quod parvus evasit.'* Quo *γ* QVOD *P* QUOI *Mb* Quod, *in mg. m. 2* ‡ Cui *c* CVI *R* 'quod (quo?) licuit parvo: *legitur et* cui licuit' *Servius* ceffea *c1* 318 Inmanem *bc* GIAN *M1* fternentef *c* AGMINE (E *m. rec. corr. in* A) *M* 319 telo *Schraderus conl.* XI 665 erculif *b* 320 UALIDE *M* ualide *γ* melampuf *b* 321 Alcide *γ* CUM *M* 322 PRAEBVIT *R* PHARO *Mγ* PHARON *P* Paro *Nonii exempl.* 'Pharon . . . *legitur et* Pharo . . . *ut sit dativus ab eo quod est* Pharus' *Servius* iectat *c* inhertif *b* INERTES *Mγ2* inanes *Servius Aen.* I 102, *sed* inertes *hic.* 323 CLAMANTIS *MPyc1* : *cf.* 347 clamanti *testatur Servius* 324 TU *M* QVE *R* FAVENTEM *R* LANGVINE *P* languine, *ut vid., γ1* langi . . ne *γ2*

dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
qui iuvenum tibi semper erant, miserande iaceres,
ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci
progenies, septem numero: septenaque tela
coniciunt, partim galea clipeoque resultant
inrita, deflexit partim stringentia corpus
alma Venus. fidum Aeneas adfatur Achaten:
'suggere tela mihi: non ullum dextera frustra
torserit in Rutulos, steterunt quae in corpore Graium
Iliacis campis.' tum magnam corripit hastam
et iacit: illa volans clipei transverberat aera
Maeonis et thoraca simul cum pectore rumpit.

TESTIMONIA.

326 'Dardania s. d.' Asper 112, 5 K. 326 sq. 'securus . . . erant' Servius Aen. I 350 330 sq. Iulius Rufinianus p. 240 R. 331 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 334 333—335 'suggere . . . campis' Isidorus orig. II 30, 7 333 'suggere t. m.' Probi ars minor 822 (gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 317)

VARIA LECTIO.

325 clytium (y *m.* 2) *γ* clitium *c* diciũ *b* Clytius IX 774 *inter Troianos trucidatos refertur.* cidon *b*1 327 iunũ *b* ERAT *M* miserandeſ *c* LACERES *M*1 328 PHORCIII *PR* phorci (i *m.* 2 *in ras.*) *γ* 329 NUMERO·S *M* 330 conſiliunt *Iulii Rufiniani exempl.* PARTEM *M*1*R* clypeo *γ* 331 DEFIXIT (I *pr. corr. in* L) *P* STRIDENTIA *M* stringentia *Servius legit* 332 affatur *b* adfatuſ *γ*1 333 suffice *schol. Barthii ad Stat. Theb.* VII 593 DEXTRA *M* 334 sparserit *schol. Barthii l. l.* STETERINT *M* ſteterant *c* ſteterant *γ*2*m*, *Isidori Gud. a* QUAE *M* QVE *Rym* q: *b* '*ordo est:* suggere tela mihi, quae in campis Iliacis in Graecorum stetere corporibus. . . . *qui vero* steteruntque . . *per coniunctionem, non per pronomen legunt, hi neque sic haud* (*non* que, *set* autem?) *debuisse dici putant et mutatam a poeta coniunctionem. alii* que *coniunctionem pro* enim *ponunt' Servius.* gra. iũ *b* 335 magnum *γ*1 336 CLIPEI·· *M* clypei *γ* tranſuerberat aera (ſuerber *m.* 2 *in ras.*, at aera *add. m. eadem*) *b* 337 MAEONIIS *M* HORACA *M* thoraca (thora *in ras.*) *b* thoracha *c* RVMPIT *P* RVPIT *R*

huic frater subit Alcanor fratremque ruentem
sustentat dextra: traiecto missa lacerto
protinus hasta fugit servatque cruenta tenorem,
dexteraque ex umero nervis moribunda pependit.
tum Numitor iaculo fratris de corpore rapto
Aenean petiit; sed non et figere contra
est licitum, magnique femur perstrinxit Achatae.
hic Curibus fidens primaevo corpore Clausus
advenit et rigida Dryopem ferit eminus hasta
sub mentum graviter pressa pariterque loquentis
vocem animamque rapit traiecto gutture; at ille
fronte ferit terram et crassum vomit ore cruorem.
tres quoque Threicios Boreae de gente suprema
et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit,
per varios sternit casus. accurrit Halaesus

TESTIMONIA.

338 sq. 'fratrem ... dextra' Servius Aen. X 304 340 schol. Lucani III 467 350 sq. Gellius XIII 21, 11

VARIA LECTIO.

339 TRA *M* traiecto] '*quae fuerit missa* retroacto lacerto' *Servius, qui fieri posse ut legerit* reiecto (*an* at reiecto?, *nisi forte de Lucretiana forma* redducto *cogitare malis*) *monet Peerlkampus conl.* X 552. XI 605, adducto nova *ipse coniciens.* LACERTOS *M* 341 Dextra *c* humero *bc* humoro (o *post. corr., ut vid., ex* e) *γ* 342 TUM *M* 343 Aeneã *c* PETIT *MPRγ* petit (t *post. in ras.*) *b* EFFIGERE *R*1*c*, (f *pr. in ras.*) *b* 344 acatae *γ* 345 CVRRIBVS *Rγ*1 FIDENS *M* primeuo *γ* LAURUS *M* LAVSVS *PRγb*, (u *pr. in ras.*) *c* : *cf.* VII 707 'hic Curibus .. *et est ordo:* tunc fidens primaevo corpore advenit Clausus (lausus *Regin.*) Curibus ... *aut* fidens Curibus' *Servius* (*ad* VII 707 clausus *in Par. et Regin.*) 346 driopem *b*1 347 MENTV *P* 348 traiecto (cto *in ras.*) *b* GVTTVRE *in ras. R* guttu//e *b*1 349 FERIT *MR* fe.rit *b* .fe.rit *γ*2 PREMIT *Pγ*1 uomit (mit *in ras.*) *b* 350 TRES *Pγ*1*b*, *Gellius scriptum invenit.* TRIS *MRc* THREICIVS *P*1 threiceof *b*1 trehiciof *c* fu.praema *b* fubprema *c* 351 TRIs *P* tris *testatur Gellius* IZMARA *M* 352 ADCVRRIT *R* occurrit *bc*2 HALESUS *Myc*, (h *m.* 2 *add.*) *b*

Auruncaeque manus, subit et Neptunia proles,
insignis Messapus equis. expellere tendunt
nunc hi, nunc illi; certatur limine in ipso
Ausoniae. magno discordes aethere venti
proelia ceu tollunt animis et viribus aequis
(non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit;
anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra):
haut aliter Troianae acies aciesque Latinae
concurrunt; haeret pede pes densusque viro vir.

At parte ex alia, qua saxa rotantia late
inpulerat torrens arbustaque diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestris
ut vidit Pallas Latio dare terga sequaci
(aspera quis natura loci dimittere quando
suasit equos), unum quod rebus restat egenis,
nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:

TESTIMONIA.

355 'certatur . . . ipso' Diomedes 393 359 'anceps p. d.' Nonius 245, 9 Probi inst. I 9, 10 'stant o. o. c.' Arusianus p. 250 L. 360 sq. Macrobius Sat. V 13, 27 361 'haeret . . . vir' Macrobius Sat. VI 3, 5 schol. Hor. carm. II 13, 32 Servius Aen. VI 727 schol. Veron. 81, 12 K. 'haeret p. p.' Claudius Sacerdos I 82 Servius Aen. I 120 X 653. 845 ge. II 327 365 'Latio d. t. s.' Servius Aen. II 193 366 sq. 'aspera . . . equos' Priscianus 1018. 1058 P. 368 'virtutem a. a.' appendix ad Probi art. min. 27 p. 441 Endl.

VARIA LECTIO.

353 neptu.nia *b* 354 menſapuſ (n *eras.*) *γ* 355 CERTANTUR (N *eras.*) *M* limino *γ*1 356 AUSONIO *M* Auſonio *γ* DISCORDIS *Pγ*1 aequore *Burmannus* aethere *Servius legit* 357 TOLVNT *P* 358 CEDVINT *M* 359 STAT *M* obnoxia *Rottend. sec.* obnixi *Arusiani cod.* 'obnixa . . . *legitur et* obnixi' *Servius* 360 HAUD *MPb* Aud *c* 361 occurrunt *m* 362 AD *R* PARTEM *P* RORTANTIA (RO *eras.*) *M* 363 IMPULERAT *M* INTVLERAT *Rbc* Intullerat (l *pr. eras.*) *γ* 364 Archadaſ *b*1 PEDESTRES *Mc* 365 fecaci *c*1 366 QVOS *Pγ*1 DEMITTERE *R, Prisciani* 1058 *Bongars. Lugd.* 368 — NUNC PRAECE *M* praece *b*

'quo fugitis, socii? per vos et fortia facta,
per ducis Euandri nomen devictaque bella
spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi,
fidite ne pedibus. ferro rumpenda per hostis
est via. qua globus ille virum densissimus urget,
hac vos et Pallanta ducem patria alta reposcit.
numina nulla premunt, mortali urgemur ab hoste
mortales, totidem nobis animaeque manusque.
ecce, maris magna claudit nos obice pontus,
dest iam terra fugae: pelagus Troiamne petemus?'
haec ait et medius densos prorumpit in hostis.
obvius huic primum, fatis adductus iniquis,
fit Lagus. hunc, magno vellit dum pondere saxum,
intorto figit telo, discrimina costis
per medium qua spina dabat, hastamque receptat

TESTIMONIA.

369 'quo f. s.' Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 39 370 'ducis E.' Isidorus orig. IX 3, 22 371 Nonius 239, 7 375 sq. 'numina ... mortales' Diomedes 432 377 Nonius 205, 15 Servius Aen. VIII 227 383 sq. 'hastam ... haerentem' Macrobius diff. 21, 8 Incertus de verbo 41 p. 173 Endl. Servius Aen. IX 348

VARIA LECTIO.

369 Quof γ1 et] ego *Peerlkampus : cf. Wagnerus ad ecl.* IV 6 371 EMVLA *P* LAVDE *M* 373 QVO *R* VRGVET *Rbc*1 374 PALLENTEM (E *et* EM *eras.*) *M* DUCUM (U *eras.*) *M* 375 Nomina *y* URGEMUR *M* urg.emur *b* VRGVEMVR *PRyc* hoste *yb* 377 magni χ *'modo usus habet, ut* hic obex *dicamus: unde quidam* magno obice *legunt. antiqui etiam* haec obex *dicebant, secundum quod est* magna obice. *hinc est quia nonnulli vitant generis dubietatem et legunt* magni, *scilicet maris' Servius* 378 DEEST *P* DEEST *MRybc* ETIAM *P* TROIANE *Py* Lernamne *vel* pelago *omisso* Pallanteumne *Schraderus* 'Troiam, *i. e. castra Troianorum' Servius* PETEMUS *M* PETAMVS *Ry*1 379 hoftef *b* 380 obvius huic] SH *in ras. R* HVI *in ras. P* 381 VELLITMAGNO *Rybcm* VELLITMAGNV *P* pondere] D *fort. in ras. P* SAXV~ (V *corr. ex* O *vel vice versa, deinde seq. ras.*) *P* 383 DABAT *MPy*1*b*1 DEDIT *Ry*2 *et in mg., b*2*cm*

ossibus haerentem. quem non super occupat Hisbo,
ille quidem hoc sperans: nam Pallas ante ruentem,
dum furit, incautum crudeli morte sodalis
excipit atque ensem tumido in pulmone recondit.
hinc Sthenium petit et Rhoeti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare novercae.
vos etiam, gemini, Rutulis cecidistis in agris,
Daucia, Laride Thymberque, simillima proles,
indiscreta suis gratusque parentibus error;
at nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis;
te decisa suum, Laride, dextera quaerit
semianimesque micant digiti ferrumque retractant.

TESTIMONIA.

389 sq. cf. Iuvenalis VII 234 'Anchemolus' Probi inst. II 1, 22 'thalamos ... novercae' Aldhelmus de re gramm. in A. Mai auct. class. V 590 390 'vos etiam g.' Servius Aen. XI 373 391 Priscianus 738 Asper 113, 2 K. 392 'gratusque p. e.' Nonius 204, 10 394 Charisius 249 Diomedes 437 Priscianus 738 Servius de ult. syll. 1802 P. Maximus Victorinus de fin. 5 p. 457 Endl. Pompeius 452 L. Probi inst. I 18, 13 Asper 113, 2 K. Servius Aen. III 464 'Thymbre' Isidorus orig. I 34, 6 'nam ... Euandrius' Marcianus Capella III 278 'nam ... caput' Probi inst. I 6, 1 Pompeius 50 L. 'Euandrius ensis' Diomedes p. 310 P. 395 Macrobius Sat. IV 3, 8 396 Nonius 348, 2 'semianimesque m. d.' schol. Lucani III 599

VARIA LECTIO.

384 herentem *b* OCCUBAT *M* HISBO *M* iſbo *c*1 HISBON *PRγb* iſbon *c*2 385 SPERANS *M* 386 Cum *b*1 furit incautum *coniungit Heinsius* 387 ADQVE *R* 388 STHENIUM *MP* STHENLVM *R* ſtenium *γ* ſtenium (niu *m.* 2 *in ras. duarum litt.*) *c* ſthenum *Servii Par.* (*in Regin. deest schol.*) ſtelenum *b* sthenelum *χ* : *cf.* XII 341 roeti *c* RHOECI *Pγ*1 UESTUSTA *M* 389 ANCHE··:MOLUM (*eras.* SM *vel* EM) *M Nonne* Anchimolum *scribendum erat?* archemori *Iuvenalis libri* archemorus *Probi cod.* talamoſ *c* 390 UOS *M* AGRIS *P* agrif, aſ aruiſ *γ* : *cf.* 404 ARVIS *MRbc* 391 laride *γ* thimber *b*1 392 SVI *P* suis *Servius confirmat* gratiſ *c* 393 AD *Rc*1 At (t *in ras*) *b* 394 THYMBRAE *M* timbre *b*1 ENSES *Mγ*1 395 TE CISA *M* LARIDAE *R* ladire *c*1

Arcadas accensos monitu et praeclara tuentis
facta viri mixtus dolor et pudor armat in hostis.
tum Pallas binigis fugientem Rhoetea praeter
traicit. hoc spatium tantumque morae fuit Ilo;
Ilo namque procul validam derexerat hastam,
quam medius Rhoeteus intercipit, optime Teuthra,
te fugiens fratremque Tyren, curruque volutus
caedit semianimis Rutulorum calcibus arva.
ac velut optato ventis aestate cohortis
dispersa inmittit silvis incendia pastor
(correptis subito mediis extenditur una
horrida per latos acies Volcania campos;
ille sedens victor flammas despectat ovantis):
non aliter socium virtus coit omnis in unum
teque iuvat, Palla. set bellis acer Halaesus
tendit in adversos seque in sua colligit arma.
hic mactat Ladona Pheretaque Demodocumque,

TESTIMONIA.

397 'Arcadas a. m.' Probi inst. I 5, 1 Servius ecl. VIII 56 399 sq. 'tum . . . traicit' Aldhelmus de re gramm. in A. Mai auct. class. V 592 401 'Ilo n. p.' Servius Aen. X 520 405 'ac . . . ventis' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 1 407 'correptis s. m.' Probi inst. I 5, 3 411 Priscianus 758

VARIA LECTIO.

397 Archadef *bc* 398 FVROR *R* pudor *Servius legit* HOSTES *M2P2γ1* 399 rethea *bc* 400 TRAIICIT *M* Trai.cit (*eras.* i) *c* MORA *M* more *γ* ILLO *P* 401 ILI (I *post. eras.*) *M* Illo *γ* DEREXERAT *M1R* DIREXERAT *M2Pγbc* 402 ROETHEUS *Mc* roeteuf *γ* intercepit *γ1* OPTIMAE *M* TEUTRA *Mc2*, (eutra *in ras.*) *b* teucru. *c1* 403 TYRIN *Rb2* tyrem *c* curſu *γ2* 404 'semanimis: *potest et* semianimis *ab eo quod est* semianimus *legi*' *Servius* 405 obtato *γ* co.ortif *c2* ///coortif (co *in ras.*) *b* 406 IMMITIT *R* 408 latuf *γ1* UULCANIA *MP2γc* 409 OUANTES *M* 410 co.it *b* 411 PALLA-S *P* palla. *c1* pallaf *bc2* Palla *testatur Priscianus* SED *PRγbc* HALAESVS *Rγ* halefuf *c* HALAESVS *P* ALAESUS *M* alesus *Prisciani ω* 413 FERETA *Rb* PHERETA *M* DEDOMOCUM (DO

Strymonio dextram fulgenti deripit ense
elatam in iugulum, saxo ferit ora Thoantis
ossaque dispersit cerebro permixta cruento.
fata cavens silvis genitor celarat Halaesum:
ut senior leto canentia lumina solvit,
iniecere manum parcae telisque sacrarunt
Euandri. quem sic Pallas petit ante precatus:
'da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro,
fortunam atque viam duri per pectus Halaesi.
haec arma exuviasque viri tua quercus habebit.'
audiit illa deus: dum texit Imaona Halaesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
at non caede viri tanta perterrita Lausus,
pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem

TESTIMONIA.

417 'silvis . . . Halaesum' Arusianus p. 219 L. 418 'senior . . . solvit' Macrobius Sat. VI 6, 5 419 sq. 'iniecere . . . Euandri' Macrobius Sat. III 7, 3 419 'iniecere m. p.' Servius Aen. XII 517 421 Priscianus 758 Iulius Rufinianus p. 216 R. 'da . . . pater' Probi inst. I 7, 1

VARIA LECTIO.

inf. eras.) *M* demodocumque (e *pr. m.* 2 *corr. in* o, cumque *m.* 2 *in ras.*) *c* 414 Strimonio *b*1 ENSE·M *M* 415 ferrit *γ*1 THONTIS *R* 416 CEREBRO *P* 417 cavens *Hamb. pr.*, *'nonnulli' Pieriani* CANENS *MRbc* CANENT *P* canenſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* 'canens . . *alii* cavens *legunt' Servius* CELERAT *M* CELERAT *P* caelerat *γ*1 haleſum *γc* Alesum *Arusiani Ambr.* Alesim *Arusiani Gud.* 418 CANENTI *R* 421 THYBRE *R*, *item P, ut vid., sed corr.* E *in* I. tibri *b* Tymbre *Probi inst. cod.* Thybri *testantur Priscianus et Servius* miſile *bc* 422 ADQVE *R* DVRE *R* diri *Mentel. pr.* 'duri: *aut fortis aut asperi et crudelis in hostes' Servius* haleſi *γc* 423 QUAECUS *M* HABEBAT *M* 424 AVDIT *R* HIMAEONIA *R* HYMEONA *M* inmaona *c*1 . imaona *c*2 haleſuſ *γc* 425 ARCANIO *R* TELVM *R* 426 ¯AT *M* Ad *c*1 cede *γ* 427 PELLI *M* pronuſ *c*1 primus *Servius confirmat* ABANTV¯ *R*

oppositum interemit, pugnae nodumque moramque.
sternitur Arcadiae proles, sternuntur Etrusci
et vos, o Grais inperdita corpora, Teucri.
agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis.
extremi addensent acies nec turba moveri
tela manusque sinit. hinc Pallas instat et urget,
hinc contra Lausus, nec multum discrepat aetas:
egregii forma, set quis Fortuna negarat
in patriam reditus. ipsos concurrere passus
haut tamen inter se magni regnator Olympi:
mox illos sua fata manent maiore sub hoste.

Interea soror alma monet succedere Lauso
Turnum, qui volucri curru medium secat agmen.
ut vidit socios, 'tempus desistere pugnae;
solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas

TESTIMONIA.

432 'extremi a. a.' Priscianus 837. 866 436 sq. 'ipsos . . . Olympi' Arusianus p. 218 L. 439 sq. 'interea . . . Turnum' Nonius 403, 15

VARIA LECTIO.

428 interimit (i *sec. in ras.*) *b* interimit *c* NODVMQV *E* *P* moramque nodumque *m* '*quidam dubium volunt, utrum* pugnae oppositum *an* nodum pugnae, *quod est melius*' *Servius* 429 archadiae *b* 430 GRAIIS *PRc*1 431 CONCORRVNT *R* VIRIBVSAEQVIS *P* 432 postremi *Priscianus* 837 addensent *Menag. pr., Mentel. alt., testantur Priscianus et Servius* ADDENSENT *A* *P* ADDENSANT *MRybc* Turba *moveri P* mouere *b*1 433 Hinc — *P* pallas *n* *γ* URGET *Mb*2 urgæ *a* *γ* VRGVET *Rb*1 434 — HINC *M* LAV*sus* — *P* 435 FOR*ma* — *P* forme *a* *γ* SED *PRybc* 436 PAT*riam* — *P* 437 H*aut* — *P* haud *γ*2*bc* magni] summi *Arusianus ut* VII 558 olimpi *b* 438 *sq. ultimi paginae versus rescissi in P* 438 illo *f* *γ*2 illa *γ*1 ofte *h* *γ* 439 alma. *γ* fuccure *r te* *c* succurrere *χ*, *Servius Danielis* (*sed* succedere *Par.: deest schol. in Regin.*) succedere *testatur Nonius* 440 AGME˜ *M* 441 uidi *t* *c* PVGNA *Rc* : *cf.* IX 789 442 ˜SOLUS *M* ferror *γ*1

debetur; cuperem ipse parens spectator adesset,'
haec ait, et socii cesserunt aequore iusso.
at Rutulum abscessu iuvenis tum iussa superba
miratus stupet in Turno corpusque per ingens
lumina volvit obitque truci procul omnia visu
talibus et dictis it contra dicta tyranni:
'aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis
aut leto insigni: sorti pater aecus utriquest.
tolle minas.' fatus medium procedit in aequor:
frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.
desiluit Turnus biiugis, pedes apparat ire
comminus; utque leo, specula cum vidit ab alta
stare procul campis meditantem in proelia taurum,
advolat: haut alia est Turni venientis imago.
hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,

TESTIMONIA.

444 Macrobius Sat. VI 6, 3 445 sq. 'at ... miratur' Servius Aen. XI 15 445 Priscianus 743 449 sq. 'aut ... insigni' Macrobius Sat. VI 1, 56 452 schol. Lucani VIII 68 'coit ... sanguis' schol. Lucani VII 339 453 'desiluit T. b.' Arusianus p. 223 L. Diomedes 371 'desiluit T.' Consentius 2073 454 sq. 'utque ... taurum' Nonius 434, 18 457 Arusianus p. 221 L.

VARIA LECTIO.

444 iussu *et* iussi *fuerunt qui scriberent:* iusso *testantur Servius et Macrobius.* '*adeo ut huic loco corrupto Probus alogum* (ad longam *Regin.: in Par. deest scholion.* '*alogus nota, quae ad mendas adhibetur*' *Isidorus orig.* I 20) *apposuerit*' *Servius* 445 AD *R* abceffo *c* tam *χ* 446 MIRATVR *Rylc, Servii Aen.* XI 15 *exempl.* torno *γ* 448 IiT *P* .it *γ* tiranni *b* 449 LAUDABUR *M*1 450 AT *P* infignif *b* forti (f *in ras.*) *b* AEQVVS *MPRyc* equus *b* UTRIQ· EST *Mb* VTRIQVE EST *Pyc* VTRISQVE EST *R* 453 DESTILVIT *P* Diffiluit *cm* APPARET *P* 454 COMminus *utque P* Cumminuf *c* ATQ· (A *eras.*) *M* 455 *stare procul campi*S *P* in *om. Pybc, Nonii Wolf., legit Silius* XVII 439 456 *advolat* — *ve*NIENTIS *P* Atuolat *γc* haud *ybc* alia ef *ut vid. γ*1 457 *hunc* — *c*REDIDIT *P* IIVC *R* FORAE *M, om. Arusiani cod.*

ire prior Pallas, siqua fors adiuvet ausum
viribus inparibus, magnumque ita ad aethera fatur:
'per patris hospitium et mensas, quas advena adisti,
te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis.
cernat semineci sibi me rapere arma cruenta
victoremque ferant morientia lumina Turni.'
audiit Alcides iuvenem magnumque sub imo
corde premit gemitum lacrimasque effundit inanis.
tum genitor natum dictis adfatur amicis:
'stat sua cuique dies, breve et inreparabile tempus
omnibus est vitae: set famam extendere factis,
hoc virtutis opus. Troiae sub moenibus altis
tot gnati cecidere deum; quin occidit una
Sarpedon, mea progenies. etiam sua Turnum
fata vocant, metasque dati pervenit ad aevi.'
sic ait atque oculos Rutulorum reicit arvis.

TESTIMONIA.

464 'audiit A. i.' Servius Aen. X 424 467 'stat ... dies' Macrobius Sat. I 16, 43. V 16, 7 Nonius 391, 32 schol. Hor. carm. I 3, 17 Servius Aen. IV 696. 697 467 sq. 'stat ... vitae' Macrobius Sat. V 16, 4 'breve ... vitae' schol. Iuven. IX 126 470 sq. 'quin ... progenies' Claudius Sacerdos I 164 Priscianus 1031 schol. Hor. carm. I 24, 9 'quin ... Sarpedon' Claudius Sacerdos I 184 472 'metas ... aevi' Servius Aen. X 625 473 'atque ... arvis' Servius Aen. I 226. II 690

VARIA LECTIO.

458 *ire — aus*VM *P* fica *c*1 ADIIVVET *R* ADIUUAT *M*[E] aufum (au *m.* 2) *γ* 459 *viribus — aethera P* imparibuf *c* itad[a] *γ* hethera *b* 460 *per — adis*TI *P* HOSPITIV[MET] *R* ofpicium *γc* 461 *sq. infimae pag. rescissi, reliqua usque ad v.* 509 *desunt in P* 461 ALCIDAE *M*[A] 462 CERANT *M* cernant *χ* femineı[c] *γ* raper[e] *γ* cruento *c*1 463 ferant/////////morientia *c* 464 AVMT *R* AALCIDES *R* 465 effudit *γc* INA·NNIS (N *alt. eras.*) *M* inane[f] *γc* 466 affatur *b* 468 SED *Rybc* FATIS[C] *M* 470 To[t] *γ* nati *γ* 471 'et iam ... *multi* etiam (en iam *coni. Heynius*) *legunt*, *ut* sū ecce' *Servius* 472 ad *suprascr. γ* 473 ADQVE *R*

at Pallas magnis emittit viribus hastam
vaginaque cava fulgentem deripit ensem.
illa volans umeri surgunt qua tegmina summa
incidit atque viam clipei molita per oras
tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
hic Turnus ferro praefixum robur acuto
in Pallanta diu librans iacit atque ita fatur:
'aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.'
dixerat; at clipeum, tot ferri terga, tot aeris,
quem pellis totiens obeat circumdata tauri,
vibranti cuspis medium transverberat ictu
loricaeque moras et pectus perforat ingens.
ille rapit calidum frustra de corpore telum:
una eademque via sanguis animusque secuntur.
corruit in volnus (sonitum super arma dedere)
et terram hostilem moriens petit ore cruento.

TESTIMONIA.

478 Servius Aen. IX 576 'magno . . . Turni' Servius Aen. VIII 63 481 Charisius 249 Diomedes 436 P. 'aspice n. m.' Probi inst. I 18, 7 487 Servius Aen. X 908 488 Macrobius Sat. VI 1, 24

VARIA LECTIO.

474 AD *Rb*l 475 *cf.* 896 IV 579 *Otiosum hunc versum esse iudicat Peerlkampus: 'ne iacto telo inermis esset' Servius adnotavit.* DIRIPIT *My2bcm* 476 humeris χ PRIMA *R* prima, *in mg. m.* 2 ·A·· fūma *b* summi *m* 477 ADQVE *R* clı.pei *b* CLIPEIEST *M* mollita *b*l*c*l 478 ſtrinx̄ *γ* 480 LIBRAS *M* ADQVE *R* 481 ASPICE· SUT *M* mage (e *m.* 2) *γ* MAGI *R*, *legerunt Charisius et Consentius.* mage *Charisius*, *Probus*, *Servius* num magi nostrum *Charisii cod.* nunc mage nostrum sit *Diomedis libri* 'num mage sit: *legitur et* nunc magis est' *Servius.* 482 AD *Rbc*l clypeum *c* 483 QUEM *My*, *probavit Marklandus ad Statii silv.* I 1, 40 quom '*nonnulli*' *Pieriani* CVM *Rbc* 484 CUSPIS MEDIUM *Mcm* MEDIVM CVSPIS *Ryb* 485 Lorici *b*l PERFORAT· INGENS *M* 'perforat: *hic subdistinguendum, ut* ingens . . *ad superiora possit referri*' *Servius, quem refellit Marklandus l. l.* 486 de corpore, at de uolnere *γ* : *cf.* 744 DE UULNERE *Mc* de pectore, *in mg. m.* 2 ·A·T de uulnere *b* 488 UULNUS *MRybc* dederunt *Macrobii ω*

quem Turnus super adsistens
'Arcades, haec' inquit 'memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.
quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,
largior. haut illi stabunt Aeneia parvo
hospitia.' et laevo pressit pede talia fatus
exanimem, rapiens inmania pondera baltei
inpressumque nefas: una sub nocte iugali
caesa manus iuvenum foede thalamique cruenti,
quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro;
quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus.
nescia mens hominum fati sortisque futurae
et servare modum, rebus sublata secundis!
Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
intactum Pallanta et cum spolia ista diemque
oderit. at socii multo gemitu lacrimisque

TESTIMONIA.

491 'Arcades h. i.' Probi inst. I 5, 1 492 'qualem ... remitto' Nonius 344, 19 493 'quisquis h. t.' Sergii fragm. 9 p. 198 Endl. Sergius in Donat. 7 p. 479 Endl. Maximus Vict. de fin. 5 p. 457 Endl. Donatus de ult. syll. 1802 Cledonius 1884 P. Marcianus Capella III 278 Pompeius 33. 47 L. Servius Aen. VI 333 495—497 'laevo ... nefas' Asper 113, 4 K. 497 'una ... iuvenum' schol. Hor. carm. II 14, 19 500 Asper 113, 18 501 Nonius 223, 8 Arusianus p. 248 L. 502 Nonius 389, 23 503 sq. Servius Aen. II 104

VARIA LECTIO.

490 ADSISTENS SIC ORE PROFATVR *R* 491 Archadef *b* haec *suprascr. b* inquid *γ* REFERTE || EUANDRO· *M* 'referte Euandro: *potest et hic distingui: potest et supra referri, ut sit* Euandro remitto qualem meruit filium' *Servius.* 493 Quifquif (Quif *pr. m.* 2), at quifquif (*m.* 1 *fort.* Siquif) *γ* quicquid *bc* humandi ẽ *b* humadi eſt *γ* 494 AUT *M* aut *b*1 aud *b*2 haud *γc* 495 prefit *γ* 496 RARPIENS *M* IMMANIA *Ryb* BALTAEI *M* 498 PIIOEDE *M* fed. *b*1 499 CLONIVS *R* cloⁿuf *γ* CLŌN *Servii Regin.* (clonus *Par.*) evrytideſ (v *m.* 2 *in ras.*) *γ* eirytideſ *b*1 euritideſ *c* EVRITID *Servii Regin.* eurtydes *eiusdem Par.* CELAVERAT *MRγ* 500 ouat. (t *m.* 2) *γ* 502 fublate *γ*1 504 IPSA *M* 505 *in mg. add. γ*

inpositum scuto referunt Pallanta frequentes.
o dolor atque decus magnum rediture parenti!.
haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert,
cum tamen ingentis Rutulorum linquis acervos.

Nec iam fama mali tanti, set certior auctor
advolat Aeneae, tenui discrimine leti
esse suos, versis tempus succurrere Teucris.
proxima quaeque metit gladio latumque per agmen
ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbum
caede nova quaerens. Pallas, Euander, in ipsis
omnia sunt oculis, mensae, quas advena primas
tunc adiit, dextraeque datae. Sulmone creatos
quattuor hic iuvenes, totidem, quos educat Ufens,
viventis rapit, inferias quos immolet umbris

TIMONIA.

506 Servius Aen. X 841 507 Priscianus 1024 'o . . . decus' Sacerdos I 81 508 Servius Aen. XI 141 513—515 'pro- . . . quaerens' Nonius 240, 23 513 'proxima . . . gladio' schol. carm. IV 14, 31 514 sq. 'te . . . quaerens' Nonius 391, 4 Donatus Ter. adelph. III 2, 15 515 sq. 'Pallas . . . oculis' Priscianus 692. P. Asper 113, 1 K. 515 'Pallas . . . ipsis' Probus de nom. 56 223 Endl. Servius Aen. VIII 185. XI 55 517—519 'Sulmone . . . ibris' Macrobius Sat. V 2, 15 518 Eutychius II 2. 18

RIA LECTIO.

506 IMPOSITVM *R* clipeo *Servii Aen.* X 841 *Regin.* (scuto *Par.*) 507 '*duos hos* ('*hos duos*' *Regin.*: *an* '*duos*' *omittendum?*) *versus trique a poeta dictos volunt. alii a sociis, qui reportant cadaver*' *rvius* ADQVE *R* REDDITURE *M* PARENTIS *R* 508 AVFER 509—531 *manu aliena scripti in P* 509 tandem *m* ingenti *γ* aceruuſ *γ*1 510 TAM *R* SED *PRybc* cercior *γ* 511 AENAE *post. in ras.*) *P* LAETI *M* loeti *b* 512 VERSIS TEMPVS *P* uerſiſ npuſ *γ* TEMPUS UERSIS *MRbc* ſuccurre *b* SVCCEDERE *R ut* 439 Teucris] VC *in ras. P* 513 ferit *m* 514 limitē (ite *in ras.*) *b* pallaſ *γ* 516 ADVEN *P* primiſ *c* primuſ *b*1*m* PRIMV *R* ADIT *R* ADIT *M* ad *c* DEXTRE *Ry* quae *γ* 518 QVATTOR edicat *γ* 519 Viuenteſ *b* INFERIAS (FE *e corr.*) *P*

captivoque rogi perfundat sanguine flammas.
inde Mago procul infensam contenderat hastam.
ille astu subit ac tremibunda supervolat hasta,
et genua amplectens effatur talia supplex:
'per patrios manis et spes surgentis Iuli
te precor, hanc animam serves gnatoque patrique.
est domus alta, iacent penitus defossa talenta
caelati argenti, sunt auri pondera facti
infectique mihi. non hic victoria Teucrum
vertitur aut anima una dabit discrimina tanta.'
dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:
'argenti atque auri memoras quae multa talenta,
gnatis parce tuis. belli commercia Turnus
sustulit ista prior iam tum Pallante perempto.

TESTIMONIA.

521 Macrobius Sat. V 2, 16 524—536 Macrobius Sat. V 10, 5 524 sq. Donatus ad Ter. adelph. II 1, 28 532 sq. 'belli ... perempto' Macrobius Sat. V 2, 16 532 'gnatis p. t.' Servius ecl. III 94

VARIA LECTIO.

520 PERFUNDANT *M* FLAMIMATs *P* 521 INFENSAM *M*. *ut* IX 793 infenſã (nſã *m. rec. in ras.*) *b* infeſtam, aſ infenſãm *γ* INFESTAM (FES *in ras.*) *P* INFESTAM *R*, *Macrobii exempl.* : *cf.* 877 CONTENDERAT *Pb*, *Macrobius et Servius* CONTENDERET *M* contender&.. (& *m.* 2) *γ* cotenderet *c*2 cũtenderit *c*1 CONTORSERAT *R* : *cf.* V 520 522 ATTU *M* ac *b* aſ *γ* EN *M* AT *PRc* tremebunda *c* 523 EN *M* 524 PATRVOS *P*1, *ut vid.* MANIS *P* MANES *Mb* & *γ* per *χ*, *Macrobii et Donati exempl.*, *ut* VI 364 furgenteſ *b*1 herediſ, aſ furgentiſ *γ* HEREDIS *in ras. P*, *ut* IV 274 525 noto *b*1 nato *b*2*c* 527 CELATI *M* ARGNTI *P* PONDERE *P* 528 VICTORIA *P* TEVCRVM (VCR *in ras.*) *R* EVCRVM *P* 529 haud *c* 530 REDDIT *P* 531 ADQVE *R* MEMORA *P* magna *χ*, *Macrobii ω* : *cf.* IX 265 532 commercea *b*1 533 ILLA *M* PALLNTE *P* PALLANTE (E *in ras.*) *R* PALLANTA *M*

hoc patris Anchisae manes, hoc sentit Iulus.'
sic fatus galeam laeva tenet atque reflexa
cervice oranti capulo tenus applicat ensem:
nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque sacerdos,
infula cui sacra redimibat tempora vitta,
totus conlucens veste atque insignibus albis.
quem congressus agit campo lapsumque superstans
immolat ingentique umbra tegit; arma Serestus
lecta refert umeris, tibi, rex Gradive, tropaeum.
instaurant acies Volcani stirpe creatus
Caeculus et veniens Marsorum montibus Umbro:
Dardanides contra furit. Anxuris ense sinistram
et totum clipei ferro deiecerat orbem
(dixerat ille aliquid magnum vimque adfore verbo

TESTIMONIA.

534 Priscianus 1166 540 sq. 'lapsum ... tegit' Eutychius II 8 541 sq. 'arma ... umeris' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 3 544 Priscianus 933 545 'Dardanides' Pompeius 112 L. 'Dardanides c. f.' Servius Aen. X 575 'Anxuris e. s.' Probi inst. II 1, 37

VARIA LECTIO.

534 MENES *M* 535 leuam *c1* ADQVE *R* RFLEXA *P*
536 oranti *b* ORANTI *P* ORANTIS *MRγc* APPLICAT *MRb2c* ADPLICAT *P* atplicat *γ* a.plicat *b1* abdidit *Macrobii ω, ut* II 553 537 HEMONIDES *P2γ* II..MONIDES *P1* Aemonides, Emenides *alii* TRIVIAE *P*
538 SACRO *R* facr. *b* REDIMEBAT *M* redimibant *m* UITTA·M *M*
539 TOTUS *M* CVNLVCENS *P1* COLLUCENS *M* conlucef *γ* UES TE *M* ADQVE *R* A...S (ALBIS?) *P1* ARMIS *MP2Rγbc* 'insignibus armis: *Asper sic legit ... Probus vero* insignibus albis *dicit legendum' Servius.*
540 LAPSVSM *P* VPERSTANT *P* SUPERSTAN *M* 542 humerif *bc* radiue *γ* 543 INSTAURAT *M, fortasse recte.* instaurant *Servii exempl.* UULCANI *Mc* creatof *c* 544 marforum ex montibuf *c*
545 FVERIT *R* ANAVRIS *R* anxirif *b* anxirif *c* anxyris *Mentel. pr., Probus inst.* SINISTRV *R* finiftra. *c* 546 clypei *b* 547 ILLI *R* ALIQVIT *PR* AQUID *M* BELLO *R*

crediderat caeloque animum fortasse ferebat
canitiemque sibi et longos promiserat annos):
Tarquitus exultans contra fulgentibus armis,
silvicolae Fauno Dryope quem nympha crearat,
obvius ardenti sese optulit. ille reducta
loricam clipeique ingens onus impedit hasta;
tum caput orantis nequiquam et multa parantis
dicere deturbat terrae truncumque tepentem
provolvens super haec inimico pectore fatur:
'isti nunc, metuende, iace. non te optima mater
condet humi patrioque onerabit membra sepulchro:
alitibus linquere feris aut gurgite mersum
unda feret piscesque inpasti volnera lambent.'

TESTIMONIA.

548 'caelo . . . ferebat' Priscianus 1016 551 cf. schol. Veron. 105, 7 'silvicolae Fauni' Macrobius Sat. VI 5, 9 554 sq. Macrobius Sat. V 13, 2 557 'istic . . . iace, et reliqua' Macrobius Sat. V 2, 17 'istic' schol. Veron. 105, 12 K. 559 cf. schol. Veron. 105, 16 K.

VARIA LECTIO.

549—574 *Veron. fol.* 230 *b* 549 CANITIEM *P* CANITI.M (E *an* A *fuerit, non liquet*) *R* CANITIEM *M* Q· *m.* 2 *sup. R* 550 *fulgent*IBVS *V* 551 faulo *γ*1 DRYOPAE *R* driope *bc* nīpha *b* 552 *ardenti — reducta V* OBTULIT *MPγbc* ..reducta *c* 553 INPENDIT *M* 554 tuncapud *Macrobii Cantabr.* tunc caput *Goth. tert., ceteri Macrobiani* *Orantis — multa V* nequi.quam *b* TE *M* parentif *γ* 555 DIC*ere deturBAT terrae — tepen*TEM *V* DETURBAT *M* PETENTEM *R* reliquit *Macrobii exempl., quod tamen ortum videtur ex* reliqua (*cf.* 557) 556 PRO — *V* Prouoluenf (n *e corr.*) *γ* INMICO *P* 557 Ifti *c* Iftic (c *in ras.*) *b* ISTIC *MPRVγ* NVNC *R* *metuende — m*ATER *V* metuende (e *tert. in ras.*) *b* 558 CON*det — sepul*CRO *V* HVMI *PRγb* umi *c* HUMI *M* : *cf.* IX 214 X 904 PATRIOVE *PRγbm* patrio *c* ONERAVIT *P* honerauit *γ* honerabit (ho *m.* 2 *in ras.*) *c* honorabit *Dorvill.* SEPVLCRO *P* fepulcro *m.* 2 *in ras. c* 559 LIQVERE *P* liquere *γ* gurgite/// *b* merfem *γ* 560 FERE *R* ferenf c *inpasti volner*A *V* uolnera *γ* UULNERA *MRbc*

protinus Antaeum et Lucam, prima agmina Turni,
persequitur fortemque Numam fulvomque Camertem,
magnanimo Volcente satum, ditissimus agri
qui fuit Ausonidum et tacitis regnavit Amyclis.
Aegaeon qualis, centum quoi bracchia dicunt
centenasque manus, quinquaginta oribus ignem
pectoribusque arsisse, Iovis cum fulmina contra
tot paribus streperet clupeis, tot stringeret enses:
sic toto Aeneas desaevit in aequore victor,
ut semel intepuit mucro. quin ecce Niphaei
quadriiugis in equos adversaque pectora tendit.
atque illi longe gradientem et dira frementem
ut videre, metu versi retroque ruentes

TESTIMONIA.

561 sq. 'protinus ... persequitur' Nonius 376, 21 562 'persequitur f. N.' Macrobius Sat. V 15, 11 564 'tacitis r. A.' schol. Veron. 106, 1 565 cf. Macrobius Sat. V 16, 9 'Aegeon' schol. Veron. 106, 5 K. 565 sq. 'qualis ... manus' schol. Hor. carm. II 17, 13 566—568 'quinquaginta ... clipeis' schol. Veron. 106, 8 K.

VARIA LECTIO.

561 ANTHAEVM *Rb* ANTHAEVM (EVM *in ras.*) *P* ANTHEVS *M* LVCAN *PV* lucan (u *corr. in* i) *γ* lican *c* *prima V* 562—574 *Veron. fol.* 230*a*. 562 Prosequitur *m* NVMA. *P*1 NUMAN. *MP*2 : *ceterum cf.* IX 454 FVLVOM (O *corr. in* V) *P* FVLVVM *MRVybc* CAMERTE *M* 563 VOLCENTE *Pγ* uolcente *b* uolfcente *c*2 UULCENTE *MRc*1 VVLCENTEM *V* 564 amiclyf *γ* amiclif *b*1*c* 565 AEGEON *MRc* Egeon *b* qualif.. *γ* QVI *V* CUI *MPRγbc* brachia *c* 566 manuf.. (f *m.* 2) *γ* naribus *m* 567 ARSISSE *M* arcifque *ut vid. c*1 '*ambigua hic distinctio. potest enim sic legi*, quinquaginta ... arsisse Iouis, *id est* ignem Iouis ... *potest et sic distingui:* quinquaginta ... arsisse, *ut hic sit mora, deinde inferatur* Iouis cum fulmina' *e. q. s. schol. Veron.* fulmin. *b*1 568 CLVPEIS *V* CLIPEIS *MPRb* clypeif *c* clipeof *γ*1 STRINGIT *V* 569 tote *γ* 570 ece *γ* NIPHEI *Mc* NIPAEI *R* 571 Quadriiugef *b* EQVIS *M* aequof *γ* pectore *γ* 572 ADQVE *R* AC *M* 573 RVENTIS *V ut vid.*

effunduntque ducem rapiuntque ad litora currus.
interea biiugis infert se Lucagus albis
in medios fraterque Liger; sed frater habenis
flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
haut tulit Aeneas tanto fervore furentis:
inruit adversaque ingens apparuit hasta.
cui Liger
'non Diomedis equos nec currum cernis Achillis
aut Phrygiae campos: nunc belli finis et aevi
his dabitur terris.' vaesano talia late
dicta volant Ligeri. set non et Troïus heros
dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem.
Lucagus ut pronus pendens in verbera telo
admonuit biiugos, proiecto dum pede laevo
aptet se pugnae, subit oras hasta per imas

TESTIMONIA.

574 'effunduntque d.' Servius Aen. III 470 577 'strictum ... ensem' Nonius 402, 32 581 Donatus ad Ter. Andr. IV 4, 48 Isidorus orig. II 30, 8 583 'talia dicta volant' Sergius 1830 P. 586 sq. 'Lucagus ... biiugos' Nonius 242, 4 Arusianus p. 238 L. Priscianus 1190 P. 587 'proiecto ... pugnae' Macrobius Sat. VI 4, 14 Nonius 234, 20 Diomedes 408 'proiecto ... laevo' Servius Aen. III 699 588 'subit ... imas' schol. Veron. 81, 22 K.

VARIA LECTIO.

574 AT *M*1 in *m* littora *c* littore γ1 CVRRVM *Rc* currū (*fort. erasa una extrema litera post* u) *b* 575 bigiſ γ BIGIS *P* biiugis *Servius testatur* LVCAGVS (C *fortasse in ras.*) *R* LUGAGUS *M* 576 medio γ frater. (er *in ras.*) *c* ſi c1? ſed *c*2 577 AGER *P*1 578 Haud *bc* 579 APPARVET *ut vid. P*1 APPARUIT *MP*2*Ry* 581 nec curruſ *c* non currus *Donatus* achilliſ (ach *in ras.*) *b* achilli *Menag. pr.*, χ 582 phrygie γ phrigiae *b* frigie *c* 583 VAESANO *P* VESANO *Rc* LATAE *R* 584 SED *MRybc* ROIVS *P* 585 CONTRA· *M* ONTRA· *P* 'dicta parat: *potest legi et* dicta parat contra' *Servius* contra ... hostem *suspecta Wagnero* HOSTES *P*2*yc* HOSTIS *P*1*R* 586 Vt *P* prono *Arusianus* pronus *Servius confirmat* 587 ammouit *Arusiani Gu.* biiugos] IVG *in ras. ut vid. R* biiugis *Arusiani Gu.* TRAIECTO *M* proiecto *Servius testatur* 588 APTET *P* Apte (e *corr. in* a) γ APTAT *MRbc* horaſ γ

fulgentis clipei, tum laevom perforat inguen:
excussus curru moribundus volvitur arvis.
quem pius Aeneas dictis adfatur amaris:
'Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
prodidit aut vanae vertere ex hostibus umbrae:
ipse rotis saliens iuga deseris.' haec ita fatus
arripuit biiugos; frater tendebat inertis
infelix palmas, curru delapsus eodem:
'per te, per qui te talem genuere parentes,
vir Troiane, sine hanc animam et miserere precantis.'
pluribus oranti Aeneas 'haut talia dudum
dicta dabas. morere et fratrem ne desere frater.'
tum latebras animae pectus mucrone recludit.
talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquae vel turbinis atri
more furens. tandem erumpunt et castra relincunt
Ascanius puer et nequiquam obsessa iuventus.

Iunonem interea compellat Iuppiter ultro:

TESTIMONIA.

592 Iulius Rufinianus 273 R. 597 Macrobius Sat. IV 2, 11 Priscianus 987. 1020 Alcuini gramm. 2124. 2138 P. 599 sq. 'haud ... frater' Macrobius Sat. V 1, 17 600 'et ... frater' Donatus ad Ter. Andr. II 3, 3 IV 5, 34 Servius Aen. IV 83 'ne desere f.' Sergii fragm. 8 p. 198 Endl.

VARIA LECTIO.

589 Fulgentef γ1 clypei *yc* leuum perforat inguen *b*2 *in ras.* LAEVOM (O *corr. in* V) *P* LAEUUM *MRyc* INGVEM *PRyc*1 590 MORIBVNDV. *P*1 591 affat *c* 592 SEGNIS *P* 593 uane γ1 594 ALIENIS *M* DESERIT *P* 595 inertef *c* INERMIS *P*1 inertif, at inermif γ : *cf.* XI 414. 672 596 PALLAS *R* DELABSVS *P* 597 *cf.* I 606 598 troiane (ne *m.* 2 *in ras.*) *b* MISERE *M* mifere *b* 599 ONERANTI (NE *eras.*) *M* HAUD *MPy*2*bc* 601 penitus *Iacobus ad Lucilii Aetn.* 139 602 TALIO *P*1 TALIO *P*2 TALIA *P*3 par *b*1 doctor, at uictor γ uictor *cm* 603 AQUAE *M* aeque γ1 604 MORTE *P* FREMENS *R* RELINQVNT *Rb* relinquunt *yc* 605 nequi. quã *b* 606 INTERE *M* iupiter *c*

'o germana mihi atque eadem gratissima coniunx,
ut rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes, non vivida bello
dextra viris animusque ferox patiensque pericli.'
cui Iuno summissa 'quid, o pulcherrime coniunx,
sollicitas aegram et tua tristia iussa timentem?
si mihi, quae quondam fuerat quamque esse decebat,
vis in amore foret, non hoc mihi namque negares,
omnipotens, quin et pugnae subducere Turnum
et Dauno possem incolumem servare parenti.
nunc pereat Teucrisque pio det sanguine poenas.
ille tamen nostra deducit origine nomen
(Pilumnusque illi quartus pater) et tua larga
saepe manu multisque oneravit limina donis.'
cui rex aetherii breviter sic fatur Olympi:
'si mora praesentis leti tempusque caduco
oratur iuveni meque hoc ita ponere sentis,
tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis:

TESTIMONIA.

611 'cui I. s.' Marius Victorinus p. 2472 P. 617 Servius Aen. II 366 619 'Pilumnus ... pater' Servius Aen. VIII 54 X 75 624 sq. 'tolle ... vacat' Nonius 326, 3 624 'atque ... fatis' Victorinus ad Cic. p. 80 Or.

VARIA LECTIO.

607 O *M* ADQVE *R* eadem] EM *in ras. R* 608 fallit] LIT *in ras. P* 609 TROIANAS *P* opes (e *ex corr.*) *γ* 610 uiros *c1* animos *γ* 611 submissa *c* o *suprascr. γ* pulcherrima *b1* 612 Sollicitus *γ1* IUSSA *M ut* IX 804 DICTA *PRybcm ut* 104 II 115 613 QVAE *P* QAE *M* condam *γ* QVAMQVAE *R* 615 Omnipos *b* Omnipos *c* 616 incolomẽ *b* incolomen *c* 617 suo *χ*, *Servii Aen.* II 366 *ex.*, *sed* pio *idem testatur ad h. l.* poentes *γ* 618 DEDVCET *Pγ1* 619 Pillumnus *c1* illic *c* 620 VNERAVIT (V *corr. in* O) *P* ornavit *Schraderus* lumina *γ1* 621 AETERII *R* SIC (S *in ras.*) *R* FATVR *P* fatur *γ* FATUR *M* fat *c* FATVS *Rb* olimphi *b* 622 L··ETI *M* loeti *b1* 623 hoc] oc *γ* 624 ADQVE *R*

hactenus indulsisse vacat. sin altior istis
sub precibus venia ulla latet totumque moveri
mutarive putas bellum, spes pascis inanis.'
et Iuno adlacrimans 'quid si, quae voce gravaris,
mente dares atque haec Turno rata vita maneret?
nunc manet insontem gravis exitus, aut ego veri
vana feror. quod ut o potius formidine falsa
ludar et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!'
haec ubi dicta dedit, caelo se protinus alto
misit, agens hiemem nimbo succincta per auras,
Iliacamque aciem et Laurentia castra petivit.
tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram
in faciem Aeneae (visu mirabile monstrum)
Dardaniis ornat telis clipeumque iubasque
divini adsimulat capitis, dat inania verba,
dat sine mente sonum gressusque effingit euntis,

TESTIMONIA.

625 sq. 'sin . . . latet' Nonius 237, 23 627 'mutarive p. b.' Probi inst. I 8, 5 628 sq. 'quid si . . . dares' Priscianus 1169 schol. Lucani V 258 630—632 Augustinus de divinatione daemonum 11 630 Probi inst. I 10, 1 631 sq. 'quod . . . ludar' schol. Lucani I 636 'o . . . ludar' schol. Hor. serm. II 1, 43 638 sq. 'iubasque . . . capitis' Priscianus 799

VARIA LECTIO.

625 ACTENVS *P*1 626 Sup *γc* PRAECIB· *M* VLLATET *P* uelat& (e *corr. in* a) *γ* 627 MVLTARI *M* pacif *γ* 628 cui *χ* adlacrimaſ *γ* inlacrimanſ *c* quid ſ. i (sei?) *c* quod ſi *γ*2 QVAE *M* quod *c* qui *b*1 grauatiſ *c*1 629 ADQVE *R* DATA *R* VIT *M* 631 VNA *P* VNA *R* O *M* O *om. R*, *suprascr. γb* 632 Laudar *γ*1 MEDIUS (D *corr. in* L, *quod fortasse fuerat suprascr.*) *M* 633 ded& *c*1 protinuſ (tinu *m.* 2 *in ras.*) *b* 634 NIMBO *M* nimbo (nim *in ras.*) *b* nymbo *γc* 638 clypeũ *c* 639 ATSIMULAT *M* VERBA *in ras. P* uerba, aſ mẽbra *γ* 'inania: *nec a membris nec a mente venientia' Servius* 640 GRESSVSQVEFFINGIT *R* GRESSUMQ· EFFINGIT *M* greſſuſq. effĩgit *γ* EUNTIS *M* euntef *c*

morte obita qualis fama est volitare figuras
aut quae sopitos deludunt somnia sensus.
at primas laeta ante acies exultat imago
inritatque virum telis et voce lacessit.
instat cui Turnus stridentemque eminus hastam
conicit: illa dato vertit vestigia tergo.
tum vero Aenean aversum ut cedere Turnus
credidit atque animo spem turbidus hausit inanem,
'quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos;
hac dabitur dextra tellus quaesita per undas,'
talia vociferans sequitur strictumque coruscat
mucronem nec ferre videt sua gaudia ventos.
forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi
expositis stabat scalis et ponte parato,
qua rex Clusinis advectus Osinius oris.
huc sese trepida Aeneae fugientis imago
conicit in latebras; nec Turnus segnior instat
exsuperatque moras et pontis transilit altos.
vix proram attigerat: rumpit Saturnia funem

TESTIMONIA.

641 Macrobius Sat. VI 1, 48 Priscianus 801. 899. 908. 1221 Donatus ad Ter. Andr. I 3, 18 644 Nonius 31, 25 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 334 'inritatque v. t.' Arusianus p. 241 L. schol. Hor. carm. III 29, 41 649 'quo f. A.' Charisius 50 Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 39 Probi inst. 1 4, 22. 9, 3 651 sq. 'strictumque c. m.' Arusianus p. 218 L. 653 Asper 112, 23 655 Macrobius Sat. V 15, 7 Servius Aen. X 166

VARIA LECTIO.

641 QVALES *P* 643 At (A *in ras.*) *b* ANTEEACIES *M* 644 Irritat (r *pr. in ras.*) *b* Inrita[t] *c* aut *m* 645 STRIDENTEM[Q.] *M* 646 COICIT *R* : *cf. Lachmannus Lucr.* 136 647 [a]uerſũ *c* 648 ADQVE *R* animof *γ1* animof pt'biduf *c1 ut vid.* 650 debitur *γ1* 653 CONIVCTA *P* SAXA *M* 654 PARATO·S *M* 655 CLUSINIS *M* OSIRIVS *R* : *cf.* 166 656 HUIC *M* AENEAE TREPIDA *M* 658 EXUPERAT *M* PONTES *Mc* 659 ATTIGERIT (I *post. in ras., corr. ex* A *ut vid.*) *P* attigerit *γ1* rumpit *γ* RVPIT *R*

avolsamque rapit revoluta per aequora navem. 660
tum levis haut ultra latebras iam quaerit imago, 663
sed sublime volans nubi se inmiscuit atrae. 664
illum autem Aeneas absentem in proelia poscit; 661
obvia multa virum demittit corpora Morti: 662
cum Turnum medio interea fert aequore turbo. 665
respicit ignarus rerum ingratusque salutis
et duplicis cum voce manus ad sidera tendit.
'omnipotens genitor, tanton me crimine dignum
duxisti et talis voluisti expendere poenas?
quo feror? unde abii? quae me fuga quemve reducit? 670
Laurentisne iterum muros aut castra videbo?
quid manus illa virum, qui me meaque arma secuti?

TESTIMONIA.

664 Priscianus 1008 'sublime v.' cf. Priscianus 1006. 1014. 1069. 1104. 1131 schol. Hor. carm. II 12, 14. Vide quae ad ge. I 320 adnotavi 666 Asper 112, 7 K. 'ingratusque s.' Arusianus p. 240 L. 668 sq. 'tanton ... duxisti' Nonius 283, 19 Alcuinus gramm. 2135 P. 668 'tanton ... dignum' Diomedes 430 Priscianus 1032. 1224 Servius Aen. XII 503 670 'quo ... abii' Probi inst. I 7, 3. 8, 1 671 Probi inst. I 17, 6

VARIA LECTIO.

660 *in mg. m. ant. add. c* AUULSAM *MP2γ2bc* 663. 664. 661. 662 *hoc ordine Parisini* 2. 3, *quem restituerat Brunckius: sed* 661. 662. 663. 664 *se excipiunt in MPRybcmψ. Non inprobabiliter Heynius v.* 661. 662 *a poeta in margine adscriptos esse suspicabatur.* 663 laeuiſ *γ* HAUT *M* aut *γ1* haud *γ2* haud *bc* querit *γ* 664 SVB LIME *R* P̄NṲBI *M* IMMISCVIT *Pγ* 661 ILLE *PRγ* AENEAN̄ S (*corr m. rec.*) *P* AENEAN *R* 'illum autem Aeneas: *sic melius quam nonnulli volunt. Urbanus namque sic legit:* ille autem Aenean ... *ut* obvia .. morti *de nautis in navi inventis intelligamus, quod non procedit' Servius* 662 dimittit *c1* 665 INTEREA MEDIO *Rb* 667 DVPLICES *Pγc* con *γ* tollit *mχ*, *'plerique' Pieriani* 668 Omp̄ſ *c* TANTO *Pγ* tanton *testantur Servius, Diomedes, Priscianus* 669 DVXISSI *P* TALES *Pγc* 670 ABEO (E *corr. in* I) *P* abi *γ* QUO REDUCIT, *in mg.* QUEMUE *M* reducet *c* 672 QVOD *M* mea *γ*

quosne (nefas) omnis infanda in morte reliqui
et nunc palantis video gemitumque cadentum
accipio! quid ago? aut quae iam satis ima dehiscat
terra mihi? vos o potius miserescite, venti:
in rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)
ferte ratem saevisque vadis inmittite syrtis,
quo neque me Rutuli nec conscia fama sequatur.'
haec memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc,
an sese mucrone ob tantum dedecus amens
induat et crudum per costas exigat ensem,
fluctibus an iaciat mediis et litora nando
curva petat Teucrumque iterum se reddat in arma.
ter conatus utramque viam, ter maxima Iuno
continuit iuvenemque animi miserata repressit.
labitur alta secans fluctuque aestuque secundo
et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.

TESTIMONIA.

676 'vos ... venti' Servius Aen. II 645 677 Priscianus 775
681 sq. 'an ... induat' Priscianus 1199. 1205 686 Arusianus p. 246 L.

VARIA LECTIO.

673 quofne *b*, *Leid.* QVOSVE *Pγc* QVOSQVE *R* QUOSQUE *M* 'quosve: *Asper* quosne *legit*, *et annotavit:* ne *pro* ve' *Servius* OMNES *R* in *om. Menag.*, χ morte (r *m. 2 in ras. duarum lit.*) γ RELIQVI *P* 674 PALLANTIS *Rb*1 PALLENTES *M* pa.lantef (*erasa* l) *c* ..uidiagemitum (a *fuit fort.* g, ge *fort.* m) γ1 ..deo gemitum γ2 GeMITVM *R* cadentem γ 675 ET QUAE *M* ecquae *coni. Heinsius* TAM (T *corr. in* I) *P* deifcat *b* DEIIISCET *R* 676 VOS (O *in ras.*) *P* O *M, om. R* 677 in syrtis *Menag. alt.*, *Priscianus: ex* 678 678 IMMITTITE *PR* SYRTES *P*2γ 680 animu. *c*1 huc] IIUNC *M* FUCTUAT *M* fluctua γ ILLU- *M* 681 AD *M* MVCRONE *MP*2*ybc*, *testantur Priscianus et Servius* MVCRONI *P*1*R* 682 *cf.* XII 508 INBVAT *P* DVRVM *R* crudum *Servius legit* 683 IACTET *R* 684 CORNUA *M* p&& *c* 686 que] atque *Arusianus* animo χ animi *testantur Arusianus et Servius* repſit *b*

At Iovis interea monitis Mezentius ardens
succedit pugnae Teucrosque invadit ovantis.
concurrunt Tyrrhenae acies atque omnibus uni,
uni odiisque viro telisque frequentibus instant.
ille velut rupes, vastum quae prodit in aequor,
obvia ventorum furiis expostaque ponto,
vim cunctam atque minas perfert caelique marisque,
ipsa immota manens, prolem Dolichaonis Hebrum
sternit humi, cum quo Latagum Palmumque fugacem,
sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis
occupat os faciemque adversam, poplite Palmum
succiso volvi segnem sinit, armaque Lauso
donat habere umeris et vertice figere cristas.
nec non Euanthen Phrygium Paridisque Mimanta
aequalem comitemque, una quem nocte Theano
in lucem genitori Amyco dedit et face praegnas

TESTIMONIA.

689 sq. 'Mezentius ... pugnae' Aldhelmus de re gramm. in A. Mai auct. class. V 589 691 'concurrunt T. a.' Iulius Rufinianus p. 232 R. 692 Servius Aen. XI 9 701 'donat h.' Servius ecl. II 43 702 sq. 'nec ... aequalem' Nonius 235, 26 704 sq. 'et ... regina' Arusianus p. 254 L.

VARIA LECTIO.

689 Ad *c*l montif *γ* MEZZENTIVS *Rb*1 *et* Z *priore del. M* 690 OVANTES *MP*2*γc* 691 TYRRHAENAE *M* thirrhenae *b* tyrrene *c* ADQVE *R* 692 VNIꝰ *P* ODIS *R* 693 QVE *R* 694 expoſta (ſ *in ras.*) *c* 695 ADQVE *R* atque ... marifque *γ*2 *in ras.* 696 inmo.ta *c* MANENT *M* DOLOCHAONIS *Pγ*1 dolychaonif *c* ebrum *γ* 697 pelmum *γ*1 698 ADQVE *R* 699 aduerſum *γ*1 palmam *c* 700 LAUSU *M* 701 humerif *γbc* RE *M* 702 EVANTEN *R* euathen *γ* euatem *b* euantem *c*, *Nonii exempl.* PHRYGIU *M* phrigium *c* minanta *c*l 703 UNAM *M* QUE *M* theana *γ*2*b*2*c* 704 genitore *Bentleius ad Hor. epod.* V 28 AMYCO *M* amico *bc* ut *proposuit Heinsius* ac *Wakefieldus* face. (*erasa* m, *ut vid.*) *γ* pregnaf *b* PRAEGNANS *R* PRAEGNANS *M* pregnanf *c*

Cisseis regina Parin: Paris urbe paterna
occubat, ignarum Laurens habet ora Mimanta.
ac velut ille canum morsu de montibus altis
actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
defendit multosve palus Laurentia, silva
pastus harundinea, posquam inter retia ventumst,
substitit infremuitque ferox et inhorruit armos,
nec cuiquam irasci propiusque accedere virtus,
sed iaculis tutisque procul clamoribus instant;
ille autem inpavidus partis cunctatur in omnis,

TESTIMONIA.

705 'Cisseis ... creat' Servius Aen. V 535 'Parim creat' Claudius Sacerdos II 42 Servius Aen. V 370 'Parim' Charisius 69 P. 706 'ignarum ... Mimanta' Gellius IX 12, 22 Macrobius Sat. IV 3, 11 Nonius 129, 19 707 'ac ... morsu' Probi inst. I 9, 2 Servius Aen. XII 5 'ac ... canum' Servius Aen. I 3 709 sq. 'silva p. h.' Servius Aen. II 471 711 'infremuitque ... armos' schol. Hor. epod. V 27 'et inhorruit a.' Arusianus p. 239 L. 'inhorruit a.' schol. Hor. carm. I 23, 5

VARIA LECTIO.

705 Cif. feif (f *pr. m.* 2 *in ras.*, *erasa deinde* f) γ PARIN *MPRyc*, *Charisii cod.*, *Servius Aen.* V 370 *legit.* parim χ, *in ras. b*, *Claudius Sacerdos* Paris *sex Parisini, si fides Potterio: coniecerat Bentleius.* CREAT *PRyc*, *in ras. b*, *Claudius Sacerdos*, *Servius* CREPAT *M* 706 OCCVPAT *R* hic cubat, *servato v.* 705 creat, *Wakefieldus* HABE *P* HORA *R* minanta γcl 707 MOSV *P* mortibuſ γl 708 VESVIVS *R* pinnifer γ 709 MULTO *M* VE *P* QVE *MRybc* 'multosque *pro* multosve' *Servius* 710 Pascit *vel* pavit, *sc.* palus Laurentia, *Bentleius l. l.* pastus *Servius testatur* arundinea *b* p'quam, *i. e.* posquam *c* POSTQUAM *MPRyb* inſ *in ras. b* VENTVMST *P* VENTVM EST *Rybc* UENVEST (EST *vid. m. al.*) *M* 711 ferox] fureus *schol. Hor.* inorruit γ HORRUIT *M* 712 propi. uſ (i *in ras.*) *b* QVE *Py*, *quod probat Wagnerus quaest. Verg.* XXXVI 7 VE *MRc*, *in ras. b* ACCENDERE *P* 713 toſif γ TOTIS *P* 717. 718. 714—716: *hunc ordinem restituit Scaliger in praef. ad Manilium.* 714—716. 717. 718 *se excipiunt in MPRybcψ, quem ordinem olim parum feliciter defendere instituerat Ladevicus philologi* VII 483: *cf. emend. Verg.* 3 *adnot.* 715—718. 714 *Hauniensis* V *apud Dorphium.* 714—716. 718. 717 *Lips. alter.* 717 PARTES *M*2 cunctuſ (f *corr. in* r) γ

dentibus infrendens, et tergo decutit hastas: 718
haut aliter, iustae quibus est Mezentius irae, 714
non ulli est animus stricto concurrere ferro; 715
missilibus longe et vasto clamore lacessunt. 716
venerat antiquis Corythi de finibus Acron, 719
Graius homo, infectos linquens profugus hymenaeos.
hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,
purpureum pinnis et pactae coniugis ostro:
inpastus stabula alta leo ceu saepe peragrans
(suadet enim vaesana fames), si forte fugacem
conspexit capream aut surgentem in cornua cervom, 725
gaudet, hians immane, comasque arrexit et haeret
visceribus super incumbens, lavit inproba taeter
ora cruor:
sic ruit in densos alacer Mezentius hostis.

TESTIMONIA.

718 Nonius 414, 10 714 Macrobius Sat. VI 6, 9 'iustae ... irae' Arusianus p. 241 L. 719 'venerat a.' Probi inst. I 17, 7 719 sq. 'venerat ... homo' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 62 723—729 Macrobius Sat. V 10, 7 725 'surgentem in c. c.' Servius Aen. I 365 IV 274 727 sq. Priscianus 803 'lavit ... cruor' Priscianus 861 Eutychius II 16 Nonius 327, 8. 466, 24. 503, 25 schol. Hor. carm. III 12, 2

VARIA LECTIO.

718 *cf.* III 664. VIII 230 714 HAVD *Pybc* it..tae *b*1 est *om. c* me zentiuf *γ* MEZZENTIVS *Rb*1 MEZZENTIUS *M* 715 nulli eſt *c*1 CONCURRE *M* concurre[re] *γ* 716 long. *b* 719 antiquiſ (uiſ *in ras.*) *b* antiqui *Menag. pr.* CORITI *M*, *Donati exempl.* choriti (ch *in ras.*) *b* 720 profugus linquens *Menag. pr.*, *χ* PROFVGIS *P* HYMENEOS *Myb* homineof (hoemenaeos?) *c* 722 pennif *bc* 723 INPASTUSTUS *M* specula *m* SCEU *M* 724 uafana *γ*, VESANA *Rbc* 725 CERVOM (O *corr. in* V) *P* CERVVM *MRybc* 726 .audet *b*1 g.audet *b*2 inmane *c* et] AET *P* her& *γ* 727 INCUMBENS *M*, *Prisciani exempl., ut* V 858 accubenſ, *suprascr.* aĺ incūbenſ *γ* accumbenſ (ac *in ras.*) *b* ACCVMBENS *PRcm*, *Macrobii exempl.* LAVAT *R* lavit *testatur Servius cum ceteris grammaticis* IMPROBA *Rc* IMPROBAT *M* teter *c*, *in ras. b* AETHER (*voluit* ater) *M* 729 SICDENSOS INRVIT *Pγ* me zentiuf *γ* MEZZENTIVS *Rb*1 MEZZENTIUS *M* hoſteſ *c*

sternitur infelix Acron et calcibus atram
tundit humum expirans infractaque tela cruentat.
atque idem fugientem haut est dignatus Oroden
sternere nec iacta caecum dare cuspide volnus:
obvius adversoque occurrit seque viro vir
contulit, haut furto melior, sed fortibus armis.
tum super abiectum posito pede nixus et hasta
'pars belli hau temnenda, viri, iacet altus Orodes.'
conclamant socii laetum paeana secuti.
ille autem expirans 'non me, quicumque es, inulto,
victor, nec longum laetabere: te quoque fata
prospectant paria atque eadem mox arva tenebis.'
ad quae subridens mixta Mezentius ira

TESTIMONIA.

730 'sternitur i. A.' Nonius 389, 10 732 sq. 'atque . . . sternere' Nonius 286, 26 735 'non furto . . . armis' schol. Hor. carm. IV 6, 17 736 'posito . . . hasta' Arusianus p. 248 L. 737 'iacet a. O.' Servius Aen. VI 9 738 cf. schol. Veron. 106, 15 K. 739—743 Macrobius Sat. V 12, 10 740 sq. 'nec . . . paria' Servius Aen. II 775 740 'nec l. l.' Iulius Rufinianus p. 261 R.

VARIA LECTIO.

730 ATRON *M* ACRON (CRON *in ras.*) *R* EG *M* 731 EXSPIRANS *M* 732—758 *Veron. fol.* 229 *b* 732 ADQVE *R* HAVD *Pybc* AUT *M* HORODEN (N *m. rec. in ras.*) *R* Orodem *Mentel. pr.*, *χ* 733 CAELUM *M* VVLNVS *MPRVγ1bc* 735 AUT *M* HVT *P* haud *bc* ut *γ1* ud *γ2* non *schol. Hor.* sed] & *c* FORTIBVS *P* 736 HASTA ET *V* 737 HAV *V* HAVT *PRγ1* AUT *M* haud *γ2bc* tempnenda *γ* uirif *b2cm*, *Menagiani*, *χ* 'viri: *Asper* viris *legit*' *Servius*. ACTUS *M* altus *Servius testatur*. HORODES *R* 738 SOCII *M* LETVM *Rγ* pena *γ* laetum paeane *Heinsius* laeto paeane *Peerlkampus conl.* IX 54. 466. 636. X 799 739 EXSPIRANS *V* quiquumquē *c* 740 NE *V* l&abere (a *corr. ex* o, *ut vid.*) *γ* TELI *M* 741 PATRIA (T *eras.*) *M* ADQVE *Rγ1* ARMA *M* teneb. if *γ* tenebaf *c1* 742 ad quae *Menag. pr.*, *χ*, *Macrobii Salisb.* ATQVAE *Vγ* ATQVAEG *P* ATQ· *M* Adq̃: *b* Atquē *c* ADQVEM *R*, *Macrobii ω* furridenf (r *pr. in ras.*) *b* MEZZENTIVS *Rb1* MEZZENTIUS *M*

'nunc morere. as de me divom pater atque hominum rex
viderit.' hoc dicens eduxit corpore telum:
olli dura quies oculos et ferreus urget
somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.

Caedicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen
Partheniumque Rapo et praedurum viribus Orsen,
Messapus Croniumque Lucaoniumque Erichaeten,
illum infrenis equi lapsu tellure iacentem,
hunc peditem. pedes et Lycius processerat Agis,
quem tamen haut expers Valerus virtutis avitae

TESTIMONIA.

743 'ast . . . divum' Claudius Sacerdos I 71 744 'hoc . . . telum' Nonius 298, 16 745 sq. Macrobius Sat. V 11, 30 'olli . . . somnus' Claudius Sacerdos I 162 Servius Aen. I 254 'ferreus u. s.' schol. Hor. carm. I 24, 5 746 'in aeternam . . . noctem' schol. Lucani VII 616 Servius Aen. X 541 748 'praedurum v. O.' Charisius 210 P. 752 sq. 'quem . . . deiecit' Priscianus 1173

VARIA LECTIO.

743 *in ras. b*2 ASt *P* : *de qua scriptura dixi in novis annalibus philol.* LXXVII 188. a ſt (ſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* AST *MRVbc* DIVVM *MRVγb* diuum (iuum *m. rec. in ras.*) *c* ADQVE *R* 745 QVIET *P* ET, *sed ut* T *fuerit* F, *M* FERREVES *P* urg& *γ* VRGVET *PRbc* 746 SOMNVM *P* LV*mina V* 747 CEDICUS *M* alchatoum *γ* alchato.ũ *b* alchatonũ. (*erasa* ſ) *c* obtrumcat *c* HYDASPE *M* ydaſpen *b* hydaſpem *c* 748 rappo *b* orsem, orsam *χ* hostem *Charisii cod.* 749 *om. V* Meſapuſ *b*1 CRONIVM *Pγ*1 c.onium *γ*2 c.oni˜ (*erasa* l) *c* CRONIUM *MRb* Clonius *iam occisus* IX 574 LVCAONIVM *P* lucaonium (u *pr. corr. in* i, ium *m.* 2 *in ras.*) *γ* licaonium *c* LYCAONIVM *MR*, *item*, *sed* y *in ras. b* erichaeten (Ἐριχαίτην) *b*1 ericha.ten *b*2 erichaten *c* ERYCHAETEN *R* RYCHAETEN *P* erycheten (h *corr. ex* e, ten *m.* 2 *in ras.*) *γ* ERICETEN *M* 750 IN*frenis equi V* INFERNIS *Pγ*1 infe.nif *γ*2 frenif *c* QUI *M* LABSV *V* LAPSU·M *M* LAPSVM *R* tellure (ellure *m.* 2 *in ras.*) *c* 751 peditem: pedes et *Peerlkampus* : *cf.* VII 691 IX 27. 124. 523 X 354 XI 464. 518. 603 XII 128. 289. 550 PEDITEM PEDES· ET *M*, *vulgo* licyuſ *γ* liciuſ *bc lyciuS V* AGIS *P*1 *Vγ*2*b* AGES *P*2*γ*1 ARGIS *M* argif (r *erasa*) *c* HARGIS *R* 752 HAV*d — valeruS V* HAUD *Mγ*2*bc* experf (er *in ras.*) *b* expref *c*1

deiecit; at Thronium Salius Saliumque Nealces
insidiis, iaculo et longe fallente sagitta.
Iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors
funera: caedebant pariter pariterque ruebant
victores victique, neque his fuga nota neque illis.
di Iovis in tectis iram miserantur inanem
amborum et tantos mortalibus esse labores:
hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno,
pallida Tisiphone media inter milia saevit.
at vero ingentem quatiens Medientius hastam
turbidus ingreditur campo. quam magnus Orion,
cum pedes incedit medii per maxima Nerei
stagna viam scindens, umero supereminet undas
aut summis referens annosam montibus ornum

TESTIMONIA.

754 Servius Aen. V 68 758 sq. Macrobius Sat. V 16, 14 761 'pallida T.' Claudius Sacerdos I 161 762 Nonius 272, 21 Asper iun. III (1726 P.) 766 'aut s. r.' Probi inst. I 18, 2

VARIA LECTIO.

753 DEIECIT *Rc1*, *Prisciani* ω DEICIT *MPVyb* ATTHRONIUM *M* ACTHRONIVM *R* ATTHRONIVM *P* authronium *γ* anthronium *Moret. tertius* aucronium *Voss. pr.* ....NIVM *V* at thonium *b* at cronium '*quidam*' *Pieriani*, *Leid.* SALIVS *m. rec. sup. P* NEALCEN *V* nealcef *c1* 754 *cf.* IX 572 INSIDIIS *PRVb*: *cf.* VII 478 XI 783 infidiif (f *post. m.* 2 *in ras.*) *γ* INSIGNIS *M* longum *ut vid. c1* fallente (e *pr. e corr.*) *γ* 755 AEQVA*bat luctus V* equabat *γ* 756 CEDEBANT *PRγ* 'caedebant: *legitur et* cedebant' *Servius* 758 iram] casum *Macrobii exempl. cf.* V 350 760 hic *γ* CONTRAS *P* SPECTANT *M* 761 PALLID *P* PALLIDA *M* feuit *γ* 762 Medientius *Nonius*: *cf. mus. Rhen.* XII 419 *sqq. Corssenus de pronuntiatione e. q. s.* I 78. 123 mezentiuf (z *in ras.*) *b* MEZZENTIVS *R* MEZZENTIUS *M* MEZENTIVS *Pyc* 763 CAMPUM *M* ORIO¯ *M* 764 PEDETS *M* incendit *γ1* 765 SCINDENS *suprascr. M* SCINDENS *P* numero *γ1* 766 summis] altis *Probi inst.* anno. ſã (ſ *m.* 2) *b*: *scriptumne erat* annonsam?

ingrediturque solo et caput inter nubila condit:
talis se vastis infert Mezentius armis.
huic contra Aeneas, speculatus in agmine longo,
obvius ire parat. manet inperterritus ille,
hostem magnanimum opperiens, et mole sua stat;
atque oculis spatium emensus, quantum satis hastae,
'dextra mihi deus et telum, quod missile libro,
nunc adsint! voveo praedonis corpore raptis
indutum spoliis ipsum te, Lause, tropaeum
Aeneae.' dixit stridentemque eminus hastam
iecit; at illa volans clipeost excussa proculque
egregium Antoren latus inter et ilia figit,
Herculis Antoren comitem, qui missus ab Argis
haeserat Euandro atque Itala consederat urbe.

TESTIMONIA.

770 sq. 'manet ... opperiens' Nonius 349, 19 773 Appuleius de deo Socr. 6 774 sq. 'praedonis ... spoliis' Servius Aen. II 275 777 sq. 'clipeo est ... fixit' Agroetius de orthogr. 2270 P. 'clipeo ... Antorem' incertus de orthogr. 2796 779 'Herculis A. c.' Probi inst. II 1, 26

VARIA LECTIO.

767 = IV 177 768 infer^{t} *b* MEZZENTIUS *M* MEZZENTIVS *R* 769 HVC *P* HUNC *M* LONG. *R*1 longe *m* 770 I..RE *M* ipse *Nonius* 771 magnanimum.. *γ* operienf *γc* MOLLE *M* molef *γ*1 ſtit *γ*1 772 ADQVE *R* MEMENSUS *M* 773 Dexdera (d *post. corr. in* t) *c* mifile *b*1 775 ipſem *c* tropheum *c* 776 AEĐEAE *M* 777 IECIT AT *Pc* IECIT AD *Rb* IECIT AT *M* Inicit, *om.* at, *γ* CLIPEOS *P* CLIPEOEST *MRγbc* 778 antoren *b*, *duo Rottend.* ANTOREM *MPRγc* *'erit nominativus* hic Antores, *quomodo* Diores. *nam si* Antor *fuerit nominativus, metri ratio non procedit. omnia enim Graeca nomina in* or *terminata in obliquis casibus* o *corripiunt' Servius, ut* Antoren, *non* Antorem *probet.* Antorem egregium *anon. de orthogr.* alia *c*1 fixit *Goth. sec., Agroetius Putschianus* 779 HERCULIS *M* ANTOREN (N *post. in ras.*) *P* ANTOREM *MRγbc* *'quidam putant Virgilium contra rationem propriorum produxisse* H. A. c., *sed errant, nam* hic Antores *declinavit, non* Antor, *sicut* hic Diores' *Probus* 780 EVANRO *P* ADQVE *R* CONSIDERAT *Mγ*1

sternitur infelix alieno volnere caelumque
aspicit et dulcis moriens reminiscitur Argos.
tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem
aere cavom triplici, per linea terga tribusque
transit intextum tauris opus imaque sedit
inguine, sed viris haut pertulit. ocius ensem
Aeneas, viso Tyrrheni sanguine laetus,
eripit a femine et trepidanti fervidus instat.
ingemuit cari graviter genitoris amore,
ut vidit, Lausus, lacrimaeque per ora volutae.
hic mortis durae casum tuaque optima facta,
siqua fidem tantost operi latura vetustas,
non equidem nec te, iuvenis memorande, silebo.
ille pedem referens et inutilis inque ligatus
cedebat clipeoque inimicum hastile trahebat:

TESTIMONIA.

781 'sternitur . . . vulnere' Macrobius Sat. IV 4, 4 schol. Hor. carm. I 3, 17 782 'et . . . Argos' Quintilianus VI 2, 33 Arusianus 258 L.Donatus ad Ter. Andr. I 5, 49 'dulces . . . Argos' Macrobius Sat. IV 3, 11 786–788 'ocius . . . femore' Priscianus 701 787 sq. 'laetus eripit a. f.' Servius Aen. X 344 788 'eripit a. f.' Charisius 66 792 schol. Lucani VII 209 794 sq. 'ille . . . cedebat' Nonius 381, 27 'inutilis . . . cedebat' Servius Aen. IX 288

VARIA LECTIO.

781 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* VVLNERE *MRy1bc* 782 dulcef *c* 783 Tempuf *c* aftam *b* 784 CAVOM (O *corr. in* V) *P* CAVO *R* cauum *ybc* TER *R* TRIBUNUSQ· *M* 785 transit *Lachmannus Lucr.* 209 TRANSIET (E *corr. in* I) *M* TRANSIIT *PRybc*. *An* transilit? *cf.* 817. IMA *M* 786 fe (d *m. ant.*) *b* VIRES *M2P2Rybc* HAUT *M* haud *ybc* 787 TYRIHENI *P* tyrreni. *bc* tyrreni *Prisciani exempl.* 788 FEMINE *MPRybc*, *testantur Charisius et Servius* femore *mχ*, *Priscianus* TREPIDANTE *M*1 790 LACRIMAEQ· *P* per *supra scr. b* 791 OPTIMAE *M* obtime *b* OPTIME *R* 'optima; *alii* optime *legunt' Servius* 792 TANTOST *P* TANTOEST *MRybc* 793 memorando *b*1 794 PEM *M* inquo *b*1 LEGATUS *M* 795 Caedebat *γ* cliopio *b*1 traebat *b*

prorupit iuvenis seseque inmiscuit armis
iamque adsurgentis dextra plagamque ferentis
Aeneae subiit mucronem ipsumque morando
sustinuit. socii magno clamore secuntur,
dum genitor nati parma protectus abiret,
telaque coniciunt proturbantque eminus hostem
missilibus. furit Aeneas tectusque tenet se.
ac velut effusa siquando grandine nimbi
praecipitant, omnis campis diffugit arator
omnis et agricola et tuta latet arce viator,
aut amnis ripis aut alti fornice saxi,
dum pluvit in terris, ut possint sole reducto
exercere diem: sic obrutus undique telis
Aeneas nubem belli, dum detonet omnis,
sustinet et Lausum increpitat Lausoque minatur:

TESTIMONIA.

798 sq. 'Aeneae . . . sustinuit' Nonius 403, 29 Priscianus 1178 Servius Aen. VII 160 798 'Aeneae s. m.' Servius Aen. VIII 125

VARIA LECTIO.

796 PRORVPIT *PR* : *cf.* 379 PRORIPUIT *Mybc* : *cf.* V 741 *ecl.* III 19 797 DEXTRA *P* dextre *c* dextrae χ, *Servius* DEXTRAM *R* 798 SVBIT *R* SUBIGIT *M* morantem *Servii Aen.* VII 160 *exempl.*, *sed* morando *h. l. interpretatur* 799 SEQUENTUR *M* sequuntur *b* 800 habiret *c* 801 COHCIVNT *P* : *cf.* 646 PERTUMBANT *M* EMINIVS *P* 803 *cf.* IX 669 CRANDINE *P* 804 *sq. in emendandis a poeta relicta videntur Wagnero, et merito sane offenditur homoeoteleuto.* 804 DIFFUGIS *M* 805 *om. Mentel. sec. m.* 1 Omnef γ arce *Moret. pr.*, χ arce *an* arte *discerni nequit in b* ARTE *MPRyc, Servius*, '*quod scilicet* perite *se a tempestate defendunt*' *adnotans.* 806 AMNES *M*1 r1.pif γ2 rupit γ1 807 Dum (D *m.* 2 *in ras.*) *b* PLVVIT *PR* PLUUIT *M* pluit *ybc* 'dum pluit: *hic distinguendum. nam si iunxeris* dum pluit in terris, *erit archaismos*, *debuit enim dicere* in terras' *Servius* POSSIST *R* POSSIT *M* 808 fic (c *m.* 2 *in ras.*) γ 809 detonet (o *in ras.*) *b* DETONET *P* DETINET *My* 810 LAVSV *P*

'quo moriture ruis maioraque viribus audes?
fallit te incautum pietas tua.' nec minus ille
exultat demens; saevae iamque altius irae
Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso
parcae fila legunt: validum namque exigit ensem
per medium Aeneas iuvenem totumque recondit.
transilit et parmam mucro, levia arma minacis,
et tunicam, molli mater quam neverat auro,
implevitque sinum sanguis; tum vita per auras
concessit maesta ad manis corpusque reliquit.
at vero ut voltum vidit morientis et ora,
ora modis Anchisiades pallentia miris,

TESTIMONIA.

811 Nonius 380, 5 812 'fallit ... tua' Macrobius Sat. IV 4, 8 Servius Aen. IV 70 814 sq. 'extrema ... legunt' Nonius 313, 10. 332, 7 schol. Hor. carm. II 3, 16 epod. XIII 15 819 'inplevit ... sanguis' Macrobius Sat. IV 6, 14 schol. Iuven. IV 41

VARIA LECTIO.

811 Quo. γ: *an* quor *voluit?* moritur e (e *in ras.*) *b* moriture. (e *fort. corr. ex* a) *c* 812 FALLET TE *P*, *fortasse recte* Fall&e γ FALLITE *R* PIETAS *P* minu^{r} γ 813 Exultet (*corr. m. ant.*) *c* EXULTAT *M* feue (u *corr. ex* r, *ut vid.*) γ iamque] que iam γ ATRAE (T *corr. in* I) *P* 814 EXTREMA *M* EXIGITENSE· (*ima pag.*) *M* 815 PARCE *Ry* FILA *MR*, *Nonius*, *schol. Hor.* fil.a (*erasa* i) *c* fila (fil *in ras.*) *b* fila (at lina *in mg.*) γ LINA *P* 816 IVVENVM *P* fecondit γ1 817 tranfilit *cm*, *Mentel. utergue*. '*aliquot' Pieriani*, χ : *cf. ge.* II 81 TRANSIIT *MP*γ*b* TRANSIT *R*, *Lachmannus Lucr.* 209 MEDIA R MINACI *R* '*ordo est* mucro minacis, *Aeneae scilicet. aut si ad Lausum referas* minacis, *num* audacis et fortis?' *Servius* 818 QVEM *P* NIVERAT *ut vid. R* 819 Inpleuit *b* SINVM *PR* : *cf.* IV 30 fi.nũ *c* finu^{r} *b* finum^{r} γ SINUS *M* sinus *Macrobii Salisb.*, *schol. Iuvenalis* : *cf.* I 320 821 AD *P*γ1*c*1 VOLTVM (O *corr. in* V) *P* VVLTVM *MR*γ1*bc* 822 anchifiadif *c*1 pallantia *c*1 mirif. (if *m. 2 in ras.*, i *corr. ex* e, *ut vid.*) γ

ingemuit miserans graviter dextramque tetendit,
et mentem patriae subiit pietatis imago.
'quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis,
quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
arma, quibus laetatu's, habe tua, teque parentum
manibus et cineri, siqua est ea cura, remitto.
hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Aeneae magni dextra cadis.' increpat ultro
cunctantis socios et terra sublevat ipsum,
sanguine turpantem comptos de more capillos.

Interea genitor Tiberini ad fluminis undam
volnera siccabat lymphis corpusque levabat
arboris adclinis trunco. procul aerea ramis
dependet galea et prato gravia arma quiescunt.
stant lecti circum iuvenes: ipse aeger anhelans

STIMONIA.

827 'arma ... tua' Arusianus p. 244 L. 828 Nonius 383, 18 0 'Aeneae ... cadis' Servius Aen. XI 688 830 sq. 'increpat ... cios' Servius Aen. XII 332 832 'turpantem' cf. schol. Hor. carm. 13, 11 'comptos de m. c.' Charisius 81 834 'volnera s. l.' rvius Aen. IV 687 835 sq. 'procul ... galea' Servius Aen. X 869 'procul ... dependet' Servius ecl. VI 16

ARIA LECTIO.

823 miferanf (fer *in ras.*) *b* GRAUITER MISERANS *M* : *cf.* 789 TETENDIT (TE *post. in ras.*) *R* reprendit *Peerlkampus* 824 triae fubiit (triae fubiit *in ras.*) *b* SVBIT *R* fubit *c* STRINXIT *M* IX 294 825 NVN *M*, (N *post. in ras., fuit fort.* M) *P* miferande ferand *in ras.*) *b* 827 LAETATUS *MPRyb* laetatuf ef *c* HABET *P* parenti (Manibus ... cura) remitto *Schraderus conl.* IV 34 828 ERI·S *M* 829 HOC *M* 830 Aenea *b* 831 ETTERRA *P* capilluf (*corr. m. ant.*) *c* 834 VVLNERA *MPRybc* lymphyf *yb* corpuf (p *in ras.*) *b* leuabat *γ* (*si recte notavi*) *bc*, *testatur Ser-* LAVABAT *MPR* 835 Arbori... (*eras.* cuf) *γ* adclinuf *Mentel.* χ adclivus *Bigot.*, '*quis ante hunc?*' *Servius* RAMO *R*, *Servii ad* VI 16 *exempl.* 836 prat *b* gravia] AVI *in ras. R* 837 STAT LECTI *P* eger *γ* anhelanf (N *in ras.*) *b* an.helanf *c*

colla fovet, fusus propexam in pectore barbam;
multa super Lauso rogitat multumque remittit
qui revocent maestique ferant mandata parentis.
at Lausum socii exanimem super arma ferebant
flentes, ingentem atque ingenti volnere victum.
adgnovit longe gemitum praesaga mali mens:
canitiem multo deformat pulvere et ambas
ad caelum tendit palmas et corpore inhaeret.
'tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
ut pro me hostili paterer succedere dextrae,
quem genui? tuane haec genitor per volnera servor,
morte tua vivens? heu, nunc misero mihi demum
exitium infelix, nunc alte volnus adactum!
idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen,
pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis.
debueram patriae poenas odiisque meorum:
omnis per mortis animam sontem ipse dedissem!
nunc vivo neque adhuc homines lucemque relinquo.

TESTIMONIA.

838 'propexam ... barbam' schol. Persii I 15 841 Servius Aen. III 288 IV 495 XI 93 843 'praesaga m. m.' Arusianus p. 255 L. schol. Lucani VIII 43 Servius Aen. VI 332 844 'canitiem ... pulvere' Macrobius Sat. IV 3, 5 845 'et c. i.' Asper 112, 24 846 sq. Priscianus 1032 850 'nunc ... adactum' Macrobius Sat. IV 4, 23 851 Macrobius Sat. IV 6, 15

VARIA LECTIO.

838 PROPEXAM *P* PROSPEXAM *R* CORPORE *Pγ* : *cf.* 845 barbam] R *in ras. R* 839 ROGITANS *P ut* I 750 MVLTVM *MP*2*Ry*1*c*1*ψ*, *Servius* MVLTOM *P*1 multof *γ*2*bc*2*χ* 841 AD *Rγ* LAVM *R* ferabant *c* 842 Flentem *γ*1 ADQVE *R* INGENTE *M*2 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* VVLNERE *MRybc* 843 AGNOVIT *Rybc* longe] LONOVIT LONGE *R* 844 MULTO *M* : *cf.* XII 611 847 succumbere dextra *Erf.*, *Priscianus* 848 GENUIT *M* VVLNERA *PRybc* 850 Exitium, *in mg. m. ant.* Exilium *c* Exilium *γ*1, *Servius* VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRybc* 853 paenaf *γ* 854 MORTES *PRybc* SONTES *M* didiffem *b*1 855 ATHVC *P*

sed linquam.' simul hoc dicens attollit in aegrum
se femur et, quamvis dolor alto volnere tardet,
haut deiectus equm duci iubet. hoc decus illi,
hoc solamen erat; bellis hoc victor abibat
omnibus. adloquitur maerentem et talibus infit:
'Rhaebe, diu, res siqua diu mortalibus ulla est,
viximus. aut hodie victor spolia illa cruenti
et caput Aeneae referes Lausique dolorum
ultor eris mecum aut, aperit si nulla viam vis,
occumbes pariter; neque enim, fortissime, credo,
iussa aliena pati et dominos dignabere Teucros.'

TESTIMONIA.

856 sq. 'attollit . . . femur' Macrobius Sat. IV 3, 8 861 sq. 'Rhoebe . . . viximus' Macrobius Sat. IV 6, 10 Servius Aen. IV 659 X 467 ge. I 24 861 Servius Aen. I 181 862 'hodie . . . cruenta' Probi inst. I 9, 2

VARIA LECTIO.

856 lingam *c*l adtollit *γ* 857 quamvis dolor *Peerlkampus* QVAMQVAMVIS *P* QUAMQUAMUIS *MRybc*, *Servius*, *qui* 'alti vulneris violentiam' *interpretatur*. quamquam sese '*vetusti quidam*' *Pierianí* UULNERE *MRγ*1*bc* tardet *γ*1*b* trd& *c* TARDAT *P* ARDAT *M* tardat *ut* '*verbum neutrum*' *tuetur Naekius ad Catonis ecl.* 18 quamquam vis alti vulneris ardet *Hofmannus* 858 HAVD *Rybc* EQVvM *P* EQVVM *Rybc* AEQUUM *M* 859 ho *γ* erit *γ*, *unde* heri *coni. Heinsius* uictorabibat (ra *m.* 2 *in ras.*, a *corr. ex* o) *γ* 860 alloquit' *c* MERENTEM *Mc* AC *R* talibuſ me ſit *ut vid. γ*1 TALIA FATVR *R ut* I 131. 256 III 485 V 16. 79. 464. 532 VII 330 VIII 559 IX 280 XI 501 XII 228 861 RHAEBE *MPRb*2 Rhebe *c* hrebe *γ* Rhoebe *b*1 Rhoebe *vel* Roebe *Macrobii exempl.* DEIU *M* QV^ *P* illa eſt (i *erasa*) *c* VTRAEST (*voluit* ultra est) *R* 862 HAUT *MPR* HODIE *Mc* CRVENTAI *P* CRUENTA *MRγb* creenta *c* 'cruenta . . . *si autem* cruenti, *intellexeris scilicet crudelis: sic enim convenit personae loquentis*' *Servius*. superba *Probi inst. cod.* 863 Ut *γ* DOLORVM (V *in ras.*) *R* dolorem *γ* DOLOREM *P prisco loquendi usu.* 864 aper it *γ* NVLLAM *R* 865 Occumbenſ *γ*1 Occũbaſ *c*1 Accũbeſ *b* pater *γ* pariter neque] PARITERN *in ras. R* ſortiſſima *c*1 866 dominoſ (noſ *in ras.*) *b* domonuſ *c*1

dixit et exceptus tergo consueta locavit
membra manusque ambas iaculis oneravit acutis,
aere caput fulgens cristaque hirsutus equina.
sic cursum in medios rapidus dedit: aestuat ingens
uno in corde pudor mixtoque insania luctu.
atque hic Aenean magna ter voce vocavit.
Aeneas agnovit enim laetusque precatur:
'sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!
incipias conferre manum.'
tantum effatus et infesta subit obvius hasta.
ille autem 'quid me erepto, saevissime, nato
terres? haec via sola fuit, qua perdere posses.
nec mortem horremus nec divom parcimus ulli.
desine: nam venio moriturus et haec tibi porto

et furiis agitatus amor et conscia virtus.

TESTIMONIA.

869 'cristaque h. e.' Servius Aen. II 391. 412 X 638 870 sq. 'aestuat ... luctu' Servius Aen. X 398 875 Charisius 172 Servius Aen. VI 9 X 737 schol. Veron. 82, 5 'sic ... faciat' Servius Aen. III 558 879 'haec ... posses' Macrobius Sat. IV 4, 24 Nonius 420, 12 880 'nec ... ulli' schol. Lucani IV 123 881 sq. 'et ... prius' Servius Aen. XI 856 ecl. VIII 60

VARIA LECTIO.

869 UERE *M* HERSUTIS (E *corr. in* Y) *M* hyrfutuf *γ* 870 curfū. *γ2* CVRSV *R* curfuf *γ1* REDIT *R* 870 *sq.* aestuat... luctu = XII 666 *sq.* 871 Una *γ2* uno *Servius testatur* dolor '*vetustiores*' *Heinsii, Mediceus Pierii.* pudor *Servius legit* lucta *c* 872 = XII 668 *extat in c, m. rec. in mg. γ, post* 875 *Menag., om. MPRγb, non interpretatur Servius.* 873 ADQVE *Rc* AENEAE *M* aeneam *γ* aeneā *b* magno *c1* 874 *cf.* VI 317 agnouit *γ* ADGNOVIT *PR* 875 DEUM (*ut vid.*) *M* altum *c1* sanctus *Charisii Neap.* magnus *eiusdem excerpta Paris.* altus *testantur Servius et schol. Veron.* appollo *b* 877 obiuf *b* afta *b* 878 feuiffimae *b* 879 TERREAS *R* possis *Nonii exempl.* 880 Nec *b* orremuf *b* DIVVM *MPRγbc* 881 NAM *MPRbc* iam *γχ*

dona prius.' dixit telumque intorsit in hostem;
inde aliud super atque aliud figitque volatque
ingenti gyro, set sustinet aureus umbo.
ter circum astantem laevos equitavit in orbes
tela manu iaciens, ter secum Troïus heros
inmanem aerato circumfert tegmine silvam.
inde ubi tot traxisse moras, tot spicula taedet
vellere et urgetur pugna congressus iniqua,
multa movens animo iam tandem erumpit et inter
bellatoris equi cava tempora conicit hastam.
tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
verberat effusumque equitem super ipse secutus
implicat eiectoque incumbit cernuus armo.
clamore incendunt caelum Troesque Latinique.
advolat Aeneas vaginaque eripit ensem

TESTIMONIA.

885 'laevos ... orbis' Arusianus p. 239 L. 887 Macrobius Sat. VI 6, 6 889 'et ... iniqua' Servius Aen. XII 465 892 'tollit ... quadrupes'. Nonius 406, 31 892 sq. 'tollit ... verberat' Priscianus 703 Nonius 29, 17 893 'effusum ... secutus' Nonius 295, 18 894 'eiecto ... armo' Nonius 21, 3. 300, 22 895 Servius Aen. XI 147

VARIA LECTIO.

883 ALIVT *Pγ* ADQVE *Rc* ALIVT *P* FIVGIT *P* FUGIT (U *corr. in* I) *Mc* aliud: fugitque *prop. Heynius* uo..lat (l *m.* 2 *in ras.*) *γ*2 uolutat *γ*1 884 giro *bc* SED *PRybc* aureuſ *in ras. b* au.reuſ (*erasa* e, *ni f.*) *γ* AEREVS *Pm* : *cf.* 271 *et* 887. 885 Te *c* ADSTANTEM *MRc* ſtantem *b* LEUOS *Mb* orbiſ *c*1 886 IACENS *P* iacenſ *b* 887 IMMANEM *PRyb* ter circum *Macrobii exempl.* (*cf.* 885) tegmine, aſ agmine *γ* TEGMINE (T *in ras.*) *R* 888 TAEDIT (I *corr. in* E) *M* 889 urg&ur *γ* URGUETUR *MRb* cũgreſſuſ *c* 890 erupit *γ* INSTER *R* 891 caue *c*1 892 arectũ *b* QVADRIPES *P* QVADRIPES *R* auroſ *c*1 893 ⊖QVITEM *P* QUITEM *M* 894 ELECTO *M* electo *γ* CERNVLVS *P* CERNVLVS *Rγ*1 AMBO *M* 896 Atuolat *γ* 'advolat Aeneas: *multi haec nolunt distingui, quasi simul fiant' Servius. Post* Aeneas *dist. M*

corpus nullo patiare tegi. scio acerba meorum
circumstare odia: hunc, oro, defende furorem
et me consortem nati concede sepulchro.'
haec loquitur iuguloque haut inscius accipit ens
undantique animam diffundit in arma cruore.

TESTIMONIA.

897 'ubi n. M.' Maximi Victorini ars 18 899 'h
pit' Servius Aen. I 738 X 781 900 Nonius 329, 15. 46
... increpitas' Servius Aen. IV 203 'hostis a.' Ser
903 'si ... oro' Servius Aen. X 626 904 sq. '
Servius Aen. XI 9 905 'hunc ... furorem' Arusi
Servius ecl. VII 47 906 Macrobius Sat. VI 6, 4
de re gramm. in A. Mai auct. class. V 593

VARIA LECTIO.

897 ꝟET *P* nunc] est *Max. Victorinus* mezenc
TIVS *R* MEZZENTIUS *M* ad illa *c* 898 con^{tra} *γ* t
renuf *c* VT (V *in ras.*) *R* ^{E}UT *M* ꝟET *P* &, aŀ ut *γ* u
899 ^{h}aufit *γ* haud fit *c* recoepit *b*1 900 QUIT *M*
^{A}*M* mortã *c*1 901 CEDE *M* AD (D *corr. in* T) *M*
902 Hec *b*1 foedera (fo *in ras.*) *b* 904 TEGIT *R*
tuorum *Servius Aen.* XI 9 906 fepulcro *c* 907 ^{H}AUT
^{M}*bc* 908 ANIMA *P* DEFVNDIT *Rγ*1 arua *Menag.*
ni fallor: *cf.* 741 CRUOREM *M*, (M *eras.*) *P* cruore *Ser*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER VNDECIMVS

Oceanum interea surgens Aurora reliquit:
Aeneas, quamquam et sociis dare tempus humandis
praecipitant curae turbataque funere mens est,
vota deum primo victor solvebat Eoo.
ingentem quercum decisis undique ramis
constituit tumulo fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias, tibi, magne, tropaeum,
bellipotens: aptat rorantis sanguine cristas

TESTIMONIA.

AENEIDOS XI. 1 Donatus ad Ter. eun. III 5, 46 Priscianus de XII vers. Aen. 11, 198 p. 1275 P. Diomedes 495 Aldhelmus de re gramm. et metr. in A. Mai auct. class. V 520 4 Macrobius Sat. VI 6, 4 7 'Mezenti d. e.' Probi inst. I 14, 2 Maximus Vict. de fin. 5 p. 457 Endl. Sergius in Donat. 7 p. 479 Endl. Donatus de ult. syll. 1802 Cledonius 1883. 1884 Marius Victorinus 1474 P. Marcianus Capella III 278 Pompeius p. 33. 52 L.

VARIA LECTIO.

AENEIDOS XI. 1 = IV 129 reliquid *yb* 2 et *om. Parrhas.* *An* ei? *cf.* 57 DERE (*infra scr. minio*) *M* HUMANDIS (*minio scr.*) *M* 3 FUNERA (*minio scr.*) *M* eſt *m. 2 in ras. b* 5 QUAERCUM *M* deciſſiſ *c*l undeq: *c*l 6 fulgentie *y*l 7 MEZZENTI *R* MEZZENTI *M*: *'ergo illi errare noscuntur, qui hanc (z) dupliciter scribunt' Probi inst.* *'z . . . quae apud Graecos duplex est' Marius Victorinus* MAGNAE *M* MAGNAE *R* tropheum *c* 8 RORANTES *M* RORANTI *R*

telaque trunca viri et bis sex thoraca petitum
perfossumque locis clipeumque ex aere sinistrae
subligat atque ensem collo suspendit eburnum.
tum socios (namque omnis eum stipata tegebat
turba ducum) sic incipiens hortatur ovantis:
'maxima res effecta, viri; timor omnis abesto,
quod superest: haec sunt spolia et de rege superbo
primitiae, manibusque meis Mezentius hic est.
nunc iter ad regem nobis murosque Latinos.
arma parate animis et spe praesumite bellum,
nequa mora ignaros, ubi primum vellere signa
adnuerint superi pubemque educere castris,
inpediat segnisve metu sententia tardet.
interea socios inhumataque corpora terrae
mandemus, qui solus honos Acheronte sub imost.
ite' ait, 'egregias animas, quae sanguine nobis

TESTIMONIA.

9 sq. 'et . . . locis' Servius Aen. II 278 XII 98 12 sq. Charisius 246 Diomedes 456 'tum . . . ducum' Pompeius 474 L. 14 'timor o. a.' schol. Hor. carm. III 8, 15 15 sq. 'haec . . . primitiae' Macrobius Sat. III 5, 11 16 'Mezentius h. e.' schol. Veron. 89, 26 'manibusque . . . est' Marius Victorinus 2467 Servius Aen. IV 237 XI 54. 84 18 Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 20 Servius Aen. IX 158 24—26 'ite . . . muneribus' Nonius 466, 31 24 sq. 'ite . . . suo' Nonius 464, 25 'ite . . . peperere' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 90 'qui . . . suo' Macrobius Sat. IV 4, 9

VARIA LECTIO.

9 Taela *b* bi^{f} *c* 10 clypeum *γ* finiſtrae (iſ *m.* 2 *in ras.*) *b* 11 ADQVE *R* EBURNȮUM *M* 12 cum *Charisii exc. Leid.* tenebat *Diomedis Parisini et Monac.* 13 ^{h}ortatur *b* OVANTIS (I *corr. in* E) *P* 16 MEZZENTIVS *R* MEẒZENTIUS *M* 18 ANIMIS· *M* 'arma parate animis . . . *aut certe est mutanda distinctio, ut sit:* animis et spe praesumite bellum' *Servius* bellum (bell *in ras.*) *c* 19 IGNARUS *M* prim. *b* 20 ADNVERENT *R* Annuerint *c* 21 IMPEDIAT *Rb* SEGNISU^{Q}E *M* SIGNISQVE *Pc* ſegniſq: *b* ſegneſque *γ* 22 copora tre *m. rec. γ* 23 *sq. om., add. m. rec. in mg. γ* IMO^{E}ST *M* imo eſt *bc* IMO (*om.* EST) *PR* 24 '*vitiose in media oratione* ait *positum critici notant*' *Servius* agite *Peerlkampus* QVAE *P* qui *Macrobii exempl.*,

hanc patriam peperere suo, decorate supremis
muneribus, maestamque Euandri primus ad urbem
mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
abstulit atra dies et funere mersit acerbo.'

Sic ait inlacrimans recipitque ad limina gressum,
corpus ubi exanimi positum Pallantis Acoetes
servabat senior, qui Parrhasio Euandro
armiger ante fuit, sed non felicibus aeque
tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.
circum omnis famulumque manus Troianaque turba
et maestum Iliades crinem de more solutae.
ut vero Aeneas foribus sese intulit altis,
ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
pectoribus, maestoque inmugit regia luctu.
ipse caput nivei fultum Pallantis et ora
ut vidit levique patens in pectore volnus
cuspidis Ausoniae, lacrimis ita fatur obortis.

TESTIMONIA.

30 sq. 'corpus ... senior' Donatus ad Ter. hec. III 3, 4 30 Donatus ad Ter. Andr. I 4, 7 33 'caro ... alumno' Nonius 243, 7 35 Servius Aen. IX 217 39 sq. Macrobius Sat. IV 6, 13 40 'levi ... vulnus' Quintilianus VI 2, 33 41—43 'lacrimis ... mihi' Priscianus 1037

VARIA LECTIO.

fortasse melius fangine *c* 25 PEPERE *M* SVPPREMIS *P* fupraemef *b*1 28 = VI 429 FVNERA *R* aceruo *b*1 29 recepit *γ*1 limine *c*1 30 EXANIME *M* EXANIMIS *R*, (f *in ras.*) *c* exanimum '*veteres quidam*' *Pieriani*, *Donati ad Andr. ex.*, *sed* exanimi *idem ad hecyr.* PALLANTIS (ALL *in ras.*) *R* pallantef *γ*1 AGOETES *M* Acestes *Donati ad Andr. exempl.* 31 parrafio *c* 32 FELICIS *P* aequae *bc* 33 Tunc *c* 34 mani *b* 35 *cf.* III 65 ILLADES *M* folatae *γ* 36 Ut (U *in ras.*) *b* 38 misto *Peerlkampus*, *fortasse recte.* INMUGIT *M* IMMVGIT *P* inmugiit *γ*1 39 Ipfæ *γ*2 Ipfa *γ*1 pallatif *b*1 pallentif *c*1 40 laeui *b* VVLNVS *MRybc* 41 fatuf (f *corr. ex* r, *ut vid.*) *c* fatu. *γ* fatur *testantur Priscianus et Servius* obortif (o *pr. in ras.*) *c* abortif *γ*

'tene' inquit, 'miserande puer, cum laeta veniret,
invidit Fortuna mihi, ne regna videres
nostra neque ad sedes victor veherere paternas?
non haec Euandro de te promissa parenti
discedens dederam, cum me complexus euntem
mitteret in magnum imperium metuensque moneret
acris esse viros, cum dura proelia gente.
et nunc ille quidem spe multum captus inani
fors et vota facit cumulatque altaria donis:
nos iuvenem exanimum et nil iam caelestibus ullis
debentem vano maesti comitamur honore.
infelix, nati funus crudele videbis!
hi nostri reditus expectatique triumphi,
haec mea magna fides. at non, Euandre, pudendis
volneribus pulsum aspicies nec sospite dirum

TESTIMONIA.

42 sq. 'tene ... mihi' Servius ecl. VII 58 42 'ten ... puer' Marius Victorinus 2467 45 sq. 'non ... dederam' Iulius Rufinianus p. 243 R. 47 sq. 'metuens ... viros' Priscianus 775 49 sq. 'et ... facit' Macrobius Sat. IV 6, 7 Iulius Rufinianus p. 243 R. 50 Priscianus 1006. 1015. 1016. 1021 'fors ... facit' Servius Aen. I 203 XI 158 51 sq. 'nos ... debentem' Servius Aen. II 641 'et ... debentem' Servius Aen. I 387 VI 83 'nil ... debentem' schol. Hor. carm. I 24, 11 52 'vano ... honore' schol. Hor. carm. II 20, 24 Servius Aen. X 828 53–56 'infelix ... aspicies' Iulius Rufinianus p. 244 R. 53 'infelix n. f. c.' Probi inst. I 4, 21 54 sq. 'hi ... fides' Servius Aen. VIII 537 54 'nostri ... triumphi' Nonius 222, 12

VARIA LECTIO.

42 ten *Marius Victorinus* inquid *b* PVcR *R* LETA *R* 44 UEHAERERE *M* ue.ere (*erasa* r) *c* REVERE *R* 46 cederā *b*1 com *c* CONPLEXVS *P* 47 IM *Py*1 inperium *γ* MQNERES (*corr. m. cad. ut vid.*) *P* 48 Acref *c* PROELIA *P* praelia *b* PROELIA *M* 49 spe mulcet pectus *Pecrlkampus* 50 forsit '*aliquot*' *Picriani* 'fors et ... *et forte ... potest et unum esse* forset, *i. e. forsitan*' *Servius* fors *testatur Priscianus* 51 EXANIMEM *Rc* NIL *P* nihil *γ* 53 funus nati *Rufiniani exempl.* 54 EXSPECTATI *M* EXOPTATI *R* triumphy *γ* *Vulgo interrogantem faciunt Aeneam.* 55 ad *γb* euadre *b* pudantif *c*1 56 VVLNERIBVS *PRγbc* aſpicienf *b*1 durum *Menag. pr.*, *χ*

optabis nato funus pater. ei mihi, quantum
praesidium Ausonia et quantum tu perdis, Iule!'
Haec ubi deflevit, tolli miserabile corpus
imperat et toto lectos ex agmine mittit
mille viros, qui supremum comitentur honorem
intersintque patris lacrumis, solacia luctus
exigua ingentis, misero set debita patri.
haut segnes alii crates et molle feretrum
arbuteis texunt virgis et vimine querno
extructosque toros obtentu frondis inumbrant.
hic iuvenem agresti sublimen stramine ponunt,
qualem virgineo demessum pollice florem
seu mollis violae seu languentis hyacinthi,
cui neque fulgor adhuc nec dum sua forma recessit:
non iam mater alit tellus viresque ministrat.
tum geminas vestes auroque ostroque rigentis

TESTIMONIA.

57 sq. 'ei ... Iule' Donatus ad Ter. Phorm. I 3, 26 61 'qui ... honorem' Nonius 388, 5 68 sq. Nonius 338, 30 68 Macrobius Sat. IV 5, 7 'demessum pollice f.' Servius ge. II 274

VARIA LECTIO.

57 Obtabif *bc* OBSTABIS *PR* HEI *M* ET *R* heu *c* 58 IVLI *R*

59 ubi] VBI DICTA (*voluit* ubi dicta dedit) *R* DEFLUIT *M* defleuit (uit *in ras.*) *b* 60 ORDINE *PR* : *cf.* VII 152 agmine *Servius* 61 SVPPREMVM *P* SUPPREMUM *M* committentur *γ* 62 lacrumif *c1* LACRIMIS *MPRybc2* 63 EXIGVA (*deleta* V) *P* SED *PRybc* PATRI·S *M* 64 haud *ybc* SEGNIS (I *corr. in* E) *P* PHERETRVM *PRγ* 65 ulmine *γ* 66 EXSTRUCTOS *MR* FRODIsT *P* frondif (ron *m. rec. in ras.*) *c* INVMBRAT *P* 67 ſublimen *γc* SUBLIMEM *MPR* ſublimē *b* ponuN (uN *in ras.*) *b* 68 DEMISSVM *Pγ1* demenf fum *c1* meſſum de *Servii ge.* II 274 *ex.* 69 molles *Nonius* langentif *b* IACINTHI *Rc* hyacincthi *γ* hiacincthi (inc *in ras.*) *b* 70 fulgur *γ1* ATDHVC *P* 71 ali *γ* UIRIS *M1P1* 72 ueſtif *b* auro ostroque *Servii Par.* auroque (*om.* ostroque) *eiusdem Regin.* ostroque auroque *Moret. sec.* RIGENTIS (I *post. corr. in* E) *M* RIGENTES (I *corr. ex* E) *P* RIGENTES *Rc* regentif *b1*

extulit Aeneas, quas illi laeta laborum
ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
fecerat et tenui telas discreverat auro.
harum unam iuveni supremum maestus honorem
induit arsurasque comas obnubit amictu,
multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
aggerat et longo praedam iubet ordine duci.
[addit equos et tela, quibus spoliaverat hostem.]
vinxerat et pos terga manus, quos mitteret umbris
inferias, caeso sparsurus sanguine flammas,
indutosque iubet truncos hostilibus armis
ipsos ferre duces inimicaque nomina figi.
ducitur infelix aevo confectus Acoetes:
pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora
sternitur et toto proiectus corpore terrae....
ducunt et Rutulo perfusos sanguine currus.

TESTIMONIA.

73 'quas illi l. l.' Arusianus p. 244 L. Iulius Rufinianus p. 246 R. 'laeta l.' Servius Aen. XI 416 75 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 530 76 sq. 'harum ... induit' Priscianus 1185. 1199 77 'arsuras ... amictu' Donatus ad Ter. hec. IV 4, 34 79 Eutychius II 13 80 Servius Aen. VIII 202 81 sq. 'vinxerat ... inferias' Servius Aen. X 518 82 'caeso ... flammas' Macrobius Sat. VI 6, 3 83 sq. 'indutos ... duces' Servius Aen. XI 173 83 Arusianus p. 235 L. Servius Aen. XI 6. 76 85 Macrobius Sat. IV 3, 5 Nonius 268, 28 283, 10 Probi inst. I 7, 2 'ducitur i. a. c.' Probi inst. I 8, 1 87 'et ... terrae' Arusianus p. 254 L.

VARIA LECTIO.

73 bonorum *Iulii Rufiniani exempl.* 75 = IV 264 76 IVVENIS *R* SVPPREMVM *MPγ* 78 *post v.* 84 *adscripto* & *signo m* 79 iubet praedam *m* 80 *deleturus fuisse videtur poeta, ut cuius rice v.* 78 *sq. et* 83 *sq. fecerit* 81 poſterga *γc* POST TERGA *MPRb* 82 ſparſuroſ *bc* FLAMMAS *MPbcm, Macrobii exempl.* FLAMMAM *Rγ* 83 Inductoſ *γl* 84 numina *γl* FINGI *R* FIGOT (figit?) *M* 85 AEUO *M* acoetaſ *bl* acoetis *Nonii* 268 *exempl.* acestes *Hamb. alt., Nonii* 283 *Bern. b* aletes *Macrobii ex.* 86 ſedanſ *γ* *Post* ora *vulgo interpungunt* 87 *deleri volebat editor Parmensis: lacunam statui* STERNITUR *M* corpore terrae] tempore Turnus *ex* 459 *Arusianus* 88 perfuſuſ *γl* curroſ *γ*

post bellator ecus positis insignibus Aethon
it lacrimans guttisque umectat grandibus ora.
hastam alii galeamque ferunt, nam cetera Turnus
victor habet. tum maesta phalanx Teucrique secuntur
Tyrrhenique omnes et versis Arcades armis.
postquam omnis longe comitum praecesserat ordo,
substitit Aeneas gemituque haec addidit alto:
'nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli
fata vocant: salve aeternum mihi, maxime Palla,
aeternumque vale.' nec plura effatus ad altos
tendebat muros gressumque in castra ferebat.

Iamque oratores aderant ex urbe Latina,
velati ramis oleae veniamque rogantes:
corpora, per campos ferro quae fusa iacebant,
redderet ac tumulo sineret succedere terrae;
nullum cum victis certamen et aethere cassis;

TESTIMONIA.

89 'positis i.' Quintilianus VI 2, 33 92 sq. 'Teucri ... armis' schol. Lucani VIII 735 93 'Tyrrhenique o.' Probi inst. I 5, 1 'et ... armis' Servius Aen. VIII 588 XII 281 97 sq. 'salve ... vale' Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 13 schol. Veron. 94, 13 Servius Aen. II 789 97 'salve ... Palla' Priscianus 702 101 'veniamque precantes' Servius Aen. X 31 103 'tumulo ... terrae' Servius Aen. XI 146

VARIA LECTIO.

89 EQVvS *P* EQVVS *Ryb* po.fitif *b* 90 Ib *P* Id *γ1* 91 fer̃ *b* 92 FALANX *Mc* teucri *in ras. b* fequuntur *b* 93 Thyrrheni *γ* Tirre*ni* *c* OMNES· *MPyc, ad Arcades refert Peerlkampus* DVCES *ut* 171 *Rbm, schol. Lucani, Servius* arcadaſ *b* armis] ARARMIS *P* aſ *p* 94 praecefferat *γ* p̃cefferat *c* 95 SUBSIT *M* gemitum *γ1* ADDIDIT *M* EDIDIT *R* : *cf.* V 799 VII 194 96 aliaſ hinc (ſhinc *in ras.*) *b* LACRIMANS *P* EADEM *R* EA··DEM *M* orrida *c* 97 mi*hi* *c* MAXIMA *M* maxima *γ1* PALLAS *R* : *cf.* X 411 98 PLUR *M* EFATUS *M* AT^{D} *P* altos] A *corr. m. ant. ex* T *P* 99 IN *in ras. R* fereba.t *γ* 101 PRECANTES *R*, *Servius Aen.* X 31, *ut* 106 : *cf.* III 144 102 quae] Q̃· *M* 104 hetere *c* aere *m*, *Mediceus Pierii, Menteliani*

parceret hospitibus quondam socerisque vocatis.
quos bonus Aeneas haut aspernanda precantis
prosequitur venia et verbis haec insuper addit:
'quaenam vos tanto fortuna indigna, Latini,
implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
pacem me exanimis et Martis sorte peremptis
oratis? equidem et vivis concedere vellem.
nec veni, nise fata locum sedemque dedissent,
nec bellum cum gente gero: rex nostra reliquit
hospitia et Turni potius se credidit armis.
aequius huic Turnum fuerat se opponere morti.
si bellum finire manu, si pellere Teucros
apparat, his mecum decuit concurrere telis:
vixet, cui vitam deus aut sua dextra dedisset.
nunc ite et miseris supponite civibus ignem.'
dixerat Aeneas. illi opstipuere silentes
conversique oculos inter se atque ora tenebant.
tum senior semperque odiis et crimine Drances
infensus iuveni Turno sic ore vicissim

TESTIMONIA.

112 Probi inst. I 14, 3 Charisius 239 Diomedes 449 Servius Aen. XI 130 118 'vixet ... deus' Probi inst. I 18, 6 'vixet' Claudius Sacerdos I 96 121 Priscianus 991 122 sq. 'semper ... Turno' Donatus ad Ter. hec. V 2, 13

VARIA LECTIO.

106 haud *bc* PRECANTES *MRγ*2*c* 107 uerba *γ*2 108 TANTOS *R* furtuna *γ* 109 IMPLICUIT *M* 110 ME *MPRγb*1*ψ* ne *b*2, *supra scr. c* mortif *γ*1 112 uenisse (nsi) *Charisii cod., ut* veni nise *scriptum fuisse appareat.* UENINISI *MPRγb* ueni ni *c*, *Probi inst. cod.* fedem////que *b* 113 gentem *γ*1 reliquid *b* 114 credidit (didit *m.* 2 *in ras.*) *γ* 116 manuf (S) *γ*1 117 decuit mecū *cm* concurre *γ* 118 sua] CVI *P* 119 MISERI *P* SUBPONITE (T) *Mybc* 120 OBSTIPUERE *MRybc* 121 ADQVE *R* hora *c* 122 HUNC *M* huic *susp. Wagnerus* (VS) que *om. c* 123 INFENSI *M* Infeffuf *γ* infestus *Menag. alt.* orsa vicissim Ore refert *m*

orsa refert: 'o fama ingens, ingentior armis
vir Troiane, quibus caelo te laudibus aequem? 125
iustitiaene prius mirer belline laborum?
nos vero haec patriam grati referemus ad urbem
et te, siqua viam dederit fortuna, Latino
iungemus regi: quaerat sibi foedera Turnus.
quin et fatalis murorum attollere moles 130
saxaque subvectare umeris Troiana iuvabit.'
dixerat haec, unoque omnes eadem ore fremebant.
bis senos pepigere dies et pace sequestra
per silvas Teucri mixtique inpune Latini
erravere iugis. ferro sonat alta bipenni 135
fraxinus, evertunt actas ad sidera pinus,

TESTIMONIA.

124 sq. 'o ... Troiane' Macrobius Sat. VI 2, 33 124 'o ... armis' Arusianus p. 236 L. 'o f. i.' Emporius rhet. 304 C. 125 'quibus ... aequem' Servius Aen. X 548 XI 508 126 Priscianus 1031. 1081. 1184. 1186. 1189 129 'quaerat s. f. T.' Donatus ad Ter. hec. V 1, 19 Phorm. II 1, 67 131 Servius Aen. XII 192 'saxaque s. u.' Donatus ad Ter. hec. II 1, 17 132 'ore f.' Diomedes 424 133 'et pace s.' Priscianus 692 'pace s. bis senos p. d.' Suetonius verb. diff. p. 315, 5 Rothii 135—138 'ferro ... gementibus' Asper 114, 5 K. 135 sq. 'ferro ... pinus' Priscianus 717 'ferro ... fraxinus' Priscianus 652. 763

VARIA LECTIO.

124 refert o fama] TOFA *in ras. R* o] Ó *M* ingencior *γ* 125 caelo] EGO *R* 126 IVSTITIAE *Pybcm* IUSTITIA *MR* 'iustitiane ... *sed invenitur etiam* iustitiaene ... *quod est aptius*' *Priscianus* 1081 'iustitiae, laborum *genitivum pro ablativo. si autem* iustitiae *legeris, subaudiendum* iustitiae laudibus, *si* iustitia, *subaudiendum* praeditum' *Servius* bellinae *γ1* LABORVM (V *fort. corr. ex* E) *P* LABOREM *Rγ2* 127 refemuf *γ* referimuf *b1* 128 TE (T *in ras.*) *P* qua] Q^{va} *P* 130 mororũ (moerorum?) *c* 131 fubuectari *c1* SVBIECTARE (I *corr. in* V *m. rec.*) *P, ut Lucretius* VI 700 humerif *γc* TROIANA *M* iuuabat *γ1* 134 SILUAM *M* IMPVNE *R* 135 acta '*aliquot*' *Pieriani* icta '*antiquissimus*' *Pierii*, *χ ut* VI 180 *inter* bipenni *et* bipinni *fluctuant Prisc. libri* 136 altas *χ*, *Prisciani exempl.* PINVS *PRybc, Priscianus* PINOS *M*

et super haec: 'ubi nunc Mezentius acer et illa
effera vis animi?' contra Tyrrhenus, ut auras
suspiciens hausit caelum mentemque recepit:
'hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?
nullum in caede nefas, nèc sic ad proelia veni,
nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lausus.
unum hoc per siqua est victis venia hostibus oro:
corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum
circumstare odia: hunc, oro, defende furorem
et me consortem nati concede sepulchro.'
haec loquitur iuguloque haut inscius accipit ensem
undantique animam diffundit in arma cruore.

TESTIMONIA.

897 'ubi n. M.' Maximi Victorini ars 18 899 'hausit . . . recepit' Servius Aen. I 738 X 781 900 Nonius 329, 15. 465, 22 'hostis . . . increpitas' Servius Aen. IV 203 'hostis a.' Servius ge. I 120 903 'si . . . oro' Servius Aen. X 626 904 sq. 'scio . . . odia' Servius Aen. XI 9 905 'hunc . . . furorem' Arusianus p. 225 L. Servius ecl. VII 47 906 Macrobius Sat. VI 6, 4 908 Aldhelmus de re gramm. in A. Mai auct. class. V 593

VARIA LECTIO.

897 ⁊ET *P* nunc] est *Max. Victorinus* mezenciuſ *γ* MEZZENTIVS *R* MEZZENTIUS *M* ad illa *c* 898 con[tra] *γ* tyrrenuſ *γ* tyrrenuſ *c* VT (V *in ras.*) *R* UT *M* ⁊ET *P* &, aſ ut *γ* ut *Servius legit* 899 aufit *γ* haud fit *c* recoepit *b*1 900 QUIT *M* INCREPITANS *M* mortã *c*1 901 CEDE *M* AD (D *corr. in* T) *M* UENIT *M* 902 Hec *b*1 foedera (fo *in ras.*) *b* 904 TEGIT *R* ARMA *M* tuorum *Servius Aen.* XI 9 906 ſepulcro *c* 907 AUT *M* aut *γ* haud *bc* 908 ANIMA *P* DEFVNDIT *Ry*1 arua *Menag. pr., non male, ni fallor: cf.* 741 CRUOREM *M*, (M *eras.*) *P* cruore *Servius confirmat*

P· UERGILI MARONIS AENEIDOS· || LIB· X· EXPL· INC· LIB· XI | FELICITER· *M* VERGILI· MARONIS· AENEIDOS || LIBER· X· EXPLICIT· INCIPIT· || LIBER· XI· FELICITER *In seq. pagina undecim versus, quos vide in prolegom. R* EXPLICIT LIBER AENEIDOS· X· || INCIPIT· XI· *γ*

EXPLICIT LIB· X· VIRGILI MARONIS AENEIDOS *b*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER VNDECIMVS

Oceanum interea surgens Aurora reliquit:
Aeneas, quamquam et sociis dare tempus humandis
praecipitant curae turbataque funere mens est,
vota deum primo victor solvebat Eoo.
ingentem quercum decisis undique ramis
constituit tumulo fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias, tibi, magne, tropaeum,
bellipotens: aptat rorantis sanguine cristas

TESTIMONIA.

AENEIDOS XI. 1 Donatus ad Ter. eun. III 5, 46 Priscianus de XII vers. Aen. 11, 198 p. 1275 P. Diomedes 495 Aldhelmus de re gramm. et metr. in A. Mai auct. class. V 520 4 Macrobius Sat. VI 6, 4 7 'Mezenti d. e.' Probi inst. I 14, 2 Maximus Vict. de fin. 5 p. 457 Endl. Sergius in Donat. 7 p. 479 Endl. Donatus de ult. syll. 1802 Cledonius 1883. 1884 Marius Victorinus 1474 P. Marcianus Capella III 278 Pompeius p. 337 52 L.

VARIA LECTIO.

AENEIDOS XI. 1 = IV 129 reliquid *yb* 2 et *om. Parrhas.* *An* ei? *cf.* 57 DERE (*infra scr. minio*) *M* HUMANDIS (*minio scr.*) *M* 3 FUNERA (*minio scr.*) *M* eſt *m.* 2 *in ras. b* 5 QUAERCUM *M* deciſſiſ *c*1 undeq: *c*1 6 fulgentie *y*1 7 MEZZENTI *R* MEZZENTI *M*: *'ergo illi errare noscuntur, qui hanc* (z) *dupliciter scribunt' Probi inst.* *'z . . . quae apud Graecos duplex est' Marius Victorinus* MAGNAE *M* MAGNAE *R* tropheum *c* 8 RORANTES *M* RORANTI *R*

debita erat nostrae. quod si inmatura manebat
mors gnatum, caesis Volscorum milibus ante
ducentem in Latium Teucros cecidisse iuvabit.
quin ego non alio digner te funere, Palla,
quam pius Aeneas et quam magni Phryges et quam
Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis.
magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera Leto:
tu quoque nunc stares inmanis truncus in armis,
esset par aetas et idem si robur ab annis,
Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
vadite et haec memores regi mandata referte:
quod vitam moror invisam Pallante perempto,
dextera causa tuast, Turnum gnatoque patrique

TESTIMONIA.

169 Priscianus 702. 758 Probi inst. I 10, 3 173 sq. Priscianus 1031 174 Priscianus 1144 175 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 336 178 'Turnum g. p.' Charisius 248 Diomedes 435

VARIA LECTIO.

166 quof $\gamma 1$ SIIAMMATVRA *P* fi iam matura γ 167 VOLSCORVM (L *fort. in ras.*) *R* VOLSCORVM (O *pr. corr. in* V) *P* uulfcorum *c* MILLIBVS *R* MELLIB· (E *corr. in* I) *M* 168 cediffe *c*1 IVVABIT *Pγ*2, *Servii Par. Regin.* iuuabit (bit *in ras.*) *b* iuuabit (*corr. m. ant.*) *c* iuuabat $\gamma 1$ iuuabat $\gamma 3$ IUUARET *M*. IVVARE *R* 169 'digner ... *alii* dignem *legunt iuxta veteres' Servius* 170 et quam ... omnis *pro insititiis habet Heynius* ETQVM *P* magna *c*1 frigef *γc* 171 TYRRHENI *R* Tyrreni *bc* tyrrenum γ thyrrhenũ *b* tyrrenuf *c*1 turnumque *Ven.* Tuscumque *Bothius* 172—175 *delet Peerlkampus* 172 '*versum hunc non habet codex vetustus' ed. Ven.* 1544 TROPEA *MPybc* FERANT *R* ferant *γb* dextra *γc* la&o *γ* laeto *b* lo&o *c* 173 ſtaref (ſ *pr. m.* 2 *add.*) *γ* IMMANIS *Rbc* 174 ESSE *M* robor *Mentel. pr.* 175 demoror ultra *malit Heinsius*, armis *legit Servius* 176 AVDITE *R* rege *γ*1 177 ORORM *M* PEREMTO *M* 178 TVAST *P* TUAEST *MRybc*

quam debere vides. meritis vacat hic tibi solus
fortunaeque locus. non vitae gaudia quaero
(nec fas), sed gnato manīs perferre sub imos.'

Aurora interea miseris mortalibus almam
extulerat lucem, referens opera atque labores:
iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon
constituere pyras. huc corpora quisque suorum
more tulere patrum, subiectisque ignibus atris
conditur in tenebras altum caligine caelum.
ter circum accensos cincti fulgentibus armis
decurrere rogos, ter maestum funeris ignem
lustravere in equis ululatusque ore dedere;
spargitur et tellus lacrimis, sparguntur et arma:
it caelo clamorque virum clangorque tubarum.
hic alii spolia occisis derepta Latinis

TESTIMONIA.

187 Arusianus p. 240 L. 191 Macrobius Sat. V 10, 10 Servius ecl. V 40 192 schol. Persii III 103 193 sq. 'hic . . . igni' Macrobius Sat. VI 6, 5

VARIA LECTIO.

179 QVEM (E *in ras.*) *P* Quem *γ*1 DEBERE *M* UIDES· MERITIS *M* meritis . . . imos *melius absint.* . . uacat (*eras.* ua, *ut vid.*) *γ* hic *suprascr. γ* 180 FORTVNE *P* non . . . imos *inepta iudicat Peerlkampus.* 181 Ne *c*1 *b γ* *in Maronis apographo hic versum aut defuisse aut excidisse inchoatum suspicantur Brunckius et Heynius, sed hic etiam* gnato hoc Manis *proponit. Wagnerus concedit, concinnius Vergilium scripturum fuisse:* Manis portanda sub imos. 182 AURA *M* alma. *γ* 183 lu. cem *γ* ADQVE *R* 184 iã *in ras. b* CORUO *M* curuo (cur *in ras.*) *b* TARCHON (HO *fortasse in ras.*) *R* THARCO *M* 185 piraſ *b* 186 MORTE *M* atriſ (triſ *in ras.*) *c* 187 in tenebraſ (intex *in ras.*) *b* alta *m* caelum *in ras. c* 188 afcenſof *b* accenſum *c*1 CVNCTI *R* 189 DECURRE *M* 190 EQUIS *M* 192 *cf.* II 313 ID *Pγ* ET *M* 193 HIC *MPRybcψ*, *Macrobii exempl.*, *Servii Par. Regin.* : *cf.* 185 hinc *in quo libro extet nescio* direpta *b*2*c*1

coniciunt igni, galeas ensesque decoros
frenaque ferventisque rotas; pars munera nota,
ipsorum clipeos et non felicia tela.
multa boum circa mactantur corpora Morti,
saetigerosque sues raptasque ex omnibus agris
in flammam iugulant pecudes. tum litore toto
ardentis spectant socios semustaque servant
busta neque avelli possunt, nox umida donec
invertit caelum stellis ardentibus aptum.

Nec minus et miseri diversa in parte Latini
innumeras struxere pyras, et corpora partim
multa virum terrae infodiunt avectaque partim
finitimos tollunt in agros urbique remittunt,
cetera confusaeque ingentem caedis acervom
nec numero nec honore cremant: tunc undique vasti
certatim crebris conlucent ignibus agri.
tertia lux gelidam caelo dimoverat umbram:
maerentes altum cinerem et confusa ruebant

TESTIMONIA.

195 'frenaque f. r.' Servius ge. III 107 196 schol. Hor. carm. I 35, 38 197 'mactantur c. m.' Arusianus p. 247 L. 211 sq. 'et ... focis' Nonius 380, 8

VARIA LECTIO.

194 DECORUS (U *corr. in* O) *M* 195 FERUENTES *M* 196 CLIPAEOS *R* clipeaf *c*1 telof *c*1 198 Setigerof *b* Sedigeraf *c*1 199 flammas *m* littore *c* 200 SEMIVSTA (T *in ras.*) *R* 201 NEC *R* cuelli *c*1 humida *γc* 202 *cf.* IV 482 VI 797 FVLGENTIBVS *R*, *propter v.* 200 204 STRVXERE (T *m. ant.*) *P* piraf *c* partim PA *in ras. P* 205 *om. Menag. pr. et Goth. tert., post* 206 *in Leid. et Zulich.* IFODIVNT (I *pr. fort. corr. ex* T *vel* F) *P* infodiunt *γ* infoduñ *b* 206 Fenitimof *γ*1 grof *γ* UBI *M* 207 CETAERA *P* Ca&era *γb* cedif *b* STRAGIS *R ut* 384 *et* VI 504 ACERUUM *Mybc* ACERBVM *P* 208 NVMERO *R* NEQVE *Pc* neque (c *add. m. rec.*) *γ* tum *γ*1 209 conlu.cent *γ*2 conculcent *γ*1 conluceſ *c*1 210 TERTIA *M* 211 Merenteſ *γ* confuſe *c*1

ossa focis tepidoque onerabant aggere terrae.
iam vero in tectis, praedivitis urbe Latini,
praecipuus fragor et longi pars maxima luctus.
hic matres miseraeque nurus, hic cara sororum
pectora maerentum puerique parentibus orbi
dirum execrantur bellum Turnique hymenaeos:
ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro,
qui regnum Italiae et primos sibi poscat honores.
ingravat haec saevos Drances solumque vocari
testatur, solum posci in certamina Turnum.
multa simul contra variis sententia dictis
pro Turno, et magnum reginae nomen obumbrat,
multa virum meritis sustentat fama tropaeis.

Hos inter motus, medio in flagrante tumultu,
ecce super maesti magna Diomedis ab urbe

TESTIMONIA.

213 'praedivitis u. L.' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 13 Servius Aen. XII 22 216 'puerique p. o.' Arusianus p. 250 L. 218 Nonius 285, 27 226 sq. 'ecce . . . ferunt' Diomedes 407 Priscianus 1001

VARIA LECTIO.

212 honerabant *b* 213 *imo mg. m.* 2 *add. b* 214 longe *bc* 'longe . . . *et hoc est melius quam quod legatur* et longi' *Servius* luc. t. f *γ*2 luentif *γ*1 215 Hinc *b*1 mifere *c* hicara *c* 216 merentum (e *pr. in ras.*) *b* merente *c* 217 DIRVM *P* Durũ *b* EXSECRANTVR *Pγ*, EX *in liturâ trium litt. R* hymeneof *γ* himenaeof *c* hymoenaeof (hoemenaeos?) *b* 218 IPSAM *M* FERRV *ut vid. R*1 220 INGRVAT (*corr. m. rec.*) *R* haec] ET *Pγ*1 ec *γ*2 SAEVVS *Pγb* SEVVS *M* feuuf *c* saeuis *m*, *Bigot.* draces *m* SOLVM (OLV *in ras., ut vid.*) *P* primus *m* 221 *in mg.* A *M* CERTAMINE *R* 222 *sq. hic om., add. ima pag., adscriptis in mg.* B *et* C, *M* 224 *in mg.* D *M* SIMUL *M* : *cf.* 222 tropeif *c* tropheif *b* 225 FLAGRANTE, *sed* L *et* R *in ras., P* 226 maefti *erasa super* i *litera*, f, *ni f.*) *γ* magna Diomedis] ADIOM *in ras. R* 'magna Diomedis ab urbe: *legitur et* magni' *Servius* : *cf.* VIII 9 magni *Oblongus Pierii, Diomedis codd.* diamedif *γ*1

legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
tantorum impensis operum, nil dona neque aurum
nec magnas valuisse preces, alia arma Latinis
quaerenda aut pacem Troiano ab rege petendum.
deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
fatalem Aenean manifesto numine ferri
admonet ira deum tumulique ante ora recentes.
ergo concilium magnum primosque suorum
imperio accitos alta intra limina cogit.
olli convenere fluuntque ad regia plenis
tecta viis. sedet in mediis et maximus aevo
et primus sceptris haut laeta fronte Latinus.
atque hic legatos Aetola ex urbe remissos,
quae referant, fari iubet et responsa reposcit

TESTIMONIA.

227 'legati r. f.' Nonius 303, 11 229 sq. 'alia . . . quaerenda' Servius Aen. II 99 230 'aut . . . petendum' Iulius Rufinianus 256 R. anon. de verbo 36 p. 168 Endl. Donatus ad Ter. Andr. I 5, 19 eun. I 2, 17 Philargyrus gc. IV 484 'pacem . . . petendum' Donatus ad Ter. adelph. IV 7, 11 Servius Aen. X 628 232 sq. 'fatalem . . . deum' Arusianus p. 215 L. 233 'admonet i. d.' Probi inst. I 7, 2 234 'concilium saerum' de gen. nom. 76, 16 Haupt. 238 Arusianus p. 255 L.

VARIA LECTIO.

LIGATI *R* RESPONSAE *M* 228 TANTURUM *M*1 IMPENSIS *PRγ* ~~il~~ *b* NIHIL *M* NIHIL *R* dona *γ*2 aura *γ*1 NEC *Rb*, *Servii exempl.* 229 praecef *γ* 230 Quaerenda (a *post. in ras.*) *b* aut] et *Donatus ad Andr.*, *Philargyrus* A *R* petendum *bc*, *Menag. pr.*, *χ* : *testantur Iulius Rufinianus*, *anonymus de verbo*, *Servius* PETENDAM *M* PETENDAM *PRγ* 231 SEX *M* IPSA *M* 232 aeneã *c* nomine *γ* 233 ADMOUET *M* recentif *bc*1 234 sacrum *anon. de gen. nom.* 235 INFRA *M* MOENIA *R* limina *Servius confirmat* 236 Illico *m* COVENERE *P* FLVVNT *Ryc*, *Servii Regin.* (*in Par. deest hoc scholion*) FLVVNT *P* fluunt (fl *in ras.*) *b* RUUNT *M*, *Servii φ* : *cf.* XII 443 AT (T *corr. in* D) *M* 237 SED *P* maximuſ *b* 238 PRIMVM *P* SCEPTRIS *P* haud *bc* 239 ADQVE *R* LIGATOS *R* 240 repoſcet (e *pr. m. ant. corr. in* i) *b*

ordine cuncta suo. tum facta silentia linguis,
et Venulus dicto parens ita farier infit:
'Vidimus, o cives, Diomede Argivaque castra
atque iter emensi casus superavimus omnis
contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus.
ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis
victor Gargani condebat Iapygis agris.
postquam introgressi et coram data copia fandi,
munera praeferimus, nomen patriamque docemus,
qui bellum intulerint, quae causa attraxerit Arpos.
auditis ille haec placido sic reddidit ore:
"o fortunatae gentes, Saturnia regna,

TESTIMONIA.

243 'vidimus . . . Diomede' Macrobius Sat. V 17, 19 Emporius rhet. p. 304 C. 247 schol. Lucani V 380

VARIA LECTIO.

241 tunc γ TVNC *Pc* 242 At *b*1 243 O *M* diomede *c*, *Mentel. pr.*, *Rott. sec.*, *'antiqui plerique' Pieriani, defendit Wagnerus lectt. Verg.* 337 *contra praeceptum Lachmannianum Lucr. p.* 272 *sq.* diomede. *b* DIOMEDEN *MPR*γ, *et vereor ne sic reliquerit poeta, cum nondum absolverit versum.* diomedem *Parrhas.*, *Dorvill.*, *Emporius: probavit Lachmannus ad Lucr.* I 739 diomedae *Rottend. tert.*, *Sprot.* 'Diomede, *ut talium nominum accusativus Graecus est in* e *desinens. nam si quis eum putat Latine dixisse* Diomeden, *sanitas metri in versu desiderabitur' Macrobius.* '*aut* Diomedem *legendum . . . aut si Graecum accusativum facere voluerimus,* Diomede *legatur . . . si autem* Diomeden *dixerimus, nec Latinum est nec Graecum nec versus consistit . . . melius est ut* Diomede *legatur' e. q. s. Servius* 244 ADQVE *R* EMENSE *P*1 EMENSSI *M* CASVS *P* OMNES *Py*1 245 QVAM *P* 246 arbē *c* ARGIRIPAM *Pyc* ARGYRIPPAM *M* : *cf. Servius* OGNOMINE *M* gentef *b*1 247 'victor: *distingue' Servius* gargani *y* GARGANII *Mb*1 L'APYGIS 'L *corr. in* l' *M* iapigif *bc* aruis *Mentel. pr.*, χ, *'aliquot' Pieriani, in ras. b* 248 ingreſſi *b* CONGRESSI *R* 250 Quid *y*1 intullerint *y* ADTRAXERIT *Rbc* ATTRAXERAT *M* 251 haec *om. m* REDIDIT *M* edidit χ 252 FORTUNAE *M*

antiqui Ausonii, quae vos fortuna quietos
sollicitat suadetque ignota lacessere bella?
quicumque Iliacos ferro violavimus agros
(mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis,
quos Simois premat ille viros), infanda per orbem
supplicia et scelerum poenas expendimus omnes,
vel Priamo miseranda manus: scit triste Minervae
sidus et Euboicae cautes ultorque Caphereus.
militia ex illa diversum ad litus abacti
Atrides Protei Menelaus adusque columnas
ecsolat; Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes.
ipse Mycenaeus magnorum ductor Achivom

TESTIMONIA.

256 Nonius 348, 20 257 'quos ... viros' Nonius 365, 13 259 'vel ... manus' Donatus ad Ter. Andr. III 2, 9 hec. I 2, 53 schol. Lucani IX 50 Servius ecl. VIII 69 259 sq. 'scit ... sidus' Servius Aen. XII 451 ge. I 204 262 'Atrides P.' Asper iun. III 262 sq. 'Atrides ... exulat' Arusianus p. 227 L. schol. Lucani IX 654 'Protei ... exulat' schol. Lucani X 509 'adusque c. exsulat' Servius in Donat. 1708. 1855. 1933 P. 263 'Aetnaeos ... Ulixes' Servius Aen. II 5 Philargyrus ge. II 502 266—268 '*a patria*: ipse M.,

VARIA LECTIO.

255 VIOLAVIMVS (A *suprascr. eras.*) *P* POPVLAVIMVS *R* uastauimus *Menag. pr.* 256—258 *in mg. add. c* 256 exaufta fubaltif *γ2c* EXIIAVSI..VSALTIS *P* exaufimuf altif *γ1* 257 SIMONIS *M* PREMAT (EM *in ras.*) *R* 258 omnif *γ2* 'scelerum poenas expendimus omnes, *i. e. luimus omnes poenas, quae sunt statutae sceleribus. Alii* sceleris omnis *legunt, nam* omnes *non potest ad Graecos referri' Servius* 259 MANVS *MRγ2bc* DAMVS (DAM *in ras.*) *P* .amuf *γ1* domus *χ, schol. Lucani* 260 eboice *γ* CAVTAES *M* VLTOR (OR *in ras.*) *R* 261 ad *om. m* ADACTI (D *corr. in* B) *M* 262 prothaei *b* pthei *c* AT *P* ad (d *m.* 2) *γ* 263 ETSOLAT *M* EXOLAT *P2* exolat *γ* EXVLAT *P1R* exul.at *c2* exultat *c1* exfulat *b* a&neof *γ* ethnaeof *b* eneof *c* ciclopaf *b* cyclopuf, *ut vid., γ1* olixef *γ2* olixuf *γ1* 266—268. 264 *sq. sic ordinavi in emend. Verg. p.* 6: *offenderat vulgatus ordo Wagnerum, qui aut post pertextum carmen poetam v.* 266—268 *in margine allevisse aut v.* 266 magnorum ut ductor *scribendum esse putaverat.* 266 MYCENEVS *MR* micenaeuf *γ* micaenaeuf *b* miceneuf *c* magnunum *γ1* ACHIVVM *P2γbc*

coniugis infandae prima inter limina dextra
oppetiit: devictam Asiam subsedit adulter.
regna Neoptolemi referam versosque penates
Idomenei? Libycone habitantis litore Locros?
invidisse deos, patriis ut redditus aris
coniugium optatum et pulchram Calydona viderem?
nunc etiam horribili visu portenta secuntur,
et socii amissi petierunt aethera pinnis
fluminibusque vagantur aves (heu dira meorum
supplicia!) et scopulos lacrimosis vocibus implent.

TESTIMONIA.

a fortuna: magnorum d. A. *a necessitudine:* coniugis, *a loco:* prima i. l., *a causa:* possedit adulter' Macrobius Sat. IV 4, 22 266 Servius Aen. I 284 267 sq. 'prima ... oppetiit' Macrobius Sat. IV 3, 12 268 'devictam ... adulter' Arusianus p. 263 L. schol. Lucani V 220 Servius Aen. V 498 265 'Libyco ... Locros' Servius Aen. III 399 269 sq. Donatus ad Ter. Phorm. III 1, 2 269 Donatus ad Ter. Andr. III 5, 4 272 'et ... petierunt' Probi inst. I 7, 3

VARIA LECTIO.

267 INTER *Pγ1c*, '*sex septemve*' *Heinsiani*, *Macrobii exempl.*: *cf.* 882 INTRA *MRb* 268 OPPETIT *My* Opetiit *c* OPPETIT (I *in ras.*) *R* DEVICTAM ASIAM *MPRγ1b1*, *legit Arusianus* deuicta. afia. *γ2b2* deuicta afia *c*, *schol. Lucani.* 'devicta Asia subsedit ... *legitur et* devictam Asiam ... *melius tamen est ut* devicta Asia *legamus*' *Servius* SUBSEDIT *M* fubfedit, aŀ poffedit *γ* POSSEDIT *R*, *Macrobii ω* (*exc. Med.* 2). '*ut sit* subsedit *dolo possedit*' *Servius.* 264 neptolemi *b* VERSVS (V *corr. in* O) *P* ũ. fof (*erasa* f) *c* QVEPENATIS *in ras. praeter* Q *literam R* que poenatef *b* Q·PANATES *M* 265 IDOMENAEI *M* libicone *b* lybicone *c* libycoue *χ*, *Servii exempl.* HABITANTES *MP2γ1c* LITORE (E *in ras.*) *P* 269 INDVIDISSE *P* ARIS *MPRγbψ* arif (g *m. rec.*) *c* : *cf. Ovidius met.* XIV 476 Argis '*nonnulli*' *Pieriani*: *cf.* II 95 oris *mχ*, *Oblongus Pierii* : *cf.* 281 270 OTATVM *P* pulcram *c* CALIDONA *Mbc* 271 orribili *γ* SEQVvNTVR *P* fequuntur *γ* 272 AMISSIS *P* admissis '*aliquot antiqui*' *Pieriani*, *Leid. pro div. lect.* admissi *Goth. pr.* admisi *Ven.* '*legunt nonnulli et* admissis pinnis, *sed melius est* amissi' *Servius* penniſ *bc* 273 eorũ *b* 274 inplent *b*

haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
tempore, cum ferro caelestia corpora demens
adpetii et Veneris violavi volnere dextram.
ne vero, ne me ad talis inpellite pugnas:
nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec veterum memini laetorve malorum.
munera, quae patriis ad me portatis ab oris,
vertite ad Aenean. stetimus tela aspera contra
contulimusque manus: experto credite, quantus
in clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam.
si duo praeterea talis Idaea tulisset
terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes
Dardanus, et versis lugeret Graecia fatis.
quidquid apud durae cessatum est moenia Troiae,

TESTIMONIA.

277 Probi inst. I 7, 3 279 sq. 'nec ... Pergama' Priscianus 798. 882 280 'nec ... malorum' Arusianus p. 244. 245 L. Servius ecl. VII 69 283 sq. 'experto ... adsurgat' Priscianus 802 Nonius 296, 10 285 sq. 'si ... viros' Priscianus 745 Incertus de verbo 12 p. 151 Endl. Philargyrus ge. IV 285 285 schol. Hor. serm. I 7, 15 'si d. p.' Macrobius diff. 15, 19 286 sq. 'ultro ... Dardanus' Servius Aen. II 19 288—290 Seneca suas. p. 17, 20 B. 288 Arusianus p. 211 L.

VARIA LECTIO.

275 HAEC *M* adeo] EADEM *Py1*, *Zulich.* ex illo *om. R* SVPERANDA *R* : *cf.* V 710 'speranda *pro* timenda' *Servius* 276 fer.o *c* 277 adpetii *b*, *testatur Probus inst.* apetii *c* ADPETI *M* ATPETII *P* atp&i *γ* APPETI *R* inuiolaui *γ* 278 AT *Py1* talef *c* IMPELLITE *R* 279 DIRVTA *R* *'huc enim spectat quod dicit, nullum se cum Troianis habere bellum post dirutam Troiam' Servius* BELLVM EST *Rbc* 280 uerum *c* l&or *γ* 281 PATRIS *P* portaſtif *bc*, *Mentel. pr.*, *Menag. pr.*, *χ* oref *γ1* 282 AT (T *corr. in* D) *M* AENEAN *P* aeneam *γ2* aeneã *bc* 283 contulimus] V *pr. in ras. P* Q· *suprascr. M* 284 insurgat *Nonius* TORTORQ·AT *M* 285 talef *c* idea *bc* daea *γ* TVLLISSET *P* 288 Quicquid *bc* APVT *PR* quidquid apud durae] quod quia aduerse *Senecae cod.*, *unde Seneca* adversae *legisse videtur Bursiano* CESSATUMEST *M* troiae

Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium
haesit et in decimum vestigia rettulit annum.
ambo animis, ambo insignes praestantibus armis:
hic pietate prior. coeant in foedera dextrae,
qua datur; ast armis concurrant arma cavete."
et responsa simul quae sint, rex optime, regis
audisti et quae sit magno sententia bello.'

Vix ea legati, variusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur
cum rapidos amnis, fit clauso gurgite murmur
vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.
ut primum placati animi et trepida ora quierunt,
praefatus divos solio rex infit ab alto:
'ante equidem summa de re statuisse, Latini,
et vellem et fuerat melius, non tempore tali
cogere concilium, cum muros adsidet hostis.

TESTIMONIA.

291 Servius Aen. VI 170 292 sq. 'coeant ... datur' Priscianus 798 Servius Aen. I 83 XII 147 293 'ast ... cavete' Arusianus p. 243 296 sq. 'varius ... fremor' Priscianus 733 299 'vicinaeque f. r.' Servius ge. I 12 301 Pseudoascon. Cic. p. 116 Or. Servius Aen. VII 259 302 Maximi Vict. ars 24

VARIA LECTIO.

Senecae cod. 289 haectorif *γb* 290 haesit: '*Messala aiebat hic Vergilium debuisse desinere: quod sequitur* et ... annum *explementum esse*' *Seneca* decumum '*vetusti quidam*' *Pieriani* UESTIA *M* ret : tullit (l *pr. eras.*) *γ* 291 infignif *γl* 293 AEST *R* CONCVRRANT *R* CONCURRENT *M* kavete *Arusianus* 294 SIMULRESPONSA *M* REGVM *R* 295 magni s. belli *prop. Ladevicus* 296 LIGATI *R* uariif *γ* 297 tremor *χ*, *Prisciani Grut. Sang. m.* 2 298 RAPIDUS *MlPγ* amnef *c* 300 PLACITI *R* RABIDA *R ut* VI 102 QVIERANT *R* 301 DIVOS (O *corr. ex* I) *P* DIUOS *M* 302 ANTE *M* STATUISE *M* 303 TEMPORI *R* 304 concilium *c* COM (O *corr. in* V) *P* adfidet, *in mg. m.* 2 at obfidet *c* OBSIDET *Mbm*

haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
tempore, cum ferro caelestia corpora demens
adpetii et Veneris violavi volnere dextram.
ne vero, ne me ad talis inpellite pugnas:
nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec veterum memini laetorve malorum.
munera, quae patriis ad me portatis ab oris,
vertite ad Aenean. stetimus tela aspera contra
contulimusque manus: experto credite, quantus
in clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam.
si duo praeterea talis Idaea tulisset
terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes
Dardanus, et versis lugeret Graecia fatis.
quidquid apud durae cessatum est moenia Troiae,

TESTIMONIA.

277 Probi inst. I 7, 3 279 sq. 'nec ... Pergama' Priscianus 798. 882 280 'nec ... malorum' Arusianus p. 244. 245 L. Servius ecl. VII 69 283 sq. 'experto ... adsurgat' Priscianus 802 Nonius 296, 10 285 sq. 'si ... viros' Priscianus 745 Incertus de verbo 12 p. 151 Endl. Philargyrus ge. IV 285 285 schol. Hor. serm. I 7, 15 'si d. p.' Macrobius diff. 15, 19 286 sq. 'ultro ... Dardanus' Servius Aen. II 19 288—290 Seneca suas. p. 17, 20 B. 288 Arusianus p. 211 L.

VARIA LECTIO.

275 HAEC *M* adeo] EADEM *Pγ1*, *Zulich.* ex illo *om. R* SVPERANDA *R* : *cf.* V 710 'speranda *pro* timenda' *Servius* 276 fer.o *c* 277 adpetii *b*, *testatur Probus inst.* apetii *c* ADPETI *M* ATPETII *P* atp&i *γ* APPETI *R* inuiolaui *γ* 278 AT *Pγ1* talef *c* IM-PELLITE *R* 279 DIRVTA *R* '*huc enim spectat quod dicit, nullum se cum Troianis habere bellum post dirutam Troiam*' *Servius* BELLVM EST *Rbc* 280 uerum *c* l&or *γ* 281 PATRIS *P* portaſtif *bc*, *Mentel. pr.*, *Menag. pr.*, *χ* oref *γ1* 282 AT (T *corr. in* D) *M* AENEAN *P* aeneam *γ2* aeneã *bc* 283 contulimus] V *pr. in ras. P* Q· *suprascr. M* 284 insurgat *Nonius* TORTORQ·AT *M* talef *c* idea *bc* daea *γ* TVLLISSET *P* 288 Quicquid *bc* APVT *PR* quidquid apud durae] quod quia aduerse *Senecae cod.*, *unde Seneca* adversae *legisse videtur Bursiano* CESSATUMEST *M* troiae

Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium
haesit et in decimum vestigia rettulit annum.
ambo animis, ambo insignes praestantibus armis:
hic pietate prior. coeant in foedera dextrae,
qua datur; ast armis concurrant arma cavete."
et responsa simul quae sint, rex optime, regis
audisti et quae sit magno sententia bello.'

Vix ea legati, variusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur
cum rapidos amnis, fit clauso gurgite murmur
vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.
ut primum placati animi et trepida ora quierunt,
praefatus divos solio rex infit ab alto:
'ante equidem summa de re statuisse, Latini,
et vellem et fuerat melius, non tempore tali
cogere concilium, cum muros adsidet hostis.

STIMONIA.

291 Servius Aen. VI 170 292 sq. 'coeant . . . datur' Priscianus
Servius Aen. I 83 XII 147 293 'ast . . . cavete' Arusianus p.
296 sq. 'varius . . . fremor' Priscianus 733 299 'vicinaeque
r.' Servius ge. I 12 301 Pseudoascon. Cic. p. 116 Or. Servius Aen.
259 302 Maximi Vict. ars 24

RIA LECTIO.

necae cod. 289 haectorif *yb* 290 hāesit: '*Messala aiebat hic ergilium debuisse desinere: quod sequitur* et . . . annum *explementum* GI
se' Seneca decumum '*vetusti quidam*' *Pieriani* UESTIA *M*
T. Tullit (l *pr. eras.*) *γ* 291 infigniſ *γ*l 293 AEST *R* CONCVR-
A
RT *R* CONCURRENT *M* kavete *Arusianus* 294 SIMULRESPONSA
REGVM *R* 295 magni s. belli *prop. Ladevicus* 296 LIGATI *R*
v
uariuſ *γ* 297 tremor *χ*, *Prisciani Grut. Sang. m.* 2 298 RA-
DUS *M*1*Pγ* amneſ *c* 300 PLACITI *R* RABIDA *R ut* VI 102
U
IERANT *R* 301 DIVOS (O *corr. ex* I) *P* DIUOS *M* 302 ANTE *M*
S r
STATUISE *M* 303 TEMPORI *R* 304 concilium *c* COM (O *corr.*
V) *P* adſidet, *in mg. m.* 2 at obſidet *c* OBSIDET *Mbm*

bellum inportunum, cives, cum gente deorum
invictisque viris gerimus, quos nulla fatigant
proelia: nec victi possunt absistere ferro.
spem siquam ascitis Aetolum habuistis in armis,
ponite: spes sibi quisque. sed haec quam angusta videtis;
cetera qua rerum iaceant perculsa ruina,
ante oculos interque manus sunt omnia vestras.
nec quemquam incuso: potuit quae plurima virtus
esse, fuit; toto certatum est corpore regni.
nunc adeo quae sit dubiae sententia menti
expediam et paucis (animos adhibete) docebo.
est antiqus ager Tusco mihi proximus amni,
longus in occasum, finis super usque Sicanos;

TESTIMONIA.

305 sq. 'bellum ... gerimus' Arusianus p. 217 L. 305 Servius Aen. XI 351. 842 306 sq. 'quos ... ferro' schol. Hor. carm. IV 4, 53 Servius Aen. IV 40 'quos ... proelia' Nonius 304, 11 309 'ponite ... quisque' Priscianus 557 et fragm. p. 192 H. Maximus Vict. de fin. 5 p. 457 Endl. Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. Sergii fragm. 8 p. 198 Endl. Marius Victorinus 2517 Servius de ult. syll. 1802 Diomedes 424 Marcianus Capella III 278 Pompeius 28. 48 L. Donatus ad Ter. eun. II 2, 9 'ponite sp. s. q. suas' Cledonius 1884 schol. Hor. serm. II 3. 42 311 Servius Aen. XI 343 313 'pugnatum est toto c. r.' schol. Lucani VII 653 317 'finis ... Sicanos' Servius Aen. I 533 III 500

VARIA LECTIO.

305 cives] gerimus *Servius Aen.* XI 842 307 PROELIA' *M Alii post* proelia *non distinguunt* POSSUNT *suprascr. M* ADSISTERE (D *corr. in* B) *M* bello *schol. Hor.* 308 ASCISTIS *P* ADSCITIS *MRγbc, Servii Par.* (ascitis *Regin.*) adcitis *Dorvill.* accitis χ HABVIS (II *in ras.*) *R* ABVISTIS *P* 309 PONITE· *M, ut Servius:* ponite spes *coniungunt ceteri grammatici* 310 Ca&era γ QUA *M* QVAE *R* que γ1 312 incu. fo *b* INCVSSO *R* 313 pugnatum est toto *schol. Lucani* CERTATU EST *M* 315 ET *P* et *om.* γ PAVCIS, *M* paucif (au *m.* 2) γ adhibete] D *corr. fort. ex* T *P* adib&e *c* '*aut* paucis docebo *aut* animos paucis adhibete' *Servius* 316 ANTIQVS *R* ANTIQVvS *P* ANTIQUUS *Mbc* antiquiſ γ tuſco. (co *m.* 2, c *corr. ex* q1 γ 317 fineſ *c* usque] V *in ras. R* fi. canof *b*

Aurunci Rutulique serunt et vomere duros
exercent colles atque horum asperrima pascunt.
haec omnis regio et celsi plaga pinęa montis
cedat amicitiae Teucrorum, et foederis aequas
dicamus leges sociosque in regna vocemus:
considant, si tantus amor, et moenia condant.
sin alios finis aliamque capessere gentem
est animus possuntque solo decedere nostro:
bis denas Italo texamus robore navis
seu pluris complere valent (iacet omnis ad undam
materies), ipsi numerumque modumque carinis
praecipiant, nos aera manus navalia demus.
praeterea qui dicta ferant et foedera firment
centum oratores prima de gente Latinos
ire placet pacisque manu praetendere ramos,
munera portantis aurique eborisque talenta
et sellam regni trabeamque insignia nostri.
consulite in medium et rebus succurrite fessis.'

Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni

TESTIMONIA.

320 sq. 'haec ... Teucrorum' Nonius 250, 30 321 'cedat a. T.' Servius Aen. XII 17 326 Servius Aen. II 16 328 sq. 'ipsi ... praecipiant' Nonius 372, 2 328 'ipsi ... carinis' Iulius Rufinianus p. 240 R. 331 sq. 'centum ... placet' Nonius 360, 15 335 'consulite in m.' Servius ge. I 127

VARIA LECTIO.

319 coll&ᶠ *c* ADQVE *R* pascunt] PA *in ras. R* 321 Caedet *γ1* 323 Confid..ant *c* fit *c* MONIA *R* 324 fineſ *c* VE *Pyb1c* 325 animiſ *c* poscunt *χ* possunt *legit Servius* discedere *χ* 326 texamus] T *in ras. R* ROBOREA *P* nauef *γ* nauoſ *c* 327 PLURES *Mc* CONPLERE *Py* iacent *ut vid. γ1* iacet. (t *m. 2 in ras.*) *γ2* UNDA *M* 329 PRAECIPITANT *P* 330 fuerunt *γ1* 332 PLACIS *M* 333 PORTANTES *P2Rybc* EBORIS *M* TALENTA·Q· *M* 335 fessis] VESTRIS *Py1* 336 *in mg.*: I *M* pridem *Peerlkampus* 'idem: *videlicet qui supra* (123) *apud Aeneam egerat' Servius*

obliqua invidia stimulisque agitabat amaris,
largus opum et lingua melior, sed frigida bello
dextera, consiliis habitus non futtilis auctor,
seditione potens (genus huic materna superbum
nobilitas dabat, incertum de patre ferebat),
surgit et his onerat dictis atque aggerat iras:
'rem nulli obscuram nostrae nec vocis egentem
consulis, o bone rex: cuncti se scire fatentur,
quid fortuna ferat populi, set dicere mussant.
det libertatem fandi flatusque remittat
cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros
(dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
lumina tot cecidisse ducum totamque videmus
consedisse urbem luctu, dum Troïa temptat
castra fugae fidens et caelum territat armis.

TESTIMONIA.

338 sq. 'largus . . . dextera' Nonius 311, 10 338 'largus o.' Arusianus p. 245 L. 339 'consiliis . . . auctor' Donatus ad Ter. Andr. III 5, 3 343—345 Priscianus 1129 343 sq. 'rem . . . rex' Arusianus p. 218 L. 345 Nonius 427, 17 347 Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 2 Priscianus 981. 986 348 Priscianus 1028 Alcuini gramm. 2135 P. 350 sq. 'dum . . . armis' Priscianus 1185. 1191 351 'fugae . . . armis' Arusianus p. 230 L.

VARIA LECTIO.

337 QV *P* 338 LINGVAE *P* linguae *Servius quoque legisse videtur, ut qui* I 441 *et Sallustii hist.* II 91 *D. exempla afferat.* 339 habitif *c* FVTTILIS *R* futti.lif *γ*2 futu.lif *b* FVITTILIS *P* FUITILLIS *M* futtulif *γ*1 futulif *c*1 340 Sedicione *γ* 341 FEREBANT *P* FERE-BANT *Rc*1 342 SURGIS *M* honerat *b* ADQVE *R* 343 UOCES *M*1 344 O *M* cunctiſcire *γ* (cunctis se scire *Prisciani Bong.* cunctis scire *Par. R*) 345 PETAT (T *pr. corr. in* R) *M* petat *γ*2*cm* populif *γ*1, *Prisciani Bong.* SE *P* SED *Myb* 346 DE *M* LIBERTAREM *P* fatuf (f *corr. ex* r)) *γ* 347 augurium auspicium *Prisciani* 986 *P* augurium *eiusdem* 981 *Bamb.* INFAVSTVSTVM *P* SINESTROS *E corr. in* I) *M* 349 TROTAM *M* 350 TRO·I·A *M* 351 FVGA *R* fugae *testantur Priscianus, Arusianus, Servius*

unum etiam donis istis, quae plurima mitti
Dardanidis dicique iubes, unum, optime regum,
adicias, nec te ullius violentia vincat,
quin gnatam egregio genero dignisque hymenaeis
des, pater, et pacem hanc aeterno foedere iungas.
quod si tantus habet mentes et pectora terror,
ipsum optestemur veniamque oremus ab ipso:
cedat, ius proprium regi patriaeque remittat.
quid miseros totiens in aperta pericula cives
proicis, o Latio caput horum et causa malorum?
nulla salus bello: pacem te poscimus omnes,
Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.
primus ego, invisum quem tu tibi fingis (et esse
nil moror), en supplex venio. miserere tuorum,
pone animos et pulsus abi. sat funera fusi

TESTIMONIA.

354 Marius Victorinus p. 90 G. 358 sq. 'veniam . . . cedat' Arusianus p. 249 L. 358 Iulius Rufinianus p. 234 R. 361 'o . . . malorum' Donatus ad Ter. Andr. II 6, 27 Servius Aen. XII 572 'o . . . horum' Servius Aen. XII 660 362 sq. 'pacem . . . Turne' Donatus ad Ter. adelph. V 3, 14 Servius Aen. I 38 366 'pone . . . abi' Nonius 233, 30

VARIA LECTIO.

352 $\overline{\text{UNUM}}$ *M* DONSISISTIS *P* doniſtiſ γ 353 diſci γ1 di.ci γ2 dici *Servius confirmat* regum (um *in ras.*) *b* regnū γ1 354 ullıſ γ uiolenta γ uincant *b* 355 NATAM *MPyb* genere γ1 hymeneiſ γ hymineiſ *c* hymoeneiſ (hoemenaeis?) *b* 356 DE^{S} *P* DES·.·: *M* FIRMES IUNGAS *M* FIRMES *R* : *cf.* 330 358 OBTESTEMVR *PRy2bc* obteſtamur γ1 359 'cedat: *Asper hic distinguit, i. e.* hanc veniam oremus ut cedat; *aut si coniuncte legeris:* cedat ius proprium regi, *nova erit elocutio' Servius. Post* cedat *et* regi *interp. M* REGI·I *P* remittit *c* 361 PROICIIS *P* orum γ orum *c* 362 in bello *c*1 OMNIS *M* HI 365 NIL *P* Nihil γ mifere *b* 366 PLVLSVS *P* ABE *M*1 (abei?) E FVNERA (A *in ras.*) *P* funere γ1 FVSI *Ry2bc*, *Servius* FUSIS *M* FVSO *Py*1

vidimus ingentis et desolavimus agros.
aut si fama movet, si tantum pectore robur
concipis et si adeo dotalis regia cordi est,
aude atque adversum fidens fer pectus in hostem.
scilicet ut Turno contingat regia coniunx,
nos animae viles, inhumata infletaque turba,
sternamur campis. etiam tu, siqua tibi vis,
si patrii quid Martis habes, illum aspice contra,
qui vocat.'

Talibus exarsit dictis violentia Turni.
dat gemitum rumpitque has imo pectore voces:
'larga quidem, Drance, semper tibi copia fandi
tum, cum bella manus poscunt, patribusque vocatis
primus ades. set non replenda est curia verbis,

TESTIMONIA.

368 sq. 'aut ... concipis' Beda de trop. 379 C. 'si tantum ... concipis' Donati ars III 6, 2 Charisius 243 Diomedes 453 Pompeius 465 L. 371 anon. de verbo 35 p. 165 Endl. 372 'nos a. v.' schol. Iuven. XIII 142 'inhumata i. t.' Servius Aen. VI 325

VARIA LECTIO.

367 INGENTES *Mbc* DESOLAVIMVS AGROS *MRγ2c*, *Servius* defolauimuf agrof *in ras. praeter lit.* d, *b* DESIGNAVIMVS AGROS *Pγ1* Sat funera fusos vidimus ingentis et designavimus agros *olim scriptum fuisse conieci in nuntiis lit. academiae Berolinensis a.* 1854 *p.* 41, *i. e.* satis multos ut funera stratos vidimus eorumque corporibus agros velut tropaeis distinximus et ornavimus: *cf.* 386 368 ROBVR *Rγ2bc*, (OBVR *in ras.*) *P* RUBOR *Mγ1* robor *Charisii ω*, *Diomedis et Pompei ex.* 369 et] AUT *M* ADEOESTDOTALIS *P* ADEOTALIS *M* RETIA *M* CORDISEST *P* cordi, *om.* est, *Ven.* 370 ADQVE *R* AVERSVM *R* 372 INIIUMATA (*erasa* I *vel* E) *M* infleta] INOMATA *M* : *cf.* VI 325 373 Sternamur *γ* Sternemur *c* fternemur *χ* et iam *Heinsius* etiam *Servius legit* tu *suprascr. γ* TVM *P* tibi *suprascr. γ* 374 PATRIA *P* MATRIS ABES *M* CONTRA, QUI UOCAT *eodem versu M* 375 Quid *γ1* 378 Drance semper *χ* DRANCE SSEMPER *M* SEMPER DRANCE *PRγbm* femp dranco *c* 379 pafcunt *c* 380 SED *PRγc* inreplenda eft (in *eras.*) *γ* implenda *Goth. tert.* uerbif (*omnia*

quae tuto tibi magná volant, dum distinet hostem
agger moerorum nec inundant sanguine fossae.
proinde tona eloquio (solitum tibi) meque timoris
argue tu, Drance, quando tot stragis acervos
Teucrorum tua dextra dedit passimque tropaeis
insignis agros. possit quid vivida virtus,
experiare licet; nec longe scilicet hostes
quaerendi nobis: circumstant undique muros.
imus in adversos: quid cessas? an tibi Mavors
ventosa in lingua pedibusque fugacibus istis
semper erit?
pulsus ego? aut quisquam merito, foedissime, pulsum

TESTIMONIA.

381 'quae ... volant' Charisius 196 381 sq. 'dum ... fossas' Priscianus 798 383 'proinde ... tibi' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 35 383—385 'meque ... dedit' Quintilianus IX 2, 49 383 sq. 'meque ... acervos' Probi inst. I 10, 3 'meque ... Drance' Quintilianus XI 3, 176 Iulius Rufinianus 197 R. 384 'quando ... acervos' Charisius 87 387—391 'nec ... erit' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 43 392 'pulsus e.' Donatus ad Ter. eun. IV 4, 36

VARIA LECTIO.

exc. u *lit. in ras.*) *b* 381 TOTO *M* DISTINET *Pybc*, *Prisciani* ω, *testatur Servius* DESTINAT *R* DETINET *M*, *Prisciani* φ hostes *Priscianus* 382 *cf.* X 24 agger *by*2, *Menagiani*, *Prisciani* ω AGGERE *ut* X 144 *MPRy*1*c*, *Prisciani Bong.* MOERORVM (O *pr. corr. in* V) *P* merorum (e *corr. ex* u) *b* MVRORVM *Ryc* nec *γ*2 ET *ut* X 24 *Py*1 'fossas *ut* X 24: *invenitur tamen in quibusdam codicibus* ... fossae' *Priscianus.* 383 TONAT *M* folitum (l *in ras.*) *b* TIMORES *M*1 384 ARGUETA *M* Arguito (i *et* o *m.* 2 *in ras.*) *b* caedis *ut* 207 X 245 *Quintilianus* 385 tropheif *bc* 386 campos *χ* 387 libet *Menag. pr.* 388 circũ..ſtant *c* 389 *sq. ordine inverso R* 389 IMVS *P* aduerſuſ *γ*1 *Interrogandi notam alii ponunt cum Heinsio.* qui *γc* QVI *P* CESSAS *R* CESS AS *M* ANTTIBI *M* 390 UENTOSA N *M* LINGA *R* 391 SEMPER ERIT· NEQUIQUAM ARMIS TERREBIMUS HOSTE *M* semper erit? numquamne sines fallacia verba? *Leid.* 392 PULSUS *M* haud *γ*2 haud *c* ſediſſume *b*1

arguet, Iliaco tumidum qui crescere Thybrim
sanguine et Euandri totam cum stirpe videbit
procubuisse domum atque exutos Arcadas armis?
haut ita me experti Bitias et Pandarus ingens
et quos mille die victor sub Tartara missi,
inclussus muris hostilique aggere saeptus.
"nulla salus bello." capiti cane talia, demens,
Dardanio rebusque tuis. proinde omnia magno
ne cessa turbare metu atque extollere vires
gentis bis victae, contra premere arma Latini.
nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tremescunt,
nunc et Tydides et Larisaeus Achilles,
amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas.
vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit
artificis scelus et formidine crimen acerbat.

TESTIMONIA.

396 Arusianus p. 227 L. 405 schol. Hor. carm. III 30, 10 406 sq. 'vel ... scelus' Nonius 309, 22 406 Quintilianus IX 3, 14 407 'formidine c. a.' Donatus ad Ter. hec. V 2, 13

VARIA LECTIO.

393 tuidū *b* TYBRIM *Mc*, (ty *in ras.*) *b* 394 et euandri (*omnia exc.* i *lit. in ras.*) *b* 395 ADQVE *R* exitof (i *crasa*) *γ* arcadef *b* arcadif *c* 396 HAUD *MPγbc* me *in ras. b, om. c* me experti (me ex *in ras.*) *b* MEXPERTI *R* mexperti *γ*1 experti, *om.* me, *c* biciaf *b* URGUEN *M* ingens, *in mg.* at ..... *erasis literis γ* 397 DIES *P* miffi *γ*1 MISI *MPRγ*2*bc* 398 INCLVSSVS *P* INCLUSUS *MRγbc* feptuf *γc* 399 C··ENE *M* GEMENS *M* 400 proinde] PRO *in ras. R* 401 CESSET (cesses?) *P* ceffe.. (e *post. corr. in* a) *γ* ADQVE *R* 402 uicte (uic *in ras.*) *b* uite *γ* PRAEMERE *M* 403 MYRMYDONVM *Pγ* mirmidonū *c* phygia *γ*, (phy *in ras.*) *b* phrigia *c* tremifcunt *γ*2*b*2 404 tidideſ *c* larifaeuf *γ* larifeuf *c*, (euf *in ras.*) *b* LARISSEUS *M* LARISAEVOS *P* LARISAEVVS *R* : *cf.* II 197 405 ANNIS *M* haddriacaf *b* ADRIACAS *Rc* AUFFIDUS *M* Appulus *Faber* 406 iactat *Bigot.*, *Quintiliani exempl.* 407 *cf.* II 125 acerbat (b *eras.*) *γ* aceruat *m*

numquam animam talem dextra hac (absiste moveri)
amittes: habitet tecum et sit pectore in isto.
nunc ad te et tua magna, pater, consulta revertor.
si nullam nostris ultra spem ponis in armis,
si tam deserti sumus et semel agmine verso
funditus occidimus neque habet Fortuna regressum,
oremus pacem et dextras tendamus inertis.
quamquam o, si solitae quicquam virtutis adesset!
ille mihi ante alios fortunatusque laborum
egregiusque animi, qui, nequid tale videret,
procubuit moriens et humum semul ore memordit.
sin et opes nobis et adhuc intacta iuventus
auxilioque urbes Italae populique supersunt,
sin et Troianis cum multo gloria venit
sanguine (sunt illis sua funera parque per omnis

TESTIMONIA.

413 'neque h. f. r.' schol. Veron. 82, 25 414 'dextras t. i.' Servius Aen. I 487 415 Macrobius Sat. IV 6, 21 Probi inst. I 4, 19 416—418 'ille . . . moriens' Servius Aen. XII 641 416 sq. 'ille . . . animi' Iulius Rufinianus 247 R. 416 'fortunatusque l.' Arusianus p. 230 L. 417 'egregiusque a.' Arusianus p. 227 L.

VARIA LECTIO.

408 Nũquã (ũquã *in ras.*) *b* Nuncquã *c* IIAEC *P* ABISTE *P* abiſte *γ* 410 AT *Pγ*1 tu *b* MAGNE *Mb, sed cf.* 469 reuertor (er *in ras.*) *b* 411 SIC *P* 412 ſimul, *in mg.* aŧ ſemel *γ*1 SIMVL *P* 413 fundimuſ *γ*1 nec *schol. Veron.* regreſſum *praeter* re *literas in ras. b* recursum *Leid.* 414 inhertiſ *b* inerteſ *c* inermes *Servius Aen.* I 487 : *cf.* X 595 XI 672 415 ·O· *M* ſolite *γ* *Alii post* adesset *comma ponere satis habent.* 416 ante oculos ſelix ſunctusque *Iulius Rufinianus* 417 QVIT *PRγ* uiderit *γ*1 418 SEMVL *P* SIMVL *R* SIMEL (I *corr. in* E) *M* ſemel *γbc* '*cito, confestim, id est qui tota mortis celeritate consumptus est quasi nihil ultra passurus*' *Servius* memordit '*antiqui aliquot*' *Pieriani, Leid.* MEMORDIT *P* MOMORDIT *MRbc* momord& *γ*1 419 ATHVC *P* infacta *γ*1 421 ETROIANIS *M* multo (o *in ras.*) *b* 422 SVNTQVE *Rb* 'illis . . . *legitur et* illi, *et aut* Aeneae *intelligimus aut adverbium loci est pro* illic' *Servius*

tempestas): cur indecores in limine primo
deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
multa dies variusque labor mutabilis aevi
rettulit in melius, multos alterna revisens
lussit et in solido rursus Fortuna locavit.
non erit auxilio nobis Aetolus et Arpi:
at Messapus erit felixque Tolumnius et quos
tot populi missere duces, nec parva sequetur
gloria delectos Latio et Laurentibus agris.
est et Volscorum egregia de gente Camilla,
agmen agens equitum et florentis aere catervas.
quod si me solum Teucri in certamina poscunt
idque placet tantumque bonis communibus obsto,
non adeo has exossa manus Victoria fugit,
ut tanta quicquam pro spe temptare recusem.
ibo animis contra, vel magnum praestet Achillem
factaque Volcani manibus paria induat arma

TESTIMONIA.

424 'cur . . . artus' Nonius 412, 17 schol. Hor. carm. III 5, 20. 425—427 Macrobius Sat. VI 2, 16 425 sq. 'multa . . . melius' Nonius 380, 32 426 sq. 'multos . . . locavit' schol. Hor. carm. I 35, 4 435 'tantum . . . obsto' Arusianus p. 250 L. 438 Priscianus 1201. 1211 'ibo a. c.' Charisius 194 P. 'vel m. p. A.' Diomedes p. 294 P.

VARIA LECTIO.

425 uariuſ *cm*, *Macrobii et Nonii exempl.* uariuſ (uſ *in ras.*) *b* uariuſ, aſ uarii *γ* VARII *MP* VARII *R* 426 MULTOS *M* mutata *schol. Hor.* 427 LVSSIT *P* LVSIT *MRγbc* iuvit *Pecrlkampus* 429 AD *R* erat *cI* 430 MISSERE *P* MISERE *MRγbc* tarda *χ*, *Servius* : *cf. ge.* II 52 431 lacio *γ* 432 EST UULSCORUM (ET *suprascr. minio*) *M* uulſcorum *c* CAMILLAS *M* 433 = VII 804 florenteſ *c* 434 QVOSI *R* 436 IIAS *suprascr. M* EXOSSA *Pγ1* EXOSA *MRbc* 437 temtare *γc* 438 contra //// uſ *c* PRESTET *M* ACHIILLE *Rc* ACHIILLE *M* Achillen *Diomedis libri* 439 VOLKANI *R* VOLCANI (O *corr. in* V) *P* uulcani *bc* INDVAT *MRbc* induit *γ* INDVIT *P* : *cf.* IX 180 XI 6

ille licet. vobis animam hanc soceroque Latino
Turnus ego, haut ulli veterum virtute secundus,
devovi. "solum Aeneas vocat": et vocet oro,
nec Drances potius, sive est haec ira deorum,
morte luat, sive est virtus et gloria, tollat.'

Illi haec inter se dubiis de rebus agebant
certantes; castra Aeneas aciemque movebat:
nuntius ingenti per regia tecta tumultu
ecce ruit magnisque urbem terroribus implet,
instructos acie Tiberino a flumine Teucros
Tyrrhenamque manum totis descendere campis.
extemplo turbati animi concussaque volgi
pectora et arrectae stimulis haud mollibus irae.
arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuventus,
flent maesti mussantque patres. hic undique clamor
dissensu vario magnus se tollit in auras
haut secus atque alto in luco cum forte catervae
consedere avium piscosove amne Padusae

TESTIMONIA.

440. 442 'vobis ... Latino devovi' Servius Aen. XII 234 443 sq. schol. Lucani X 103 453 'fremit a. i.' Priscianus 1176 454 'flent ... patres' Nonius 427, 18

VARIA LECTIO.

440 LATINI (I *corr. in* O) *M* 441 HAVT *Py* AVT *R* HAUD *Mbc* 442 DEVIVO *R* deuoui (o *corr. ex* i, ui *m.* 2 *in ras.*) *γ* 443 Nec (c *in ras.*) *b* drancef potiuf (fp *m.* 2) *γ* 445 SESE *M* 446 CASTRA *R* AENEAE *M* 447 INGENTI *M* tumulto *b* 449 Inſtructuſ *γ* FLUMINE *M* 450 Tyrrenam *γc* 451 EXTEPLO *M* Extimplo *b* ANI *M* ANIMO *R* uolgi *γ2* uolui *γ1* VVLGI *Rbc* 452 PECTOR *P* arrecte *γ* arectae (e *post. in ras.*) *b* HAVD *Pybc* ire *γ* 454 FLET *M* hic *γ* hinc *χ* 455 IN *PRybc* : *cf.* IV 176 V 257. 520 ge. III 109, *Wagneri quaest. Verg.* X 1 AD *M* 456 HAUD *Mybc* ADQVE *R* fronte *c* 457 PISCOSOVE (O *post. corr. m. rec. in* Q) *P* piſcoſque *γ1* paduſae (ſ *in ras.*) *b*

dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.
'immo' ait 'o cives' arrepto tempore Turnus,
'cogite concilium et pacem laudate sedentes:
illi armis in regna ruunt.' nec plura locutus
corripuit sese et tectis citus extulit altis.
'tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplos,
duc' ait 'et Rutulos. equitem Messapus in armis
et cum fratre Coras latis diffundite campis.
pars aditus urbis firmet turrisque capessat,
cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma.'
ilicet in muros tota discurritur urbe.
consilium ipse pater et magna incepta Latinus
deserit ac tristi turbatus tempore differt
multaque se incusat, qui non asciverit ultro

TESTIMONIA.

458 Servius ecl. VIII 22 463 sq. Rutilius Nam. it. I 169 463 Donatus ad Ter. adelph. III 4, 36 Diomedes 341 464 sq. 'equitem ... campis' Asper 112, 2 464 Cledonius 1900 P. 467 Seneca epist. 58, 4 468 'ilicet' Charisius 180 469 Macrobius Sat. V 14, 3 471 'multaque se i.' Arusianus p. 246 L.

VARIA LECTIO.

458 loquatia γ cygni *b* cigni (i *pr. corr. in* y) *c* 459 O· *M* 460 COGITET *R* 461 PARMIS *M* ruant χ, '*antiqua aliquot exemplaria' Pierii* 462 CITVS *M* ALTIS (T *m. ant.*) *P* .altif γ 463 UOLUS *M* uolufae *c* UULSCORUM *Mc* MANIPLOS *Py*1, *quod praefero, ne quatuor deinceps versus in* is *terminent.* MANIPLIS *MRγ*2*bc, Servius, Donati et Diomedis exempl.* 464 EQUITEM *Mb*1, *Asper, ut* 517. EQVITEM *P* EQVITES *Ryb*2*c, Cledonius, qui* Rutulos equites *coniunxit.* IM *M* 465 latis *om. R* 466 FIRMENT *Rbc* FIRMENT *M*: *cf. Wagneri quaest. Verg.* VIII 4 TVRRES *R* turef *c* q: *in ras. c* CAPESSANT *Rb* 469—472 *fortasse post* 476 *inseri voluit poeta* 469 consilium *Reg., Macrobii Par. et Salisb.* CONSILIUM *M* concilium γ CONCILIVM *PRbc, Macrobii cetera exempl.* PATER IPSE *M* ipse pater *testatur Macrobius* MAGNUM *M* incoepta *c* latinif *c* 470 DIFERT *M* 471 QVO (O *m. ant. in ras., suprascr. ut vid.* D, *P* quod $\gamma\chi$ NOGN *M* adsciverit *Peerlkampus* ACCEPERIT *MPRybψ*

Dardanium Aenean generumque acceperit urbi.
praefodiunt alii portas aut saxa sudesque
subvectant. bello dat signum rauca cruentum
bucina. tum muros varia cinxere corona
matronae puerique: vocat labor ultimus omnis.
nec non ad templum summasque ad Palladis arces
subvehitur magna matrum regina caterva
dona ferens, iuxtaque comes Lavinia virgo,
causa mali tanti, oculos deiecta decoros.
succedunt matres et templum ture vaporant
et maestas alto fundunt de limine voces:
'armipotens, praeses belli, Tritonia virgo,
frange manu telum Phrygii praedonis et ipsum
pronum sterne solo portisque effunde sub altis.'

TESTIMONIA.

476 'vocat ... omnis' Servius Aen. XI 891 477 Probi inst. I 4, 19 Servius Aen. I 479 'nec ... templum' Cledonius 1933 P. 480 Servius Aen. XII 66 'oculos d. d.' schol. Hor. serm. I 1, 5 483—485 Macrobius Sat. V 3, 10 483 Claudius Sacerdos I 150 Diomedes 441 'armipotens p. b.' Arusianus p. 255 L.

VARIA LECTIO.

ceperit *c* 472 aeneam *c*1 aeneã *b* que *suprascr. γ* Aenean generum, atque *Peerlkampus* acceperit *idem* ADSCIVERIT *libri* urbi (i *in ras.*) *b* 473 au *γ* faxaſ *γ*1 ſudeſ (ſ *pr. m.* 2) *γ* 474 ſigna *c* 475 UARI *M* cincxere *b* 476 MATRONE *M* LABOR (A *in ras.*) *R* OMNES *P*2*γc* 477 NEC *M* ATTEMPLVM *Pγ*1 PALLADAIS *M* arcif *γ* 478 Subueitur *γc* 480 *cf.* VI 93 MALITANTI *Pγc*2, *Servius* (*item ad* XII 66 *Paris. et Regin.*) MALITANTIS *M* malitantiſ (ſ *utraque eras.*) *b* MALISTANTIS *Rc*1 mali tanti atque *Francian.* 481 THVRE *R* tore *γ* 482 de pectore *mχ* 483 armipotes *Diomedis Par. A et Monac. m.* 1 PRAESES *R* praeſe.ſ *γ*2*c*2 PRAESES *M* PRAESE=S *P* praeſenſ *γ*1*bc*1*m*, *Macrobii exempl.*, *Arusiani et Claudii Sacerdotis exempl.* '*qui* praesens *legunt*, *quasi* praestans (praesens?) in bellis *intelligunt*, *qui* praeses *sine* n *litera*, *quasi quae* praesideat *rei* [*bellicae?*]' *Servius.* trytonia *γ* 484 *in mg. hoc signum:* Ī *M* phrygi.i *γ* 485 sub ipsis *Macrobii exempl.*, *ut* 499

cingitur ipse furens certatim in proelia Turnus.
iamque adeo rutilum thoraca indutus aënis
horrebat squamis surasque incluserat auro,
tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem
fulgebatque alta decurrens aureus arce,
exultatque animis et spe iam praecepit hostem:
qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis
tandem liber equs campoque potitus aperto
aut ille in pastus armentaque tendit equarum
aut adsuetus aquae perfundi flumine noto
emicat arrectisque fremit cervicibus alte
luxurians, luduntque iubae per colla, per armos.
obvia cui Volscorum acie comitante Camilla
occurrit portisque ab equo regina sub ipsis
desiluit, quam tota cohors imitata relictis
ad terram defluxit equis; tum talia fatur:

TESTIMONIA.

486—490 Macrobius Sat. V 10, 11 486 Servius Aen. II 614 487 sq. 'iamque ... squamis' Gellius II 6, 22 Macrobius Sat. VI 7, 18 Servius Aen. X 314 488 'suras i. a.' Servius Aen. IV 228 489 'laterique a. e.' Arusianus p. 209 L. 491 Nonius 372, 12 492 Macrobius Sat. VI 3, 8 Nonius 218, 3 Probi inst. I 7, 6 499—501 'portis ... equis' Servius Aen. XI 828 499 sq. 'portis ... desiluit' Priscianus 906 Arusianus p. 223 L. 500 sq. 'quam ... equis' Macrobius Sat. VI 4, 10

VARIA LECTIO.

486 certatum *Macrobii Cantabr.* im *c* ī *suprascr. γ* praelia *b*
487 RVTILVM *R, Gellii et Macrobii exempl.* rutilum *b* RUTULUM *MPγ* rutulem *c* thoraca (o *m.* 2) *γ* 488 *in mg. inf. add. m. rec. γ* suras i. a.: *cf.* XII 430 489 ATHVC *P* accincxerat *b* 490 decuref *c* 491 exultant *γ1* PRAECEPIT (E *post. corr. in* I) *M* PRAECIPIT *PRybc* oftem *γ* 492 ap. ruptif *γ* PRAEPIA *R* 493 EQVvS *P* EQUS *M* EQVVS *Ryb* aequif *c* 495 fuetuf *c* aque *γ* PERFVNDIT *P* TO *M* 496 altae *b* 497 Luxorianf *γb* 498 cu VVLSCORVM *P* UULCORUM *M* uulfcorum *c* ACIES *P* 499 sulf altis *Arusianus* : *cf.* 485 500 De. filuit *b* 501 AT *Pγ1* FLVXIT DESILVIT *Pγ1 ut vid.* defluxit *Servius testatur*

'Turne, sui merito siqua est fiducia forti,
audeo et Aeneadum promitto occurrere turmae
solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.
me sine prima manu temptare pericula belli:
tu pedes ad muros subsiste et moenia serva.'
Turnus ad haec, oculos horrenda in virgine fixus:
'o decus Italiae virgo, quas dicere grates
quasve referre parem? sed nunc, est omnia quando
iste animus supera, mecum partire laborem.
Aeneas, ut fama fidem missique reportant
exploratores, equitum levia inprobus arma
praemisit, quaterent campos; ipse ardua montis
per deserta iugo superans adventat ad urbem.
furta paro belli convexo in tramite silvae,
ut bivias armato obsidam milite fauces.
tu Tyrrhenum equitem conlatis excipe signis;
tecum acer Messapus erit turmaeque Latinae

TESTIMONIA.

502 Victorinus ad Cic. p. 172 Or. 507 'oculos ... fixus' Agroetius 2271 incertus de orthogr. 2786 P. 508 'o decus I.' Probi inst. I 6, 1 509 sq. 'est ... supra' Priscianus 1064 510 'mecum p. l.' Claudius Sacerdos I 149 515 'furta p. b.' Donatus ad Ter. eun. IV 7, 39 515 sq. Nonius 310, 16

VARIA LECTIO.

502 SEUI *M* 503 ET *P* & *suprascr. γ* OCCURRE *Mγ* TORMAE (O *corr. in* V) *P* TVRMIS *R* turma *γ*1 504 tyrrenof *γc* thyrrenof *b* 507 AT *P* orrenda *γc* IN *suprascr. M* FIXIS *Mc* fixof *γ* oculis ... fixis *susp. Heinsius* 508 *in mg. hoc signum:* ⟅ *M* ITALAE *P* qua *c* ducere *c*1 509 patrem *c* 510 supera *Prisciani Monac. M m. pr.* SUPERA·T *M* superat *Prisciani Vindob. N* SVPRA *PRybc* 511 AENES *P* misi *b* 512 IMPROBVS *R* improbuf *b* 513 quete.rent (e *pr. m.* 2 *corr. in* a) *γ* ATQ·IPSE *M* 514 IUGO (I *corr. ex* L) *M* iugo properans '*aliquot*' *Pierani*, *χ* iuga properans *m* ADVENTAT *P* 515 Furto *γ* para *γ*1 517 thyrrenū *b* tyrrenū *c* COLLATIS *M*

Tiburtique manus, ducis et tu concipe curam.'
sic ait, et paribus Messapum in proelia dictis
hortatur sociosque duces et pergit in hostem.
est curvo anfractu valles, adcommoda fraudi
armorumque dolis, quam densis frondibus atrum
urget utrimque latus, tenuis quo semita ducit
angustaeque ferunt fauces aditusque maligni.
hanc super in speculis summoque in vertice montis
planities ignota iacet tutique receptus,
seu dextra laevaque velis occurrere pugnae,
sive instare iugis et grandia volvere saxa.
huc iuvenis nota fertur regione viarum
arripuitque locum et silvis insedit iniquis.

Velocem interea superis in sedibus Opim,
unam ex virginibus sociis sacraque caterva,
compellabat et has tristis Latonia voces
ore dabat: 'graditur bellum ad crudele Camilla,

TESTIMONIA.

522 sq. 'accommoda ... dolis' Arusianus p. 212 L. 522 'accommoda f.' Nonius 266, 25 525 'aditusque m.' Servius Aen. VI 270 529 Arusianus p. 238 L. 531 'et ... iniquis' Servius Aen. V 203 532—535 'velocem ... dabat' Macrobius Sat. V 22, 2 532 Priscianus 757

VARIA LECTIO.

519 TIBVRNI *MPb* Tyburni *m* 520 SIC *M* 522 uallif *cl* ADCOMODA *P* accomoda *γ* accõmoda *b* accommoda *c* 523 *sq.* quam densis ... latus : *cf.* VII 565 *sq.*, *et fortasse hic ne scripserat quidem Vergilius.* 524 Vrget *γ* VRGVET *Rb* QVOS *Rc1* 'quo ... *legitur et* qua' *Servius* 525 *sq. inverso ordine c* 525 Angufte *γ* 526 IN *Mbc, om. R* ī *m.* 2 *in ras. γ* E *Pγ1 ut* 877 IV 586 VII 511 527 IACE *M* RECEPTVS *Pbc* receptif *γ* RECEPTVS *M* RECESSVS *R* 'receptus : *male quidam* recessus *legunt' Servius Regin. et Paris.* 529 VVLNERE *R* 530 Huic *fort. γ1* (Huc *γ2*) fertur nota *m* 533 fociof *γ1* SACRIS SOCIA *R* 534 Conpellabat *γc* CONPELLAT *R* ET *suprascr. Py* triftef *c* TRISTI *R* tristis *Servius confirmat* 535 greditur *γ1* AT *M*

o virgo, et nostris nequiquam cingitur armis,
cara mihi ante alias.' (neque enim novos iste Dianae
venit amor subitaque animum dulcedine movit.
pulsus ob invidiam regno viresque superbas
Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe,
infantem fugiens media inter proelia belli
sustulit exilio comitem matrisque vocavit
nomine Casmillae mutata parte Camillam.
ipse sinu prae se portans iuga longa petebat
solorum nemorum: tela undique saeva premebant
et circumfuso volitabant milite Volsci.
ecce fugae medio summis Amasenus abundans
spumabat ripis: tantus se nubibus imber
ruperat. ille, innare parans, infantis amore
tardatur caroque oneri timet. omnia secum

TESTIMONIA.

537 Maximus Vict. de carm. her. 5 'novus i. D.' fragm. de quant. 16 p. 505 Endl. 537 sq. 'neque ... amor' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 7 539 Diomedes 480 540 Servius Aen. VII 803 'Priverno a.' Consentius 2031 P. 541 Nonius 437, 19 542 sq. 'matris ... Camillam' Macrobius Sat. III 8, 5 544 'ipse ... portans' Probi inst. I 17, 3 547 'ecce f. m.' Arusianus p. 247 L.

VARIA LECTIO.

536 NEQVICQVAM *P* 537 neque enim *usque ad* intemerata colit *v.* 584, *maxime* 537. 566. 582 *non possum non adsentiri Peerlkampo parum convenire Dianae sermoni. Atqui cum hemistichia* cara mihi ante alias (537) *et* vellem haut correpta fuisset (584) *in unum versum coeant, putaverim totam illam narrationem a poeta secundis curis in schedas conjectam esse.* NOVS *P* NOVVS *MRybc* DIANE *M* diane *γ* 538 SVBVENIT *M* SUBITO *M* 539 inuiam *c* unamiam, *ut vid.*, *γ*1 (inuidiam *γ*2) 540 *in mg. 1 M* PRIVERO *P* 541 praelia *b* 542 EXILLO *R* LOCAVIT *Pγ*1 543 carmille *γ* camille *c* 544 SI *M* nu *c* pref.. *γ*1 pref.. *γ*2 portat *Probi inst.* 545 undiq; (q *m. 2 in ras.*) *γ* ua *γ* PRAEMEBAN *M* 546 uolitabat *γ* uulfci *c* 547 abundanf (f *m. 2 in ras.*) *γ* habundanf *bc* 550 CAR *M*

versanti subito vix haec sententia sedit.
telum immane manu valida quod forte gerebat
bellator, solidum nodis et robore cocto,
huic natam, libro et silvestri subere clausam,
implicat atque habilem mediae circumligat hastae;
quam dextra ingenti librans ita ad aethera fatur:
"alma, tibi hanc, nemorum cultrix, Latonia virgo,
ipse pater famulam voveo; tua prima per auras
tela tenens supplex hostem fugit. accipe, testor,
diva tuam, quae nunc dubiis committitur auris."
dixit et adducto contortum hastile lacerto
inmittit: sonuere undae, rapidum super amnem
infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
at Metabus, magna propius iam urgente caterva,
dat sese fluvio atque hastam cum virgine victor
gramineo donum Triviae de caespite vellit.
non illum tectis ullae, non moenibus urbes
accepere neque ipse manus feritate dedisset:

TESTIMONIA.

554 schol. Persii I 97 568 'neque . . . dedisset' Servius Aen. XI 539

VARIA LECTIO.

551 '*vera distinctio est:* omnia secum versanti subito' *Servius* ſentia *γ* 552 IMMANE *Rγ* INMANE *MPbc* GEREBAT *M* 554 HVC *R* HUIT *M* huic *Servius* gnatam *Leid.* gratam *Sprot.* '*Probus de hoc loco: ἀπίθανον πλάσμα*' *Servius* 555 INPLICAT *Pc* ADQVE *R* abilē *bc* aſte *γ* 556 dextra *in ras. c* ingenti (in *in ras.*) *c* LIBRAS *Mγ* aetera *b* 557 LATRONIA *M* 560 TVA *P* commititur *γ* COMMITTVR *R* 561 DIXIT *M* MASTILE *M* aſtile *c* 563 'sonuere undae . . . *hic distinguendum*' *Servius* 564 AD *R* PROPRIVS *Pγ1* VGENTE *P* urgente *γ* URGUENTE *MRb* 565 ADQVE *R* 566 CESPITE *M* ceſpite *γc* tollit, at uellit *γ* TOLLIT *P*: *cf. ge.* IV 273 567 villae *Peerlkampus, recte, ut videtur.* ullae *Servius* non ullae *Goth. pr.* 568 NEC *R* ferita. te *γ*

pastorum et solis exegit montibus aevom.
hic natam in dumis interque horrentia lustra
armentalis equae mammis et lacte ferino
nutribat, teneris inmulgens ubera labris.
utque pedum primis infans vestigia plantis
institerat, iaculo palmas armavit acuto
spiculaque ex umero parvae suspendit et arcum.
pro crinali auro, pro longae tegmine pallae
tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent.
tela manu iam tum tenera puerilia torsit
et fundam tereti circum caput egit habena
Strymoniamque gruem aut album deiecit olorem.
multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres
optavere nurum: sola contenta Diana
aeternum telorum et virginitatis amorem
intemerata colit.) 'vellem haut correpta fuisset
militia tali, conata lacessere Teucros:
cara mihi comitumque foret nunc una mearum.
verum age, quandoquidem fatis urgetur acerbis,

TESTIMONIA.

569 Donatus ad Ter. Phorm. V 7, 86 571 Servius Aen. I 215
573 sq. 'plantis i.' Arusianus p. 237 L. 579 Priscianus 764

VARIA LECTIO.

569 AEUUM *MP2γbc* 570 HINC *P* horrentia *γ* 571 EQVAE *P* AEQ· *M* aeque *γ* LACETE *P* lac&e (& *corr. in* t) *γ* 572 NVTRIBVSAT *P* INMVLGEN *P* 573 primuſ *γ1* PLANTAS *M* 574 INSTITVERAT *R* onerauit *b*, *Moret. pr.*, *Servius ut* X 868 575 humero *bc* parue *γ* arſum *c* 576 LONGA *P* LONGE *R* tegminą *γ* TEGMINA *M* 579 Effundam *γ1* EXEGIT *R* 580 Strimoniam *c* cruem *γ1* DEICIT *Pb* 581 frauſtra, *ut vid.*, *γ1* TYRRENA *M* tyrrena *γc* thyrrena *b* 582 Obtauere *b* NVM *R* 583 honorem *m* 584 haud *bc* 586 FERET *P* 587 QVANDOEQVIDEM *R* VRGVETVR *PRγbc* acerbiſ, aſ iniquiſ *γ* : *cf.* II 257 III 17 X 380

labere, nympha, polo finisque invise Latinos,
tristis ubi infausto committitur omine pugna.
haec cape et ultricem pharetra deprome sagittam:
hac quicumque sacrum violarit volnere corpus,
Tros Italusque, mihi pariter det sanguine poenas.
post ego nube cava miserandae corpus et arma
inspoliata feram tumulo patriaeque reponam.'
dixit; at illa levis caeli delapsa per auras
insonuit, nigro circumdata turbine corpus.

At manus interea muris Troiana propinquat
Etruscique duces equitumque exercitus omnis,
compositi numero in turmas. fremit aequore toto
insultans sonipes et pressis pugnat habenis
huc conversus et huc; tum late ferreus hastis
horret ager campique armis sublimibus ardent.
nec non Messapus contra celeresque Latini
et cum fratre Coras et virginis ala Camillae
adversi campo apparent hastasque reductis

TESTIMONIA.

588 'labere n. p.' Isidorus orig. X 158 Servius Aen. II 14 IV 22 V 151 VI 2 601 sq. 'tum ... ager' Macrobius Sat. VI 4, 6 603 sq. 'nec non celeresque ... Camillae' Servius Aen. VII 675

VARIA LECTIO.

588 nimpha *b* INVISA *Rm* 589 omne *γ* 590 faretra *b* 591 quecumque *γ1* UIOLARET (E *corr. in* I) *M* uiolarit (rit *in ras.* *b* VOLNERE *P1γ2* VVLNERE *MP2Rγ1bc* 592 QVE *PRγ* Q· *M, in ras.* *b* ue *cχ, Servius* DET *R* 593 miſerande *γ* corpuſ (c *m. 2*) *γ* 595 AD *Rγ1* DEMISSA *PRγc* : *cf.* X 73 XII 635 dimiſſa *bm* 597 AD *R* 598 ETRVSCI (SC *in ras.*) *Pb* etrurii *Mentel. pr., Menag. alt.* etruri *χ* 'etrusci ... *quidam sane* etruri *legunt*' *Servius* 599 CONPOSITI *My* Conpoſita *c1* 600 PRAESSIS *R* 601 CONVERSVS *MP* conuerſuf, *in mg.* aſ obuerſuf *γ* OBVERSVS *Rbc* late *om. Macrobii exempl.* 602 haſtif, *in mg.* aſ armiſ *γ* HASTIS *P* ſublimibuſ (buſ *in ras.*) *b* ſublimi..buſ *γ* 603 CELERESQ· (RESQ *in ras.*) *R* celeſq; *γ1* celer q; *γ2* latini (ni *m. 2 add.*) *γ* 604 com *c* frate *γ* 605 ADPARENT *M* HASTIS *P* REDUCTAS *M*

protendunt longe dextris et spicula vibrant,
[adventusque virum fremitusque ardescit equorum].
iamque intra iactum teli progressus uterque
substiterat: subito erumpunt clamore furentisque
exhortantur equos; fundunt simul undique tela
crebra nivis ritu caelumque obtexitur umbra.
continuo adversis Tyrrhenus et acer Aconteus
conixi incurrunt hastis primique ruina
dant sonitum ingenti perfractaque quadrupedantum
pectora pectoribus rumpunt: excussus Aconteus
fulminis in morem aut tormento ponderis acti
praecipitat longe et vitam dispergit in auras.
extemplo turbatae acies, versique Latini
reiciunt parmas et equos ad moenia vertunt.
Troes agunt, princeps turmas inducit Asilas.

TESTIMONIA.

608 'iamque ... progressus' Arusianus p. 256 L. 'iamque i. i.' Probi inst. I 12, 2 610 'fundunt ... tela' Cledonius 1924 611 'crebra n. r.' Arusianus p. 259 L. 615 sq. 'excussus ... morem' Nonius 298, 27 615 'excussus A.' Servius Aen. VI 79 620 Servius Aen. I 468 'Troes a.' Servius Aen. XII 704

VARIA LECTIO.

606 PRAETENDUNT *M* 607 *cf.* 911. adventuque *prop. Heynius* fremitu *c* ADESCIT *Pb* adventuque v. fremitus crudescit *Hoffmannus* 608 ERQVE *P* 609 SVBSTITERAT *Pyc* Subſtiterant (n *del.*) *b* SVBSTITVERANT *R* CONSTITUERANT *M* : *cf.* XII 671 que *om c* 610 ETHORTANTUR *M* Exhortatur *γ* Exortantur *bc* 611 LITU (L *corr. in* R) *M* 612 ADVERSI·S *P* ADVERSI *MRγ* tyrrenuſ *γ* tyrrenuſ *c* thyrrenuſ *b* acer] A *in ras. R* 613 ruina *Moretani sec. et quartus* RVINAM *P* RUINAM *MRybc* 614 SONITUM *MPγ1*, *Moretani duo* SONITV *Ry2bc* INGENTI *MRγ2bc*, *Moretani duo* INGENTEM *Pγ1* PERFECTA *M* perfrcta *γ2* perfecta *γ1* QVADRIPEDANTVM *R* 615 acon...teuſ *γ* 616 MORTEM *M* TORMENTI *M* actuſ, *in mg.* aſ acti *γ1* ACTVS (*sed ut* V *fort. fuerit* I) *P* 617 diſperſit *γ1*, *fortasse recte.* disparsit *Mentel. alt.* 619 tendunt, *m. rec. in mg.* ŧ uertunt *b: cf.* 871 620 aſylaſ *c*

iamque propinquabant portis, rursusque Latini
clamorem tollunt et mollia colla reflectunt:
hi fugiunt penitusque datis referuntur habenis.
qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
nunc ruit ad terram scopulosque superiacit unda
spumeus extremamque sinu perfundit harenam,
nunc rapidus retro atque aestu revoluta resorbens
saxa fugit litusque vado labente relinquit:
bis Tusci Rutulos egere ad moenia versos,
bis reiecti armis respectant terga tegentes.
tertia sed postquam congressi in proelia totas
inplicuere inter se acies legitque virum vir:
tum vero et gemitus morientum et sanguine in alto
armaque corporaque et permixti caede virorum
semianimes volvontur equi, pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,
hastam intorsit equo ferrumque sub aure reliquit.

TESTIMONIA.

622 'mollia c. r.' Servius ge. III 204 630 Servius Aen. XI 619
632 Nonius 332, 3

VARIA LECTIO.

621 IAM PROPINQVABANT *R* 623 abenſ *γ* *Alii post* habenis *commate posito continuant sententiam usque ad v.* 628. 624 VBI *P* PROCVRRENS, *sed* RR *in ras.*, *P* PROCVMBENS *Rcm* : *cf. ge.* III 240 625 AT *Pγ* TERRAS *M ut ge.* III 239 SVPERIICIT *P* ſuperlicit *γ1* SVBERIGIT *R*, *Silius* XV 155 UNDA *MPb1*, *Servii Regin.* VndA *R* undã *γb2cm* undam *Servii Paris.* 627 ADQVE *R* aeſto *γ* reuoluta (re *in ras.*) *b* REVSOLVTA *P* reſoluta *γ2* refoluta *γ1* 628—630 *add. m. rec. in mg. γ* 628 reliquit *γ2* 629 TEUCRI *M* 630 RELECTI (L *corr. in* l) *M* reſpentant *c* 631 totasque *χ* 632 IMPLICVERE *Rc* 633 ſanguine largo (*in mg. lemma scholii* in alto) *b* : *cf.* XII 721 634 mixti *b* 635 Semianimeſ *γ* : *cf.* XII 329 VOLVNTVR *P* VOLVVNTVR *MRybc* pugna aſpera ſurgit *in ras. b* 636 Orſilocuſ *γ* Orſilocus *c* Remuli: *cf.* IX 633 orrebat *c* 637 INORSIT *P*

quo sonipes ictu furit arduus altaque iactat
volneris inpatiens arrecto pectore crura:
volvitur ille excussus humi. Catillus Iollan
ingentemque animis, ingentem corpore et armis
deiecit Herminium, nudo cui vertice fulva
caesaries nudique umeri, nec volnera terrent:
tantus in arma patet. latos huic hasta per armos
acta tremit duplicatque virum transfixa dolore.
funditur ater ubique cruor; dant funera ferro
certantes pulchramque petunt per volnera mortem.

At medias inter caedes exultat Amazon,
unum exerta latus pugnae, pharetrata Camilla,
et nunc lenta manu spargens hastilia denset,
nunc validam dextra rapit indefessa bipennem;

TESTIMONIA.

639 'volneris i.' Arusianus p. 241 L. 644 sq. 'latos ... tremit' Isidorus orig. XVIII 5, 2 648 Probi inst. I 3, 4 Servius Aen. I 318 VII 580 'milibus in mediis exultat A.' schol. Lucani I 476 VI 229 'exultat A.' Priscianus 909 Nonius 300, 31 Servius Aen. II 67 649 'pharetrata C.' Diomedes 309 P.

VARIA LECTIO.

638 hictu γ1c FERIT (*corr. m. rec.*) *M* FERIT *R* 639 VVLNERIS *MPRybc* 640 CATHILLVS *Ry* CATTHILLVS *P* CATTHYLLUS *M* cathylluf *b* : *cf.* VII 672 IOLLANT *P* IOLLAN *M* IOLLAM *Rbc* 641 corpore, at pectore γ : *cf.* IV 11 642 Deiecit *c*1 DEICIT *MPRyb* HERMONIUM *M* HERMIONVM *P* hermi.num γ1 herme.num γ2 ermeniũ *b*1 643 CESARIES *M* VMERI·S *P* humeri *c* VVLNERA *MPRy*1*bc* 644 TANTVM *R* 'tantus ... *id est* tantum patebat in vulnere (vulnera?), *id est* in hostilia tela totus patebat' *Servius, ex qua adnotatione fortasse triplex lectio elicienda est:* tantus in arma, tantum in tela, totus in arma. 645—692 *deficit P* 645 fremit γ1 premit *b* 647 *cf. ge.* IV 218 pulcram *b* VVLNERA *MRybc* 648 AD *R* milibus in mediis *schol. Lucani* : *cf.* I 491 exfultat γ 649 EXSERTA *M* faretrata *b* 650 LENTA *M* aftilia *b* denfet *b*χ, *testatur Servius* DENSAT *M* DENSAT *Rycm*

tot Phrygii cecidere viri. procul Ornytus armis
ignotis et equo venator Iapyge fertur,
cui pellis latos umeros erepta iuvenco
pugnatori operit, caput ingens oris hiatus
et malae texere lupi cum dentibus albis,
agrestisque manus armat sparus; ipse catervis
vertitur in mediis et toto vertice suprast.
hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verso)
traicit et super haec inimico pectore fatur:
'silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?
advenit qui vestra dies muliebribus armis
verba redarguerit. nomen tamen haut leve patrum
manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.'
protinus Orsilochum et Buteu, duo maxima Teucrum
corpora, set Buten aversum cuspide fixit
loricam galeamque inter, qua colla sedentis

TESTIMONIA.

678 'ecum quoque Apulum eodem quo ventum vocabulo iapygem nominavit' Gellius II 22, 24 681 schol. Hor. carm. II 19, 24 'cum d. a.' Quintilianus VIII 2, 10 cf. VIII 6, 40 682 'agrestis ... sparus' Nonius 224, 2. 555, 19 684 'hunc i. e.' Terentianus Maurus 1277 686 Donati ars III 2, 3 Pompeius 436 L. Servius Aen. I 2 II 620 'te silvis agitare feras' Servius Aen. III 583 688 'verba r.' Priscianus 881 688 sq. 'nomen ... Camillae' Servius Aen. X 830 690–693 'protinus ... lucent' Iulius Rufinianus p. 241 R. 690 sq. Macrobius Sat. VI 6, 10 'protinus ... corpora' Nonius 376, 23

VARIA LECTIO.

677 phrigii *bc* phygii *γ* ornit' *c* ornitis *b* AVTVS *M* 678 IGNOTVS *M* Ignotus *γ*1 iapige *c* 679 Cui (ui *in ras.*) *b* humeros *γbc* 681 MALE *Ry* MALE *M* 683 SUPRAST *M* SVPRAEST *Rybc* 684 Hunc (u *in ras.*) *b* illi *b* 686 te *suprascr. c* ET *R* tyrrene *γc* thyrrhene *b* agittare *γ* putastis *γ*1 687 muliebribus (bribus *in ras.*) *b* MVLIERIBVS *R* 688 REDARGVERET *Rybc*2 redargueral *c*1 redarguerit *testatur Priscianus* AUT *M* haud *bc* 690 orsilocum *c* 691 CORPORE *M* SED *Rybc* a.uersum *c* aduersum *b*, *Macrobii Salisb.* 692 GALEAM *P* sedentis] l *in ras. R*

lucent et laevo dependet parma lacerto,
Orsilochum fugiens magnumque agitata per orbem
eludit gyro interior sequiturque sequentem,
tum validam perque arma viro perque ossa securim
altior exurgens oranti et multa precanti
congeminat: volnus calido rigat ora cerebro.
incidit huic subitoque aspectu territus haesit
Appennimicolae bellator filius Auni,
haut Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.
isque ubi se nullo iam cursu evadere pugnae
posse neque instantem reginam avertere cernit,
consilio versare dolos ingressus et astu
incipit haec: 'quid tam egregium, si femina forti
fidis equo? dimitte fugam et te comminus aequo
mecum crede solo pugnaeque accinge pedestri:

TESTIMONIA.

695 'sequiturque s.' Donatus ad Ter. eun. II 2, 12 IV 4, 54 schol. Hor. epist. I 11, 28 704 'consilio ... ingressus' Servius ecl. X 68 705 sq. 'quid ... equo' Nonius 306, 12 Servius Aen. VII 807 706 'dimitte f.' Probi inst. I 17, 6

VARIA LECTIO.

693 lucent] invenit *Rufiniani exempl.* 694 Orſilocū (o *in ras.*) *b* Orſilocum *c* FVGIES *R* PERREM *M* 695 ETLVDIT (*i. e.* ecludit) *Pγ*1 giro *b* 696 SECVREM *Pγ*1 : *cf.* 656 697 exſurgenſ *bc* praecanti *b* 698 CONGEMINAT· *M* 'congeminat: *hic distinguendum, nam nemo dicit* securim vulnus congeminat, *sed* securis' *Servius. Post* volnus *dist. in P* VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRγbc* ORA *P*2 ORE *P*1 ore *Menag. alt.* arma *b* 700 APPENNINICOLAE (CO *in ras.*) *R* Appeninicole *γ* 701 HAUD *MPc* Aut *γ*1 hAut *m. ead. corr. γ*2 Aut *b*1 LIGYRVM *R* ſallere *om. R* SINEBAT *M* 702 hiſ *γ* 703 REGINAm *R* AÐUERTERE *M* uetere *b* VERTERE *R* avertere *confirmat Servius* 704 a.ſtu *γ* 705 .tam (*erasa* i, *ni f.*) *γ* SE *P*1 706 FIDES *Rb*1 eqo *γ*2 eco *γ*1 707 pugnequae *γ* pugnaque *bm*

iam nosces, ventosa ferat cui gloria fraudem.'
dixit, at illa furens acrique accensa dolore
tradit ecum comiti paribusque resistit in armis,
ense pedes nudo puraque interrita parma.
at iuvenis, vicisse dolo ratus, avolat ipse
(haut mora) conversisque fugax aufertur habenis
quadripedemque citum ferrata calce fatigat.
'vane Ligus frustraque animis elate superbis,
nequiquam patrias temptasti lubricus artis,
nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno,'
haec fatur virgo et pernicibus ignea plantis
transit ecum cursu frenisque adversa prehensis
congreditur poenasque inimico ex sanguine sumit:
quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto

TESTIMONIA.

710 'tradit e. c.' Arusianus p. 264 L. 714 'ferrata c. f.' Nonius 199, 18 Charisius 72 'qua de causa Vergilius calces feminino genere pronuntiarit' Probi ars minor 540 715 'vane . . . animis' Probi inst. I 9, 5 718 'pernicibus i. p.' Isidorus orig. X 211 Servius Aen. I 472 IV 180 721 sq. schol. Hor. carm. I 37, 18 721 Nonius 192, 23 Terentianus Maurus 1267 Priscianus 1013. 1014 'accipiter' Charisius 76 incertus de orthogr. 2778 P.

VARIA LECTIO.

708 VENTOS· A[D] *P* FRAVDEM *R*, *in ras. b* FRAUDEM[L] *M* laudem, *in mg. m. 2* ł fraudem *c* .LAVDEM (L *in ras.*) *P* laudem *γ*, *si recte enotavi, quamquam* poenam *Heinsius se legisse dicit.* poena *χ* '*haec est vera et antiqua lectio ut* fraudem, *non* laudem *legas . . . nam* fraudem *veteres* poenam *vocabant' Servius* 709 AD *Rγ1b1* 710 EQVVM *PRγ* aequũ *bc* q; *in ras. b* RESTITIT[S] *M* reſiſtit (re *in ras.*) *b* assistit *m, Oblongus Pierii* 711 *cf.* IX 548 RAPU[RA] *M* pura *Servius legit* INTERITA *R* 712 AD *PRγb1* 713 HAUD *MPbc* FUGAX (X *m. rec. corr. ex* A) *M* autſertur *c1* abenif[h] *γ* 714 Quadripedem[v] *γ* Quadrupedẽ[v] *c* citam *c* 715 ELATE[/] *M* elatæ *b* 716 TEMPTASI[S] *R* TEMPTATI (S *m. ant.*) *P* temtafti *c* ARTES *P2γ* 717 FRAV[S] (S *m. ant. add.*) *P* incolomẽ *bc* perfe.ret *γ* auno (a *m.* 2) *γ* 719 Tranſiit *γ1* EQVM *R* EQVVM *Pybc* praehenſif *γ* 720 *cf.* XII 949 CONGREGITVR[ˋ] *M1* a ſanguine *c* 721 ATES (T *corr. in* L) *P*

consequitur pinnis sublimem in nube columbam
comprensamque tenet pedibusque eviscerat uncis;
tum cruor et volsae labuntur ab aethere plumae.

At non haec nullis hominum sator atque deorum
observans oculis summo sedet altus Olympo:
Tyrrhenum genitor Tarchonem in proelia saeva
suscitat et stimulis haut mollibus incutit iras.
ergo inter caedes cedentiaque agmina Tarchon
fertur equo variisque instigat vocibus alas,
nomine quemque vocans, reficitque in proelia pulsos.
'quis metus, o numquam dolituri, o semper inertes
Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?
femina palantis agit atque haec agmina vertit!
quo ferrum quidve haec gerimus tela inrita dextris?
at non in Venerem segnes nocturnaque bella
aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi

TESTIMONIA.

731 Macrobius Sat. VI 1, 34 'nomine q. v.' Probi inst. I 4, 5
736 Donatus ad Ter. eun. V 2, 60 'nocturnaque b.' Servius ge. III 98

VARIA LECTIO.

722 pennif *b*1*c* fublimen *γc* 723 CONPRENSAM *MPb* Conpreſſam *γc* EUINCERAT (*corr. m. rec.*) *M* euiſcerat (e *pr. m.* 2) *γ* 724 Tunc *c* et] E *R* UULSAE *Mc* uolſe *γ* 725 AD *R* ADQVE *R* 726 oculoſ *c*1 altoſ *γ* olimpo *bc* 727 Thyrrenũ *c* praelia *b* 728 HAUD *MPybc* incutit *Heinsius* INCITAT *MPyb* : *cf.* X 263 INICIT *Rc* 729 CEDES *Pybc* caedentia *c* 730 eo *γ*2 ego *γ*1 VARIiS *P* uocariſ *γ*1 IIALAS *R* IRAS *Py ex* 728 731 in] ad *Macrobii exempl., ut in Furii versu* pulsat *Macrobii Salisb., Med. a* 732 O (*bis*) *M* 733 Tyrreni *bc* Q· *M* INAUIA *M* 734 Femina (F *m.* 2) *γ* PALANTIS (I *corr. in* E) *M* pallantiſ *γ*1*bc*1 ADQVE *R* *Interrogandi signum alii ponunt.* 735 geritiſ *c* irrita *b* 736 AD *R* SIGNES (I *corr. in* E) *P* 737—783 *deficit P* 737 coroſ *γ*

expectate dapes et plenae pocula mensae
(hic amor, hoc studium), dum sacra secundus haruspex
nuntiet ac lucos vocet hostia pinguis in altos!'
haec effatus ecum in medios, moriturus et ipse,
concitat et Venulo adversum se turbidus infert
dereptumque ab equo dextra complectitur hostem
et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
tollitur in caelum clamor, cunctique Latini
convertere oculos. volat igneus aequore Tarchon
arma virumque ferens; tum summa ipsius ab hasta
defringit ferrum et partis rimatur apertas,
qua volnus letale ferat; contra ille repugnans
sustinet a iugulo dextram et vim viribus exit.
utque volans alte raptum cum fulva draconem

TESTIMONIA.

739 'hic ... studium' Maximus Vict. de rat. metr. III 1 Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. 740 'lucos ... altos' schol. Hor. carm. I 37, 4 742 'Venulo ... infert' Servius Aen. XI 814 745 Macrobius Sat. VI 1, 21 747 'arma v. f.' Probi inst. I 14, 1 Servius Aen. I 1 748 'et ... apertas' Nonius 382, 5 750 Nonius 296, 20 'et ... exit' Arusianus p. 227 L. Priscianus 1171 Servius Aen. V 438 751—756 Macrobius Sat. V 13, 28 751 sq. 'fulva d. f. a.' schol. Hor. carm. IV 4, 12 751 'fulvam aquilam dicit' Gellius II 26, 11

VARIA LECTIO.

738 EXPECTATE *Mybcψ*, *confirmat Servius* EXSPECTATE *R* exspectare *χ*, *quod qui receperunt, lenius post v.* 737 *distinguunt.* PLENA *R* menſe dextrae *γ* : *cf.* VIII 274 *Hic fortiter distinxit Paldamus, qui v.* 738 expectate *scripsit.* 739 'hic amor, hoc studium *per parenthesin dictum est, nam ordo est:* pocula mensae, dum' *e. q. s. Servius* ſæconduſ *b* HARΘSPEX *M* aruſpex *bc* 740 Nuntiet (N *m.* 2) *γ* Nunciet *bc* hac *γ1* lu..cof (*eras.* fo) *c* pingiſ *b* 741 EQVVM *Rybc* morituroſ *γ* et ipse] in hoſtiſ *γ ut* II 511 *cf.* IX 400 742 OFFERT *Rγ* : *cf.* VII 420 743 dextram *c1* conplectit *c* 744 EGREGIVM *R* ſum *γ* 745 Tollitur. (lli *et* r *m.* 2 *in ras.*) *γ* in caelum (incae *m.* 2 *in ras.*) *γ* que *om. γ* 746 EQUORE *M* TARCHOⁿ *M* 748 Defingit *γ* PARTES *M2Rc* apti. *c1* 749 Quam *γ1* VVLNVS *MRγb* la&ale *γbc* 750 a *in ras. γ2* 751 altae *b1*

fert aquila inplicuitque pedes atque unguibus haesit,
saucius at serpens sinuosa volumina versat
arrectisque horret squamis et sibilat ore,
arduos insurgens; illa haut minus urget obunco
luctantem rostro, simul aethera verberat alis:
haut aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon
portat ovans. ducis exemplum eventumque secuti
Maeonidae incurrunt. tum fatis debitus Arruns
velocem iaculo et multa prior arte Camillam
circuit et quae sit fortuna facillima, temptat.
qua se cumque furens medio tulit agmine virgo,
hac Arruns subit et tacitus vestigia lustrat;
qua victrix redit illa pedemque ex hoste reportat,
hac iuvenis furtim celeris detorquet habenas.
hos aditus iamque hos aditus omnemque pererrat
undique circuitum et certam quatit improbus hastam.
forte sacer Cybelo Chloreus olimque sacerdos

TESTIMONIA.

757 sq. 'praedam . . . ovans' Servius Aen. VIII 9 764 'qua . . . illa' Probi inst. I 9, 3 766 Priscianus 908 ex quinto (cf. V 441) 767 'certam . . . hastam' Velius Longus 2237 P. 768—777 (774—776 om.) Macrobius Sat. V 1, 12

VARIA LECTIO.

752 IMPLICVIT *Rc* ADQVE *R* ungib; *c* hefit *γc* 753 AT *M*2*c*2 AD *M*1*Rγb* aut *c*1 et *m* 754 horr& *γ* 755 arduos '*aliquot antiqui*' *Pierii* ARDUUS *MRγbc* adfurgenf (*in mg.* A· in) *b* ille *γ*1 HAUD *Mγbc* urg& *γ* urg.& *c* VRGVET *R* ADVNCO *R* abunco *Macrobii Cantabr. Angl.* obuncto *c*1 757—793 *deficit R* 757 HAUD *Mbc* tyburtum *γc* TARCON *M* raptam *Servius Aen.* VIII 9 759 Meonidae *c* .arrunf *b* 761 Circumit *γbc* 762 tullit *γ*1 ARMINE *M* 763 harrunf *b* 765 uenif *γ* celeref *c* caeleref *b* c&erif *γ*1 766 *cf.* V 441 iamque] atque *γ* iamque hos abitus *mχ* peperrat *γ*1 767 inprobuf *γc* 768 satus '*aliquot antiqui*' *Pieriani* CYBELO *Mbcmψ*, *Servii Regin. Par.*: *cf.* III 111 cybele *γ*, *Macrobii Cantabr.* cybelae *Macrobii ω* chloreuf *γb* chloreuf *c* CHOREUS *M*, *Macrobii ω*, *nisi quod* thoreus *Cantabr.* : *cf.* XII 363 olin *c*1

insignis longe Phrygiis fulgebat in armis
spumantemque agitabat ecum, quem pellis aēnis
in plumam squamis auro conserta tegebat.
ipse, peregrina ferrugine clarus et ostro,
spicula torquebat Lycio Gortynia cornu;
aureus ex umeris erat arcus et aurea vati
cassida; tum croceam chlamydemque sinusque crepantis
carbaseos fulvo in nodum collegerat auro,
pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum.
hunc virgo, sive ut templis praefigeret arma
Troīa, captivo sive ut se ferret in auro
venatrix, unum ex omni certamine pugnae
caeca sequebatur totumque incauta per agmen
femineo praedae et spoliorum ardebat amore,
telum ex insidiis cum tandem tempore capto
concitat et superos Arruns sic voce precatur:

TESTIMONIA.

770 sq. 'quem ... tegebat' Gellius II 6, 21 Macrobius Sat. VI 7, 18 Diomedes 406 Servius Aen. X 314 774 sq. 'aurea ... cassida' Charisius 80 Priscianus 689. 708 anon. de orthogr. 2780 P. Servius Aen. II 122 775 'haec cassida' Claudius Sacerdos II 47 775 sq. 'tunc ... auro' Nonius 541, 16 777 'barbara t. c.' Servius Aen. II 503 779 sq. 'captivo ... venatrix' Nonius 302, 14 782 Arusianus p. 209 L. Servius Aen. IX 477

VARIA LECTIO.

769 PHRYGIS *M* frigiif *b* frigif *c* 770 equum *ybc* QUEM *suprascr. M* A·E·NIS *M* enif *c* 771 in plumam squamis *om. Macrobii ω* fqualif *γ* 772 ferugine *b* 773 licio *c* CORTYNIA *My* gortinia *b1c* 774 UMERIS *Mb* humerif *c* umero *γχ ut* 652 ERAT *Mb* fonat *γc ut* 652 aure *b* 775 tunc *Nonii exempl.* CLAMYDEM *M*, *Nonii exempl.* clamidem *γ* chamidem *b* clamidem *c* crepantef *c* 777 tecmina *b* 779 TRO·I·A *M* auro, Venatrix *unum alii* 781 incauta *c* incensa *m* : *cf.* IV 300 782 PRAEDE *M* 783 INSIDIIS *P* indiif *b* 784 Conicit *c* Coniicit *m* : *cf.* IX 411 X 646. 891 harrunf *b1* PRAECATUR *M*

'summe deum, sancti custos Soractis Apollo,
quem primi colimus, quoi pineus ardor acervo
pascitur et medium freti pietate per ignem
cultores multa premimus vestigia pruna,
da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,
omnipotens. non exuvias pulsaeve tropaeum
virginis aut spolia ulla peto (mihi cetera laudem
facta ferent): haec dira meo dum volnere pestis
pulsa cadat, patrias remeabo inglorius urbes.'
audiit et voti Phoebus succedere partem
mente dedit, partem volucris dispersit in auras:
sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
adnuit oranti; reducem ut patria alta videret,
non dedit, inque notos vocem vertere procellae.
ergo ut missa manu sonitum dedit hasta per auras,
convertere animos acris oculosque tulere

TESTIMONIA.

785 sq. 'summe ... colimus' Nonius 250, 4 785 schol. Hor. carm. I 9, 2 Servius Aen. I 665 VI 79 ecl. III 62 'sancti ... Apollo' Priscianus 681 'sancti c. S.' Consentius 2027 P. 789 Servius Aen. XI 592 793 'patrias ... urbes' Servius Aen. XI 762 794 sq. Macrobius Sat. V 3, 7 'partem ... auras' Servius Aen. X 652 795 'partem ... auras' Servius Aen. IX 313

VARIA LECTIO.

785 DVM *P* appollo γ 786 Quem (Q *corr. ex* C, em *m.* 2 *in ras.*) γ PRIMIS *l'* primum χ Hirpini *Peerlkampus* QVOI *P* CVI *My2bc* qui γ1 PENNEVS *Py*1 ARBOR (B *corr. in* D) *P* 787 FRETI (F *corr. ex* E) *P* 788 victores *Villebrunus conl. Silio* V 180 secura in *Peerlkampus* MVLTA *suprascr. P* PRAEMIMUS *M* pruna (u *m.* 2 *in ras.*) γ 789 abolere *c*1 790 ecfuuiaf *c*1 ue (u *in ras.*) *b* TTROPEUM *M* tropeum γ tropheum *b* tropheũ *c* 791 VLLA *suprascr. P* 792 dura γ1 MEORUM *M* VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *Mybc* 793 lapsa *Peerlkampus* 794 AVDIIT *P* uotis phoebus χ, *Macrobii* ω phoebus votis *Macrobii Par.* 1 phoebus vati *Salisb.* partẽ fuccedere phoebuf *b* partim *c*1 : *cf.* V 187 795 partim χ patrim *c*1 uolucrif (c *m.* 2) γ 798 notof *c* nothof *b* 799 UBI *M* : *cf.* IV 474

cuncti ad reginam Volsci. nihil ipsa nec aurae
nec sonitus memor aut venientis ab aethere teli,
hasta sub exertam donec perlata papillam
haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.
concurrunt trepidae comites dominamque ruentem
succipiunt. fugit ante omnis exterritus Arruns,
laetitia mixtoque metu, nec iam amplius hastae
credere nec telis occurrere virginis audet.
ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
continuo in montis sese avius abdidit altos
occiso pastore lupus magnove iuvenco,
conscius audacis facti, caudamque remulcens
subiecit pavitantem utero silvasque petivit:
haut secus ex oculis se turbidus abstulit Arruns
contentusque fuga mediis se inmiscuit armis.
illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter

TESTIMONIA.

803 Probi inst. I 12, 2 803 sq. Nonius 453, 14 804 'virgineum ... cruorem' Macrobius Sat. VI 6, 17 Servius Aen. XII 376 812 'conscius a. f.' Arusianus p. 220 L. 812 sq. 'caudam ... petivit' Diomedes 407 'caudam ... utero' Nonius 387, 11 Servius Aen. V 505

VARIA LECTIO.

801 uolci $\gamma 2$ VLSCI *P* uulci $\gamma 1$ neq; $c\chi$ aurae, *in mg. m. ant.* aț auraſ *c* auraſ (ſ *fort. ex corr.*) *b* auras *Menag. alter*, χ 'auras ... *haec est antiqua lectio' Servius* 802 SONITU *M* AT *M* aud *c* 803 Haſta (ſ *in ras.*) *b* exerta *Nonii exempl.* exartă *b* EXPERTAM *R* perlata] L *corr. ex* T *P* 804 virgineum] E *corr. ex* I *P* BEBIT (E *corr. in* I) *P* 806 Succipiunt (c *pr. in ras.*) *b* : *cf.* I 175 IV 391 VI 249 SUSCIPIUNT *MPRγc* FVGITT *P* OMNES *Pγ* harrunſ *b* 807 IA^{M} (A^{M} *in ras.*) *P* iam *suprascr. c* 808 Crederere *γ* Crederete^{re} *b* telis occurre *b* TELIsSVCCVRRERE (V *pr. in ras.*) *P* 810 MONTES *M2c* aui.uſ (*erasa* I *vel* b) *b* auluſ $\gamma 1$ 811 paſtoreſ *b1* l.^{v}puſ *γ* 812 REMVLGENS *Pγ* 813 SILUA^{S} *M* 814 HAUD *MRbc* harrunſ^{I} *b* 815 MEDIS *P* 816 manuſ $\gamma 1$ TRAHIT (RAH *in litura erasis quatuor literis*) *P*

ferreus ad costas alto stat volnere mucro:
labitur exsanguis, labuntur frigida leto
lumina, purpureus quondam color ora reliquit.
tum sic expirans Accam ex aequalibus unam
adloquitur fidam ante alias, quae sola Camillae,
quicum partiri curas; atque haec ita fatur:
'hactenus, Acca soror, potui: nunc volnus acerbum
conficit, et tenebris nigrescunt omnia circum.
effuge et haec Turno mandata novissuma perfer:
succedat pugnae Troianosque arceat urbe.
iamque vale.' simul his dictis linquebat habenas,
ad terram non sponte fluens. tum frigida toto
paulatim exsolvit se corpore lentaque colla

TESTIMONIA.

820–822 (om. 821) 'Accam ... fatur' Arusianus p. 257 L. 'Accam ... unam, quicum p. c.' Priscianus 960 822 'quicum p. c.' Rhemnius Palaemon 1377 Augustinus de gramm. 1993 P. Servius Aen. I 37 823 sq. 'hactenus ... conficit' Nonius 268, 24 'nunc ... conficit' Probi inst. I 11, 1 824 'et ... circum' anon. de verbo 40 p. 171 Endl.

VARIA LECTIO.

817 coftaf (f *post. m.* 2) *γ* VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UOLNERE *M* VVLNERE *Rybc* 818 labitur] R *in ras. P* la&o *γ* loeto (*ut saepe*) *bc* 'frigida leto: *alii* telo *legunt' e. q. s. Servius* 819 ora (r *in ras.*) *b* ossa *m* relinquit *cχ* 820 SIC *suprascr. M* EXSPIRANS *Myl* SACCAM *P* 821 ADLQVITVR *R* Alloquitur *c* FIDAM *Pγ1* fidem *b* FIDA *M* FIDA *Rc* 822 QUICUM *MRb2, testantur Arusianus, Priscianus, Rhemnius, Augustinus* Cuicum *b1* Qui..cum (*m.* 1 *fort.* Quamcum) *γ* QVACVM (A *in rasura duarum litt.*) *P* Quacum *c* patiri *γ* solet, atque ita *χ* '*subaudis* consueverat' *Servius. Ceterum vix credo haec tam nuda relicturum fuisse poetam.* ADQVE *R* haec *om. Arusianus* 823 HACTENUS *M* for *γ* num *Probi inst. cod.* VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRybc* 824 CONFICIT·ET (*sed* T·E *in ras.*) *P* 825 NOVISSIMA *MRbc* 826 VRBI *P1R* 827 HIS *suprascr. P* hif dictif hoc dicenf *b* : *cf.* X 856 ling quebat *b* 828 AD (D *fort. corr. ex* T) *P* fluenf. (n *corr. ex* r, f *m.* 2 *in ras., erasa deinde* f) *γ* toto (t *pr. e corr.*, o *post. corr. ex* a) *γ2* TOTA *P*

et captum leto posuit caput, arma relinquont,
vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
tum vero inmensus surgens ferit aurea clamor
sidera: deiecta crudescit pugna Camilla,
incurrunt densi simul omnis copia Teucrum
Tyrrhenique duces Euandrique Arcades alae.

At Triviae custos iandudum in montibus Opis
alta sedet summis spectatque interrita pugnas.
utque procul medio iuvenum in clamore furentum
prospexit tristi mulcatam morte Camillam,
ingemuitque. deditque has imo pectore voces:
'heu nimium, virgo, nimium crudele luisti
supplicium, Teucros conata lacessere bello!

TESTIMONIA.

832 sq. 'ferit . . . sidera' Priscianus 906 ex quinto haec laudans contaminata cum V 140 833 'deiecta . . . Camilla' Servius ge. III 504 836 sq. 'at . . . sedet' Servius Aen. VIII 269 836 Macrobius Sat. III 6, 15 V 22, 2 841 sq. 'heu . . . supplicium' Atilius Fortunatianus p. 334 G. Servius Aen. II 366 841 'heu n. v. n.' Marius Victorinus 2472 'heu n. v.' Maximi Vict. de fin. 5 gloss. p. 456 Endl.

VARIA LECTIO.

830 cap. tum (p *m.* 2) *γ* la&o *γ* laeto *b* loeto *c* relinquont *Probus, ut apparet ex Servii adnotatione hac:* 'arma relinquens: *alii* arma relinquunt *legunt. Probus hypallagen vult vel contrarium, ut* ipsa relinquit. *alii* arma relinquunt *laudant dictum, i. e.* illa decidebant e manibus Camillae exanimi.' RELIQVENS (N *et fort.* S *in ras.*) *P* RELINQUENS *Mybc* RELIQVIT *R* 831 = XII 952 per *b* 832 AVRE *P* 833 delecta *γ* 834 CONCVRRVNT *R* 835 *cf.* 171 XII 551 Tyrreni *c* TYRRHENUM *M* arcadef (e *m. ant. corr. in* i) *bc* 836 AD *R* IAMDVDVM *PRybc* 838 medio iuuene *b* IVENEM MEDIO *P* iuuenum medio *γ1* iuuenem medio *γ2* furente *b* FURENTEM *Myβ2* in clamore furentū *in ras. c* 839 Profpexit (Pro *m. satis ant. in ras.*) *b* MVLCATAM *MPRγ1b* multatam, *in mg. m.* 2 ł mulcati *c* 'mulcatam, *affectam.* mulcari *enim proprie verberibus dicimus' Servius* 840 IMODE *R* 841 heu] o *Atilius Fortunatianus* 842 *cf.* 585 IFTEVCROS *P*

nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam
profuit aut nostras umero gessisse sagittas.
non tamen indecorem tua te regina reliquit
extrema iam in morte, neque hoc sine nomine letum
per gentis erit aut famam patieris inultae.
nam quicumque tuum violavit volnere corpus,
morte luet merita.' fuit ingens monte sub alto
regis Dercenni terreno ex aggere bustum
antiqui Laurentis opacaque ilice tectum:
hic dea se primum rapido pulcherruma nisu
sistit et Arruntem tumulo speculatur ab alto.
ut vidit laetantem animis ac vana tumentem,
'cur' inquit 'diversus abis? huc derige gressum,
huc periture veni, capias ut digna Camillae
praemia. tune etiam telis moriere Dianae?'
dixit, et aurata volucrem Threissa sagittam

TESTIMONIA.

845 Priscianus 699 852 sq. 'hic ... sistit' Arusianus p. 262 L. 855 'cur ... abis' Probi inst. I 9, 7 Cledonius 1923 856 sq. 'capias ... praemia' Priscianus 1021 857 'tune ... Dianae' Maximus Vict. de rat. metr. V 1

VARIA LECTIO.

843 DESERTA.. *P*1 deferte *γ* 844 VMEROS *P* humero *γc* GRESSISSE *M* ceſſiſſe *γ*1 PHARETRAS *PRybm* : *cf.* I 500 V 558 845 No^{n} *γ* Nō *c* tan///// *c*1 GREGINA *P* ^{e}rgina *γ* relinquit *b*2, *Prisciani Par. R.* RELINQVET *Pyb*1*c*, *Prisciani Bong.* 846 EXTRE-^{IA}MAMIMMORTE *P* extrema iam morte *χ* NEC *R* la&um *γ* ^{o}laetū *b* 847 gentef *c* aud *γ*2 inultae] E *in ras. P* 848 quecumque *γ*1 VVLNERE *MRybc* 849 lu.& *γc* fugit *c*1 ingerif *γ*1 AB^{L}TO *M* 850 DECERNI *M* ^{R}^{g}agere *b* 851 illice *γc*1 852 EA *M* PVL-^{D}CHERRIMA *MRbc* 853 $^{h\,r}$aruntem *b* ſpeculator^{v} *γ* SPECVLATVS *R* AL^{FULGE}TO *P* 854 LAETANTEMANIMIS *M* FVLGENTEMARMIS *PRybc* ^{R}surgentem animis *Leid. Fuisse qui scriberent* laetantem armis *suspicatur Wagnerus.* ^{A}VNA (V *in ras.*) *P* 855 abhiſ *γ* HVNC *P* ^{f}dirige *c* greſſum *b* 856 hVc *c* CAMILLA *R* 858—878. 879—895 *F fol. LXXIV* 858 ET *suprascr. F* treiſſa *c*

deprompsit pharetra cornuque infensa tetendit
et duxit longe, donec curvata coirent
inter se capita et manibus iam tangeret aequis,
laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.
extemplo teli stridorem aurasque sonantis
audiit una Arruns, haessitque in corpore ferrum.
illum expirantem socii atque extrema gementem
obliti ignoto camporum in pulvere lincunt,
Opis ad aetherium pinnis aufertur Olympum.

Prima fugit domina amissa levis ala Camillae;
turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas,
disiectique duces desolatique manipli
tuta petunt et equis aversi ad moenia tendunt.
nec quisquam instantis Teucros letumque ferentis

TESTIMONIA.

860—862 Macrobius Sat. V 3, 2 865 'atque e. g.' Arusianus p. 233 L. 867 Servius ge. III 93 872 sq. 'nec ... sustentare' Iulius Rufinianus p. 237 R.

VARIA LECTIO.

859 DEPROMSIT *MPbc* PHARETRA·M *P* TENDIT *F* 860 ETDVXSIT *P* Eduxit *bχ* adduxit *Macrobii exempl.* 861 iam] l *ex corr. rec. M* tenderet *b*1 EQUIS *M* 862 LAEVAM *P* LAEVAM *F* 863 EXEMPLO *F* SONANTES *M* 864 AVDIıT *P* AVDIT *F* ARRVNS (A *m. rec.*) *F* arunf *b*1 ARRUNS· *M* '*multi nolunt in medio distingui propter exprimendam celeritatem*' *Servius* HAESSIT *P* heſſit *γ*1 HAESIT *MRbc* FERRVM *F* 865 EXSPIRANTEM *FMPγc* ADQVE *R* GEMENTE *F* 866 LINQVVNT *Fc* LINQUNT *Mb* LINQVANT *R* 867 AETERIVM *R* penniſ *c* olimpū *bc* 868 fuit *b* levis] LE *m. 2 corr. fort. ex* TI, *suprascr. sed eras.* LE *ut vid. P* 869 ATLAS *R* : Asilas *in calamo fuerat. cf.* XII 661 870 DEFECTI *M* DVCES· D ESOLATI (D *altera m. ant., sed ex corr. ut vid.*) *P* maniple, *corr. m. ant., b* 871 EQVOS *Pγ* aduerſi *c* 872 *m. 2 intra lineas add. c* errantes (*fortasse* aeratas *ex* VII 703) acies letumque *Rufinianus* inſtanteſ *c* TEUCROQ· *M* TETVM *P*1 laetū *b* FERENTES *FMc*

sustentare valet telis aut sistere contra,
sed laxos referunt umeris languentibus arcus,
quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.
volvitur ad muros caligine turbidus atra
pulvis, et e speculis percussae pectora matres
femineum clamorem ad caeli sidera tollunt.
qui cursu portas primi inrupere patentis,
hos inimica super mixto premit agmine turba;
nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,
moenibus in patriis atque inter tuta domorum
confixi expirant animas. pars claudere portas:
nec sociis aperire viam nec moenibus audent
accipere orantis, orturque miserrima caedes
defendentum armis aditus inque arma ruentum.

TESTIMONIA.

874 'laxos . . . arcus' schol. Hor. carm. III 8, 23 878 schol. Hor. epod. X 17 882 Macrobius Sat. IV 3, 12 883 'confixi e. a.' Servius Aen. I 44

VARIA LECTIO.

873 AU *M* 874 ÜMERISUMERIS *M* 'humerif *c* humeris referunt *schol. Hor.* 875 *cf.* VIII 596 Quadrupedum *c* QUADRUPEDUM *M* QVADRIPEDVM *Pyb* QVADRIPEDO *R* QVADRIPEDO *F* patrem *γ* ŧvNGVLA *P* 877 ETSPECVLIS *FMb: fortasse* ec speculis *scribebatur omissa* et, *ut in* pulvis *servaretur* is *longa.* 'pulvis *hic corripuit, alibi produxit* I 478' *Servius.* et e murif *cχ* PECTORE (E *post. corr. in* A) *F* 878 *cf.* X 262 Femineom *c* caeli *om. schol. Hor.* 879 PATNTIS *F* PATENTES *M2c* 880 PRÆMIT *F* PRAEMIT *M* 881 Haec *c1* MISERA *F* ..fugiu. *c1* fugiunt *m* limine (ine *in ras.*) *c* 882 patrif *γ* PATRIS *P* ADQVE *R* INTRA *MR* : *cf.* 235. 267 VI 525 VII 168 883 CONFIXI *M* ETSPIRANT (*i. e.* ecspirant) *M* exſpirant *c* 884 Haec *c1* ne *c* 885 ORANTES *MPRγ* CAEDAES *M* 886 *cf.* XII 410 DEFENTVM (DEN *vid. suprascr. fuisse, sed erasa*) *F* DEFENDENT·.:·:·: *M* Defendentem *γc* atque *γ*

exclusi ante oculos lacrumantumque ora parentum
pars in praecipitis fossas urgente ruina
volvitur, inmissis pars caeca et concita frenis
arietat in portas et duros obice postis.
ipsae de muris summo certamine matres
(monstrat amor verus patriae, ut videre Camillam)
tela manu trepidae iaciunt ac robore duro
stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis
praecipites primaeque mori pro moenibus ardent.

Interea Turnum in silvis saevissimus implet
nuntius, et iuveni ingentem fert Acca tumultum:
deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
ingruere infensos hostis et Marte secundo
omnia corripuisse, metum iam ad moenia ferri.
ille furens (et saeva Iovis sic numina pellunt)
deserit obsessos collis, nemora aspera linquit.
vix e conspectu exierat campumque tenebat,

TESTIMONIA.

890 Marius Plotius p. 301 G. 'arietat in p.' Macrobius Sat. V 14, 2 Cledonius 1885 Probi inst. I 14, 4 Servius Aen. V 432 'et ... postes' Macrobius Sat. V 14, 3 891 'ipsae de muris matres' Servius Aen. IX 479

VARIA LECTIO.

887 LACRIMANTVM *MRb* lacrimatũ *c* PARENT*um* *F* 888 PRAECIPITES *Rc* VRGVENTE *Rγ* 889 CAERA (AEC *in ras.*, C *sup. m. rec.*) *F* 890 muros *Plotius* POSTES *Rc* poſtiſ (ſ *pr. in ras.*) *b* PORTIS *P1* 891 IPSAE *R* moriſ (moeris?) *b* 892 VERSVS *R* *Alii post* patriae *concludunt parenthesin.* VT *suprascr. F* CAMILLA *F* 893 trepide *γ* iaceunt *c* ROEBORE *F* 894 Stypibuſ *γ* fu.dibuſ *γ* imatantur *γ1* .obuſtiſ (o *ex corr.*) *c* 895 PRIAMAE *P* Mori (M *m. rec.*) *F* ARDENT *Mγ* audent *bc* 896 TVRNVS *M* feuiſimuſ *γ* INPLET *Rγ* 897 IVENI *P* 898 VOLSCORVM (O *pr. corr. in* V) *P* uuſcorũ *c* 899 Ingru.ere *γ* -HOSTES *P2γc* 901 et] nam *χ* *Fortasse* en *placeat.* NOMINA *M* PELLVNT *R* POSCVNT *MPγbc ut* IV 614 VIII 512 902 Diferit *γ1* COLLES *MR* linqui *b1* linquenſ *b2* 903 CAMPOS *M*

cum pater Aeneas saltus ingressus apertos
exsuperatque iugum silvaque evadit opaca.
sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur
agmine nec longis inter se passibus absunt;
ac simul Aeneas fumantis pulvere campos
prospexit longe Laurentiaque agmina vidit,
et saevom Aenean adgnovit Turnus in armis
adventumque pedum flatusque audivit equorum.
continuoque ineant pugnas et proelia temptent,
ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Hibero
tinguat equos noctemque die labente reducat:
considunt castris ante urbem et moenia vallant.

TESTIMONIA.

909 'prospexit l.' cf. Priscianus 1175 910 Servius Aen. I 99
914 'tingat e.' Servius Aen. VII 811

VARIA LECTIO.

A
904 SLTUS *M* 905 SiLVA *P* ſalua *γ*l 906 AMO *R* 907 Agmine interrena longiſ inter ſe *γ* INTE*r* *R* 908 TVM PATER *PR* *ut* 904 tum pater, aŧ ac ſimul *γ* FUMANTES *M* 909 Conſpexit *b* LONGAE *M* 910 SAEVOM (O *corr. in* V) *P* SAEVVM *MRγc* ſeuum *b* aeneam *b*l*c* AGNOUIT *Mc* CONSPEXIT *Pγ* 911 ADUENTUS *M*
A
FLATVM *R* AEQVORVM *P* 912 INEUNT *M* ineunt *b* temptant *γc* 913 RVSEVS (V *pr. corr. in* O) *P*

P̃· UERGILI MARONIS AENEIDOS || LIB̃· XI· EXPL· INC· LIB̃· XII || FELICITER *M* VERGILI· MARONIS· AENEIDOS· LIB· XI· || EXPLIC· INCIPIT· LIBER· XII (*sequuntur versus undecim, quos vide in prolegom.*) *R* EXPLICIT LIBER VNDECIMVS || INCIPIT DVODECIMVS *γ*

PB̃LII VIRGILII MARONIS AENEIDOS || LIB̃· XI· EXPLICIT INCIP̃ LIB̃ DVODECIMVS (*sequuntur undecim versus*) *b*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER DVODECIMVS

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos
defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
se signari oculis, ultro inplacabilis ardet
attollitque animos. Poenorum qualis in arvis
saucius ille gravi venantum volnere pectus
tum demum movet arma leo gaudetque comantis
excutiens cervice toros fixumque latronis

TESTIMONIA.

AENEIDOS XII. 1 sq. 'Turnus ... videt' Donatus ad Ter. eun. II 3, 44 1 Diomedes 406 Priscianus 1279 Servius Aen. V 784 VII 332 IX 499 2 Diomedes 494. 496 3 Diomedes 496 'ultro i.' Servius Aen. XII 45 4—6 'attollit ... leo' Donatus ad Ter. hec. III 5, 57 'Poenorum ... leo' schol. Hor. carm. III 20, 2 Victorinus ad Cic. p. 84 Or. 4 Terentianus Maurus 1212 4 sq. 'Poenorum ... gravi' Servius Aen. X 707 5 'saucius ille' Servius Aen. I 3 'saucius pectus' anecd. Paris. Eckst. 9, 31 6 sq. 'gaudet ... toros' Nonius 298, 24 6 Diomedes 496 7 Diomedes 496

VARIA LECTIO.

AENEIDOS XII. 1 & *c* fractoſ *γ* MORTE *Pγ*1 2 DEFI-CISSE *PR* sua iam *Diomedis exempl.* 3 Se. *γ* OCVLOS *MP* 5 UENATUM *Mγ* VOLNERE (O *corr. in* V) *P* VVLNERE *MRγc* 6 Cum *b*1 COMANTES *M*

inpavidus frangit telum et fremit ore cruento:
haut secus accenso gliscit violentia Turno.
tum sic adfatur regem atque ita turbidus infit:
'nulla mora in Turno; nihil est quod dicta retractent
ignavi Aeneadae, nec quae pepigere recusent:
congredior. fer sacra, pater, et concipe foedus.
aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam,
desertorem Asiae (sedeant spectentque Latini),
et solus ferro crimen commune refellam,
aut habeat victos, cedat Lavinia coniunx.'

Olli sedato respondit corde Latinus:
'o praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci
virtute exsuperas, tanto me impensius aecum est
consulere atque omnis metuentem expendere casus.

TESTIMONIA.

8 Nonius 459, 13 9 Nonius 22, 20 11 'nulla m. in T.' Seneca de benef. VI 41 15 'sedeant s. L.' Donatus ad Ter. adelph. IV 5, 38 Nonius 402, 14 Servius Aen. XI 434. 460 16 Servius Aen. XII 229 17 Nonius 250, 32 19—21 Macrobius Sat. VI 2, 17 'o ... consulere' Macrobius Sat. V 1, 16 19 sq. 'o ... exsuperas' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 31 19 'o ... iuvenis' Nonius 371, 12 Arusianus p. 252 L. Donatus ad Ter. hec. III 5, 32 schol. Hor. carm. I 22, 1 Servius Aen. II 61 IV 529 V 202 X 686 ge. IV 491 21 'at-

VARIA LECTIO.

8 INPAUIDUS *M* 9 HAUD *MPybc* GLISCET *M* 10 Tunc *c* AFFATUR *Mc* ADQVE *R* tubiduf *γ* 11 ora *c* Turno est *Seneca* 12 NEQVE *P* neq *c* '*quidam sane a* nulla mora in Turno *usque ad* pepigere recusent *iungunt, ne, si distinctio intercesserit, languescat sententiae color' Servius. Nec est in Mediceo Fogginio teste nisi post* Aeneadae *distinctio.* 13 faeduf *b* 14 HAEC *P* hac. *γ* 16 folef *c* CRIMEN FERRO *Rc* conmune *c* 17 abeat *Zulich. m. pr., Vratisl.* uicto., *in mg. m.* 2 at uictor *c* uictor *Mentel. m. pr., χ* habeat victos *legit Servius* cedatque *viri docti 'aliqui libri' ap. Ge. Fabricium* lauia *c* laurentia *Franc.* : *cf.* VII 359 18 fedato. *c* LATINOS *M* latinif *c1* 19 ferocem *m* 20 VIRTVTEM *P* INPENSIVS *MPybc* aequm eſt *γ* AEQVVMEST *MRbc* 21 ADQVE *R* EXPENDERI *ut vid. P1* expendere (re *in ras.*) *b* caſuf *in ras. b*

sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
multa manu, nec non aurumque animusque Latinost;
sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus arvis,
nec genus indecores. sine me haec haut mollia fatu
sublatis aperire dolis, simul hoc animo hauri.
me natam nulli veterum sociare procorum
fas erat, idque omnes divique hominesque canebant.
victus amore tui, cognato sanguine victus
coniugis et maestae lacrumis, vincla omnia rupi:
promissam eripui genero; arma impia sumpsi.
ex illo qui me casus, quae, Turne, sequantur
bella, vides, quantos primus patiare labores.
bis magna victi pugna vix urbe tuemur
spes Italas; recalent nostro Thybrina fluenta

TESTIMONIA.

que . . . casus' Servius Aen. XII 43 25 Priscianus 699 'nec g. i.' Nonius 489, 3 25 sq. 'sine . . . hauri' Donatus ad Ter. hec. V 1, 18 'sine . . . dolis' Nonius 385, 21 Donatus ad Ter. hec. V 1, 17 'haec . . . hauri' Nonius 319, 27 26 'simul . . . hauri' Servius Aen. IV 359 27 sq. 'me . . . erat' Donatus ad Ter. Andr. II 1, 30 29 Arusianus p. 266 L. 31 'arma i. s. promissam e.' Servius Aen. VI 86 34 sq. 'vix . . . Italas' Servius Aen. XI 16 35 sq. 'recalent . . . adhuc' Servius Aen. VI 87 35 'recalent . . . fluenta' Charisius 241

VARIA LECTIO.

causas *Macrobii* ω casus *Servius legit* 22 DAUNIUS *M* opida γ 23 LATINOEST *MRbc* latino. γ 24 laurentibi *cl* ARUIS *M* AGRIS *ut* XI 431 *PRybc* : *cf.* VII 537 X 390 XI 247 XII 516 *ge.* III 249 25 indecoris *Nonius* IIAECHAVT *Rγ*, *Priscianus* HAECAUT *M* HAEC HAVD *P*, (d *in ras.*) *b* haut haec *Nonii* 319 *exempl.* haud haec *cm*, *Monteliani* fatu. *c* FATAU *M* 26 haec *Donatus* 28 FASS *R* om *c* diui. (diuum *m.* 1 *ut vid.*) *c* homine *b* 29 cognati *Arusiani Gu.* 30 LACRVMIS (V *corr. in* I) *P* LACRIMIS *MRyc* lacimis *b* VINCVLA *Pγ* 31 ERVPI *R* generoque *m* INPIA *P* 32 CASVVS *R* 33 PATIERE *M* PATIERE *R* 34 PUGNA·S· *M* 35 ....recalent *γ* THYBRINA *MPR* thybrina *γ* thyberina *bc*, *Charisii cod.* FLVVENTA *R*

sanguine adhuc campique ingentes ossibus albent.
quo referor totiens? quae mentem insania mutat?
si Turno extincto socios sum adscire paratus,
cur non incolumi potius certamina tollo?
quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet
Italia, ad mortem si te (Fors dicta refutet!)
prodiderim, natam et conubia nostra petentem?
respice res bello varias; miserere parentis
longaevi, quem nunc maestum patria Ardea longe
dividit.' hautquaquam dictis violentia Turni
flectitur: exsuperat magis aegrescitque medendo.
ut primum fari potuit, sic institit ore:
'quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me
deponas letumque sinas pro laude pacisci:
et nos tela, pater, ferrumque haut debile dextra

TESTIMONIA.

36 'campi ... albent' Eutychius I 4, 1 Charisius 223 Diomedes 335 Priscianus 799 Martianus Capella III 511 41 'ad ... fors' Marius Victorinus p. 10 G. 'fors d. r.' Eutychius II 15 43 sq. 'miserere p. l.' Macrobius Sat. IV 4, 20 46 'aegrescitque m.' Priscianus 826 47 Donatus ad Ter. hec. V 1, 18 50 sq. 'et nos ... spargimus' Donatus ad Ter. Andr. V 4, 36

VARIA LECTIO.

36 ADHUNC *M* 37 *cf.* IV 595 REFERO *R* 38 TUANO (A *corr. m. rec. in* R) *M* EXSTINCTO *R* paratoſ *b* 39 ñ *suprascr. c* incolomi *γ* incolomi *c* 40 QUIT *M* QUIT (T *corr. in* D) *M* DICIT *R* 41 montem *γ* 42 NATA *P* 45 HAUDQUAQUAM *Mbc* HAVDQVAQVAM *P* HAVTQVAMQVAM *R* autquamquam (t *corr. in* d, m *pr. eras.*) *γ* 46 EXUPERAT *M* ARDESCIT Q·TUENDO, *in mg.:* AEGRESCIT, *M ex* I 713 aegrescitque medendo *testantur Priscianus et Servius* 47—93 *deficit P* 47 INSTITIT *PRybcψ*, *'antiqua omnia exemplaria, quotquot evolvit' Pierius 'tam in Vaticana bibliotheca quam etiam aliunde conquisita.'* inſtitit, at incipit *γ* INCIPIT, *ut* 692, *M, Donatus* (*'erat et in antiquo Mediceae bibliothecae codice* institit; *sed ultimae duae syllabae ab imperito aliquo abrasae fuerunt, vestigio tamen mediae adhuc integro permanente' Pierius*) 48 obtime *γc* 49 LAETUM *M* la&um *γ* loetum *c* paſci c1 *cf.* V 230 50 HAUD *MPbc*

spargimus; et nostro sequitur de volnere sanguis.
longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
feminea tegat et vanis sese occulat umbris.'

At regina, nova pugnae conterrita sorte,
flebat et ardentem generum monitura tenebat:
'Turne, per has ego te lacrimas, per siquis Amatae
tangit honos animum (spes tu nunc una, senectae
tu requies miserae, decus imperiumque Latini
te penes, in te omnis domus inclinata recumbit),
unum oro: desiste manum committere Teucris.
qui te cumque manent isto certamine casus,
et me, Turne, manent: simul haec invisa relinquam
lumina nec generum Aenean captiva videbo.'
accepit vocem lacrimis Lavinia matris
flagrantis perfusa genas, quoi plurimus ignem
subiecit rubor et calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
siquis ebur, aut mixta rubent ube lilia multa

TESTIMONIA.

51 'et ... sanguis' Servius Aen. I 30 XII 323 52 sq. 'longe ... tegat' Nonius 339, 25 52 'longe ... erit' schol. Hor. carm. IV 4, 6 56 'per ... lacrimas' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 6 56 sq. 'per si ... animum' Nonius 320, 18 'si ... animum' Servius ecl. VII 39 57—59 'spes ... recumbit' Diomedes 440 58 sq. 'decus ... penes' Priscianus 982 59 'in ... recumbit' Cledonius 1934 P. 60 Asper 113, 7 'desiste ... Teucris' Donatus ad Ter. Andr. prol. 8 hec. II 1, 33 Arusianus p. 224 L. Servius Aen. II 19 61 'qui ... certamine' Diomedes p. 296 P. 67—69 Claudius Sacerdos I 163 67 sq. 'Indum ... ebur' Macrobius Sat. V 12, 4 Diomedes 459 6 sq. 'aut ... rosa' Claudius Sacerdos I 119

VARIA LECTIO.

51 VVLNERE *MRybc* 53 ut vanis *Schraderus*, *Wyttenbachius* occulet *m* 54 Ad *γ* 55 MORITVRA TENEBAT *libri*, *nisi quod* moritura monebat *Montalbanius* 56 ego te has *Donati exempl.* te *suprascr. γ* perfequif *b*1 58 REQUIEM *M* MISERE *M* MISERE *R* 61 manꝰ *c* CASVVS *R* 63 gerum *γ* aeneum *c* 65 Fragrantif *c*1 CUI *MRγ*2*bc* qui *γ*1 plurimif *c* 66 *cf.* VIII 390 67 uelu *c* 68 ebor *γ* uel *mχ* ube *γ*1 UBI *MRbc*

alba rosa: talis virgo dabat ore colores.
illum turbat amor, figitque in virgine voltus:
ardet in arma magis paucisque adfatur Amatam.
'ne, quaesō, ne me lacrimis neve omine tanto
prosequere in duri certamina Martis euntem,
o mater; neque enim Turno mora libera mortis.
nuntius haec Idmon Phrygio mea dicta tyranno
haut placitura refer: cum primum crastina caelo
puniceis invecta rotis Aurora rubebit,
non Teucros agat in Rutulos, Teucrum arma quiescant
et Rutuli; nostro dirimamus sanguine bellum,
illo quaeratur coniunx Lavinia campo.'

Haec ubi dicta dedit rapidusque in tecta recessit,
poscit equos gaudetque tuens ante ora frementis,
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,
qui candore nives anteirent, cursibus auras.

TESTIMONIA.

71 'ardet ... magis' Nonius 240, 18 Servius Aen. IX 198 72 sq. 'neve ... prosequere' Nonius 357, 28 75 Servius Aen. XII 111 'Idmon' Claudius Sacerdos II 11 76 'haut p. r.' Marius Victorinus 2462 76 sq. 'cum primum ... rubebit' Servius Aen. IV 584 77 'puniceis i. r.' schol. Hor. carm. IV 10, 4 80 schol. Lucani VII 348 82 Nonius 374, 10 84 Seneca de benef. VII 23 Iulius Rufinianus p. 223 R. schol. Hor. serm. I 7, 8 'qui c. n. a.' Servius ge. III 82

VARIA LECTIO.

69 talef *c* 70 FUGIT (U *corr. in* I) *M* VVLTVS *MRybc* 71 or. ma *γ1* AFFATUR *M* ita fatur *γ* 72 tantum *γ1* 73 Prolere *γ* MARTI *R* 74 martis *Hamb. pr.* *'sciendum tamen est, locum hunc unum esse de insolubilibus XII, quae habent obscuritatem, licet a multis pro captu resolvantur ingenii' Servius* 75 phrigio *b* frigio *c* 76 haud *γbc* haut *scribi vult Marius Victorinus* refer. *b1* refert *b2* referf *γ1* PRIMUS *M* 77 inuicta *γ1* 78 AGITAT *M* quiefcunt *γ1* 79 rutuli *b* rutulũ *c2*, *Menag.* bellom *c* 81 *Apodosin post* dedit *incipere putat Wagnerus.* 82 EQUUS *M* ante. *γ* framentef (a *corr. in* e) *γ* 83 orithy. a *γ* orithya *c* 84 candorem *γ1* NIUES· *M* niuif *γ2* auras] amnes *schol. Hor.*

circumstant properi aurigae manibusque lacessunt
pectora plausa cavis et colla comantia pectunt.
ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco
circumdat loricam umeris; simul aptat habendo
ensemque clipeumque et rubrae cornua cristae,
ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
fecerat et Stygia candentem tinxerat unda.
exim quae mediis ingenti adnixa columna
aedibus adstabat, validam vi corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium, quassatque trementem
vociferans: 'nunc, o numquam frustrata vocatus
hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,
te Turni nunc dextra gerit. da sternere corpus
loricamque manu valida lacerare revolsam

TESTIMONIA.

85 'circumstant p. a.' Servius Aen. IX 488 86 'et ... pectunt' Nonius 200, 13 88—91 'simul ... clipeumque, ensem ... fecerat' Servius Aen. XII 734 88 'circumdat l. u.' Arusianus p. 219 L. 88 sq. 'simul ... clipeumque' Arusianus p. 234 L. 90 sq. Servius Aen. IX 148 90 'ensem ... ignipotens' Servius Aen. IV 262 91 'et ... unda' Servius Aen. XII 358 92 'ingenti a. c.' Arusianus p. 215 L. 94 Priscianus 700 'Actoris A. s.' Asper 113, 17 Probi inst. II 1, 26 'Actoris A.' appendix ad Probi art. min. 36 p. 443 Endl. 'spolium' Diomedes p. 315 95 sq. 'nunc ... meos' Macrobius Sat. IV 6, 10 97—99 (om. 98) 'da ... Phrygis' Arusianus p. 226 L. 97 'te ... gerit' Servius Aen. IV 659 'da st. c.' Iulius Rufinianus p. 259 R.

VARIA LECTIO.

85 PROPERE *Ryl* proper. *bl* properi *Servius testatur* 86 pulſa *γ* PETVNT *R* 87 ORICALCHO *R* oricalco *c* 88 humerif *b* abendo *c* 89 CLIPEUM *M* clypeumque *γ* criſte *in ras. c* 91 ſtigia *c* tincxerat *b* 92 EXIN *Rbc* columna *γbl*, *testatur Arusianus* COLVMNAE *MR* colunnae *c* 93 abſtabat *c* 94 Hactorif *c* Arunci *Probi inst. cod., Prisciani ω, Iuvenalis* IL100 *codd. interpolati: cf.* VII 206. 727 aurunciſ proelium *cl* 95 NVNCQVAM *P* fruſtata *c* 96 Aſta *cl* meuſ (u *corr. in* o, ſ *in ras.*) *b* 96 nunc (tempus) ades *Heinsius* nunc tempus, ades *Peerlkampus* 'te maximus Actor: *subaudimus* antea gerere consueverat' *Servius*. *Malim* non m. A. a.ctor *γ* 97 DAT *P* 98 *om. Arusianus, legit Servius* lacerare] L *in ras. P* celebrare *Menag. alt.*, *unde fortasse* terebrare, *non* tenebrare *eruere*

semiviri Phrygis et foedare in pulvere crinis
vibratos calido ferro murraque madentis.'
his agitur furiis; totoque ardentis ab ore
scintillae absistunt, oculis micat acribus ignis:
mugitus veluti cum prima in proelia taurus
terrificos ciet atque irasci in cornua temptat,
arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
ictibus aut sparsa ad pugnam proludit harena.

Nec minus interea maternis saevos in armis
Aeneas acuit Martem et se suscitat ira,
oblato gaudens componi foedere bellum.
tum socios maestique metum solatur Iuli,
fata docens, regique iubet responsa Latino
certa referre viros et pacis dicere leges.

TESTIMONIA.

99 'foedare ... crines' schol. Hor. carm. I 15, 20 99 sq. 'crines ... ferro' schol. Hor. serm. I 2, 98 100 schol. Hor. serm. I 2, 98 'murraque m.' schol. Lucani IV 380 101 sq. 'toto ... ignis' Macrobius Sat. IV 1, 2 107 Servius Aen. XI 190 'maternis ... armis' schol. Hor. carm. I 19, 1 Servius Aen. XII 52 107 sq. 'maternis ... Aeneas' Servius Aen. I 4 109 Servius Aen. I 374

VARIA LECTIO.

volebat Burmannus: cf. II 38 III 635 reuolſam *γ* REUULSAM *Mbc* 99 PHRYGIIS *P* frigif *c* .foedare (f *m. 2 in ras.*) *γ* CRINES *P2Ryc* 100 VIBRATOS (O *in ras.*) *P* myrra *γ2b* MADENTES *Rb* madentif *γ2* CADENTIS *Pγ1* 101 FVRIS *P* ARDENTIS (ARD *in ras.*) *P* loquentis *Moret. tert., Macrobii exempl.* 102 ABISTVNT (AB *in ras.*, S *eras.*) *P* abſiſtunt (b *in ras.*) *b* EXSISTVNT *R* abſiliunt *Hamb. alt., quod valde placet* MICRAT *P* IGNES *MP2γ1* 103 PRIMVM *R* praelia *b* 104—106 *cf. ge.* III 232—234 104 ATQ· *M* AVT *PR* aut *b* aq;l *γ2* aul *vel* acl *γ1* HIRASCI *P* temptat, *add. m. 2* difcit (*ut ge.* III 232) *b* 105 ONIXVS *P* 106 arena *c* 107 maternuf *b1* SAEVOS (O *corr. in* V) *P* SAEVVS *MRyc* feuuf *b* 108 *cf.* V 454 109 CONPONI *Pγ* PHOEDERE *P* phedere *γ* 112 difcere *Oblongus* dicere *Servius confirmat*

Postera vix summos spargebat lumine montis
orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
solis equi lucemque elatis naribus efflant:
campum ad certamen magnae sub moenibus urbis
dimensi Rutulique viri Teucrique parabant
in medioque focos et dis communibus aras
gramineas. alii fontemque ignemque ferebant,
velati limo et verbena tempora vincti.
procedit legio Ausonidum, pilataque plenis
agmina se fundunt portis. hinc Troius omnis
Tyrrhenusque ruit variis exercitus armis,
haut secus instructi ferro, quam si aspera Martis
pugna vocet; nec non mediis in milibus ipsi
ductores auro volitant ostroque superbi,
et genus Assaraci Mnestheus et fortis Asilas
et Messapus equom domitor, Neptunia proles.

TESTIMONIA.

113—115 Diomedes 444 115 'solis e.' Probi inst. I 4, 8 118 Servius Aen. VIII 275 119 Beda de trop. 381 C. 'fontemque i. f.' Donati ars III 6, 2 Diomedes 455 P. Pompeius 470 L. schol. Lucani VI 766 Servius Aen. XII 417 120 'velati l.' Servius Aen. XII 169

VARIA LECTIO.

113 ummof *c*l ummo. *c*2 SUMMO *Mb, Diomedis libri* LVMINA *P* lumina *m* MONTIS *P*l*Rc* MONTES *MP*2*y* terraf, *m.* 2 ł montef *b*: *cf.* IV 584 IX 459 115 FLATIS (F *corr. in* E) *M* ŁNARIBVS *P* 117 DEMENSI *My*1*c* : *cf. ge.* II 284 118 IM *P* diif *b* 119 pontum *schol. Lucani* fontem *testatur Servius* 120 UELLATI (L *pr. eras.*) *M* limo *duo Parisini teste Potterio* LINO *MPRybc* 'lino . . . *Caper tamen et Hyginus hoc loco dicunt lectionem esse corruptam, nam Virgilium ita reliquisse confirmant:* velati limo' *Servius* uerbera *y*l uerbeno *c* 121 PROCIDIT *P*l LEGIo (G *in ras.*) *P* AVSONIVM *R* AUSONIDUM ATQ· (ATQ· *eras.*) *M* PILA TAQ· *M* 122 AGMINE *P*l *vid.* Agna *y* PORTIS *M* IIINS *M* IIIC *R* 123 Tyrrenuf *b* Tirrenuf *c* VARIIS *P* 124 IIAUD *MPybc* BELLO *M* : *cf.* VI 553 XI 307 125 MEDIIS *P* MILŁIBVS *P* MILLIBVS *R* 126 superbi] DECORI *PRybcm, ut* V 133 127 affaracim *y* mnefteuf *c* 128 *cf.* VII 691 IX 523 meffappuf *b*l EQVVM *PRybc* PROLIS *M*

utque dato signo spatia in sua quisque recessit,
defigunt tellure hastas et scuta reclinant.
tum studio effusae matres et volgus inermum
invalidique senes turris ac tecta domorum
obsedere, alii portis sublimibus adstant.

At Iuno e summo, qui nunc Albanus habetur
(tum neque nomen erat nec honos aut gloria monti),
prospiciens tumulo campum aspectabat et ambas
Laurentum Troumque acies urbemque Latini.
extemplo Turni sic est adfata sororem
diva deam, stagnis quae fluminibusque sonoris
praesidet (hunc illi rex aetheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate sacravit):
'nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro,
scis ut te cunctis unam, quaecumque Latinae
magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile,

TESTIMONIA.

130 Servius Aen. XII 563 'defigunt t. h.' Arusianus p. 225 L. 139 sq. 'diva ... praesidet' Servius Aen. V 45 'diva d.' Donatus ad Ter. Phorm. prol. 1 'fluminibusque s.' Servius Aen. I 53 142—145 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 10 144 Terentianus Maurus 1709

VARIA LECTIO.

129 fua. (ua *m.* 2 *in ras.*, *erasa deinde* a) *γ* 130 TELLURE *MPyb*1, *testatur Arusianus* TELLVRI *Rb*2*c* aſtaſ *c* 131 VOLGVS (O *corr. in* V) *P* VVLGVS *Rybc* 132 INVALIDI (I *ultima in ras.*) *P* turif *γ* AC *PRyb*1, *ut* II 445 ET *Mb*2*c* 133 Obſidere *b*1 AALII *M* ſublimi..buſ (*i. e.* subliminibus, *ni f.*) *γ* INSTANT *R*, *non male* 134 AT *M*2*Py*2*bc*2 AD *M*1*Ry*1*c*1 EX *P* EX *Rbc* 135 nec] NEQVE *PRybc* honoſ *b* monti. *c* 136 aſpectabat (aſ *m.* 2 *in ras.*) *c* AMBAS (A *post. in ras.*, S *fort. add.*) *P* 137 ACIES *P* 138 Extemplum *γ*1 ADFATA (A *ultima in ras.*) *P* ATFATA (T *pr. corr. in* D) *M* affata *c* 139 DEAM (M *in ras.*) *P* QVE *R* qua (a *in ras.*, *add.* e) *b* hunc 140 *m. rec. summo mg. add. b* illi *γ* 141 Iupiter *c* arrepta *m* 142 gratiſſima (gratiſ *in ras.*) *b* CARISSIMA *PRy* 143 ut *m.* 2 *in ras. c* LATINIS (IS *in ras.*) *P* latiniſ *γ*1 144 MAGNAANIMI *P* Magnanimi. *c*

praetulerim caelique lubens in parte locarim:
disce tuum, ne me incuses, Iuturna, dolorem.
qua visa est Fortuna pati parcaeque sinebant
cedere res Latio, Turnum et tua moenia texi:
nunc iuvenem inparibus video concurrere fatis,
parcarumque dies et vis inimica propinquat.
non pugnam aspicere hanc oculis, non foedera possum.
tu pro germano siquid praesentius audes,
perge: decet. forsan miseros meliora sequentur.'
vix ea, cum lacrimas oculis Iuturna profudit
terque quaterque manu pectus percussit honestum.
'non lacrumis hoc tempus' ait Saturnia Iuno:
'adcelera et fratrem, siquis modus, eripe morti,
aut tu bella cie conceptumque excute foedus:

TESTIMONIA.

147 'qua ... pati' Arusianus p. 257 L. 149 sq. Macrobius Sat. V 13, 39 152 'si ... audes' Victorinus ad Cic. p. 80 Or. 156 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 37 'non ... tempus' schol. Hor. epod. XVI 40

VARIA LECTIO.

145 Pretulerim (m *in ras.*) *c* LIBENS *MPRbc* LOCAREM (E *corr. in* I) *Pb* 146 nec *c* NEC *R* incuſſef *b*1 147 QVA. *P* quā *Mentel. uterque* quoad *testatur Arusianus* 'qua ... *et quidam putant Virgilium* quoad visa est fortuna *reliquisse' Servius* VIEAEST *P* UISAAT *M* PARCAE *M* perce *γ*1 148 CAEDERE·SRELATIO (A *pr. eras.*) *M* Caedereflatio *γ* lati.o *b* 149 concurre *b* concorre *c* fatuſ. at telif *γ*1 : *cf. ge.* I 489 150 PARCARUM *M* vis] lux *Macrobii exempl., ex* IX 355 151 IN *M* nec *c* FOEDERE *M* phedera *γ* POSSum *R* 152 QVIT *R* ꝑſtantiuſ (ſta *in ras.*) *b* praestantius *χ* : *cf.* 245 *ge.* II 127 153 fequenter *γ* 154 PROFUNDIT *M* PROFVGIT *R* '*totum iungendum* cum lacrimas ... percussit, *ne videatur diverso tempore et lacrimare et pectus percutere, cum utrumque simul fiat*' *Servius* 156 LACRIMIS *MRbc* 157 Accelera *c* QVIS (S *fort. ex corr.*) *P* moduſ eſt *c* MORTE *Pγ* 158 BELLIA *P* cie *in ras. b* q: (*ut vid.*) *c*1

auctor ego audendi.' sic exhortata reliquit
incertam et tristi turbatam volnere mentis.

Interea reges, ingenti mole Latinus
quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen; bigis it Turnus in albis,
bina manu lato crispans hastilia ferro;
hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo,
sidereo flagrans clipeo et caelestibus armis,
et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae,
procedunt castris, puraque in veste sacerdos

TESTIMONIA.

159 'auctor e. a.' Donatus ad Ter. adelph. V 8, 16 Probi inst. II 1, 26 Arusianus p. 214 L. incertus art. gramm. 103 p. 91 Endl. Probi ars minor 539 Augustinus de gramm. 1986 P. Charisii exc. 543 K. gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 249 161 Isidorus orig. I 35, 2 Donati ars III 5, 2 161 sq. Claudius Sacerdos I 127 'interea ... curru' Macrobius Sat. VI 6, 10 Iulius Rufinianus p. 228 R. Charisius 250 Diomedes 438 P. Beda de trop. 375 C. 164—169 'bigis ... castris' (omissis 165 et 167) Charisius 250 Diomedes 438 164 'solis a. sp.' Servius Aen. VII 47 'bigis ... albis' Beda de trop. 375 C. 165 Servius ge. I 232 166 sq. 'hinc p. A. sidereo ... armis' Servius Aen. XII 734 167 Servius Aen. XII 312 168 sq. 'iuxta ... castris' Beda de trop. 375 C. 169 'procedunt c.' Isidorus orig. I 35, 2

VARIA LECTIO.

159 EO *P* EXORTATA *M* EXORTATA *Pybc* 160 VVLNERE *MRbc* 161 INTERE *P* continuo *Donati ars, Charisius, Diomedes* REX INGENTI DEMOLE *M* rex ingenti de more *Peerlkampus* *'longum hyperbaton. nam ordo est:* interea reges procedunt castris. *cetera enim per parenthesin dicta sunt' Servius. Item* reges *prolepseos nomine ceteri auctores antiqui confirmant. Etiam* mole *testatur Servius.* 162 quadrigo *γ*2 QVADRIGO *Py*1 curro *Claudii Sacerd. cod.* 163 bifex *γ*2 bifec *ut vid. γ*1 164 AVIS *M* AVT *R* 165 aftilia *c* 166 hin *γ* tum *Charisius, Diomedes* 167 Sedereo *b*1 clypeo *b* 168 magna *γ, Charisii cod., Diomedis libri* 'magnae ... *male autem quidam* magna *legunt' Servius*

saetigeri fetum suis intonsamque bidentem
attulit admovitque pecus flagrantibus aris.
illi ad surgentem conversi lumina solem
dant fruges manibus salsas et tempora ferro
summa notant pecudum paterisque altaria libant.
tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
'esto nunc Sol testis et haec mihi Terra vocanti,
quam propter tantos potui perferre labores,
et pater omnipotens et tu Saturnia coniunx
(iam melior, iam, diva, precor), tuque inclute Mavors,
cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques;
fontisque fluviosque voco, quaeque aetheris alti
religio et quae caeruleo sunt numina ponto:
cesserit Ausonio si fors victoria Turno,

TESTIMONIA.

170 'saetigerae f. s.' Charisii exc. 546 K. 171 'admovitque ... aris' Arusianus p. 213 L. 174 'paterisque a. l.' schol. Veron. 94, 25 Servius ecl. V 66 176 'esto ... testis' anon. de verbo 20 p. 155 Endl. Servius Aen. X 67 179 'iam melior i. d. p.' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 21 IV 2, 50 180 Servius Aen. I 108 IV 269 'qui n. t.' Servius Aen. I 156 181 'fontesque f. v.' Martianus Capella III 277 183 sq. Nonius 271, 15 183 Nonius 250, 28

VARIA LECTIO.

170 SAETIGERI *MPRybψ* S&igeri. *c* setigerumque *Charisii exc.* saetigerae *in quo libro extet, non traditur. Servius adnotans 'nonnulli autem* porcum, *non* porcam *in foederibus adserunt solere mactari, sed poetam periphrasi usum propter nominis humilitatem' videri potest* saetigerum *legisse.* foetum *bc* intonſaſ *c1* 171 admo. uit *γ* 172 *i*LLI *R* 173 anibuſ *γ2* animuſ *γ1* 175 enſe (n *m.* 2) *γ* 176 *e*STO *R* TEsTIS *P* VOCANTI *PR* uocanti, ał p̃canti *γ* p̃canti *c, in ras. b* PRAECANTI (A *pr. erasa*) *M* 178 *e*T *R* tu *om. c. An* te?

coniunx] IŪNŌ *M* iuno *cm* : *cf. praeter alios locos v.* 156 179 *i*AM *R* Iam (am *in ras.*) *b* victa *Peerlkampus* nostra *prop. Wagnerus* PRAECOR (A *eras.*) *M* tuque. (tuquam *m.* 1, *ni f.*) *γ* INCLUTE *MRγ1* INCLYTE *R* inclite *γ2bc* mauroſ *c1* 180 *c*VNCTA *R* nomine *c* 181 FONTIS (I *corr. in* E) *P* FONTES *MRγbc* altiſ *c1* 182 Religio *b* Relligio *c* coeruleo *c*

convenit Euandri victos discedere ad urbem,
cedet Iulus agris, nec post arma ulla rebelles
Aeneadae referent ferrove haec regna lacessent.
sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem
(ut potius reor et potius di numine firment),
non ego nec Teucris Italos parere iubebo
nec mihi regna peto: paribus se legibus ambae
invictae gentes aeterna in foedera mittant.
sacra deosque dabo; socer arma Latinus habeto,
imperium sollemne socer; mihi moenia Teucri
constituent, urbique dabit Lavinia nomen.'
sic prior Aeneas; sequitur sic deinde Latinus
suspiciens caelum tenditque ad sidera dextram:
'haec eadem, Aenea, terram mare sidera iuro
Latonaeque genus duplex Ianumque bifrontem
vimque deum infernam et duri sacraria Ditis;
audiat haec genitor, qui foedera fulmine sancit.
tango aras, medios ignis et numina testor:
nulla dies pacem hanc Italis nec foedera rumpet,

TESTIMONIA.

184 Nonius 250, 23 185 sq. 'nec . . . referent' Donatus ad Ter. hec. V 1, 12 192 Servius Aen. III 104 'socer . . . habeto' Asper 112, 1 Probi ars minor 349 Consentius 2043 P. gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 217 Servius Aen. I 734 III 156 X 326 197 Iulius Rufinianus p. 240 R. 'terram . . . iuro' Servius Aen. I 67 200 Probi inst. I 7, 4 Priscianus 1167. 1174 Servius Aen. I 230 201 Macrobius Sat. III 2, 9

VARIA LECTIO.

184 difcere (de) *c* DECEDERE (S) *M* 185 CEDAT *R* rebelle.f *c* 186 ferro.ue *b* ferroque *γ* 187 SI *R* 188 et] UT (U *corr. m. rec. ut vid. in* E) *M* PROPIVS *R ex* VIII 78 NVMINA (A *in ras.*) *P* NVMINA *Rγ* 190 SEV *P* 191 phoedera *γ* 193 SOLLENNE *M* folemne *γc* 194 VBI (R) *P* 196 Sufpicienf (pic *in ras.*) *b* 197 Aenea *om. Rufiniani exempl.* TVRO (T *corr. in* I) *P* iulo *c*1 199 infeream (n) *c* datif *c*1 200 Audeat *b*1 201 mediosque *Fabricius* IGNES *P*2*Rγc* et] ac *Macrobii exempl.* 202 FOEDERE (A) *M* RVMPIAT *P* rumpat *γ*

quo res cumque cadent; nec me vis ulla volentem
avertet, non, si tellurem effundat in undas
diluvio miscens caelumque in Tartara solvat;
ut sceptrum hoc' (dextra sceptrum nam forte gerebat)
'numquam fronde levi fundet virgulta nec umbras,
cum semel in silvis imo de stirpe recisum
matre caret posuitque comas et bracchia ferro,
olim arbos, nunc artificis manus aere decoro
inclussit patribusque dedit gestare Latinis.'
talibus inter se firmabant foedera dictis
conspectu in medio procerum. tum rite sacratas
in flammam iugulant pecudes et viscera vivis
eripiunt cumulantque oneratis lancibus aras.

At vero Rutulis inpar ea pugna videri
iandudum et vario misceri pectora motu;

TESTIMONIA.

204 'non . . . undas' Macrobius Sat. IV 6, 16 206—211 Macrobius Sat. V 3, 14 206 sq. 'ut . . . levi' Macrobius Sat. VI 6, 13 208 'imo . . . recisum' Quintilianus I 6, 2 Charisius 85 210 'olim a.' Probi inst. I 9, 2 Servius Aen. I 20 216 sq. 'at . . . iamdudum' Claudius Sacerdos I 89 Charisius 239

VARIA LECTIO.

203 CADET *R* uif. (f *m. 2 in ras.*) *γ* v illa *γ* 204 Auertit *γ*l fc *γ*l TELLURE M *M* ET IN *M* 205 DILLVVIO *R* caelumue *b* SOLUIT A *M* non si . . . solvat *melius omissurum fuisse poetam concedo Peerlkampo* 207 NVNQVAM *P* n frode *c* leui. *c* FVNDIT (I *corr. in* E) *P* funde t *c* neque *b*, *'multi' Heinsiani*, *Macrobii* ω i umbram *Moret. pr.*, *Macrobii* ω (umbra φ) 208 styrpe *b* receffum *γ*l 209 CADET *M* R BACCHIA *M* brachia *γ* c brachia *b* brahia *c* 210 arbor *γc* 211 INCLVSSIT *P* INCLUSIT *MRybc* CERTARE *R* 213 PROSPECTU *M* IN *suprascr. MPb* ritu *c* 214 IM *M* NT pecudes] E *post. m. ant. in ras. P* 215 *cf.* VIII 284 CUMULAM *M* nt cumula *c* 216 AD *R*, *Claudii Sacerd. cod.* uidere *c*l 217 IAMDVDVM *PRybc*, *Claudii Sacerd. cod.*

tum magis, ut propius cernunt non viribus aequis. . . .
adiuvat incessu tacito prōgressus et aram
suppliciter venerans demisso lumine Turnus
tabentesque genae et iuvenali in corpore pallor.
quem simul ac luturna soror crebrescere vidit
sermonem et volgi variare labantia corda,
in medias acies, formam adsimulata Camerti
(quoi genus a proavis ingens clarumque paternae
nomen erat virtutis, et ipse acerrimus armis),
in medias dat sese acies haut nescia rerum
rumoresque serit varios ac talia fatur:

TESTIMONIA.

219 sq. 'et aram ... venerans' Servius Aen. XII 234 221 Macrobius Sat. IV 3, 4 224 'luturna formam a. C.' Macrobius Sat. V 15, 11 'formam a. C.' Diomedes 362 Priscianus 797. 799 P. Arusianus p. 215 L. 228 Macrobius Sat. VI 1, 33

VARIA LECTIO.

218 AEQUIS *M* non viribus aequos *conl.* 230 *Schraderus* 'non viribus aequis *eos congressuros subaudis' Servius.* non viribus aequis *interpolata esse statuit Brunckius, Peerlkampus orta putat ex* V 809. *Mihi probabilius videtur sententiam a poeta inperfectam relictam esse; nam debebat utrumque virum aliquo modo inter se comparare.* 219—230 *om. in textu, in singulari folio m. recentiore add.* γ 219 ingreſſu γm, *Oblongus Pierii* tardo *Schraderus* tacito *testatur Servius* ETARMA *P*1 ad aram *b* 220 demeſſo *b*1 demiſo *c* 221 tabentef *c*, *Menteliani*, χ PU·BENTES (*quamquam Pierius m.* 1 TABENTES *scriptum fuisse narrat*) *M* PVBENTES *PRγ*2*bm*, *Macrobii exempl.* pallentes *Bigotianus* iuuenili *m*, *Macrobii Par. Salisb.* languor *vel* torpor *Schraderus* 222 ac (*corr. in* ut), *mg.* ut γ2*c*, ut *Menteliani*, χ crebeſcere *γb* 223 VOLGI (O *corr. in* V) *P* VVLGI *MRybc* LABENTIA *R* 224 CAMERTI *MPRybc*, *Diomedis et Arusiani exempl.*, *Prisciani Heidelb.* camert. *Prisciani* 797 *Par. R* camerte *Mentel. pr.*, *Moret. tert.*, *Prisciani* 797 *et* 799 *Bongars.*, 799 *Bamb.*, *Macrobii Salisb.* camer.te *Prisciani* 797 *Halb.* camertae *Prisciani et Macrobii* ω. *Sed ipsum Macrobium* Camerti *legisse necesse est, qui eundem* Camertem *hic dici statuat, quem in decimo* (562) *Aeneas occiderit.* 225 QVOI *P* CVI *MRybc* a. (*erasa* c) γ 227 HAVT *R* HAUT *M* HAVD *Pybc* inscia *Mentel. pr. et Menag. pr.* haud nescia rerum *post v.* 222 *sq. satis otiosa esse iudicavit Wagnerus*

'non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam
obiectare animam? numerone an viribus aequi
non sumus? en omnes et Troes et Arcades hi sunt
fatalesque manus, infensa Etruria Turno:
vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
ille quidem ad superos, quorum se devovet aris,
succedet fama vivosque per ora feretur:
nos patria amissa dominis parere superbis
cogemur, qui nunc lenti consedimus arvis.'
talibus incensa est iuvenum sententia dictis
iam magis atque magis, serpitque per agmina murmur;
ipsi Laurentes mutati ipsique Latini.
qui sibi iam requiem pugnae rebusque salutem
sperabant, nunc arma volunt foedusque precantur
infectum et Turni sortem miserantur iniquam.
his aliud maius Iuturna adiungit et alto
dat signum caelo, quo non praesentius ullum
turbavit mentes Italas monstroque fefellit.

TESTIMONIA.

233 Servius Aen. III 423 235 'vivus ... feretur' schol. Hor. carm. II 2, 5 236 sq. 'nos ... cogemur' schol. Veron. 82, 22 237 'qui ... arvis' Servius ecl. I 4

VARIA LECTIO.

229 N. *c*1 PVDE T *R* 230 AC VIRIBVS (C *in ras.*) *P* AEQVIS *Pγχ* : *cf.* 218 231 ſimuſ v *γ* archadeſ *c* i h *γ* HINC *R* 232 *suspectus Heynio, lectus a Servio.* FATALES *MRb* FATALIS *Pγc* AETRURIA *M.* &muria *γ*1 234 deuouit *γ*2 235 VIVOS (O *corr. in* V) *P* UIUUS *Mybc* refertur *m* 237 lentiſ *γ*1 lenti *Servius confirmat* ARMIS V *My* 239 *om. Goth. pr.* Tam *b*1 TVM *Pγ*, *ut* 218 ADQVE *R* 240 IPSIET *P* Ipſa *c*1 241 punae g *γ* 242 NUNC *supra scr. M* 244 hic *Peerlkampus, ut* II 199 ALIVT *ut vid. R*1 maius] ma.u *c*1 iuturn. *c*1 Saturnia iungit *Peerlkampus* adiungit: ab alto *conici posse monet Wagnerus* 245 *cf. ge.* II 127 ſigno v *c* quod *γ*1 PRAESTANTIVS *Rcm* praesentius *Servius testatur*

namque volans rubra fulvos Iovis ales in aethra
litoreas agitabat aves turbamque sonantem
agminis aligeri, subito cum lapsus ad undas
cycnum excellentem pedibus rapit inprobus uncis.
arrexere animos Itali, cunctaeque volucres
convertunt clamore fugam (mirabile visu)
aetheraque obscurant pinnis hostemque per auras
facta nube premunt, donec vi victus et ipso
pondere defecit, praedamque ex unguibus ales
proiecit fluvio penitusque in nubila fugit.
tum vero augurium Rutuli clamore salutant
expediuntque manus; primusque Tolumnius augur
'hoc erat, hoc, votis' inquit 'quod saepe petivi.
accipio adgnoscoque deos; me, me duce ferrum
corripite, o miseri, quos inprobus advena bello
territat invalidas ut aves et litora vestra
vi populat: petet ille fugam penitusque profundo
vela dabit. vos unanimi densete catervas

TESTIMONIA.

255 sq. 'praedam ... fluvio' Servius Aen. IX 24 256 Marius Victorinus p. 2477 R. 264 Eutychius II 14 'vos ... catervas' Servius Aen. XI 650

VARIA LECTIO.

247 rubra fuluoſ *γ* RVBRA FVLVVS *Rb* rubra.uluuſ (*erasa* u *ut vid.*) *c*1 FULUUS RUBRA *M* iouiſ *in ras.* *γ*2 ACER *P*: *volverat* SACER *ut* XI 721 aethra (ra *in ras.*) *b* AETHERA *Rc* 248 AVES *P*2*R* 249 ALIGERE *M*1 LABSVS *MP* 250 CYGNUM *M* Cignū *bc* improbuſ *γ* 251 ITALI-ꝉ *P* 252 FVGA*m* *m*1RABILE *R* visu] ꝟVLSV *P* 253 OBCVRAT *M* pennif *bc* oſtem *γc* 254 PRAEMUNT *M* TONEC (T *corr. in* D) *M* 256 proiiecit *scribi vult Marius Victorinus* FLVvIO *R* que *om. M* 259 uitif *c* inquid *γc* quo *γ* QVID (I *m. ant. corr. in* O) *P* 260 agnoſcoque *b* ADGNOSQVE *P* aguoſco (*om.* que) *c* 261 miſeri *γ* rutuli *bcm* IMPROBVS *R* bello] O *in ras., videntur fuisse duae lit. P* 262 littora *b* ūra. *c* 263 vi] UT *M* petit *b*1 264 VNANIMI *Rb* una.animi *γ*2 VNAANIME *Pγ*1 unanimi. *c*1 UNANIMIS *M* unanimeſ *c*2*χ*, *Eutychii cod.*: *cf.* IV 8

et regem vobis pugna defendite raptum.'
dixit et adversos telum contorsit in hostis
procurrens: sonitum dat stridula cornus et auras
certa secat. simul hoc, simul ingens clamor et omnes
turbati cunei calefactaque corda tumultu.
hasta volans, ut forte novem pulcherrima fratrum
corpora constiterant contra, quos fida crearat
una tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo,
horum unum ad medium, teritur qua sutilis alvo
balteus et laterum iuncturas fibula mordet,
egregium forma iuvenem et fulgentibus armis
transadigit costas fulvaque effundit harena.
at fratres, animosa phalanx accensaque luctu,
pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
corripiunt caecique ruunt. quos agmina contra
procurrunt Laurentum, hinc densi rursus inundant
Troes Agyllinique et pictis Arcades armis:

TESTIMONIA.

268 'simul h. s. i.' Priscianus 1021 273 'balteus sutilis' Probus de nom. 53 p. 223 Endl. 280 Probi inst. I 12, 2 'hinc ... inundant' Eutychius p. 2174 P.

VARIA LECTIO.

VII 335 DENSETE *Rbcψ*, *testantur Eutychius et Servius* XI 650 DENSATE *MPγ*, *Eutychii cod.* : *cf. ge.* I 248. 419 *Aen.* VII 794 XI 650

265 raptum (a *in ras.*) *b* 266 DIXSIT *P* aduerfo *c* HOSTES *P2Rγ* oftif *c* 268 Certat *γ1* 269 CALEFACTA *P* calafacta *c1* Q· *suprascr. M* 270 Afta *c* VoLANS *R* fratum *γc* 272 archadio *γc* thyrrena *b* tyrrena *c* GYLIPSPO *M* gilippo *bc* 273 UNUM UNUM *M* MEDIAM *M* futulif *b* ALVEO *P* aluof *c1* aluum *l* AURO *M* alvo *Servius confirmat* 274 Baltheuf *c* LATERIM (l *in ras.*) *P* lateri *γ* 275 IVVENVM *R* 276 effundit (n *erasa*) *c* effundit, *in mg.* extend *γ* : *cf.* V 374 IX 589 extendit *χ* arena *b* arena *c* 277 AD *R* Et *c1* fallanx (l *pr. crasa*) *c* 278 Praf (*bis, ut saepe*) *c* miſile *γ* 280 PROCURRUT *M* INDANT *R* inundat *γ* 281 agilline *b1* agillini *c* ARCADES *M* archadef *c* *cf.* XI 93

sic omnis amor unus habet decernere ferro.
diripuere aras (it toto turbida caelo
tempestas telorum ac ferreus ingruit imber)
craterasque focosque ferunt. fugit ipse Latinus
pulsatos referens infecto foedere divos.
infrenant alii currus aut corpora saltu
subiciunt in equos et strictis ensibus adsunt.
Messapus regem regisque insigne gerentem,
Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere foedus,
adverso proterret equo: ruit ille recedens
et miser oppositis a tergo involvitur aris
in caput inque umeros. at fervidus advolat hasta
Messapus teloque orantem multa trabali
desuper altus equo graviter ferit atque ita fatur:
'hoc habet, haec melior magnis data victima divis.'
concurrunt Itali spoliantque calentia membra.
obvius ambustum torrem Corynaeus ab ara

TESTIMONIA.

284 'ac . . . imber' Macrobius Sat. VI 1, 52 'ferreus imber Macrobius Sat. VI 6, 7 285 'crateras . . . ferunt' Servius Aen. XII' 118 287 sq. 'aut . . . equos' Nonius 387, 18 'corpora . . . equos' Diomedes 407 anon. de orthogr. 2790 P. Servius ge. I 202 290 'avidus c. f.' Arusianus p. 210 L. 296 Nonius 317, 21 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 56 298—300 'obvius . . . os' Macrobius Sat. V 15, 10 298 'obvius a.' Probi inst. I 11, 1

VARIA LECTIO.

282 OMNES *R* 283 araſ *in ras. b* '*more suo interiecit aliud, nam ordo erat* diripuere aras craterasque f. f.' *Servius* it *in ras. b* ID *M*1 ET *P*1*γ*1 turpida *b*1 284 INGRAUIT *M* 285 terunt *Hoffmannus* 287 curſuſ *γ*1 ET *M* : *cf. Wagnerus lectt. Verg.* 393 SALTUS *M*, *Diomedis Monac. et exc. Paris.* 288 aut *γ* ADSUN *M* assunt *m* 289 REGENTEM *M* 290 Tyrrenum *c* audeſten *γ*1 'avidus . . . *legitur et* avidum. *sed melius est* avidus' *Servius* 291 AUERSO *M* QUO *M* RECENDENS *P* 292 MISERO *R* arif (rif *m*. 2 *in ras.*) *γ* 293 humeroſ *γbc* AD *M*1*Ryc*1 ATVOLAT (T *m. ant. corr. in* D) *P* 294 orantam *γ*1 295 ADQVE *R* 296 HABE ET *M* habet *Servius, Nonius, Donatus* 297 cadentia *mχ* 298 corinaeuſ *γb* corineuſ *c* Corynaeum IX 571 *sternit Asilas*

corripit et venienti Ebuso plagamque ferenti
occupat os flammis: olli ingens barba reluxit
nidoremque ambusta dedit. super ipse secutus
caesariem laeva turbati corripit hostis
inpressoque genu nitens terrae applicat ipsum:
sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum,
pastorem primaque acie per tela ruentem,
ense sequens nudo superimminet: ille securi
adversi frontem mediam mentumque reducta
dissicit et sparso late rigat arma cruore.
olli dura quies oculos et ferreus urget
somnus, in aeternam conduntur lumina noctem.

At pius Aeneas dextram tendebat inermem
nudato capite atque suos clamore vocabat:
'quo ruitis? quaeve ista repens discordia surgit?

TESTIMONIA.

299 sq. 'et ... flammis' Nonius 355, 8. 369, 2 303 Priscianus 1204 'inpressoque g. n. t.' Probi inst. I 17, 7 'terrae a. i.' Arusianus p. 212 L. 304 'rigido ense ferit' schol. Leid. apud Suringarum II 299 311 'dextram t. i.' Servius Aen. XII 734

VARIA LECTIO.

299 uenient γ EBVSO *Pybc, Macrobii excempl., Nonii Bern. B* EBYSO *MR* 300 of γ ILLI *PRybc* RELVXSIT *P* refluxit *m* 301 dedet *b1* 302 LEUA *M* leua γ 303 INPRESSV *P1*, *Goth. sec.* Inpraeffo *b* ADPLICAT *PR*γ implicat *m* applicat *testantur Arusianus et Priscianus* 304 Hic *b1* sic *testatur Servius* FERET *M1* ferit. (f *corr. ex* p, it *m.* 2 *in ras.*), at fer& γ PEDIT (*an* PETIT?) *P* PODARILIUS *Mc* PODARIVS *R* Polidarius *et* Polidorius χ 306 fuperiminet γ fup. eminet *c2* 308 Difficit *bc* DISICIT *M* dificit γ DISIICIT *P* DISCIDIT *R* PARS *P* cerebro *c*χ, *in ras. b* : *cf.* V 413 IX 753 309 *sq.* = X 745 *sq.* 309 ferreof γ VRGVET *Rbc* 310 aeternū *cl* CONDVNTVR *P, duo Rottend.* CLAVDVNTVR *MRybc ut* X 746 311 AD *R* INERTEM *M* inermen *c* inermem *testatur Servius Aen.* XII 734 312 ATq· *P* ADQVE *R* 313 QVOVE *Rc* ISTA *P* recens *m*χ repens *Servius testatur*

o cohibete iras! ictum iam foedus et omnes
compositae leges; mihi ius concurrere soli;
me sinite atque auferte metus; ego foedera faxo
firma manu; Turnum debent haec iam mihi sacra.'
has inter voces, media inter talia verba
ecce viro stridens alis adlapsa sagitta est
incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta,
quis tantam Rutulis laudem, casusne deusne,
attulerit: pressa est insignis gloria facti,
nec sese Aeneae iactavit volnere quisquam.
Turnus ut Aenean cedentem ex agmine vidit
turbatosque duces, subita spe fervidus ardet:
poscit equos atque arma simul saltuque superbus
emicat in currum et manibus molitur habenas.
multa virum volitans dat fortia corpora Leto,
semineces volvit multos aut agmina curru

TESTIMONIA.

314 sq. 'ictum ... leges' Priscianus 877 314 'ictum iam f.' Priscianus 1207 320 'incertum ... manu' Servius Aen. XII 856 329 sq. Diomedes 412 'aut ... hastas' Augustinus de gramm. 2013 P.

VARIA LECTIO.

314 coibete *b* coib&e *γ* SICTVM *R* hictum *c* phoeduſ *γ* oīmiſ *c* 315 CONPOSITAE *Pc* Conpoſite *γ* concurre *γ* 316 Me (M *in ras., m.* 2) *b* ADQVE *R* METVVS *R* 317 Firmanu *c* 319 viro] umero *Peerlkampus: sed in pede potius vel in femore videtur vulneratus esse propter v.* 386. 398. 746 *sq.* '*utrum* alis stridens *an* alis adlapsa?' *Servius* ADLABSA *P* ALABSA *M* 320 manuſ *c*1 abacta *b*1 321 TAM *R* CASUSUE· DEUSUE *M ut* IX 211 DVSNE *P* 322 ADTULERIT *M* Attullerit *γb*1 praeſſa ė *b* preſa ē *c* 323 lactauit (l *in ras.*) *b* VOLNERE (O *corr. in* V) *P* VVLNERE *MRγbc* QVIsQVAM *R* 324 AEN *M* aeneam *c* aeneā *b* icedentem (aī credentē) *γ* 326 ADQVE *R* ALTU *M* 327 mollitur *γ* 328 la&to *γ* laeto *b* loeto *c* 329 femineciſ *γ* cursu *Diomedis libri*

proterit aut raptas fugientibus ingerit hastas.
qualis aput gelidi cum flumina concitus Hebri,
sanguineus Mavors clupeo increpat atque furentis
bella movens inmittit equos (illi aequore aperto
ante notos zephyrumque volant; gemit ultima pulsu
Thraeca pedum; circumque atrae Formidinis ora
Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur):
talis equos alacer media inter proelia Turnus
fumantis sudore quatit, miserabile caesis
hostibus insultans; spargit rapida ungula rores
sanguineos, mixtaque cruor calcatur harena.
iamque Neci Sthenelumque dedit Thamyrumque Pholumque,
hunc congressus et hunc, illum eminus; eminus ambo

TESTIMONIA.

331 'qualis ... flumina' Probi inst. I 11, 2 333 'bella m.' Probi inst. I 8, 7 333 sq. 'illi ... volant' Nonius 246, 31 337 'equos ... Turnus' schol. Gron. 398 Or. 339 sq. 'spargit ... harena' Macrobius Sat. V 12, 1 'spargit ... sanguineos' Nonius 404, 32 schol. Lucani VII 837 Servius ecl. VIII 15 342 'illum eminus' Probi inst. I 9, 3 342 sq. 'eminus ambo I.' Servius ecl. VI 18

VARIA LECTIO.

330 PROTERET *M*1 ET *R*, *Diomedis exempl.* 331 APUD *Mb* hebri *γ* ẹbri *c* 332 maurof *c*1 CLVPEO (V *corr. in* Y) *P* clypeo *γb* CLIPEO *MRc* INCREPAT *Pyb*, *Servius confirmat.* intonat (tonat *m.* 2 *in ras.*) *c* INTONAT *MR* : *cf.* VI 607 VIII 527 IX 709 XII 700 AIQVE *R* FVRENTI *R* PREMENI (*voluit* frementis) *M* : *cf.* XI 610 *et* VII 638 XII 82 333 IMMITTIT *MPγ* aequorae *b* 334 nothuf *b*1 zephyrum (z *in spatio duarum litt. ex corr.: an* diephyrum?) *γ* 335 THRAICA *R* TIIRACA *MPybc* ATRA *R* oraf *b*1 horaf *c* 337 acer *Mentel. pr. m.* 1 alacres *schol. Gron. Cic.* '*quidam* alacer, *gestiens et rei novitate turbatus, volunt;* alacris *vero* laetos (laetus *vulgo*)' *Servius* 338 Fumantif (F *m.* 2 *in ras.*) *b* SODORE *M* 339 rapida] rara *Macrobii exempl.* 341 SHENELUM *M* ſtenelū *c* THAMYRUM *MPR* thamurum *γ*1 thamirum *γ*2 thamirū *b* tamirā *c*, *fortasse recte* thamyrim *in quo libro extet nescio.* '*plura ὁμοιοτέλευτα*' *Servius* pholū (p *del.*) *b* POLVM *R* 342 ILLUM EMINUS AMBO *M* illum emin.uf amboſ *γ*2 illum emimuf ambo *γ*1 ILLVM EMINVS AMBO *PRb*1 amboſ *c* ambo *testatur Servius*

Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos Imbrasus ipse
nutrierat Lycia paribusque ornaverat armis,
vel conferre manum vel equo praevertere ventos.
parte alia media Eumedes in proelia fertur,
antiqui proles bello praeclara Dolonis,
nomine avom referens, animo manibusque parentem,
qui quondam, castra ut Danaum speculator adiret,
ausus Pelidae pretium sibi poscere currus;
illum Tydides alio pro talibus ausis
adfecit pretio, nec equis adspirat Achillis.
hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto,
ante levi iaculo longum per inane secutus
sistit equos biiugis et curru desilit atque
semianimi lapsoque supervenit et pede collo
inpresso dextrae mucronem extorquet et alto

TESTIMONIA.

343 sq. 'quos ... nutrierat' Servius Aen. II 394 346 sqq. 'Eumedes Dolonis proles bello praeclara animo manibusque parentem refert' Macrobius Sat. V 15, 12 348 Arusianus p. 259 L. 'nomine a. r.' fragm. de praen. p. 212 Endl. Pompeius 99 L. 350 Servius Aen. XII 374 351 sq. 'illum ... pretio' Donatus ad Ter. Andr. III 5, 4 352 'nec ... Achillis' Servius Aen. I 30 354 'longum p. i. s.' Isidorus orig. XIII 7, 1

VARIA LECTIO.

343 IMBRASIDAS *M* Inbrafidaf *γ* EMBRASIDAS *PRc* : *cf.* X 123, ADQVE *R* iaden *b* liaden *c* IMBRASUB *M* inbrafuf *b* EMBRASVS *PRyc*1 344 licia *yb*1 345 *cf.* VII 807 uentof *m.* 2 *in ras. c* gentes *χ* 346 eumedef (d *m.* 2 *corr. in* n) *γ* EVMENIDES *Rc* 348 AVOM (O *corr. in* V) *P* AUUM *Mybc* 349 condam *yc* 350 PELL DAE (LL *m. rec., erasis tribus literis,* l) *m. ant. corr. fort. ex* L) *P* poelide *b* PRAETIUM *M* PRAETIVM *R* 352 PETIO *P* praetio *yb* neq. *c* QVIS *R* ACHILLES *M* Achillei *coni. Heinsius conl. ge.* III 91, *sed* Achillis *testatur Servius Aen.* I 30 353 ut in campo *c* PROSPEXIT *M* confpeꝛ *b* confpexit *c* 354 laeui *y* aculo *b* fecutof *c* 355 ADQVE *R* 356 ELABSO *P* elapfo *bχ* 'elapsoque *pro* lapso' *Servius, quae Wagnerus qu. Verg.* XVI 2 *frustra temptavit.* 357 EXPRESSO *M* DEXTRA *Ryc* MUCRONE *M*

fulgentem tinguit iugulo atque haec insuper addit:
'en agros et quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens: haec praemia qui me
ferro ausi temptare ferunt, sic moenia condunt.'
huic comitem Asbyten coniecta cuspide mittit,
Chloreaque Sybarimque Daretaque Thersilochumque
et sternacis equi lapsum cervice Thymoeten.
ac velut Edoni Boreae cum spiritus alto
insonat Aegaeo sequiturque ad litora fluctus,
qua venti incubuere, fugam dant nubila caelo:
sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt
conversaeque ruunt acies; fert impetus ipsum,
et cristam adverso curru quatit aura volantem.
non tulit instantem Phegeus animisque frementem:
obiecit sese ad currum et spumantia frenis
ora citatorum dextra detorsit equorum.

TESTIMONIA.

359 sq. Beda de trop. 384 C. 'en . . . iacens' Donati ars III 6, 2 Claudius Sacerdos I 154 Diomedes 458 P. Iulius Rufinianus 273 R. Pompeius 479 L. Servius Aen. X 650 'en . . . Hesperiam' Servius Aen. II 547 359 'en a.' Probi inst. I 9, 6 363 cf. Macrobius Sat. V 15, 12 371 Nonius 407, 14 373 Nonius 440, 20. 459, 9 Diomedes 498

VARIA LECTIO.

358 intinguit *b*1 ADQVE *R* 359 petiſtiſ *c* petebas *Pompeius* 360 Eſperiam *c* 361 temtare *c* CONDANT (A *m. ant. in ras.*) *P* 362 HVIC *P* ASBYTEN *M* ASBVTEN *Ryb* ASBVTEM *P* haſbutem *ç* conlecta *γ*1 363 CHLOREAM *P* Cholorea *γ*1 Cloré *c* ſu. barim *γ* ſubarim *c*, *Mentel. alt.* DARETATQVE *P* DARETATQ· *M* dar& atq. *c*1 THERSILOCUM *M* THERSILOCVM *P* tſilocū *c* 364 ETAQUI *M* qui *γ* LABSVM *P* THYMOTEM *M* thimoethen *b* timoeten *c* 365 EDONEA *M* udonii (u *corr. in* e) *γ* 'Edoni . . . *sane sciendum hoc loco errasse Donatum qui dicit* Edonii *legendum*' *Servius*: *cf. Bentleius ad Hor. carm.* III 25, 9 366 AEGEO *M*; *b* egeo *c* littora *bc* 367 Que *c*1 368 QUA . CUMQ· *M* CAEDUN *M* 371 Phegeus: *cf.* IX 765 frem̃tem (re *in ras.*) *c* furentem *Hamb. pr.* 373 dextra cursu *Diomedes*

dum trahitur pendetque iugis, hunc lata retectum
lancea consequitur rumpitque infixa bilicem
loricam et summum degustat volnere corpus.
ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem
ibat et auxilium ducto mucrone petebat:
cum rota praecipitem et procursu concitus axis
impulit effunditque solo, Turnusque secutus
imam inter galeam summi thoracis et oras
abstulit ense caput truncumque reliquit harenae.

Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
interea Aenean Mnestheus et fidus Achates
Ascaniusque comes castris statuere cruentum,
alternos longa nitentem cuspide gressus.
saevit et infracta luctatur harundine telum
eripere auxilioque viam, quae proxima, poscit:
ense secent lato volnus telique latebram
rescindant penitus seseque in bella remittant.
iamque aderat Phoebo ante alios dilectus Iapyx

TESTIMONIA.

377 sq. Nonius 283, 4 382 'truncumque r. h.' Servius Aen. XI 86 386 Arusianus p. 249 L. 390 'seseque in b. r.' Servius Aen. IV 606 391 cf. Macrobius Sat. V 15, 12

VARIA LECTIO.

374 thrahitur γ lugif γ1 IIVIC *Py* HIC *R*. late γ1 376 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *MRybc* 377 clypeo γc oſtem γ 378 auxilio γ DVCTOA *R* MUCRO MUCRONE *M* 379 CUM *M* Quem (Quom?) *cm* 380 EFFVDIT *Ryc* fequutuf *c* 381 IAM *P* toracif *c* ORA *P* orof γ1 382 IIARENA *Ryb*1 arena c harenae *Servius Aen.* XI 86 *confirmat* 383 ADQVE *R* 384 aeneam *c* aeneam . . mneſtheuf (m *pr. corr.* ex ni, *erasae* mi, *ni f.*) γ fideſ *b* acathef *c* 385 puer *in ras.*, *in mg.* comef, *b* PVER *R velut* II 598 *et alibi.* 387 ARUNDINE *Mc* CAELUM *M* 388 Eripe γ 389 SECET *M* lato *om. m* VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRybc* latebra *b*1 latebrāf *b*2 LATEBRAS *M* 390 REMITTAT *M* 391 ad.erat *b* DELECTVS *Py*1 dilectoſ *b* IAPYX *MPRyb*2, *Macrobii* ω iapix *b*1*c*, *Macrobii Par. P* iapis χ

Iasides, acri quondam quoi captus amore
ipse suas artes, sua munera, laetus Apollo
augurium citharamque dabat celerisque sagittas.
ille ut depositi proferret fata parentis,
scire potestates herbarum usumque medendi
maluit et mutas agitare inglorius artes.
stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam
Aeneas magno iuvenum et maerentis Iuli
concursu, lacrimis inmobilis. ille retorto
Paeonium in morem senior succinctus amictu
multa manu medica Phoebique potentibus herbis
nequiquam trepidat, nequiquam spicula dextra
sollicitat prensatque tenaci forcipe ferrum.
nulla viam Fortuna regit, nihil auctor Apollo
subvenit; et saevos campis magis ac magis horror
crebrescit propiusque malum est. iam pulvere caelum

TESTIMONIA.

394 schol. Hor. carm. saec. 61 Servius ge. II 486 395 Macrobius Sat. IV 4, 7 Nonius 279, 21 schol. Gron. Cic. 402 Or. Pseudoascon. Cic. 157 Or. 396 sq. 'scire ... maluit' Arusianus p. 262 L. 397 'et ... artes' Servius ge. II 486 398 'ingentem n. in h.' Arusianus p. 249 L. 403 'nequiquam t.' Probi inst. I 9, 5 407 sq. 'iam ... vident' Nonius 391, 23 schol. Hor. carm. I 9, 1 Servius Aen. I 646 'pulvere ... vident' Servius Aen. VI. 22 'stat pulvere

VARIA LECTIO.

392 QVOI (Q *corr. in* C) *P* CVI *MRybc* 393 artif *γ* latuf *γ*1 appollo *c* 394 cytharam *γ* chytaram *c* DEDIT *M*, *schol. Hor.* dedi *γ*1 dab^{at} *γ*2 'dedit: *vera lectio est* dabat' *Servius* CELERI^{S} *R* 395 facta *γ*1 396 poteſtatif *γ* erbarũ *c* 397 MVLTAS *P* multaſ *c*1 mutas *Servius testatur* agittare *γc*1 artif *γ* 398 acerua *γ*1*b*1 FIXUS *M* nixus *Arusianus testatur* aſtam *c* 399 MERENTIS *R* merentoſ *γ*1 400 LACRIMISQVE *R* INMOBILIS *M* IMMOBILIS *PRybc* REPORTO *R* reperto *m* 401 PAEONIDUM *M* PAEONVM *P*, *fortasse recte* : *cf.* VII 769 Paeonium *Servius legit* 402 ^{h}erbif *γ* erbif *c* HERMIS^{R} (armis?) *M* armis *Dorvill.* 403 ASPICVLA *P* 404 Sollitat^{ci} *γ* PRESSAT *R* FORFICE *R* : *cf.* VIII 453 forcipe *Servius legit* 405 appollo *γ* 406 SAEVOS (O *corr. in* V) *P* SAEVVS *MRybc* ^{h}orror *γ* 407 pro-

stare vident: subeunt equites, et spicula castris
densa cadunt mediis. it tristis ad aethera clamor
bellantum iuvenum et duro sub Marte cadentum.
hic Venus, indigno nati concussa dolore,
dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida,
puberibus caulem foliis et flore comantem
purpureo (non illa feris incognita capris
gramina, cum tergo volucres haesere sagittae):
hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,
detulit; hoc fusum labris splendentibus amnem
infecit occulte medicans spargitque salubris
ambrosiae sucos et odoriferam panaceam.
fovit ea volnus lympha longaevos Iapyx
ignorans, subitoque omnis de corpore fugit
quippe dolor, omnis stetit imo volnere sanguis;
iamque secuta manum nullo cogente sagitta

ESTIMONIA.

telum' schol. Lucani VI 224 cf. Gellius VIII 5 408 sq. 'subeunt . mediis' Servius Aen. XII 462 412—418 'dictamnum puberibus .. medicans' Priscianus 1100 413 'puberibus c. f.' Nonius 93, 25 414 sq. 'non ... gramina' Servius Aen. IV 73 418 sq. 'spargit . panaceam' Priscianus 776 419 'odoriferam p.' schol. Lucani 918 420 Nonius 311, 26 421 'subitoque ... fugit' Probi inst. 17, 6

RIA LECTIO.

iuf γ1 408 SVBEVNT *Pyb, suprascr. M* SVBEVNTQVE *Rc* picula fpecula *b*1 409 SIT *M* a&era γ 410 BELLATVM *M* 412 CTAMNVNC *R* ipsa manu *Donatus*: *cf. ge.* III 395 *Aen.* III 372 VII 143 CRETEA *Rc* cre.tea (t *m.* 2) γ Dictea *Donatus* CARPSIT *R* 3 caulam *c*1 415 efere *c* 416 hoc. γ 417 sPLENDENTIBVS *P* NDENTIBVS *R* 418 INFECIT (E *corr. in* I) *M* INFICIT *PRybc* CULTAE *M* salubris] i *corr. in* E *P* 419 PANACEAM *P* 420 LNVS (O *corr in* V) *P* VVLNVS *Rybc* linpha *c* LONGAEVOS *corr. in* V) *P* LONGAEVVS *MR* longeuuf γc iapix *b*1*c*, *Nonii empl.* 421—425 *om. in textu, singulari scheda m. recentiore add.* 422 IMO IN *P* IMO IN *Ry*2*c*χ VOLNERE (O *corr. in* V) *P* VVLRE *Ry*2*b* fangif *b*1 423 MANVM *Rbc* MANV *M* MANVS *P* mu. (*erasa* f) γ2

excidit, atque novae rediere in pristina vires.
'arma citi properate viro! quid statis?' Iapyx
conclamat primusque animos accendit in hostem.
'non haec humanis opibus, non arte magistra
proveniunt neque te, Aenea, mea dextera servat:
maior agit deus atque opera ad maiora remittit.'
ille avidus pugnae suras incluserat auro
hinc atque hinc oditque moras hastamque coruscat.
postquam habilis lateri clipeus loricaque tergo est,
Ascanium fusis circum complectitur armis
summaque per galeam delibans oscula fatur:
'disce, puer, virtutem ex me verumque laborem,
fortunam ex aliis. nunc te mea dextera bello
defensum dabit et magna inter praemia ducet.
tu facito, mox cum matura adoleverit aetas,
sis memor, et te animo repetentem exempla tuorum
et pater Aeneas et avonculus excitet Hector.'

TESTIMONIA.

429 'maior a. d.' Maximi Victorini ars 19 430 'suras i. a.' Servius Aen. X 546 434 Servius Aen. I 256 435 sq. 'disce ... aliis' Servius Aen. III 260 VIII 260. 294 435 Arusianus p. 225 L. Macrobius Sat. VI 1, 58 'disce ... me' Nonius 286, 33 437 'defensum d.' Servius Aen. XII 367 438 'mox ... aetas' Priscianus 872 'mox adoleverit aetas' Diomedes 370 440 'et p. A.' schol. Hor. carm. IV 4, 27

VARIA LECTIO.

424 ADQVE *R* redi.ere *b* 425 uiri *bm* iapix *bl* 426 *extat bis, et in textu et in scheda* γ hoftem γ 427 uVMANIS *P* 428 TE *suprascr. M* AENEAN *M* MEDIA *P* 429 'maiior ... *sic enim ista scribi per geminatam* i *metri ratio deposcit' Maximus Victorinus* ADQVE *R* 430 pugna γ1 inclufere *c*1 auru. *c*1 431 HINC (I *m. ant.*) *P* ADQVE *R* aftam *c* recusat *m* 432 abilif *c* clypeuf *b* 433 FVSIS *M* CONPLECTITVR *Pγb* 437 praelia 'plerique *veteres' Pierii, Menag. pr.*, χ 438 TVM *M* ADLEVERIT *P* ADOLEVERAT *M* AESTAS *R* 440 = III 343 PRAETER *M* AVONCVLVS (O *corr. in* V) *P* AVVNCVLVS *MRb* auunculif *γc* EXCITAT *P*

Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens,
telum immane manu quatiens; simul agmine denso
Antheusque Mnestheusque ruunt omnisque relictis
turba fluit castris: tum caeco pulvere campus
miscetur pulsuque pedum tremit excita tellus.
vidit ab adverso venientis aggere Turnus,
videre Ausonii, gelidusque per ima cucurrit
ossa tremor: prima ante omnis Iuturna Latinos
audiit adgnovitque sonum et treme facta refugit.
ille volat campoque atrum rapit agmen aperto.
qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
it mare per medium (miseris heu praescia longe
horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
arboribus stragemque satis, ruet omnia late);
ante volant sonitumque ferunt ad litora venti:

TESTIMONIA.

446 'vidit ... venientis' Probi inst. I 17, 6 453 'dabit i. r.' Donatus ad Ter. eun. V 2, 60 453 sq. 'dabit ... satis' Donatus ad Ter. adelph. III 4, 4 'dabit ... arboribus' Donatus ad Ter. eun. II 3, 9 454 'ruit o. l.' Diomedes 436

VARIA LECTIO.

441 HAEC *M* VBE (E *corr. in* I) *P* VBI *MRybc* 442 inmane *c* 443 ANTHAEUS *M* Anteuſ *c* OMNES *M* RUUNT *M* relitiſ *γ* 444 turbafluit *γ1* TVRBARVIT *P* : *cf.* XI 236 tunc *c* uulnere *m*, *Menag. alt.* campoſ *c* 445 *cf.* VII 722 pulſa *c1* plausuque tremit magno excita *Zulich.* 446 UENIENTES *Mc* AGMINE *R* aggere *Servius testatur* 448 PRIMA (A *in ras., erasis minimum duabus literis*) *P* omniſ (i *m. ant. corr. in* e) *b* iuterna *b* 449 AVDIIT *P* AGNOVIT *MRybc* ADGNOSCIT *P* et *om. m* TREMIFACTA *R* tremafacta *c* 450 CAMPOS *P* ATRVVM *P* 451 .....qualiſ (*prima lit. eras.* C *vel* Q *vel* E) *γ* VBE *P* VBI *MRybc* abruto *c1* 452 Id *γ1b* ET *M* p *suprascr. γ* MESERIS *P* eu *c* preſtia *γ* 453 corda *γ2* longa, *ni f., γ1* ruinam *Donatus ad eun.* 454 RUIT *Mb1*, *Diomedis exempl.* latae *γ* 455 VOLANT *P* uolanſ *b* VOLANS *My1* *Distinguitur in M post* volans, *non post* late littora *c*

talis in adversos ductor Rhoeteius hostis
agmen agit, densi cuneis se quisque coactis
adglomerant. ferit ense gravem Thymbraeus Osirim,
Arcetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates
Ufentemque Gyas; cadit ipse Tolumnius augur,
primus in adversos telum qui torserat hostis.
tollitur in caelum clamor, versique vicissim
pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
ipse neque aversos dignatur sternere Morti
nec pede congressos aequo nec tela ferentis
insequitur: solum densa in caligine Turnum
vestigat lustrans, solum in certamina poscit.

TESTIMONIA.

456 'talis in a.' Probi inst. I 6, 3 458 'ferit ... Osirim' Donatus ad Ter. hec. V 1, 32 Nonius 315, 14 Iulius Rufinianus 243 R. Servius Aen. V 114 X 207 XII 5 'gravem T. O.' schol. Veron. 106, 19 K. 460 Servius Aen. VII 745 'Ufentemque G.' schol. Veron. 106, 22 K.

VARIA LECTIO.

456—468 *Veron. fol.* 213 *b.* 456 Duct*O*R *V* RHOETELUS *M* RHOETHEIVS *Rc* ROETHEIVS *Pyb* RHOE*teiu*S *V* 457 *agmen — se V* densis *Sprot.* COACTIS *PRVybc* : *cf.* VII 509 COACTIS *M* coacti *probavit Wagnerus.* '*in cuneorum modum compositi*' *Servius* 458 *ferit — grav*EM *V* THYMBREUS *MRbc* tymbreuſ *γ* THYMBRAEV *P* THIM*braeus V* OSIRI*m V* OSIRI *M* oſyrim *c* oſyrim (yrim *in ras.*) *b* orisim, oristim *alii* 459 ARCETIVM *PR* Arcetium (A *corr. ex* O) *b* Arc&im *γ* ARCHETIUM *M* AR*ceti*VM *V* arcentim, arcetum, artheum *alii* MNESTHEOS *ut vid. V* EPULON*EM M* opulonē *c* acateſ *c* 460 V*fentemque gy*AS *V* giaſ *yb*1*c* *t*OLVMNIVS *V* TOLVMIVS *R* AV*gVr V* 461 *fortasse ab interpolatore repetitus ex* 266 AD-VERS*os V* AVERSOS *R* *telum V* torserat] TORSITIN *R ut* 266 462 TO*llitu*R *V* *cae*LVM *V* VI*Cissim V* 463 *pulverulenta f*VGA *rutuli V* 464 NEQVE AVERSOS *R*, *Oblongus Pierii* NEQ· ADUERSOS *M* neque aduerſoſ *γc* NEC ADVERSOS *Pb*, *ut videatur* abversos *scriptum fuisse.* NE*que avers*OS *V* ſternere (t *m.* 2) *γ* *morti V* 465 CON-GRESSVS *P* EQo *M* nec equo *χ*, *Servius* FERENTES *R* 466 *ins*EQVITVR *V* DENSO *R*

hoc concussa metu mentem Iuturna virago
aurigam Turni media inter lora Metiscum
excutit et longe lapsum temone reliquit:
ipsa subit manibusque undantis flectit habenas,
cuncta gerens, vocemque et corpus et arma Metisci.
nigra velut magnas domini cum divitis aedes
pervolat et pinnis alta atria lustrat hirundo,
pabula parva legens nidisque loquacibus escas,
et nunc porticibus vacuis, nunc umida circum
stagna sonat: similis medios Iuturna per hostis
fertur equis rapidoque volans obit omnia curru
iamque hic germanum iamque hic ostentat ovantem
nec conferre manum patitur, volat avia longe.
haut minus Aeneas tortos legit obvius orbes
vestigatque virum et disiecta per agmina magna
voce vocat. quotiens oculos coniecit in hostem

TESTIMONIA.

468 'Iuturna v.' schol. Veron. 106, 26 470 cf. schol. Veron. 107, 7 K. 483 'quotiens ... hostem' Probi inst. I 9, 11

VARIA LECTIO.

469—481 *Veron. fol.* 213 *a.* 470 LABSVM *PV* RELIQVIT *PRybc* RELIQUIT *M* RELINQVIT *V* 471 HEBENAS *M* 472 METISTII *V* 473 VELVM *V* 474 PENNIS *Vc* ATRATRIA *M* harundo *γ1* 475 Pau.la *γ* *escas V* 476 in porticibuf *c* humida *γ* 477 STAG*na sonat V* SONANT *M* MEDIO *M* ITURNA *M* 478 *Volans* oBIT *V* ualanf *b* OMNIA *R* cursu *χ* 479 *ger*MANVM *V* IAMQ· HIC OSTENDIT (I *postr. corr. in* T) *M* IAMQVE HIC OST*entat V* IAMQVE HIC O*stentat P* iam hic oftentat *γ* iamque hic oftendit *b* iamq, hoftendit, *in mg. m.* 2 *i* oftentat *c* oVANTEM *V ovantem P* 480 PATITVr — *V* *volat avia* lONGE *V* 481 HAVD *PVybc* TOr*tos* — *P* TOTOS *V* tortos *Servius confirmat* orbif *bc* urbef *γ1* 482—508 *Veron. fol.* 255 482 D*isiecta* — *P* *per a*GMINA *V* 483 OCulos *P* *oculos V* *coniecit in hostem P* coniecit *b2* cor..... *b1*

alipedumque fugam cursu temptavit equorum,
aversos totiens currus Iuturna retorsit.
heu quid agat? vario nequiquam fluctuat aestu,
diversaeque vocant animum in contraria curae.
huic Messapus, uti laeva duo forte gerebat
lenta levis cursu praefixa hastilia ferro,
horum unum certo contorquens derigit ictu.
substitit Aeneas et se collegit in arma,
poplite subsidens; apicem tamen incita summum
hasta tulit summasque excussit vertice cristas.
tum vero adsurgunt irae; insidiisque subactus,
diversos ubi sensit equos currumque referri,
multa Iovem et laesi testatus foederis aras
iam tandem invadit medios et Marte secundo

TESTIMONIA.

484 schol. Hor. carm. I 27, 24 491 sq. 'substitit ... subsidens' Nonius 273, 25 491 'et ... arma' Servius Aen. X 412 492 sq. 'apicem ... cristas' Nonius 401, 23 'apicem ... tulit' Macrobius Sat. VI 1, 53 494 cf. schol. Veron. 107, 8 K. 495 cf. schol. Veron. 107, 10 K.

VARIA LECTIO.

484 *que — tempta*VIT *V* curſu..... (*ut videatur erasa eadem vox iterum posita*) *γ* EQ*uor*VM *V* aequorum *b* 485 AUERSOS *M* Aduerſoſ *γc* : *cf.* 464 *currus — retorsit V* curuus '*in antiquo admodum exemplari*' *Pieriano* 486 *cf.* IV 283 QV*id — V* FLVCTVAT *P* 487 *Diversae — contraria V* uocat *γ* cu.re *γ* 488 *Messapus — V* AEVA *P* LEUA *Mγ* 489 *cf.* V 557 *Lenta — hasti*LIA *V* leui *γχ* 490 HO*rum — de*RIGIT *V* Orū *c* dirigit *γbc* 491 Suſtitit *c* AENEAS *P* CONLEGIT *R* COLLIGIT *Pγ*1 con.... *b*1 collegit *testantur Nonius et ad Aen.* X 412 *Servius* 492 APICE *M* APIcem *V* *incit*A *V* SVMMAM *R* 493 TVL*it — v*ERTICE *V* que... (*eras.* que) *γ* excussit] exti *Nonii exempl.* 494 INSIDIS *V* ſubactiſ *c* ſubactif *b*1 495 .ub *γ*2 ſul. *γ*1 SENSIT *PRVybc* SENTIT *M* 496 LAEIISI *V* TESTATVR *PR* 497 *in mg.* A *M* TA*ndem — secun*DO *V* TAMEN *P* '*potest et* Marte secundo *distingui, ut sequatur* terribilis saevam ... *potest et iungi, ut sit* Marte secundo terribilis' *Servius. In M non post* secundo, *sed post* terribilis *distinguitur.*

terribilis saevam nullo discrimine caedem
suscitat irarumque omnis effundit habenas.

Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine caedes
diversas obitumque ducum, quos aequore toto
inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros,
expediat? tanton placuit concurrere motu,
Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentis
pugna loco statuit Teucros) haut multa morantem
excipit in latus et, qua fata celerruma, crudum
transadigit costas et cratis pectoris ensem.
Turnus equo deiectum Amycum fratremque Diorem,

TESTIMONIA.

503 'tanton' cf. Priscianus 1252 · 504 cf. schol. Veron. 107, 11
507 'et . . . crudum' Priscianus 760

VARIA LECTIO.

498 *in mg.* D *M* TERRIBILES (E *post. corr. in* I) *P* *saevam — caedem V* DISCRIME *P* 499 *add. ima pag. nŏta* B *adposita in mg. M* *irarumque — habenas V* ETFVNDIT (*i. e.* ecfundit) *P* 500 *add. ima pag. nota* C *in mg. adposita M* QVIs — *cae*DES *V* quſ carminae (qu *m. 2 in ras.*) *b* 501 Diueruerſaſ *b* *obitum — totO V* obituſ *c*2 (obitum *c*1) 502 *inque — n*VNC *P* nunc (n *pr. in ras.*) *b* *turnus — nu*NC *V* turᵖ *γ* tanuſ (a *corr. in* u, r *m. 2*) *b* trohiuſ *c* 503 *om. V* *expediat — placuit P* tantoⁿ *γ* TANTO *R* tanton *testatur Servius* : *cf.* X 668 concurre *γ* mo&u *γ* 504 *iuppiter — pa*CE *P* Iupiter *c* SEGENTIS (I *corr. in* E) *M* GENTES *Rybc* futuraſ (aſ *in ras.*) *c* 505 *aeneas — sucrone*M *P* retulum *c* ruentiſ (i *m. ant. corr. in* e) *b* FVRENTIS *V* 506 *pugna — teucros P* LOCOS *M* HAVT *R* AUT *M* aut *b*1 HAVD *PVγb*2*c* MORAÑIS *V* moratum *Servius legit, sed* moratus *ad* 507 *exempl. exhibent* : *cf.* III 610 507 LATUM *M* latoſ *b* QUA *M* fata (a *post. in ras.*) *c* CELERRIMA *MRb* CERRIMA *V* 508 E *P* CRATES *Mbc* 509 amicum *γc* AMOTVM (T *m. rec. corr. in* C *ut* AMOECVM *legatur*) *P* Amycus *iam* IX 772 *a Turno occisus* DIORE⁻ *Mc* DIOREN *PR*

congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
hunc mucrone ferit curruque abscisa duorum
suspendit capita et rorantia sanguine portat.
ille Talon Tanaimque Neci fortemque Cethegum,
tris uno congressu, et maestum mittit Oniten,
hic fratres Lycia missos et Apollinis agris
nomen Echionium matrisque genus Peridiae,
et iuvenem exosum nequiquam bella Menoeten,
Arcada, pisçosae cui circum flumina Lernae
ars fuerat pauperque domus nec nota potentum
munera conductaque pater tellure serebat.

TESTIMONIA.

511 sq. 'curru ... capita' Servius Aen. I 156 II 553 ge. I 208 515 Servius Aen. II 89 VI 758 516 Servius Aen. III 8 517 'exosum ... Menoeten' Arusianus p. 229 L. 518 Probi inst. I 5, 1 519 sq. 'pauper ... munera' Servius Aen. III 539 519 'pauperque d.' Probi ars minor 224 gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 194 520 'conducta ... serebat' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 18

VARIA LECTIO.

510 PIDÉS (I *corr. in* E) *P* 511 FEGIT *M* abſciſa *c* ABSCISE *P* abſci[fa] *γ* ABSCISSA *MRb*i 513 talon (a *in ras.*) *b* THALON *M* talum, tagum *alii* tanaim *b* TANAM *M* TANAIN *Rc* tauain (u *m.* 2) *γ* TALAIM *P* thalarum, talarim, taganum *alii* c&egm (g *fort. corr. ex* ci) *γ* 514 TRES *Rc* uno (u *in ras.*) *b* onitem *bc*1 onyten *Servii Par. Regin.* omentem, orontem *alii* 516. 515 *sic ordinavit Peerlkampus* 516 Hinc *γ*1 LYCOIA *M* licia *c* litia *b* appolinif *γ* appolninif *c*1 agr//if (agr *in ras.*) *b* aruif (ruif *m. rec. in ras.*) *c* agrof *γ*1 515 NOMENECHIONIVM *Pb*2*c* NOMINECHIONIVM *Rb*1 NOMINEECHIONIUM *M* 'Onyten *Donatus dicit aut gentile esse aut patronymicum ... sed hoc non procedit ... proprium ergo est, et sequens versus erit* nomen Echionium, *id est Thebana gloria ... male quidam legunt* nomine Chionium' *e. q. s. Servius* PERIDIAE (I *post. corr. in* E) *M* perhidae *b*1 517 iuuenim *c*1 nequiquam *om. Arusianus* nequicquam *γ* MENOETE *M* menoetem *γ* 518 PISCOSE *M* l///erne *c* 519 AVPER *P* 520 LIMINA *M velut Hor. epod.* II 8 munera *testatur Servius, quem* munia *legisse Marklandus praef. Stat. p.* IX *putabat* SEDIBAT (I *corr. in* E) *M*

ac velut inmissi diversis partibus ignes
arentem in silvam et virgulta sonantia lauro,
aut ube decursu rapido de montibus altis
dant sonitum spumosi amnes et in aequora currunt
quisque suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas Turnusque ruont per proelia; nunc nunc
fluctuat ira intus, rumpuntur nescia vinci
pectora, nunc totis in volnera viribus itur.
Murranum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
nomina per regesque actum genus omne Latinos,
praecipitem scopulo atque ingentis turbine saxi
excutit effunditque solo: hunc lora et iuga subter
provolvere rotae, crebro super ungula pulsu
incita nec domini memorum proculcat equorum.
ille ruenti Hyllo animisque immane frementi

TIMONIA.

525 'quisque ... iter' Cledonius 1916 P. 527 sq. 'rumpuntur pectora' schol. Hor. carm. I 6, 5 'nescia v. p.' Arusianus p. 529 sq. Servius Aen. VI 760 533 sq. 'quatit ungula ... rum' Priscianus 909 534 'nec ... equorum' Priscianus 772

A LECTIO.

521 uelut. *c* IMMISSI *Pyc* PARIBVS *R* ignif *γ* 522 AREM *M* Aerentem *γ* arentem *Servius testatur* UERGULTIA *M* RE *P* UBI *MRybc* 525 SUUS *M* populatur *χ*, *Cledonii ex.* sont '*aliquot antiqui*' *Pieriani* RVVNT *MPRybc* in proelia *χ*, *ot antiqui*' *Pieriani* 528 *sqq. Hinc margines rescissi in b: quae* ! *literis cursivis in parenthesi notavi.* 528 nunc *suprascr. γ* VOLNERA (O *corr. in* V) *P* IN UULNERA *Mybc* VVLNERA *R* 529 .hic (c *m.* 2 *in ras.*) *γ* ATATVOS *Pγ*1 ADAVOS *R* QVE *R* axi *c* 532 EXCIPIT *M* : *cf.* 507 IX 763 X 387 iug.a *γ* SVPTER *R* 533 PROUULNERE (U *post. corr.* Proueluere *c* super] SNOTANT *M* super ungula pulsu] ngula cursu *Prisc. exempl.* : *cf.* VIII 596 534 PROCULLAT *M* VORVM *P* 535 ILLO *M* uenti *c* HYLLO *M* hylo *ybc* *R* inmane *c*

congressus pedes, hunc venientem cuspide lo
hunc mucrone ferit curruque abscisa duoru
suspendit capita et rorantia sanguine port
ille Talon Tanaimque Neci fortemque C
tris uno congressu, et maestum mitti
hic fratres Lycia missos et Apollini
nomen Echionium matrisque genr
et iuvenem exosum nequiquam
Arcada, piscosae cui circum f
ars fuerat pauperque domus
munera conductaque pater

TESTIMONIA.

511 sq. 'curru ... capit
515 Servius Aen. II 89 VI
osum ... Menoeten' Arus
519 sq. 'pauper ... mune
d.' Probi ars minor 22
520 'conducta ...

.c tendunt.

VARIA LECTIO.

510 PIDES (I
P abſci ſa γ ABS ... atus ad Ter. Phorm. I 2, 24 Servius Aen.
... bius Sat. IV 3, 11 552 'summa ... vi'
talum, tagum c 553 'vasto c. t.' Donatus ad Ter. enn. IV 1, 12
TALAIM P t'
ci) γ 514
Par. Regi ... ta Schraderus 538 DEXTRA P CRETEV Pγc : cf.
kampus
appolni 539 dii c dii.. (i post. m. 2 γ 540 VENIENTI P1 DIT M
agroſ 576 valde corrosa in R 541 aerei Aldina pr. AERIS
NEEC 542 T (corr. m. rec.) P AEOLAE M ele γ eole in
nym CAMPIS M 543 lato χ 544—546 partim legi non poterant
ve 544 quem — pOTVERE R falangeſ c 545 PRiami — acMIIES
le
PRIMI P 545 Erant — domVS R 546 MORTES (E corr. in I) M
...e γ itta γ1 547 in ras. b Lirneſi c LYRNASI R muſ c
...VRENTE R SEPVLCRVM Pc 548 omniſ c 549 cf. IX 171
...iſ c DANIDAE R mn&heuſ c aCER R 550 cf. 127 sq.
EQVM P EQVVM MRγbc 551 cf. XI 835 falanx c euendri c
archadeſ c 552 cf. V 501 IX 532 553 cf. ge. III 110 Aen. V 458

genetrix pulcherrima misit,
ieque adverteret agmen
clade Latinos.
agmina Turnum
. aspicit urbem
quietam.
:
erestum
m
at),
nor ito.
sa Latini,
re fatentur,

Servius Aen. XII 622 558 'huc atque
, 3 559 Arusianus p. 240 L. 565 Macrobius
us p. 262 L. 'Iupiter h. s.' Donatus ad Ter.
nol. Lucani VII 360 566 incertus de verbo 20 p.
. . . . inceptum' Probi inst. I 11, 2 568 Charisius 76
Charisius 72 P. Servius Aen. IV 40

. LECTIO.

554 gen&rix (rix *in ras.*) *c* PULCHERRIMA *M* pulcerrima *b*1
555 UBI *M* urbe *γ*1 556 (*ocius et s*)ubita *b* CLADEA *P* 557 (*ille ut vestiga*)nf *b* turnom *c* 558 (*huc atque huc acies cir*)cūtulit *b* ADQVE *R* 559 tanti *om. Arusianus* ADQVE *R* INPVNE *Pγbc* QVIETEM *Rγ*1 561 = IV 288 Mneſtea *c* feriſtum *c*1 562 eo *c*1 563 *legio ne*C *R* nec . . . deponunt *otiosa esse iudicavit Wagnerus* : *cf.* 707 SCuta *au*T *R* feſſi *Zulich. m.* 2 564 *Medius* — *agg*ERE *R* 565 eif (m *in ras.*) *b* eif *c* DITIS *M*, *om. Arusianus* dictis esto *Macrobii exempl.* iupiter *c* hic *Donati exempl.* hac *Ennii ann.* 263 *exemplo confirmat Macrobius* 566 ne *Probi inst. et anonymi de verbo exempl.* 567 odie *γ* odie *c* 568 frenum, *in mg.*: fedus *m* frenum *testantur Charisius et Servius* uicto (u *m.* 2, o *corr. in* i) *γ* dicto *χ*, *Charisii cod., ut* III 189 parare *γ*1 parare/// *c*1
FATETUR *M*

occurrit telumque aurata ad tempora torquet:
olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
dextera nec tua te, Graium fortissime Cretheu,
eripuit Turno. nec di texere Cupencum
Aenea veniente sui: dedit obvia ferro
pectora, nec misero clipei mora profuit aerei.
te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi
oppetere et late terram consternere tergo.
occidis, Argivae quem non potuere phalanges
sternere nec Priami regnorum eversor Achilles;
hic tibi mortis erant metae: domus alta sub Ida,
Lyrnesi domus alta, solo Laurente sepulchrum.
totae adeo conversae acies, omnesque Latini,
omnes Dardanidae, Mnestheus acerque Serestus
et Messapus equm domitor et fortis Asilas
Tuscorumque phalanx Euandrique Arcades alae,
pro se quisque viri summa nituntur opum vi:
nec mora nec requies, vasto certamine tendunt.

TESTIMONIA.

539 sq. 'nec . . . sui' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 24 Servius Aen. II 396 IV 610 547 Macrobius Sat. IV 3, 11 552 'summa . . . vi' Macrobius Sat. VI 1, 17 553 'vasto c. t.' Donatus ad Ter. eun. IV 1, 12

VARIA LECTIO.

536 aerata *Schraderus* 538 DEXTRA *P* CRETEV *Pγc* : *cf.* IX 774 539 dii *c* dii.. (i *post. m.* 2) *γ* 540 VENIENTI *Pl* DIT *M* 541—576 *valde corrosa in R* 541 aerei *Aldina pr.* AERIS *MPRγbcψ* 542 T*Ψ* (*corr. m. rec.*) *P* AEOLAE *M* ele *γ* eole *in ras. c* CAMPIS *M* 543 lato *χ* 544—546 *partim legi non poterant in R* 544 *quem* — *p*OTVERE *R* falangef *c* 545 PR*iami* — *ac*MES *R* PRIMI *P* 545 E*rant* — *dom*VS *R* 546 MORTES (E *corr. in* I) *M* ma&e *γ* itta *γl* 547 *in ras. b* Lirnefi *c* LYRNASI *R* mufc *la*VRENTE *R* SEPVLCRVM *Pc* 548 omnif *c* 549 *cf.* IX 171 Omnif *c* DANIDAE *R* mn&heuf *c* *a*CER *R* 550 *cf.* 127 sq. EQVM *P* EQVVM *MRγbc* 551 *cf.* XI 835 falanx *c* euendri *c* archadef *c* 552 *cf.* V 501 IX 532 553 *cf. ge.* III 110 *Aen.* V 468

Hic mentem Aeneae genetrix pulcherrima misit,
iret ut ad muros urbique adverteret agmen
ocius et subita turbaret clade Latinos.
ille ut vestigans diversa per agmina Turnum
huc atque huc acies circumtulit, aspicit urbem
immunem tanti belli atque impune quietam.
continuo pugnae accendit maioris imago:
Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum
ductores tumulumque capit, quo cetera Teucrum
concurrit legio nec scuta aut spicula densi
deponunt. celso medius stans aggere fatur:
'nequa meis esto dictis mora (Iuppiter hac stat),
neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
urbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini,
ni frenum accipere et victi parere fatentur,

TESTIMONIA.

554 'mentem ... misit' Servius Aen. XII 622 558 'huc atque h. a. c.' Probi inst. I 9, 3 559 Arusianus p. 240 L. 565 Macrobius Sat. VI 1, 19 Arusianus p. 262 L. 'Iupiter h. s.' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 39 schol. Lucani VII 360 568 incertus de verbo 20 p. 155 Endl. 'neu ... inceptum' Probi inst. I 11, 2 568 Charisius 76 'ni f. a.' Charisius 72 P. Servius Aen. IV 40

VARIA LECTIO.

554 gen&rix (rix *in ras.*) *c* PULCHERRIMA *M* pulcerrima *bl* 555 UBI *M* urbe *γl* 556 (*ocius et s*)ubita *b* CLADEA *P* 557 (*ille ut vestiga*)nf *b* turnom *c* 558 (*huc atque huc acies cir*)cũtulit *b* ADQVE *R* 559 tanti *om. Arusianus* ADQVE *R* INPVNE *Pybc* QVIETEM *Rγl* 561 = IV 288 Mneftea *c* feriftum *cl* 562 eo *cl* 563 *legio ne*C *R* nec ... deponunt *otiosa esse iudicavit Wagnerus* : *cf.* 707 SC*uta au*T *R* fessi *Zulich. m.* 2 564 *Medius — agg*ERE *R* 565 eif (in *in ras.*) *b* eif *c* DITIS *M*, *om. Arusianus* dictis esto *Macrobii exempl.* iupiter *c* hic *Donati exempl.* hac *Ennii ann.* 263 *exemplo confirmat Macrobius* 566 ne *Probi inst. et anonymi de verbo exempl.* 567 odie *γ* odie *c* 568 frenum, *in mg.*: fedus *m* frenum *testantur Charisius et Servius* uicto (u *m.* 2, o *corr. in* i) *γ* dicto *χ*, *Charisii cod., ut* III 189 parare *γl* parare// *cl* FATETUR *M*

eruam et aequa solo fumantia culmina ponam.
scilicet expectem, libeat dum proelia Turno
nostra pati rursusque velit concurrere victus?
hoc caput, o cives, haec belli summa nefandi:
ferte faces propere foedusque reposcite flammis.'
dixerat, atque animis pariter certantibus omnes
dant cuneum densaque ad muros mole feruntur.
scalae inproviso subitusque apparuit ignis.
discurrunt alii ad portas primosque trucidant,
ferrum alii torquent et obumbrant aethera telis.
ipse inter primos dextram sub moenia tendit
Aeneas magnaque incusat voce Latinum
testaturque deos, iterum se ad proelia cogi,
bis iam Italos hostis, haec altera foedera rumpi.
exoritur trepidos inter discordia civis:
urbem alii reserare iubent et pandere portas
Dardanidis ipsumque trahunt in moenia regem,
arma ferunt alii et pergunt defendere muros.
inclusas ut cum latebroso in pumice pastor

TESTIMONIA.

569 'et ... ponam' Servius Aen. XII 654 572 'hoc ... cives' Probi inst. I 4, 17 Maximus Vict. de fin. 5 p. 457 Endl. Martianus Capella III 278 Servius de ult. syll. 1802 P. 574 'dixerat ... certantibus' Probi inst. I 9, 8 585 'ipsum ... regem' Servius Aen. II 480

VARIA LECTIO.

569 po.nã *b* 570 EXSPECTEM *Rγ* 571 uellit *b1* concurre *c* 572 Oc *c1* O *Servius Putschianus* 573 properi *m*, *Menag. pr.*, '*plerique*' *Pieriani* phoeduſ *γ* 574 ADQVE *R* omniſ *b1* 575 muraſ *c* FERENTVR *P* 576 IMPROVISO *P* ſubito. *γ2* (ſubituſ *γ1*) 577 ALI *R* fatigant *m*, *Moret. pr.*, *Hamb. alt.*, *Oblongus Pierii* 578 OBVMBRAT *P* thelif *b* 581 praelia *b* 582 oſtiſ *b* HAEC ALTERA *M* 583 CIVIS (I *post. corr. in* E) *P* CIVES *Rybc* 584 RESERARE *P* RESERUARE *M* 585 Dardanideſ *c1* thraunt *γ* 586 ALI *P* defende(*re muros*) *b* 587 ut cum] UELUTI *M ut* 749 im *γ* (*pastor*) *b*

vestigavit apes fumoque implevit amaro:
illae intus trepidae rerum per cerea castra
discurrunt magnisque acuunt stridoribus iras;
volvitur ater odor tectis, tum murmure caeco
intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.

Accidit haec fessis etiam fortuna Latinis,
quae totam luctu concussit funditus urbem.
regina ut tectis venientem prospicit hostem,
incessi muros, ignis ad tecta volare,
nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:
infelix pugnae iuvenem in certamine credit
extinctum et, subito mentem turbata dolore,
se causam clamat crimenque caputque malorum,
multaque per maestum demens effata furorem
purpureos moritura manu discindit amictus
et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

TESTIMONIA.

589 'illae . . . rerum' Arusianus p. 264 L. 594 Probi inst. I 9, 12 595 'venientem prospicit' cf. Priscianus 1175 596 Eutychius II 14 Servius ge. IV, 68 'incessi m.' Arusianus p. 242 L. 603 Lactantius de mort. persec. 30

VARIA LECTIO.

588 APESET *P* funo *γ* in(*plevit amaro*) *b* inpleuit *γc* AMORE *M* 589 ILLE *Rγ* traepidae *γ* trepede *b*1 590 *cf.* IX 464 592 fumus] *expectes* volgus *secundum Apollonium* II 133 *sq.* 594 concufit *b* 595 speculis *Peerlkampus* tectis *Servius confirmat* 596 INCESSI *P*, *testantur Arusianus Eutychius Servius* INCEDI *M* Incce//// (*corr. m. rec.*) *b* Incendi, *in mg.* At inceffi *c* INCENSI *R* Incendi *γ* IGNIS (I *post. corr. in* E) *P* ignifq. *c* IGNESQVE *R* ADINTECTA *P* 598 IN CERTAMINA *P* in cermina (a *post. corr. in* e) *c* certamina (a *post. corr. in* e) *γ* A CERTAMINE *R* certamine, *om.* in, *b* CERDIT *P* 599 Extincto *c* et *om.* *γ* DOLERE *M* 602 Purpureaf *γ*1 Purpereof *c* 603 ac *Lactantius* infamis *χ* 'informis leti *quasi mortis infamissimae' Servius* la&i *γ* loeti *c* laquei *Peerlkampus* alta (a *post. e corr.*) *γ*

quam cladem miserae postquam accepere Latinae,
filia prima manu floros Lavinia crinis
et roseas laniata genas, tum cetera circum
turba furit: resonant late plangoribus aedes.
hinc totam infelix volgatur fama per urbem.
demittunt mentes; it scissa veste Latinus,
coniugis attonitus fatis urbisque ruina,
canitiem inmundo perfusam pulvere turpans.

Interea extremo bellator in aequore Turnus
palantis sequitur, paucos iam segnior atque
iam minus atque minus successu laetus equorum.
attulit hunc illi caecis terroribus aura

---

multaque se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aenean generumque adsciverit ultro.

TESTIMONIA.

606 'et ... genas' Iulius Rufinianus p. 249 R. 610 'coniugis a. f.' Arusianus p. 215 L. 616 'iam m. a. m.' Probi inst. I 9, 9

VARIA LECTIO.

604 MISERE *M* mifere γ ACCIPERE *R* 605 floros *in Leid. m. pr. et in Mentel. pr. fuisse coniciebat Heinsius.* FLAVOS *MPRybcψ, parum feliciter nuper defensum a Wagnero lectt. Verg.* 362 : *cf.* IV 559. 'flauos ... *antiqua lectio* floros (flores *Paris.*) *habuit* ... [*Probus sic adnotavit: neotericum erat* flavos, (flauium *Paris.*) *ergo bene* floros (flores *Paris.*)]' *e. q. s. Servius* (*uncis inclusa in solo Paris. leguntur*). CRINES *PRbc* 606 ROSEA *M* roſeaſ (ſ *post. e corr.*) γ comas *Iulii Rufiniani ex.* genas *Servius confirmat* CITERA (l *corr. in* E) *M* 607 LATAE *M* LATAE *Rc* 608 VVLGATVR *Pybc* 609 it] et *Peerlkampus* ſciſa γ ſciſa *c* latiniſ γc 610 CONIVNGIS *P* adtonituſ *c* factis *Arusiani cod.* 611 IMMUNDO *MR* PERFUSA *M* turpinſ *b* turbanſ *cl* turpat *Peerlkampus* 612 *sq. om. MPRyb, extant in cχ* : *cf.* XI 471 612 acceperat *cl* 613 aeneam *c* 614 *sqq. alia, sed et ipsa ant. m. in b* 615 PALLANTIS *M* ADQVE *R* 616 (*iam mi*)nuſ *b* ADQVE *R* successu] E *corr. ex* I *P* AEQVORVM *P* AEQUORU- *M* 617 (*attulit hunc i*)lli *b* illi. γ ILLICAESI (*corr. m. rec.*) *P* CAECIS ILLI *R*

commixtum clamorem arrectasque impulit auris
confusae sonus urbis et inlaetabile murmur.
'ei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu?
quisve ruit tantus diversa clamor ab urbe?'
sic ait adductisque amens subsistit habenis.
atque huic, in faciem soror ut conversa Metisci
aurigae currumque et equos et lora regebat,
talibus occurrit dictis: 'hac, Turne, sequamur
Troiugenas, qua prima viam victoria pandit;
sunt alii, qui tecta manu defendere possint.
ingruit Aeneas Italis et proelia miscet:
et nos saeva manu mittamus funera Teucris.
nec numero inferior pugnae nec honore recedes.'
Turnus ad haec
'o soror, et dudum adgnovi, cum prima per artem
foedera turbasti teque haec in bella dedisti,
et nunc nequiquam fallis dea. set quis Olympo
demissam tantos voluit te ferre labores?

TESTIMONIA.

623 Diomedes 406 625 sqq. cf. Appuleius de deo Socr. 11 627 Servius Aen. XII 661 628 Servius Aen. II 301 'ingruit Aeneas armis' Servius Aen. XI 899 629 Servius Aen. XII 664 634 'et ... dea' schol. Hor. epist. I 3, 32

VARIA LECTIO.

618 (*commixtum clamorem*) *b* arrectuſ *c*1 inpulit *γ* AVRIS *M*2*P*1*Rγ* AVRES *M*1*P*2*bc* 619 Confuſe *γ* in&abile *c* 620 Hei *c* turbatur *c* 621 tantoſ *γ* 622 ſubſiſtit (bſi *in ras.*) *c* 623 ADQVE *R* hic *γ* VT (T *corr. ex* I) *P* 624 GEREBAT *P* gerebat, at regebat *γ* tenebat *Moret. pr.* 625 ac *c* 626 PRI·:·MA (*erasis* 2 *litt., fort.* MA) *M* VICTORIA *Pγ* 627 POSSVNT *Pc*1 628 Italis] armis *Servii Aen.* XI 899 *exempl.* : *cf.* 654 praelia *b* 629 no *c* 630 NEQVE *R* honore *γ* recede.ſ *γ* 631 *om., add. m. rec. in mg. γ* humili respondet talia voce *add. Leid.* 632 O *M* agnoui *bc* 634 nequiquam] I *corr. ex* E *M* SET *M*1 SED *M*2*PRybc* olimpo *γc* 635 TANTOSQ· *R* TEPERFERRE *R*

an fratris miseri letum ut crudele videres?
nam quid ago? aut quae iam spondet Fortuna salutem?
vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
Murranum, quo non superat mihi carior alter,
oppetere ingentem atque ingenti volnere victum.
occidit infelix nostrum ne dedecus Ufens
aspiceret; Teucri potiuntur corpore et armis.
excindine domos (id rebus defuit unum)
perpetiar, dextra nec Drancis dicta refellam?
terga dabo et Turnum fugientem haec terra videbit?
usque adeone mori miserum est? vos o mihi manes
este boni, quoniam superis aversa voluntas!
sancta ad vos anima atque istius nescia culpae

TESTIMONIA.

636 Macrobius Sat. IV 2, 10 Servius Aen. X 443 638 sq. 'vidi ... Murranum' Macrobius Sat. IV 2, 10 Servius Aen. XII 529 638 'vidi ... meos' Quintilianus IX 3, 46 Servius Aen. X 443 640 Iulius Rufinianus p. 237 R. 644 'nec ... refellam' Priscianus 706 646 'usque ... est' Seneca epist. 101, 13 Suetonius Ner. 47 Quintilianus VIII 5, 6 Macrobius Sat. V 16, 7 Servius Aen. X 644 646 sq. 'vos ... voluntas' Servius Aen. I 387 IV 610 XI 51 648 sq. 'sancta ... descendam' Macrobius Sat. III 3, 6

VARIA LECTIO.

636 miseri fratris *Macrobii exempl.* la&um *γ* loetũ *bc* VT (T *corr. ex* I) *P* CRUDELES *M* 637 QVE *Pγ* quã *c* SPONDIT *Pγ*1 638 uocantẽ, aŧ clamantẽ *γ* *Nihil de hoc legitur* 529 *sqq.* 639 MVRMVRANVM *P* Muranum *γ* co *c*1 ſuperat (p *m.* 2, *corr. ex* ſ *ut vid.*) *γ* FUERAT *M* fuerat *mχ* superat *testatur Servius* 640 *cf.* X 842 OPPETERE·S *M* Oppetere (O *m.* 2 *in ras.*) *b* ADQVE *R* VOLNERE *M* VVLNERE *PRybc* uic.tũ *c* 641 NOSTRVMNE *P* NE NOSTRVM *MRybc* 642 ASPICERENT *P* Aſpicere *γ* corpora *c*1 arm(*is*) *b* 643 EXCINDI *M* exſcindi *c* IDERIBUS (I *post. corr. in* E) *M* 644 Perpetia *c* Drancis dextra *m* refallam *γ*1 ref(*ellam*) *b* 645 turno *γ* te(*rra videbit*) *b* VIDEBO *R* 646 mih(*i manes*) *b* 647 ADUERSA *Myb* u(*oluntas*) *b* 648 ADQVE *R* nescia *Menag. alt., Goth. tert.* INSCIA *MPRbcmψ*, *Macrobii exempl.* inſcia. *γ*2 inſciuſ *γ*1 anima, atque anima istius inscia culpae *prop. Lachmannus Lucr.* 76

descendam, magnorum haut umquam indignus avorum.'
Vix ea fatus erat: medios volat ecce per hostis
vectus equo spumante Saces, adversa sagitta
saucius ora, ruitque implorans nomine Turnum:
'Turne, in te suprema salus: miserere tuorum.
fulminat Aeneas armis summasque minatur
deiecturum arces Italum excidioque daturum;
iamque faces ad tecta volant. in te ora Latini,
in te oculos referunt; mussat rex ipse Latinus,
quos generos vocet aut quae sese ad foedera flectat.
praeterea regina, tui fidissima, dextra
occidit ipsa sua lucemque exterrita fugit.
soli pro portis Messapus et acer Atinas
sustentant aciem. circum hos utrimque phalanges
stant densae, strictisque seges mucronibus horret
ferrea: tu currum deserto in gramine versas.'
opstipuit varia confusus imagine rerum

TESTIMONIA.

649 Priscianus 1127 'magnorum ... avorum' Arusianus p. 236 L. 651 'vectus ... Saces' Donatus ad Ter. eun. III 1, 9 652 'ruit ... Turnum' Servius ge. IV 321 Aen. I 76 653 Suetonius diff. sermon. p. 316, 3 Roth. (270, 4 Reiff.) 'miserere t.' Arusianus p. 246 L. 654 'fulminat A. armis' Servius Aen. VIII 527 657 sq. 'mussat ... vocet' Servius Aen. XI 345 657 'mussat r. i. L.' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 53 Servius Aen. XII 718 659 sq. 'praeterea ... sua' Priscianus 1123. 1125 659 'regina t. f.' Arusianus p. 230 L. 661 sq. 'soli ... aciem' Diomedes 408 anon. de orthogr. 2794 P. 664 'tu ... versas' Servius ecl. X 68

VARIA LECTIO.

649 DISCENDAM *M* ITAVT *R* HAUD *MPybc* VNQVAM *P* NUMQUAM *M* INDIGN·US AUORU~ *M* 650 HOSTES *MP2b* 651—687 *deficit R* 652 INPLORANS *Pyc* 655 italũ arcef *cm* italis afces *Montalb.* ſitalum *γ*1 657 referont *c* 661 Atinas: *cf.* XI 869 asilas *alii, fortasse rectius* : *cf.* 127. 550 662 SUSTINEANT (I *corr. in* E, E *in* T) *M* ACIES *Mγ* utrumque *c*1 663 denſe *m.* 2 *in ras. c* 664 DISERTO (I *corr. in* E) *M* 665 Obſtipuit *bc* Obſtipuit *γ* OBSTUPUIT *M*

Turnus et obtutu tacito stetit. aestuat ingens
uno in corde pudor mixtoque insania luctu
et furiis agitatus amor et conscia virtus.
ut primum discussae umbrae et lux reddita menti,
ardentis oculorum orbes ad moenia torsit
turbidus eque rotis magnam respexit ad urbem.
ecce autem flammis inter tabulata volutus
ad caelum undabat vertex turrimque tenebat,
turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse
subdideratque rotas pontisque instraverat altos.
'iam iam fata, soror, superant; absiste morari;
quo deus et quo dura vocat Fortuna, sequamur.
stat conferre manum Aeneae, stat quidquid acerbist

TESTIMONIA.

671 'magnam ... urbem' Donatus ad Ter. Andr. II 5, 6 673 'ad caelum u. v.' Eutychius II 5 674 Servius ecl. II 36 675 Servius Aen. IX 530 678 'stat c. m.' Servius Aen. VII 553 'stat c. m. A.' Arusianus p. 221 L. Servius Aen. I 582. 646 678 sq. 'stat quidquid ... pati' Servius Aen. II 750

VARIA LECTIO.

666 E OBTVTV *P* tacito] T *pr. corr. ex* L *P* ingens] S *in ras. P* 667—692 *Veron. fol.* 254 667 *sq.* = X 871 *sq.* 667 in *m. ant. sup. c* MICTO *M* 668 FVRIS *V* 669 (*u*)t *b* PRIMVS *V* DISCVSAE *P* diſcuſae *γ* diſiectae *b* uox, *in mg.* At lux *c* uox *Menag. alt., Mentel. alt.*, *χ* : *cf.* III 40 VII 95 670 ARDENTES *M2b* 671 (*tur*)biduſ *b* Turbidiſ *c* AE*que rotis magna*M *V* aeque *γc* magnã (g *in ras.*) *c* RESPECXIT *M* A *P* 672 *in mg. hoc signum*: / *M* (*ecce au*)tem *b* A*utem — tabulata V* 673 (*ad caelu*)m *b* At cl CAE*lum — turrimque V* uertix *γ* TENEBAT *M* 674 (*turrim co*)mpactiſ *b* TVRRiM *V* CONPACTIS *Pγc* RABIBVS *P* 675 (*subdideratque*) *b* *rotas — instr*AVERAT *V* instruxerat *mχ* 676 (*iam iam fata so*)ror *b* iam nos *m* iam iam *Servius testatur* facta *cl* *soror — ab*SISTE *V* MORARE *Pγ* 677 (*quo deus et quo dur*)a *b* Quo. *γ* DEVS QVA *P* 678 (*stat conferre man*)ũ *b* STANT *V* quicquid *b* ACERBIST *P* ACERBI EST *Mybc* ACER— *V* acerbum est *Goth. pr., Servii Aen.* II 750 *exempl.*

morte pati; neque me indecorem, germana, videbis
amplius. hunc, oro, sine me furere ante furorem.'
dixit et e curru saltum dedit ocius arvis
perque hostis, per tela ruit maestamque sororem
deserit ac rapido cursu media agmina rumpit.
ac veluti montis saxum de vertice praeceps
cum ruit avolsum vento, seu turbidus imber
proluit aut annis solvit sublapsa vetustas;
fertur in abruptum magno mons improbus actu
exultatque solo, silvas armenta virosque
involvens secum: disiecta per agmina Turnus
sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
sanguine terra madet striduntque hastilibus aurae,
significatque manu et magno simul incipit ore:
'parcite iam, Rutuli, et vos tela inhibete, Latini;
quaecumque est Fortuna, mea est: me verius unum

TESTIMONIA.

679 sq. 'neque ... amplius' Probi inst. I 9, 9 680 cf. schol. Veron. 107, 14 K. 'hunc ... furorem' Iulius Rufinianus 257 R. Donatus ad Ter. eun. III 5, 39 Arusianus p. 231 L. 684 'praeceps' schol. Veron. 107, 19 K. 686 'annis ... vetustas' schol. Hor. carm. III 30, 4 687 Diomedes 453 Servius Aen. VI 360 694 sq. Priscianus 1180 'me ... ferro' schol. Hor. serm. II 3, 314

VARIA LECTIO.

680 *hunc — furo*REM *V* furere (re *post. m.* 2 *in ras.*) *γ* 681 equrrufquantum *γ*1 *curru V* SA*ltum — V* ded& *c*1 682 HO*stis — sor*OREM *V* oftif *γ* hoftef *b* 683 *ac — agmi*NA *V* 684 *Montis — V* montis] Pindi *Peerlkampus ex Silio* IX 520 685 *avolsum — imber V* AVULSVM *MP*2*γbc* 686 *annis — vetustas V* SVBLABSA *P* 687 *in — inprobus V* abrumptum *γ* abrutum *c* IMPROB· *Mb* INPROBVS *Pyc* ictu *mχ*, *Oblongus et Porcius Pierii* 688 EXSVLTAT *V* *que — ar*MEN*ta — V* 689 INVOLVEN*s — tur*NVS *V* fecun *γ* 690 R*uit V* 691 SANGVI*ne — ha*S*tilibu*S *V* SANGVINEE *P* Sangine *c* aftilibuf *γ* ARAE *V* 692 *Mag*NO *R* MAGNA *V* magno incipit *γ* 693—705 *Veron. fol.* 214 *b.* 693 PA*rcite — inhibete V* 694 QUAECUMQ· EST *M* Quequūq. eſt *c* QVAECVM EST *R* *fortuna — veri*VS *V* VIRIVS *P*1

pro vobis foedus luere et decernere ferro.'
discessere omnes medii spatiumque dedere.

At pater Aeneas audito nomine Turni
deserit et muros et summas deserit arces
praecipitatque moras omnis, opera omnia rumpit,
laetitia exultans, horrendumque intonat armis:
quantus Athos aut quantus Eryx aut ipse coruscis
cum fremit ilicibus quantus gaudetque nivali
vertice se attollens pater Appenninus ad auras.
iam vero et Rutuli certatim et Troes et omnes
convertere oculos Itali, quique alta tenebant
moenia quique imos pulsabant ariete muros,
armaque deposuere umeris. stupet ipse Latinus
ingentis, genitos diversis partibus orbis,

TESTIMONIA.

700 'horrendum i. a.' Iulius Rufinianus p. 262 R. 701 'quantus ... Eryx' schol. Guelf. Lucani II 677 703 'pater A.' Servius Aen. III 89 707 cf. schol. Veron. 107, 23 K. 708 sq. Seneca epist. 58, 3

VARIA LECTIO.

695 FOEDus — ferrO *V* FERRVM (V *corr. in* O) *P* 696 DISCES·∴·SERE *M* Omnes — dedERE *V* MEDI *P* 697 AD *M* AD *R* AVDito nOMINE *V* 698 *sq. inverso ordine V* Deferet *cl* 700 intonat] T *pr. corr. ex* L *P* 701 ADHOS *R* adof *γ* 1 atof *γ* 2 athon *bl cχ, schol. Lucani* 'Athon: *haec est vera lectio. Nam si* Athos *legeris, brevis est et versus non stat' Servius* et *c* e.rix *c* CORYSCIS *V* cor(*uscis*) *b* 702 .ilicibuſ (i *pr. m.* 2) *γ* alicibuſ *cl* niual(*i*) *b* 703 APENNINVS *V* apenniuſ *c* (*auras*) *b* 704 *vero — om*NES *V* TROS (E *m. ant.*) *R* (*et omnes*) *b* oīnſ (*om.* et) *c* 705 CONvertere — *tene*BANT *V* al(*ta tenebant*) *b* TENEBAT *P* 706—718 *Veron. fol.* 214*a.* 706 *qui*Q· IMos — *arie*TE *V* a(*riete muros*) *b* 707 humeriſ *γc* humer(*is*) *b* *umeris stupet V* (*stupet ipse latinus*) *b* IPETIPSE *M* 708 *genitos — or*BIS *V* diuer(*sis partibus orbis*) *b* ORBES *P*

inter se coiisse viros et cernere ferro.
atque illi, ut vacuo patuerunt aequore campi,
procursu rapido, conlectis eminus hastis,
invadunt Martem clipeis atque aere sonoro.
dat gemitum tellus; tum crebros ensibus ictus
congeminant: fors et virtus miscentur in unum.
ac velut ingenti Sila summove Taburno
cum duo conversis inimica in proelia tauri
frontibus incurrunt (pavidi cessere magistri,

TESTIMONIA.

709 Priscianus 557 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 337 Servius Aen. II 508 ge. II 256 711 Probi inst. I 12, 2 712 schol. Veron. 107, 25 K. 715 Asper 115, 1 Servius ge. III 219

VARIA LECTIO.

709 SE (E *corr. ex* I) *P* COIISSE (I *pr. corr. ex* L) *M* coiſſe *γ* COISSE *RVbc* COISE *P* et *om. cχ* que *Prisciani ω* *cernere fe*RRO *V* cernere *Mentel. m.* 2, *testatur Seneca* (‘*quaedam simplicia in usu erant, sicut* cernere ferro inter se *dicebantur. idem Vergilius hoc probabit tibi:* ingentis . . . cernere ferro, *quod nunc* decernere *dicimus. simplicis illius verbi usus amissus est*’) CERNERE *P* DECERNERE *MRγcmψ, Prisciani Halb. Sangall. Karolir. Grut. corr., Heidelb.* (s *in metro apud vetustissimos vim suam frequenter amittere hoc exemplo probantis*), *legerunt Abbo et Servius ge.* 256 *Aen* II 508, *qui ad nostrum locum haec adnotavit:* ‘inter se coisse viros et cernere ferro: *vera et antiqua haec est lectio . . . posteritas coepit legere* et decernere ferro. *secundum quam lectionem synaloepha opus est, sed excluso* os, *ut sit* inter se coisse vir’ et decernere ferro.’ difcernere *b, Prisciani cetera exemplaria* 710 ADQVE *R* *Vacuo — cam*PI *V* PATue-RVNT *R* aequore campi *m. rec. in ras. c* 711 PROCVR*su* RAPIDo *conie*CTIS *V* CONLECTIS *R* COLECTIQ·S *M* aſtif *γ* 712 clypeif *c* ADQVE *R* *Teste schol. Veron. fuerunt, qui* clipeis . . . sonoro *referrent ad sequentia. Post* clipeis *et* sonoro *distinctum in M* 713 TUM CREBRIS *Mγ tum crebros V* ICTIS *M* hictuf *c* 714 MISCE-TVR *V* 715 *sqq. cf. ge.* III 219 *sqq.* 715 SILA *MPbcψ, Asper, om. V* SILVA *Rγl* ‘Sila . . . *pessime quidam* silva *legunt*’ *Servius* : *cf. ge.* III 219 Taburno] T *corr. ex* L *P* 716 CONUERSISINIMICA *M* CONVE*rsis ini*MICA *V* praelia *b* TAVRI *V* 717 FRONDIBUS (D *corr. in* T) *M*

stat pecus omne metu mutum mussantque iuvencae,
quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur);
illi inter sese multa vi volnera miscent
cornuaque obnixi infigunt et sanguine largo
colla armosque lavant; gemitu nemus omne remugit:
non aliter Tros Aeneas et Daunius heros
concurrunt clipeis; ingens fragor aethera complet.
Iuppiter ipse duas aequato examine lances
sustinet et fata inponit diversa duorum,
quem damnet labor et quo vergat pondere letum.
emicat hic, inpune putans, et corpore toto
alte sublatum consurgit Turnus in ensem
et ferit: exclamant Troes trepidique Latini,
arrectaeque amborum acies. at perfidus ensis
frangitur in medioque ardentem deserit ictu....

TESTIMONIA.

718 cf. schol. Veron. 107, 32 722 Probi inst. I 11, 1 725 sq. Macrobius Sat. V 13, 39 727 Priscianus 798 Nonius 277, 7 'quem d. l.' Agroetius 2270 P. incertus de orthogr. 2782

VARIA LECTIO.

719 NEMORI *MPRγ1bψ*, *suprascr. c*, *confirmat Servius* pe.cori γ2 pecori *m*, *aliquot Pieriani* IMPERETET *R* imper&& *c* QUAE M SEQUUN̄UR *M* fequN̄' *b* 720 SESE (*corr. m. ant.*) *P* UULNERA *MRbc* VLNERA *P* proelia, at uulnera γ : *cf. ge.* III 220 721 Cornu *b* et *suprascr. b* 723 *sq. ordine inverso R* 724—758 *satis extincto colore leguntur in R* 724 clypeif *c* FRA GOR *P* frago r γ fragr. o *c* AETHERA *R* AETERA H *M* ETHERA *P* 725 exagmine γ1 726 IMPONIT *Rb* 727 ET *MPRγc* aut *bχ*, *Prisciani exempl.*, *Nonius et Servius, qui* damnet *pro* liberet *positum esse statuant. 'quem virtus sua absolvat aut victorem faciat. numquam enim diversis lancibus unam rem ponebat, praesertim cum interponeret* aut *coniunctionem disiunctivam' Agroetius. Similiter anon. de orthogr.* le.tū... γ loetū *b* 728 IMPVNE *MRb* ETTE *P* 729 Altae *c* 731 (*ar*)rectae *b* AD *Rγ1* 732 (*frang*)itur *b* MEDIOTARDENTEM Q *M* ICTU— *M* ICTVM *R* *Post hunc versum* quid superest? *inserit Bigot. Ego lacunam signavi.*

ni fuga subsidio subeat. fugit ocior euro,
ut capulum ignotum dextramque aspexit inermem.
fama est praecipitem, cum prima in proelia iunctos
conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci.
idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
suffecit: postquam arma dei ad Volcania ventumst,
mortalis mucro glacies ceu futtilis ictu
dissiluit; fulva resplendent fragmena harena.
ergo amens diversa fuga petit aequora Turnus
et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes;
undique enim densa Teucri inclusere corona,
atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt.

Nec minus Aeneas, quamquam tardata sagitta
interdum genua impediunt cursumque recusant,
insequitur trepidique pedem pede fervidus urget:

TESTIMONIA.

733 'ni f. s.' Probi inst. I 10, 3 738 sq. 'idque . . . suffecit' Nonius 386, 3 738 'terga d.' Probi ars minor 534 748 'trepidi . . . urget' Arusianus p. 238 L.

VARIA LECTIO.

733 (*ni fuga su*)bsidio *b* ~~G~~VBEAT *P* 734 (*ut capulum ig*)notũ *b* ASPECXIT *M* 735 (*fama est praecipite*)m *b* PRIMVM *PRγ* in ad (ad *eras.*) *γ* AD *P* praelia *b* 736 (*conscendebat equo*)ſ *b* 737 (*dum trepidat ferrum*) *b* 738 (*idque diu dum terga daba*)nt *b* PALLANTIA *R* 739 SVFFECIT (E *corr. ex* I) *P* SVFFICIT *R*, *Nonii exempl.* Ad *R* VVLCANIA *Pybc* VENTVMST *P* VENTVMEST *MRyc* uentu(*m est*) *b* 740 GRACIES *P* CVI *R* futtulif *γ*1 futulif *c* futilif *b* fusilis *m*, *Leid.* 741 DISSILIT *M* RESPLENDENT *Pyb* RESPLENDENT *M* reſplendet *c*2 RESPLENDET *R* reſplendit *c*1 FRAGMINA *Pybc* FRAGMINA (I *corr. in* E) *M* FRAGMEN *R* hare(*na*) *b* 742 menſ *b* MENS *R* 743 INPLICAT *P* 744 TEUCRI· DENSA *M* coro.ua *c* 745 ADQVE *Rc* ADVA (R *m. ant.*) *P* 746 Hic *c*1 TARDATA *PRyb* TARDATA *Mc* 747 INPEDIVNT *Pc* que *om. γ* 748 fervidus (ſ *m.* 2) *γ* VRGVET *PRyc* instat *Arusianus testatur: cf.* 751 IX 350 X 788

inclusum veluti siquando flumine nanctus
cervom aut puniceae saeptum formidine pinnae
venator cursu canis et latratibus instat;
ille autem, insidiis et ripa territus alta,
mille fugit refugitque vias; at vividus Umber
haeret hians, iam iamque tenet similisque tenenti
increpuit malis morsuque elusus inani est.
tum vero exoritur clamor, ripaeque lacusque
responsant circa et caelum tonat omne tumultu.
ille simul fugiens Rutulos simul increpat omnis,
nomine quemque vocans, notumque efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra praesensque minatur
exitium, si quisquam adeat, terretque trementis
excisurum urbem minitans et saucius instat.
quinque orbis explent cursu totidemque retexunt
huc illuc; neque enim levia aut ludicra petuntur

TESTIMONIA.

758 'ille s. f.' Probi inst. I 17, 6 764 sq. 'neque ... certant' Priscianus 769

VARIA LECTIO.

749 si quem veluti *m* in flumine *c* NANCTVS *R* NACTUS *MPγb* actuſ *c* 750 *cf. ge.* III 372 CERVOM (O *corr. in* V) *P* CERVVM *MRybc* et *Peerlkampus* PVNICEA (E *corr. ex* I) *P* punicaeae *γ* feptum *c* feptū (tū *in ras.*) *b* SAEPSITUM *M* penne *c* 751 canif (c *in ras.*) *c* 752 ille] E *corr. ex* I *P* INSIDIIS *P* 753 MILLE *P* AC *M* ac *b*1 AD *Rγ*1 IMBER *Pγ*1 754 AERET *Pγ* TENENS *Rc* 755 LVPSVS *P* eluſ *γ* elapsus *Dorvill.* 756 '*quidam quaerunt, an iam recessum sit his versibus a comparatione. sed non dubie videtur*' *Servius* LACVVS *R* LACOS *M* 757 CIRCAET *in ras. R* tonat] T *pr. corr. ex* L *P* omne] E *corr. ex* I *P* tumultu fragore *m, in ras. b, ut* IX 541 758 OMNES *MP*2 oms *b* 759—831 *deficit R* 759 QVEMQVAM *Pγ* EFFLAGIT *P* eflagitat *γ* 761 adedeat (ad *eras.*, e *pr. corr. in* a) *γ* terre *γ* TREMENTIS (I *corr. in* E) *MP* tremente(*s*) *b* 762 INSTANT *M* inſt(*at*) *b* 763 ORBIS *P*1 ORBES *MP*2*γbc* re(*texunt*) *b* 764 illic *c* nec *γ*1 lauia *c*1

praemia, sed Turni de vita et sanguine certant.
forte sacer Fauno foliis oleaster amaris
hic steterat, nautis olim venerabile lignum,
servati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti divo et votas suspendere vestes;
sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
sustulerant, puro ut possent concurrere campo:
hic hasta Aeneae stabat, huc impetus illam
detulerat fixam et lenta radice tenebat.
incubuit voluitque manu convellere ferrum
Dardanides teloque sequi, quem prendere cursu
non poterat. tum vero amens formidine Turnus
'Faune, precor, miserere' inquit 'tuque optima ferrum
terra tene, colui vestros si semper honores,
quos contra Aeneadae bello fecere profanos.'

TESTIMONIA.

766 Arusianus p. 263 L. 768 Arusianus p. 260 L. schol. Hor. carm. I 5, 13 770 sq. Servius Aen. XII 117 'sed ... sustulerant' Charisius 85 Cledonius 1805 P. Macrobius Sat. III 3, 4 770 Consentius 2026. 2028 Servius Aen. I 626 III 94 ge. I 171 'stirpem ... sacrum' Probus de nom. 22 p. 219 Endl. 772 'hic ... stabat' Marius Victorinus p. 88 G. 777—779 Macrobius Sat. III 3, 4 777 sq. 'Faune ... tene' schol. Veron. 102, 17 'tuque ... tene' Macrobius Sat. IV 6, 10 777 'Faune ... inquit' Servius Aen. IX 404

VARIA LECTIO.

ludi.ca^{r} *c* (*petuntur*) *b* 765 fangui(*ne certant*) *b* CCERTANT^{N} *P* 766 (*amaris*) *b* 767 STETERANT *P* AVTIS *P* uenera(*bile lignum*) *b* 768 d(*ona solebant*) *b* 769 (*laurenti*) *b* ueſtif *cl* 770 (*sed stir*)pem *b* 771 (*sustule*)rant *b* sustulerunt *Diomedis codd.* concurre *γ* 772 (*hic has*)ta *b* ſta^{ha} *c* 773 (*det*)ulerat *b* ET^{AB} *M* et *suprascr. b, om. Paldamus* lenta radice *γcm* LENTA RADICE *M*: *cf.* 787 LENTABARADICE^{A} *P* lenta..radice *b* lenta in radice *χ* 774 (*inc*)ubuit *b* 775—777 *repetuntur post* 777 *adposito in mg. utrimque signo* () *in M. Itaque hos M*^{b}, *priores M*^{a} *signavi.* 775 (*d*)ardanidef *b* TERGO^{L} *P* que] qui *γl* 776 (*n*)on *b* 777 OPTIME^{A} *M*^{a} OPTIME *M*^{b} obtima *γ* 778 UESTRO^{S} *M* 779 bello, al ferro *γ* ferro *Zulich., Rottend. duo, quod alliteratione commendatur.*

dixit opemque dei non cassa in vota vocavit.
namque diu luctans lentoque in stirpe moratus
viribus haud ullis valuit discludere morsus
roboris Aeneas. dum nititur acer et instat,
rursus in aurigae faciem mutata Metisci
procurrit fratrique ensem dea Daunia reddit.
quod Venus audaci nymphae indignata licere
accessit telumque alta ab radice revellit.
olli sublimes, armis animisque refecti,
hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta,
adsistunt contra certamina Martis anheli.

Iunonem interea rex omnipotentis Olympi
adloquitur fulva pugnas de nube tuentem:
'quae iam finis erit, coniunx? quid denique restat?
Indigetem Aenean scis ipsa et scire fateris
deberi caelo fatisque ad sidera tolli.

TESTIMONIA.

781 Nonius 227, 3 Probi inst. I 9, 12 787 cf. Diomedes 369, qui 'de stirpe revellit' ut Vergiliana laudat 789 Servius Aen. XII 747 792 'fulva ... tuentem' Agroetius 2274 P. incertus de orthogr. 2785 Servius Aen. XII 810

VARIA LECTIO.

780 VOCAVIT (B *m. rec. ut vid.*) *P* 782 DISCLVDERE *Pb* DISCVRRERE *M* diſclvdere (d *corr. ex* c *vel* a, iſcl *m. 2 in ras.*, v *corr. ex* e), aŧ diſcurrere *γ* conuellere *cχ* discindere *Venet. Coniectando* disrumpere disiungere discerpere distringere divellere *possis proponere.* 784 mutata *bcm* mutata.. *γ* MVTATA *M* CONVERSA *Pχ ut* 623 786 nimphae *b* 787 ab] ad *c* RARICE *M* de stirpe revellit *Diomedes* 788 ANIMVM *P* animi *c* animis *Servius confirmat* 789 (*h*)ic *b* ARDVS *Py* ardeuf *c* 790 (*ad*)ſiſtunt *b* CERTAMINA *MPγc* certamine *bχ* 'certamina ... *alii* certamine *legunt*' *Servius* 791 (*iuno*)nē *b* olimpi *b* 792 (*adloqu*)itur *b* Alloquitur *c* 793 (*quae iam fi*)niſ *b* CONIVX *P* 794 (*indigetem a*)enean *b* aeneam *γ* 795 (*deberi caelo*) *b* DEBRI *P* FATIS· CAELOQVE *P* tollit *c*1

quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?
mortalin decuit violari volnere divom,
aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
ereptum reddi Turno et vim crescere victis?
desine iam tandem precibusque inflectere nostris:
ventum ad supremum est. terris agitare vel undis
Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
deformare domum et luctu miscere hymenaeos:
ulterius temptare veto.' sic Iuppiter orsus;
sic dea summisso contra Saturnia voltu:
'ista quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas,
Iuppiter, et Turnum et terras invita reliqui;
nec tu me aëria solam nunc sede videres
digna indigna pati, sed flammis cincta sub ipsa
starem acie traheremque inimica in proelia Teucros.
Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri

STIMONIA.

797 Servius Aen. XII 320 'vulnus mortale' Servius Aen. X 30 806 'sic I. o.' Servius Aen. I 325 II 2 808 sq. 'ista . . . Iupiter' natus ad Ter. eun. II 3, 73 808 'ista . . . mihi' Probi inst. I 10, 2 810 sq. 'nec . . . pati' Servius Aen. IX 640 813 sq. 'Iuturnam . suasi' Macrobius Sat. VI 6, 11 Arusianus p. 260 L. Servius Aen. X 10

RIA LECTIO.

796 (*quid struis aut qu*)a *b* ISTRUIS *M* : *cf. Lachmannus Lucr.* 2 ereh *γ* 797 (*mortalin decuit vio*)lari *b* Mortalin *γ* VVLRE *MPybc* DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIUUM *Mybc* 798 (*aut ensem id enim sin*)e *b* SINI *Py*1 799 reddi. *γ* VICT. S *P* uicto *b* 0 DESINET *P* PRAECIBUS *M* INFLCTERE *P* 803 VET *P* lif *c* 805 luctum *γ*1 hymeneof *c* 806 temtare *c* iupiter *c* 807 VOLTV (O *corr. in* V) *P* UULTU *Mybc* 808 NOTO *Py*1 TVA HI *P* magna *c*1 809 Iupiter *c* RELIQVIo *P ut* 818 relinqui 810 ME *ut vid. P* nube *χ*, *Servii Aen.* IX 640, *sed* sede *idem ad l. testatur.* 811 Digna. *c* patif *c*1 sed *om. c* accincta *in s. c* IPSAM *M* 812 STARE ACIEM *M* Stareace *γ* 813 fateor sero *Macrobii ω exc. Salisb.* fuccurre *c* fuccurre *γ*

suasi et pro vita maiora audere probavi,
non ut tela tamen, non ut contenderet arcum:
adiuro Stygii caput inplacabile fontis,
una superstitio superis quae reddita divis.
et nunc cedo equidem pugnasque exosa relinquo.
illud te, nulla fati quod lege tenetur,
pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:
cum iam conubis pacem felicibus (esto)
component, cum iam leges et foedera iungent,
ne vetus indigenas nomen mutare Latinos
neu Troas fieri iubeas Teucrosque vocari
aut vocem mutare viros aut vertere vestem.
sit Latium, sint Albani per saecula reges,
sit Romana potens Itala virtute propago:
occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.'
olli subridens hominum rerumque repertor
'es germana Iovis Saturnique altera proles:
irarum tantos volvis sub pectore fluctus.

TESTIMONIA.

815 Servius Aen. XII 320 816 Arusianus p. 210 L. 820 Priscianus 1024 823 sq. Servius Aen. I 248 cf. idem I 6 827 Servius Aen. IV 231 'Itala v. p.' Consentius 2028 P. 830 sq. Servius Aen. I 23 'Saturni . . . fluctus' Servius Aen. IV 92. 372

VARIA LECTIO.

814 SVASE *P* 815 tela] illa *m* conderet *c* 'contenderet . . . *alii* ostenderet' *Servius* ARCV̄M *M* 816 ſtigii *c* 817 d(*ivis*) *b* 818 cedequidem *γ* QVIDEM *P* exoffa *γ*1 (*relinquo*) *b* 819 ILLUT *M* tene(*tur*) *b* 820 t(*uorum*) *b* 821 Coniam *c* : Quom iam *scriptum fuerat.* conubis *editor Lipsiens.* CONVBIS *P* CONUBIIS *ceteri: cf.* IV 168 *et Lachmannus Lucr.* 281 felic(*ibus esto*) *b* 822 Conponent *c* (*foedera iungent*) *b* 823 VETVs *P* INDEGENAS *P* nome(*n mutare latinos*) *b* 824 iubeaſ (*teucrosque vocari*) *b* que] VE *Pγ* 825 u(*iros* —) *b* VESTES *Pγc* 826 sit] SIT *M* SINT *P* alb(*ani* —) *b* 827 p(*otens* —) *b* 828 OCCIDAT *P* occi(*derit* —) *b* SIBAS *M* sine *m* omine *c*2 mina *c*1 829 Obli *c* ſurridenſ *b* 831 VOLVI *M* volvit *Servii Aen.* IV 92. 372 *exempl.*

verum age et inceptum frustra summitte furorem:
ni te tantus edit tacitam dolor et mihi curae
saepe tuo dulci tristes ex ore recursent,
do quod vis, et me victusque volensque remitto.
sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt,
utque est nomen erit; commixti corpore tantum
subsident Teucri. morem ritusque sacrorum
adiciam faciamque omnis uno ore Latinos.
hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,
supra homines, supra ire deos pietate videbis,
nec gens ulla tuos aeque celebrabit honores.'
adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit.
interea excedit caelo nubemque relinquit.

His actis aliud genitor secum ipse volutat
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.

ESTIMONIA.

832 'verum ... inceptum' Probi inst. I 9, 7 801 'ne ... dolor' Diomedes 358 schol. Hor. epod. III 3 835 'commixti c. t.' Servius an. I 248 836 sq. 'morem ... adiciam' Macrobius Sat. III 8, 13 841 Nonius 438, 11

ARIA LECTIO.

832 verum] quare *testatur Probus inst.* : *cf.* VII 429 fummite *γ* bmitte *c* *Hic* 801 *sq. inserendos esse demonstrare studui in emend. erg. p.* 16 *sqq.* 801 NI *P*1 NE *MP2γ*, *Diomedis exempl.* nec *bc* nec *schol. Hor.* EDIT *Pγ* EDAT *Mbc* edit *testantur Diomedes et schol. Hor., legisse videtur Servius quoque.* 802 dulci. *c* RECUSENT *c* 833 QUO *M* uo. lens (l *m.* 2) *γ* VOLVENS *P* 834 PATRI *P* 835 UTQ· EST *Mc* eRIT *R* CoMmIXTI *R* comixti *c* commixto *χ*, *Rediceus et Porcius Pierii* corpore tanto *Menag. pr.*, *Mentel. tert.*, *Goth. tert.* SANGVINE TANTO *R* : *cf.* 838 836 TeVCRI *R* RETVS *P* 837 adicient *prop. Wagnerus, cui de toto loco non liquet* OMNIS *1γ1c* OMNES *M2Pγ2b omnis R* uNO *R* latinuſ *γ*1 838 MIXTum *VOD R* ſurgit *γ*1 839 SVpRAiRE *R* 840 Hic *c*1 tuoſ (u *m.* 2 *ras.*) *γ* AEQ· *P* 841 Annuit *bc* vultum *Schraderus* LETA *Mb* 842 CAELVM (V *corr. in* O) *P* relinquid *c*1 844 TVRNVM *Pγ* demittere *b* dimittere *γ* descendere *Goth. tert.* dimittere *Servius confirmat*



videt Iliacas atque agmina Turni,
itam conlecta figuram,
is aut culminibus desertis
inportuna per umbras,
pestis ob ora 865
que everberat alis.
rpor,
bus haesit.
s.
870
acem
monstro?
timentem, 875

Asper 115, 4 862 Servius Aen. III
. 251 G. 865 sq. 'Turni . . . refertque'
urni . . . ora' Servius Aen. I 233 875 sq.
s 357, 5 875 'ne . . . timentem' Servius Aen.

IDE *P* ADQVE *R* 862 SUBITAM *MRγ2c* SVBITO *Pγ1b* LECTA *R* collecta *bc* coniecta (i *corr. in* I) *γ* CONIECTO *P* CONRSA *M* : *cf.* 623 863 QVONDVM *P* in *om. Plotius* BVS *P* 864 SERIM (I *m. ant. corr. in* V) *P* importuna *b* umbram *m*, *Menag. pr.* 865 UERSA *M* OB *Rb*, *testantur Arusianus et Servius Aen.* I 233 INOD *M* AD *Pγc* in *Goth. tert.* ora. *γ* 866 FER *R* CLVPEVM (V *pr. corr. in* Y) *P* CLIPEUM *MRγb* clypeũ *c* 867 olli *b*, *Bigot.* Iolli (o *eras.*) *γ* Illi *MPRc* MEMBRAS *M* NOUOS *M* NOVVS *Rybc* NOVS *P* 868 = IV 280 COME *P* 869 AD *M* AC *R* AGNOUIT *Mbc* 870 SCINDITCRINIS *Rc* 871 fedanf *b* 872 te *suprascr. γ* POTEST (S *m. ant. corr. ex* T) *P* iuu(*are*) *b* .uare *γ1* 873 durae *γ* dirae *Goth. tert.* durae *Servius confirmat* fuper ẽ *b* luc(*em*) *b* 874 TALIM *M* POSSIM *R* m(*onstro*) *b* 875 terete (*m.* 1 *non liq.*) *γ2* TINMENTEM (N *minio del.*) *P* &imentem (&i *m.* 2) *γ*

dicuntur geminae pestes cognomine Dirae,
quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram
uno eodemque tulit partu paribusque revinxit
serpentum spiris ventosasque addidit alas.
hae Iovis ad solium saevique in limine regis
apparent acuuntque metum mortalibus aegris,
siquando letum horrificum morbosque deum rex
molitur meritas aut bello territat urbes.
harum unam celerem demisit ab aethere summo
Iuppiter inque omen Iuturnae occurrere iussit.
illa volat celerique ad terram turbine fertur.
non secus ac nervo per nubem impulsa sagitta,
armatam saevi Parthus quam felle veneni,
Parthus sive Cydon, telum inmedicabile, torsit,
stridens et celeris incognita transilit umbras:
talis se sata Nocte tulit terrasque petivit.

TESTIMONIA.

845 Servius Aen. I 293 II 622 IV 609 'sunt geminae p.' Servius Aen. III 209 847 'uno ... partu' Servius Aen. I 575 849 sq. 'saevi ... apparent' Servius Aen. XII 845 gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 858 Servius Aen. X 325

VARIA LECTIO.

846 (*qu*)af *b* INTEMPESTESTA *P* MEGERAM *Mb* maegeram *γ* 847 (*uno eo*)demq; *b* eodem$^{q.}$ *γ* reuixit *c* 848 (*serpen*)tũ *b* SERPENTEM^{V} *P* SPIRIIS *R* addit^{di} *c* 849—866 *legi vix potuerunt in R* 849 (*hae iovis a*)d *b* saevique ad limina *χ* saevoque in limine *m* semperque ad limina *gloss. Barth.* REGIS (I *corr. ex* E) *P* 850 (*apparent acu*)unt *b* 851 (— *letu*)m *b* la&um *γ* 852 (— *a*)ut *b* Mollitur *γ*1 ac *γ* ORBES (O *corr. in* V) *P* 853 (— *de*)mifit *b* Arũ^{A} *c* VNVM *P* DemisIT *R* · 854 (— *iutur*)nae *b* Iupiter *c* inquo^{e} *c* *iuturnae R* 855 uolit^{v} *c* *ad terram R* (— *terr*)a *b* 856 (*non — nubem*) *b* NERVo *per nubem R* *An* nimbum? IM-PULSASIGITTA^{A} *M* impulfa *b* 857 (*armatam — felle*) *b* 858 cidon *γc* (— *inmedic*)abile *b* 859 celeref *b* *Conieci* en tenebris: *Servius* celeris *testatur.* 'umbras ... *male enim quidam* auras *legunt*' *Servius*

postquam acies videt Iliacas atque agmina Turni,
alitis in parvae subitam conlecta figuram,
quae quondam in bustis aut culminibus desertis
nocte sedens serum canit inportuna per umbras,
hanc versa in faciem Turni se pestis ob ora
fertque refertque sonans clupeumque everberat alis.
olli membra novos solvit formidine torpor,
arrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.
at procul ut Dirae stridorem adgnovit et alas,
infelix crinis scindit Iuturna solutos,
unguibus ora soror foedans et pectora pugnis:
'quid nunc te tua, Turne, potest germana iuvare?
aut quid iam durae superat mihi? qua tibi lucem
arte morer? talin possum me opponere monstro?
iam iam linquo acies. ne me terrete timentem,

TESTIMONIA.

862—864 'alitis . . . sedens' Asper 115, 4 862 Servius Aen. III 246 863 Marius Plotius p. 251 G. 865 sq. 'Turni . . . refertque' Arusianus p. 250 L. 'Turni . . . ora' Servius Aen. I 233 875 sq. 'ne . . . volucres' Nonius 357, 5 875 'ne . . . timentem' Servius Aen.

VARIA LECTIO.

861 VIDE *P* ADQVE *R* 862 SUBITAM *MRγ2c* SVBITO *Pγ1b* CONLECTA *R* collecta *bc* coniecta (i *corr. in* l) *γ* CONIECTO *P* CONUERSA *M* : *cf.* 623 863 QVONDVM *P* in *om. Plotius* BVS *P* 864 SERIM (I *m. ant. corr. in* V) *P* importuna *b* umbram *m*, *Menag. pr.* 865 UERSA *M* OB *Rb*, *testantur Arusianus et Servius Aen.* I 233 INOB *M* AD *Pyc* in *Goth. tert.* ora. *γ* 866 FER *R* CLVPEVM (V *pr. corr. in* Y) *P* CLIPEUM *MRyb* clypeū *c* 867 olli *b*, *Bigot.* Iolli (o *eras.*) *γ* Illi *MPRc* MEMBRAS *M* NOUOS *M* NOVVS *Rybc* NOVS *P* 868 = IV 280 COME *P* 869 AD *M* AC *R* AGNOUIT *Mbc* 870 SCINDITCRINIS *Rc* 871 fedanf *b* 872 te *suprascr. γ* POTEST (S *m. ant. corr. ex* T) *P* iuu(*are*) *b* .uare *γ*1 ut miſere 873 durae *γ* dirae *Goth. tert.* durae *Servius confirmat* ſuper ē *b* luc(*em*) *b* 874 TALIM *M* POSSIM *R* m(*onstro*) *b* 875 terete (*m.* 1 *non liq.*) *γ*2 TINMENTEM (N *minio del.*) *P* &imentem (&i *m.* 2) *γ*

'nstat contra telumque coruscat
'm et saevo sic pectore fatur:
'e morast? aut quid iam, Turne, retractas?
rtandum est comminus armis.
'es et contrahe quidquid
opta ardua pinnis,
condere terra.'
me tua fervida terrent
errent et Iuppiter hostis.'
as saxum circumspicit ingens,
icum ingens, campo quod forte iacebat,
agro positus, litem ut discerneret arvis.
vix illud lecti bis sex cervice subirent,
qualia nunc hominum producit corpora tellus:
ille manu raptum trepida torquebat in hostem
altior insurgens et cursu concitus heros.
sed neque currentem se nec cognoscit euntem

TESTIMONIA.

888 'ingens a.' Servius ge. I 55 891 'verte ... facies' schol. Veron. 97, 23 898 Isidorus orig. XVIII 15, 4 'limes a. p.' Servius ge. I 126 899 sq. Augustinus de civ. dei XV 9 903 sq. Isidorus orig. I 35, 15

VARIA LECTIO.

887 telũ(*que* —) *b* 888 INGEMENS *M* fa(*evo* —) *b* 889 (*qu*)ae *b* MORASET (S *inferior erasa*) *M* MORAEST *PRγbc* 890 *post v.* 893 *videtur ponendus esse.* (*n*)on *b* cerdandum eſt *c* cominuſ *γ* 891 OMNES *Pbc* quicquid *bc* 892 OPTA (T *corr. ex* I) *P* apta *γ1* penniſ *bc* 893 VE *P*, *Menag. pr.* QVE *MRγbc*, *quod defendit Wagnerus quaest. Verg.* XXXVI 10 CONDER *P* 895 DII *Pγbc* 896 ingens *offendit Wagnerum* 897 *om. Parrhas.* ANTIQVM *R* ANTIQUUM *Mγbc* Q·UOD *M* qui *Goth. pr.*, *χ*, *Servius Regin.* 898 (*l*)imeſ *b* agro] erat *Isidorus* AVRIS *P* arvi *χ* agri *Isidorus* 899 (*vix*) *b* illud (d *in ras.*) *c* ILLUM *Mb*, *Augustini exempl.* levarent *Leid.* moverent *Goth. tert.* 900 QVALIA (*corr. m. ant.*) *P* (*quali*)a *b* 901 (*ille m*)anu *b* manum *γ1* RAPLVM *P* 902 (*altior in*)ſurgenſ *b* INSVRGNS *P* 903 (*sed neque*) *b* eundem *Peerlkampus*

obscenae volucres: alarum verbera nosco
letalemque sonum, nec fallunt iussa superba
magnanimi Iovis. haec pro virginitate reponit?
quo vitam dedit aeternam? cur mortis ademptast
condicio? possem tantos finire dolores
nunc certe et misero fratri comes ire per umbras!
inmortalis ego? aut quicquam mihi dulce meorum
te sine, frater, erit? o quae satis ima dehiscet
terra mihi manisque deam demittet ad imos?'
tantum effata caput glauco contexit amictu
multa gemens et se fluvio dea condidit alto.

TESTIMONIA.

XII 761 876 'dirarum verbera n.' schol. Hor. carm. I 2, 1 878 'haec ... reponit' Servius Aen. X 623 882 'inmortalis ego' Macrobius Sat. IV 4, 25 882 sq. 'aut ... erit' Priscianus 993

VARIA LECTIO.

timen(*tem*) *b* trementem *Oudart.* : *cf.* 761 876 dirarum *schol. Hor. testatur* no(*sco*) *b* 877 LETALEM (L *post. corr. ex* T) *P* La&alem *γ* Loetalē *bc* SOLUM *M* ſupeba *γ* ſ(*uperba*) *b* 878 MAGNAANIMI (*corr. minio*) *P* Magna.nima (*eras.* a) *γ* Magnanimiſ *c*1 uirgini(*tate* —) *b* VIRGENITATE *P* 879 AETENAM *P* qur *c* morti(*s*) *b* ADEMPTA EST *Ryc* ADMPTAEST (*corr. m. ant.*) *P* 880 Conditio *c* ut possem *mχ* POSSIM *M* do(*lores*) *b* 881 com(*es* —) *b* aſ ſup . . . . . per umbraſ (*eraso* ūbraſ *ut vid.*) *γ* sub umbras *χ*, *Medic. Pierii* : *cf.* IV 660 882 INMOTALIS *M* Immortaliſ *γb* Iam mortaliſ *cm* aut (t *corr. in* d) *γ* haud *cχ*, *Oblongus Pierii*, *Prisciani Bamb.*, *Paris. R m.* 2 mi(*hi* —) *b* 883 FRATER *R* FRATRE *P* o *suprascr. b* QUAE *MRγ*2*b* q̄ *c* QVAM *Py*1 qua *Leid.* im(*a* —) *b* IMA *MR* IAM *P* ſima (ſ *erasa*) *γ* alta *cm*, '*praestantiores*' *Heinsii*, *Mediceus et Porcius Pierii* : *cf.* IV 24 X 675 DEIIISCET *P* DEIIISCAT *MRγbcm* 884 MANIS (I *corr. in* E) *M* MANES *Pbc* de(*mittet* —) *b* DEMITTIT *P* DEMITTAT *MRyc*2 dimittat *c*1 AIMAS *M* 885 (*contexit amictu*) *b* 886 SI *P*1 (*dea condidit alto*) *b* *Possis suspicari versus tres* 882—884 *in trium superiorum* 879—881 *vicem compositos esse a poeta*

Aeneas instat contra telumque coruscat
ingens arboreum et saevo sic pectore fatur:
'quae nunc deinde morast? aut quid iam, Turne, retractas?
non cursu, saevis certandum est comminus armis.
verte omnis tete in facies et contrahe quidquid
sive animis sive arte vales; opta ardua pinnis
astra sequi clausumve cava te condere terra.'
ille caput quassans 'non me tua fervida terrent
dicta, ferox: di me terrent et Iuppiter hostis.'
nec plura effatus saxum circumspicit ingens,
saxum anticum ingens, campo quod forte iacebat,
limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
vix illud lecti bis sex cervice subirent,
qualia nunc hominum producit corpora tellus:
ille manu raptum trepida torquebat in hostem
altior insurgens et cursu concitus heros.
sed neque currentem se nec cognoscit euntem

TESTIMONIA.

888 'ingens a.' Servius ge. I 55 891 'verte ... facies' schol. Veron. 07, 23 898 Isidorus orig. XVIII 15, 4 'limes a. p.' Servius ge. I 126 899 sq. Augustinus de civ. dei XV 9 903 sq. Isidorus orig. I 35, 15

VARIA LECTIO.

887 telŭ(*que* —) *b* 888 INGEMENS *M* fa(*evo* —) *b* 889 (*qu*)ae *b* MORASET (S *inferior erasa*) *M* MORAEST *PRybc* 890 *post v.* 893 *videtur ponendus esse.* (*n*)on *b* cerdandum eſt *c* cominuſ *γ* 891 OMNES *Pbc* quicquid *bc* 892 OPTA (T *corr. ex* I) *P* apta *γ1* penniſ *bc* 893 VE *P*, *Menag. pr.* QVE *MRybc*, *quod defendit Wagnerus quaest. Verg.* XXXVI 10 CONDER *P* 895 DII *Pybc* 896 ingens *offendit Wagnerum* 897 *om. Parrhas.* ANTIQVM *R* ANTIQUUM *Mybc* Q·UOD *M* qui *Goth. pr.*, *χ*, *Servius Regin.* 898 (*I*)imeſ *b* agro] erat *Isidorus* AVRIS *P* arvi *χ* agri *Isidorus* 899 (*vix*) *b* illud (d *in ras.*) *c* ILLUM *Mb*, *Augustini exempl.* levarent *Leid.* moverent *Goth. tert.* 900 QVALIA (*corr. m. ant.*) *P* (*quali*)a *b* 901 (*ille m*)anu *b* manum *γ1* RAPLVM *P* 902 (*altior in*)furgenſ *b* INSVRGNS *P* 903 (*sed neque*) *b* eundem *Peerlkampus*

obscenae volucres: alarum verbera nosco
letalemque sonum, nec fallunt iussa superba
magnanimi Iovis. haec pro virginitate reponit?
quo vitam dedit aeternam? cur mortis ademptast
condicio? possem tantos finire dolores
nunc certe et misero fratri comes ire per umbras!
inmortalis ego? aut quicquam mihi dulce meorum
te sine, frater, erit? o quae satis ima dehiscet
terra mihi manisque deam demittet ad imos?'
tantum effata caput glauco contexit amictu
multa gemens et se fluvio dea condidit alto.

TESTIMONIA.

XII 761 876 'dirarum verbera n.' schol. Hor. carm. I 2, 1 878 'haec ... reponit' Servius Aen. X 623 882 'inmortalis ego' Macrobius Sat. IV 4, 25 882 sq. 'aut ... erit' Priscianus 993

VARIA LECTIO.

timen(*tem*) *b* trementem *Oudart.* : *cf.* 761 876 dirarum *schol. Hor. testatur* no(*sco*) *b* 877 LETALEM (L *post. corr. ex* T) *P* La&alem *γ* Loetalẽ *bc* SOLUM *M* fupeba *γ* f(*uperba*) *b* 878 MAGNAANIMI (*corr. minio*) *P* Magna.nima (*eras.* a) *γ* Magnanimif *c*1 uirgini(*tate* —) *b* VIRGENITATE *P* 879 AETENAM *P* qur *c* morti(*s*) *b* ADEMPTA EST *Ryc* ADMPTAEST (*corr. m. ant.*) *P* 880 Conditio *c* ut possem *mχ* POSSIM *M* do(*lores*) *b* 881 com(*es* —) *b* at fup . . . . . per umbraf (*eraso* ūbraf *ut vid.*) *γ* sub umbras *χ*, *Medic. Pierii* : *cf.* IV 660 882 INMOTALIS *M* Immortalif *γb* Iam mortalif *cm* aut (t *corr. in* d) *γ* haud *cχ*, *Oblongus Pierii*, *Prisciani Bamb.*, *Paris. R m.* 2 mi(*hi* —) *b* 883 FRATER *R* FRATRE *P* o *suprascr. b* QUAE *MRγ*2*b* q̃ *c* QVAM *Py*1 qua *Leid.* im(*a* —) *b* IMA *MR* IAM *P* fima (f *erasa*) *γ* alta *cm*, '*praestantiores*' *Heinsii*, *Mediceus et Porcius Pierii* : *cf.* IV 24 X 675 DEIIISCET *P* DEIIISCAT *MRybcm* 884 MANIS (I *corr. in* E) *M* MANES *Pbc* de(*mittet* —) *b* DEMITTIT *P* DEMITTAT *MRyc*2 dimittat *c*1 AIMAS *M* 885 (*contexit amictu*) *b* 886 SI *P*1 (*dea condidit alto*) *b* *Possis suspicari versus tres* 882—884 *in trium superiorum* 879—881 *vicem compositus esse a poeta*

nec currus usquam videt aurigamve sororem.
cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
sortitus fortunam oculis, et corpore toto
eminus intorquet. murali concita numquam
tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
dissultant crepitus. volat atri turbinis instar
exitium dirum hasta ferens orasque recludit
loricae et clipei extremos septemplicis orbes.
per medium stridens transit femur. incidit ictus
ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
mons circum, et vocem late nemora alta remittunt.
ille humilis supplex oculos, dextramque precantem
protendens 'equidem merui nec deprecor' inquit:
'utere sorte tua. miseri te siqua parentis
tangere cura potest, oro (fuit et tibi talis

TESTIMONIA.

920 'sortitus f. o.' Priscianus 1188 schol. Veron. 82, 27 927 Atilius Fortunatianus p. 349 G. 'vergens ... poplite' Isidorus diff. II 84 'duplicato p. T.' diff. voc. 10 p. 226 Endl. 931 'protendens e. m.' Probi inst. I 10, 2 'equidem ... inquit' Priscianus 1029. 1032 Emporius rhet. 304 C. Donatus ad Ter. Andr. III 5, 15 Beda de orthogr. 2341 anon. de orthogr. 2795 P. 'equidem ... deprecor' Claudius Sacerdos I 73 Agroetius 2266 932 'utere s. t.' Arusianus p. 265 L. Diomedes p. 300 P. Servius Aen. II 554 932 sq. 'miseri ... oro' Nonius 406, 16 933 sq. 'fuit ... senectae' Iulius Rufinianus 205 R. 'fuit ... genitor' Macrobius Sat. IV 6, 9

VARIA LECTIO.

918 Nunc *c* CVRRVVS *R* (— *aurig*)ãq; *b* VE *MPc* QVE *Rγ* 919 *sqq. desunt in b* AENAS *P* 921 NVNQVAM *P* 922 TANTO *P* 923 VOLATAT AT *post. eras. P* TVRBINI *M* 924 reclud& *γ1* 925 ORBIS *R* 926 Et medium *cm* STRIDENS (*corr. m. ant.*) *R* 927 vergens ad terram *Isidorus* decidit ad terram *Atilius Fortunatianus* DVPLICATO *P* pondere *Atilii Fortunatiani Vatic.* 929 VOCEMLATET *M* LATEVOCEM *R* NEMORAM (M *post. eras.*) *P* rem(*ittunt*) *c* 930 SVPPLEXOCVLOS *PR* fupplex... oculof *γ* SUPPLEXQ· OCULOS *Mc* 931 QVIDEM *P* DEPRAECOR *M* 932 UTERI (I *corr. in* E) *M*

tollentemve manus saxumve immane moventem;
genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis.
tum lapis ipse viri, vacuum per inane volutus,
nec spatium evasit totum neque pertulit ictum.
ac velut in somnis, oculos ube languida pressit
nocte quies, nequiquam avidos extendere cursus
velle videmur et in mediis conatibus aegri
succidimus (non lingua valet, non corpore notae
sufficiunt vires, nec vox aut verba secuntur):
sic Turno, quacumque viam virtute petivit,
successum dea dira negat. tum pectore sensus
vertuntur varii. Rutulos aspectat et urbem
cunctaturque metu letumque instare tremescit;
nec quo se eripiat, nec qua vi tendat in hostem,

TESTIMONIA.

905 Marius Plotius p. 301 G. 'genua l.' Maximus Victorinus de fin. 8 p. 480 Endl. Pompeius 53 L. 916 Iulius Rufinianus p. 258 R.

VARIA LECTIO.

904 TOLLENTEMVE *PR* (*tollente*)mue *b* tollentemq^{ve}; *γ* TOLLENTEMQ· *Mc*, *Isidori exempl.* MANVS *MRγ*1 MANV *Pbc* manum *Mordt. sec.* que *γc* IAMMANE *P* INMANE *Mc* MOVEBATEM^{N} *P* 905 (*genua laba*)nt *b* LAVANT *R* 906 (— *ip*)fe *b* '*mire* viri *addidit*' *Servius* VACVM^{V} *P* per] E *corr. ex* I *P* 907 (— *eva*)fit *b* EUASIT· *M* 'nec spatium evasit: *hic distinguendum est, ut sit:* totum nec pertulit ictum' *Servius* totum] T *post. corr. ex* L *P* neque^{c} *γ* NEC *Rb* pertulit] L *corr. ex* P *P* 908 (— *som*)nif *b* VBE^{C} *P* VBI *MRybc* 909 (— *nequ*)iquã *b* nocte (c *erasa*) *γ* NEQUIQUAM^{A} *M* nequicquam *γ* 910 (*velle videmur et*) *b* velle] L *post. corr. m. ant. ex* E *P* AERGRI *P* 911 (— *ling*)ua *b* UOLET^{A} *M* 912 (—) uor *b* UOS *M* SEQUUNTUR *M* fequntur *b* 913 (— *via*)m *b* QVAMCVMQVE^{R} *P* 914 (*successum dea dira negat*) *b* 915 (— *rutulo*)f *b* VAII *P* ASPICEAT (E *corr. in* T) *P* 916 (—)q. inſtare *b* LETVM *P*, *Rufiniani exempl.* TELUM *MRyc* TREMISCIT^{E} *Mcm* 917 Nuc *c* quoſ *γ*1 qua *γ*2, *Servii exempl.* S^{A} *P* ERIPIT *P* NE *R* vi] VT *P* (*t*)endat *b*

errum adverso sub pectore condit 950
li solvontur frigore membra
fugit indignata sub umbras.

IT *M* adversum sub pectore condit
tVR (O *post. corr. in* V) *P* SOLUUN-

S AENEIDOS || LĨB· XII· EXP̃L· FELICITER *M*
P PUBLII UIRGILII MARONIS eneidoꝫ LIBER
IN. *m. rec.* *y* EXPLICIT VLTIMVS LIBER VIRGILII
)R DVODECIMVS (*sequuntur versus Vergilii de nutrice*
ersus Sibillę' 9, *quos vide in prolegom.*) *c*

Anchises genitor), Dauni miserere senectae
et me seu corpus spoliatum lumine mavis
redde meis. vicisti, et victum tendere palmas
Ausonii videre; tua est Lavinia coniunx:
ulterius ne tende odiis.' stetit acer in armis
Aeneas, volvens oculos, dextramque repressit;
et iam iamque magis cunctantem flectere sermo
coeperat, infelix umero cum apparuit alto
balteus et notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri, victum quem volnere Turnus
straverat atque umeris inimicum insigne gerebat.
ille, oculis postquam saevi monimenta doloris
exuviasque hausit, furiis accensus et ira
terribilis 'tune hinc spoliis indute meorum
eripiare mihi? Pallas te hoc volnere, Pallas
immolat et poenam scelerato ex sanguine sumit,'

TESTIMONIA.

934 'Dauni m. s.' Macrobius Sat. IV 3, 5 schol. Hor. carm. I 22, 13 Servius Aen. I 526 935 sq. 'et ... meis' Probi inst. I 6, 8 936 sq. 'vicisti ... videre' Macrobius Sat. IV 2, 11 'victum ... videre' Servius Aen. X 443 941 sq. 'umero ... balteus' Nonius 194, 15 'infelix ... balteus' Charisius 59 944 'atque ... gerebat' Arusianus p. 232 L. 947 sq. 'tunc ... mihi' Donatus ad Ter. Phorm. II 2, 9 Asper 112, 5 947 'tune ... meorum' Arusianus p. 235 L. 948 sq. cf. Claudianus de laud. Stilich. I 97 'Pallas te ... sumit' Priscianus 1180 'te hoc v. Poenus immolat ... ex dogmate sumit' Augustinus contra Iulianum Pelag. III 32

VARIA LECTIO.

934 ANCHISES· GENITOR *M* 'fuit et tibi talis Anchises: *hic distinguendum ut duo dicat: et* habuisti patrem, *et* pater es' *Servius* 935 et me seu] sive meum *Probus inst.* 936 VICIsTI *R* VICTVME *P* 937 coniux *γ* 939—952 *deficit R* 940 MEIS *M* FLECTERE *M* 941 humero *γc* UMEROS *M* ALTOS *M* ultro *Parrhas.* alto ingens *Charisii Neap., de qua scriptura vide quae Keilius disputavit: ceterum cf.* X 579 943 PUER *M* VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *Myc* 944 humerif *c* 945 MONUMENTA *Mc* DOLORES *P* 946 Exequiaf *c* incenfuf *c* 947 TERRIBILIS *M* hic *Parrhas.* etiam *Arusianus* 948 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *Myc* 949 poenas inimico ex sanguine *Prisciani exempl.* : *ut* XI 720

hoc dicens ferrum adverso sub pectore condit 950
fervidus. ast illi solvontur frigore membra
vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

VARIA LECTIO.

950 ADUERSO SUMPTORE CONDIT *M* adversum sub pectore condit *Bigot.* *951 ILI *P* SOLVONTVR (O *post. corr. in* V) *P* SOLUUNTUR *Myc*

P̃· UERGILI MARONIS AENEIDOS || LĪB· XII· EXP̃L· FELICITER *M* AENEIDOS LIB XII *P* PUBLII UIRGILII MARONIS eneidoꝝ LIBER XII EXPLICIT BMIN. *m. rec.* γ EXPLICIT VLTIMVS LIBER VIRGILII QVI EST AENEIDOR DVODECIMVS (*sequuntur versus Vergilii de nutrice sua quatuor et* 'versus Sibille' 9, *quos vide in prolegom.*) *c*

P. VERGILI MARONIS

AVCTORES ET IMITATORES

COLLEGIT

Woldemarus Ribbeck.

AENEIDOS LIBER VII.

AVCTORES.

IMITATORES.

1 sq. anth. Lat. II 193, 33 tu quoque litoribus famam, Caieta, dedisti. 194, 37 tu quoque litoribus nostris, Caieta, manebis. Ovid. metam. XIIII 441 Aeneia nutrix. cf. ibid. 157.

2. anth. L. I 170, 161. 172, 154.

3. ibid. II 194, 38 servat honos nomen, pietas testatur honorem.

4. Ovid. metam. V 378 pro socio, si qua est ea gratia, regno.

9. Enn. Melanipp. 251 lumine sic tremulo terra et cava caerula candent.

12 sqq. Hom. ε 59 *πῦρ μὲν ἔπ' ἐσχαρόφιν μέγ' ἐκαίετο, τηλόσε δ' ὀδμὴ Κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδειν Δαιομένων· ἣ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ Ἰστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὑφαινεν.*

12. anth. L. I 168, 4.

13. Lucr. VI 900 nocturna ad lumina linum Nuper ubi extinctum admoveas.

13. ibid. 178, 331.

14. vid. ad Ge. I 294.

15. 18 sqq. Hom. κ 212 *ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες, Τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν, ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν.*

20. Sil. IIII 563 agitet Gargano terga ferarum.

21. Colum. de cultu hort. 337 haec ne ruricolae paterentur monstra.

26. Hom. *κροκόπεπλος.*

26. Ovid. metam. VII 703 lutea mane videt pulsis Aurora tenebris. Aus. per. VIII Od. iam caelum rutilat roseis Tithonia bigis. anth. L. V 7, 1 lutea fulgebat roseis Aurora capillis.

29 sqq. cf. Ovid. metam. XIIII 447 lucosque petunt, ubi nubilus umbra In mare cum flava prorumpit Thybris arena.

34. Ovid. fast. I 155 et tepidum

AVCTORES.

37. Apollon. Rh. III 1 εἰ δ' ἄγε νῦν, Ἔρατώ.

74. vid. ad Ge. I 85.

89. cf. Lucr. IIII 724 rerum simulacra vagari Multa modis multis.

108. vid. ad ecl. VIII 87.

IMITATORES.

volucres concentibus aëra mulcent. Ambr. Hex. V 12, 36 aethera cantu mulcere consuerunt.

41. anth. L. III 81, 3.
44. ibid. 124, 2 maior rerum tibi nascitur ordo.
45. ibid. I 170, 6. Wernsdorf. p. L. m. II 230, 5.
47. cf. Ovid. metam. XIIII 449. Wernsd. p. L. m. IIII 490, 20.
52. anth. L. I 172, 5.
53. Stat. Achill. I 291 expleto teneri iam fine pudoris Virginitas matura toris. cf. Nemes. Cyn. 120. Claudian. rapt. Proserp. I 130 iam vicina toro plenis adoleverat annis Virginitas. Auson. cent. nupt. 34. anth. L. VI 84, 31.
56. Ambr. Hex. III 7, 30 avis atavisque nobilis.
57. anth. L. I 172, 37. 14, 31. 170, 126.
65. ibid. 170, 119.
66. Auson. cent. nupt. 107.
67. anth. L. I 178, 134.
72. ibid. 170, 39.
74. ibid. VI 84, 7.
75. ibid. I 178, 423.
77. ibid. 422.
84. Aus. cent. nupt. 111.
88. anth. L. I 178, 237.

96. ibid. 170, 54. 178, 70.
97. ibid. 178, 120. — 170, 153 thalamis ne crede paratis.
100 sq. Sil. XVII 145 qui modo sub pedibus terras et sceptra patensque Litora ad Oceani sub nutu viderat aequor.

110. Sil. III 181 monet hoc pater ille deorum.
118. anth. L. I 168, 12.
118 sq. Paulinus Petricorius de vita Martini V 94 haec vox prima fuit, primamque loquentis ab ore Eripuit pater atque auditam in viscera mersit.
122. anth. L. I 178, 182 hic domus, hic patria est.
128 sq. ibid. 455 sq. — 47 haec nos suprema manebant.
131. ibid. III 81, 50.
145. ibid. I 172, 54.

AVCTORES.

IMITATORES.

152 sq. ibid. II 192, 64 centum oratores veniam pacemque petentes Ad regem mittit lectos tum sorte Latinum.

162. Sil. I 376. anth. L. I 89, 63. IIII 296, 1 primaevo flore iuventae. anth. L. I 146, 1. 170, 19. 172, 6.

170. Stat. silv. IIII 2, 18 tectum augustum ingens non centum insigne columnis. anth. L. VI 84, 11.

173 sqq. Senec. Agam. 8 hinc auspicari regium capiti decus Mos est Pelasgis: hoc sedent alti toro, Quibus superba sceptra gestantur manu: Locus hic habendae curiae, hic epulis locus.

175. anth. L. VI 84, 12 quo sacrae sedes epulis.

176. ibid. 13.

177 sqq. Sil. I 86 stant marmore maesto Effigies, Belusque parens omnisque nepotum A Belo series.

178 sqq. Prudent. in Symm. I 232 adsistunt etiam priscorum insignia regum, Dux Italus Ianusque bifrons genitorque Sabinus Saturnusque senex maculoso et corpore Picus.

179. Att. Bacch. 241 optime vitisator.

183 sqq. Stat. Theb. VII 55 terrarum exuviae circum, et fastigia templi Captae insignibant gentes caelataque ferro Fragmina portarum bellatricesque carinae Et vacui currus.

189. Hom. ἱππόται, ἱππόδαμος.

195 sq. anth. L. I 178, 53 sq.

199. ibid. 261.

203. Stat. silv. III 5, 88 sine fascibus aequum.

205. anth. L. I 170, 8.

210. Hom. οὐρανὸς ἀστερόεις.

213. ibid. 178, 67.

215 (II 737). Lucr. II 249 nulla regione viai Declinare.

222 sqq. Sil. XVI 214 quanta per Ausonios populos torrentibus armis Tempestas ruat .... 218 cui nescire licet?

225. Hom. Σ 399 υ 65 ἀψορρόον Ὠκεανοῖο.

225 sq. (516). Lucan. VIII 797 qua terra extrema refuso Pendet in Oceano. Claudian. rapt. Pros. II 176 audiit et si quem glacies Alpina coercet.

229. cf. Valer. Fl. IIII 736 det litora fessis. Avien. descript. 626. anth. L. I 178, 85 sq.

AVCTORES.

282 sq. Hom. *E* 268 *τῆς γενεῆς ἔκλεψε ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης Λάθρῃ Λαομέδοντος ὑποσχὼν θήλεας ἵππους.*

286 sqq. Hom. *ε* 282 *τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων ἐνοσίχθων Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδε· εἴσατο γὰρ οἱ Πόντον ἐπιπλώων. ὃ δ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον, Κινήσας δὲ κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν.*

292 (XII 894). Hom. *κινήσας δὲ κάρη.*

294 sq. Enn. ann. 359 quae neque Dardaniis campis potuere perire Nec cum capta, capi, nec cum combusta, cremari.

325 sqq. cf. Hom. *E* 890 *ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν· Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη πόλεμοί τε μάχαι τε.*

IMITATORES.

230. anth. L. I 14, 30.

231 sq. ibid. 172, 150 neque enim ipsa feretur Fama levis, tantive abolebit gratia facti.

249 sq. Sil. XVII 185 audivit torvo obtutu defixus.

251. Aus. cent. nupt. 37. anth. L. I 146, 5.

251 sq. cf. Valer. Fl. II 327 nec turba nocens scelerisque recentis Signa movent.

260. anth. L. I 147, 13.

276. ibid. III 81, 14.

288. Ovid. metam. IIII 623 ex alto seductas aethere longe Despectat terras.

292. anth. L. I 170, 154.

293. ibid. 178, 382.

298. ibid. 277.

302. ibid. 10.

304 sqq. Stat. Theb. VII 204 aut Lapithas Marti aut veterem Calydona Dianae Expugnare dedi.

309. anth. L. I 178, 151.

310. ibid. 282.

312. ibid. 283.

317. ibid. 166 haec gener atque socer.

318. cf. Oros. II 4 Sabinas ... maritorum et parentum cruore dotavit. anth. L. I 178, 104.

324. Sil. II 529 atque ira turbata gradum ciet ocius atram Tisiphonen. cf. Ovid. metam. IIII 473 sqq.

326. Aus. idyll. XV 14 irasque insidiasque.

328. anth. L. III 81, 28.

335. ibid. 29. I 178, 60.

AVCTORES. IMITATORES.

336. ibid. I 178, 63.
337. ibid. 61. 358. 63 sq.
338. Sulp. Sev. vit. Mart. 22 mille nocendi artibus sanctum virum conabatur illudere. anth. L. III 81, 8. — Stat. Achill. I 543 fecundumque erige pectus. Senec. Herc. f. 105 concutite pectus. anth. L. I 170, 3. 178, 393.
339. anth. L. I 178, 71. 352.
341. ibid. 345 exhinc Gorgoneis e. q. s. 191.
343. Ovid. metam. IIII 490 aditumque obsedit Erinys.
345. Sil. XIIII 103 quos ira metusque cogebat. anth. L. I 168, 9.
346 (450). Ovid. l. l. 495 inde duos mediis abrumpit crinibus angues.
347. ibid. 507 praecordiaque intima movit.
350 sq. ibid. 498 inspirantque graves animas. nec vulnera membris Ulla ferunt.
352. anth. L. I. 178, 233 auro ingens coluber.
353. Gratius Cyn. 115 sed lubricus errat Mos. Avien. descr. 172 flexu lubricus errat Gurges.
356. Valer. Fl. VI 673 quem pectore toto Iam tenet.
357. Eleg. in obitum Maecen. (Wernsd. p. L. m. III 165) 67 mollius es solito mecum tum multa locutus. anth. L. I 172, 135 matrum de more locuta.
360. anth. L. I 178, 82.
362. Aus. cent. nupt. 105. anth. L. I 14, 34. 178, 385.
363 sq. anth. L. I 147, 40 sq.
375. ibid. 178, 208. Ovid. metam. IIII 497 Inoosque sinus Athamanteosque pererrant. 506 vertit furiale venenum.
378 sq. (cf. Ge. III 106.) Tibull. I 5, 3 namque agor, ut per plana citus sola verbere turben, Quem celer assueta versat ab arte puer.
380. anth. L. III 81, 11. 32.
383. ibid. I 170, 121.
387. Stat. Theb. V 91 thalamisque insueta relictis Evolat.
388. anth. L. I 178, 192.
391. ibid. IIII 13, 37.
392. ibid. I 178, 145.
393. Sil. II 39 ardor agit .... Martem exercere.

AVCTORES.

414. Hom. *νυκτὶ μελαίνῃ.*

444. cf. Hom. Z 492 *πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει.*

462 sq. (cf. VIII 694. XI 786. Gebauer de — Theocriti carmm. — a Verg. expressis p. 3) Soph. Ant. 123 *πευκάενθ' Ἥφαιστον ἕλειν.* Theocr. VIIII 19.

IMITATORES.

400. anth. L. III 81, 83.
402. Claudian. bell. Get. 302 me quoque non impar naturae cura remordet. anth. L. I 178, 387.
412. Sil. I 293 nunc Ardea nomen. Wernsd. p. L. m. V 1351, 6 et magnum infelix nil nisi nomen habet.
414 (VIII 30). anth. L. I 178, 122 carpebant membra quietem.
417 sqq. cf. Stat. Theb. II 97 sqq.
420. anth. L. I 172, 24.
421. ibid. 57. 178, 250.
423. ibid. 170, 6. 178, 41. 253.
425. Auson. Mos. 48. anth. L. I 170, 157. III 61, 12.
429. cf. epit. Iliad. 225 totamque in proelia pubem Festinare iubet portisque agit agmen apertis.
434. anth. L. VI 84, 60 sentiet.
435. ibid. I 178, 349.
437. ibid. 172, 79. 178, 58.
438. ibid. 170, 57. 178, 72.
440. Ambros. epist. I 18, 2 veri effeta defendunt.

445. anth. L. I 178, 354 talibus Allecto dictis exarsit in iram. 284.
446. ibid. III 81, 18. cf. V 129, 3.
451. ibid. I 178, 355.
454 sq. ibid. 84. 390. 347 sq.
458 sq. ibid. 313 sq.
460. ibid. II 192, 70. 194, 42 fremit arma iuventus.

464 sq. cf. Sil. V 605 ut multo accensis fervore exuberat undis, Clausus ubi exusto liquor indignatur aheno.
466. anth. L. I 171, 8.
477. ibid. 170, 67. 178, 431.
480. Aus. cent. nupt. 114.
483. 489 sq. Sil. XIII 115 cerva fuit .... 120 docilisque accedere mensis ... attactu gaudebat erili. Aurato matres assuetae pectine mitem Comere et umenti fluvio revocare colorem.
488. anth. L. I 14, 18.
490. ibid. 31. 178, 235. — 171, 1 ipse manu patiens. Val. Fl. VII

AVCTORES.

IMITATORES.

124 sic assueta toris et mensae dulcis herili.

491. Calpurn. ecl. VIIII 65 scit rursus remeare domum. anth. L. III 81, 111.

492. vid. ad ecl. IIII 21.

496. anth. L. I 170, 149.

500. ibid. 14, 6.

507 sq. Claudian. carm. LXXVIII. Paulin. vit. Mart. IIII 216 saxa sudes fustes stimulos, quod cuique repertum Rimanti telum ira facit, consumit in ictus. cf. Calpurn. ecl. X 47.

511. Val. Fl. III 488 tempus rata diva nocendi.

512. anth. L. III 81, 111.

515 sq. Claudian. rapt. II 173 Siculae tenuere cavernae . . . Audiit et si quem e. q. s.

516. Stat. Theb. I 118 audiit et medius caeli Parnassus.

518. cf. Apollon. Rh. IIII 136 *δείματι δ' ἐξέγροντο λεχωίδες, ἀμφὶ δὲ παισὶν Νηπιάχοις .... χεῖρας βάλον ἀσχαλόωσαι.*

518. Val. Fl. II 202 pariterque toris exhorruit omnis Mater et astricto riguerunt ubere nati. anth. L. I 170, 107. 178, 344. — epit. Iliad. 565 parvumque ad pectora natum Astyanacta tenet.

519. anth. L. III 81, 40. .

520. Enn. ann. 155 ansatis concurrunt undique telis.

526. (XI 601 sq.) cf. Hom. *N* 339 *ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσιν . . . ὅσσε δ' ἄμερδεν Ἀυγὴ χαλκείη.* *H* 62.

526. Ambros. epist. II 68, 4 vere terra est ferrea telorum segetibus inhorrens.

535. Sil. III 475 corpora multa virum.

538. pervig. Ven. 83 balantum greges.

541. 544. Ovid. metam. IIII 510 sic victrix iussique potens.

545. anth. L. I 178, 411.

550. ibid. 285.

555. ibid. 375.

557. ibid. 443.

559. ibid. 66. III 81, 100.

561. ibid. I 178, 361 dixerat adtollens stridentes anguibus alas.

562. ibid. 362.

563. Wernsd. p. L. m. IIII 527, 55 duximus Italiae medio montesque per altos.

564. anth. L. I 170, 102. 172, 4.

568. Aus. cent. nupt. 113.

AVCTORES.

586 sqq. vid. X 693.

604. Hom. *πόλεμον δακρυόεντα, πολύδακρυν Ἄρηα* sim.
609 sq. Lucr. II 449 ac duri robora ferri.

622. Enn. ann. 271 belli ferratos postes portasque refregit.

630. Enn. ann. 192 balantum pecudes quatit. omnes arma requirunt.

641 sqq. (X 163) Hom. *B* 484 *ἕσπετε νῦν μοι, μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,—Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα, Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν—Οἵ τινες, ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν.*

649 sq. ibid. 673 *Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα.*

IMITATORES.

573. anth. L. I 14, 17. 170, 18.
577. Valer. Fl. I 696 medioque in crimine patrem Liquerit.
580. Auson. Mos. 5 nemorosa per avia.

588. Sil. V 397 pelagus latrantibus ingerit undis.
591. anth. L. III 81, 94 verum ubi nulla datur dextra exsuperare potestas.
595. Nemes. Cyneg. 21 sacrilego rotantes sanguine thyrsos.
598. Claudian. consul. Mall. 61 postquam parta quies, et summum nacta cacumen Iam secura petit privatum gloria portum. Paulin. carm. XII 31 inque tuo placidus sit nobis limine portus. anth. L. I 178, 248 nam mihi parta quies.
600. Sil. I 144 rerum Hasdrubali traduntur habenae.

613. cf. Corippus laud. Iustini I 90 sq.
616. Stat. Theb. II 55 hac et tum fusca volucer deus obsitus umbra.

636. Sil. IIII 15 renovantque nova fornace bipennes.
624. Sil. IIII 18 pars arcu invigilant, domitat pars verbere anhelum Cornipedem.

